This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 011

C 550.4

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XIX.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE:

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

1860. July 25
Gray
Fund.
22.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XIX CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

HARVARD UNIVERSITY
LIBRARY
JUN 1 4 1978

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

NOTITIA.

—

(Fabric., *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, t. VII, Hamburgi 1801, in-4, p. 335; Fessler, *Institutiones Patrologiæ*, Œniponte, 1851; t. I.)

—

—

I.

Eusebius, *Pamphili*, presbyteri Cæsareensis ac martyris, non filius vel sororis filius, nec servus, sed amicus (*a*) singularis (ut ab eo nomen tulerit), natus circa A. C. 264 (*b*), frater vel consobrinus Eusebii Nicomediensis (*c*), [natus, ut vero simile est, atque educatus in Palæstina,] Dorothei fortasse eunuchi, presbyteri Antiocheni discipulus, Cæsareæ Palæstinæ, quæ prius Turris Stratonis appel- A labatur, episcopus ab A. C. 315, ad 339, vel 340, quo diem obiit major septuagenario. Vir Constantino imp. charus, quem genere etiam longius (*d*), contingebat, et sua ætate eruditissimus fuit, ac Basilii *De Spiritu S.*, cap. 29, judicio διὰ πολυπειρίας ἀξιόπιστος, atque, ut a Nicephora Gregora, lib. XIX *Hist.*, pag. 592, vero elogio appellatur, τῶν τότε λογίων πρῶτος. De illius vita, de qua liber Acacii (*e*), post Eusebium episcopi Cæsareensis, et

(*a*) Hieron. epist. 65 et c. 81 *De S. E.*; Photius cod. XIII; Hanckius *De script. hist. Byz.*, pag. 4. Sic C. Avianum Philoxenum, Aviani nomen, ab amico suo, Flacco Aviano, consecutum scribit Cicero XIII, epist. 35. Etiam Judas Jacobi et Petrus Damiani dictus, uterque a fratre. *In jure Græco-Romano*, pag. 295, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ab interprete male redditur; *Eusebius Pamphilides.* Fabric.—Pamphili expositionem capitum Act. apostol. edidit Montfaucon in *Bibl. Coislin.*, p. 78 sqq. ex cod. Harl.

(*b*) Probabile esse videtur J. G. Walchio in *Hist. eccles. N. T.*, sæc. IV, cap. 1 (ubi de Eusebio is est copiosus), Eusebium vita humana frui cœpisse sub extrema Gallieni tempora, anno fere 268, et fortasse Cæsareæ. Add. Chaufepié, *Nouv. Dict. hist. et crit.*, vol. II, voc. *Eusebius*, p. 68, not. *c*. Secundum Caveum in *Hist. litt. SS. eccl.*, tom. II, p. 175, natus est Euseb. circ. a. 270. Walchius quoque post Valesium aliosque et Chaufepié, not. *d*, defendunt Eusebium a crimine, eum tempore vexationis, cœptæ a Diocletiano contra Christianos, captum atque in carcerem ductum, idolis, ut pristinam recuperaret libertatem, sacra fecisse. Add. quæ scripsi et quos laudavi viros doctos in Introd. II, 2, p. 216 sqq. Harl.

(*c*) H. Valesius *De vita et scriptis Eusebii* ex epistola Arii apud Epiphan. LXIX, 6. Cæterum Dorotheum illum (de quo Euseb. VII, 32, *Hist.*) Baronius *ad Martyrolog.* 5 Jun. male confundit cum Dorotheo, Tyri episcopo. Vide *Acta sanctor.* tom. I Junii, pag. 435.

(*d*) Hoc inde colligo, quia Eusebius Nicomediensis nostri Eusebii frater, Julianum imp. genere contingebat, teste Ammiano XXII, 9.

(*e*) Acacius, Cæsareensis episcopus, vitam magistri ac decessoris sui Eusebii scripserat, teste Socrate II, 4. Male *Agapius* legitur pro *Acacio* in *Hist. tripartita* IV, 3, licet claruisset etiam Agapius, Cæsareensis episcopus; sed is ante Eusebium fuit, eumque in clerum ascivit et deinde successorem habuit. Inter alia Acacii hujus scripta fuerunt *libri* XVI *in Ecclesiasten.* Hieron. *Catalog.* cap. 98, *Συμμίκτων Ζητημάτων*, sive, ut idem Hieron. epist. 152, ad Minervium et Alex., tom. III, p. 125, librum quartum laudans, appellat, *Συλλεκτῶν Ζητημάτων libri* VI, id. *epistolæ et scripta nomine synodi CPol.* a. 360 concepta. Philostorg. IV, 12. B *Fidei formula* in synodo Seleuciensi a. 359 edita, quam servavit Epiphanius LXXIII, 25, et Socrates II, 40. *Ἀντιλογία adversus Marcellum Ancyranum.* Epiph. LXXII, 5-9, ubi insigne ex illo libro fragmentum. [De Marcello et Acacii libro contra illum v. Walch. l. c., p. 1514, qui etiam p. 1317 de ejus et atroci cum Cyrillo Hierosolymitano contentione de principatu copiose disserit. Acacius enim, episcopus Cæsariensis, inter Palæstinæ præsules vi usus diuturni, a synodo Nicæna confirmati, fuerat metropolitanus. Hunc honorem ac principatum, quoniam Cyrillus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, tanquam matri omnium Ecclesiarum vindicare adnisus erat: magna controversia inter utrumque et reliquos Ecclesiæ Orientalis episcopos exorta est; siquidem ii qui cum Arianis sentiebant, cum Acacio fecerunt; qui autem veriorem profitebantur doctrinam, steterunt a Cyrilli partibus. Illorum vero factione et crimine factum est, ut Cyrillus munere C suo dejiceretur, variaque experiretur fata. Harl.] Acacio etiam tribuit Tillemontius, quod *De fide adversus Sabellium* sub Eusebii nomine edidit Sirmondus. Vide Tillemont. tom. VI *Memor. hist. eccles.*, part. II, p. 111 edit. Bruxell. Acacii hujus fragmenta quædam occurrunt in catenis editis et mss. Alius fuit, licet ejusdem ætatis, Acacius, Tarsi episcopus, de quo Philostorg. V, 1; alius presbyter et archimandrita Beroensis, cujus et Pauli presb. *Epistola ad Epiphanium*, qua eum A. C. 375 ad scribendum contra hæreses invitavit, cum Epiphanii responsione, hujus *Panario* præmittitur. Nescio idemne Acacius Beroensis episcopus circa A. C. 431 annos 110 natus, cujus *episto-*

librorum ejus hæredis intercidit, nolo repetere quæ multis erudite tradiderunt præstantes viri, Abraham Scultetus (*a*), Henr. Valesius (*b*), Martinus Hankius (*c*), Guil. Caveus (*d*), Tillemontius (*e*), et Jo. Clericus (*f*), ne de aliis (*g*) in præsenti memorem. Tantum profiteor me assentiri viris doctis, qui agnoscunt varia quidem in Eusebii scriptis esse de dogmatibus quibusdam, quæ durius et parum commode dicta videntur : tamen mysterium SS. Triadis et συναΐδιον Filium ex Patris essentia Deum de Deo genitum αὐτόθεον agnovisse, atque adeo ab hæresi propria Arii fuisse alienum, diserteque rejicere eos qui Christum κτίσμα vel ἐξ οὐκ ὄντων dicere ausi sunt, — lib. I *De ecclesiast. theolog.*, cap. 9; lib. III, c. 2, pag. 150 sq., quæ loca jam laudat Socrates II, 21; et quanquam homousii vocabulo (*h*) primum uti veritus est, tamen, re maturius perpensa, deinde id probasse, et damnationi Arii in synodo Nicæna bona fide subscripsisse. Neque adeo negasse Spiritus sancti divinitatem, sed modo eum a Patre et Filio distinctum et a Filio proficiscentem docuisse. Vide lib. II *De eccl. theol.*, c. 5 seq.

læ binæ ad Alex. Hierapolitanum leguntur in *Variar. epistolarum volumine ad concil. Ephesinum spectantium* in editione Christiani Lupi (a. 1682) et Steph. Baluzii (*Nova collect. Concilior.* a. 1683), cap. 41 et 55. Sed in Jo. Garnerii (*Auctar. Opp. Theodoriti* a. 1684), cap. 30 et 44, et *Confessio fidei*, edit. Lupi ac Baluz. cap. 221, Garnerii cap. 178. *Epistola ad Cyrillum Alex.* tom. V Opp. Cyrilli, parte II, et in Actis concilii Ephesini tom. III *Concil.* edit. Labbei pag. 382. De Acacio, Melitenes in Armenia episcopo et Nestorii oppugnatore, videndus Caveus ad a. 431. Hujus homiliam in synodo habitam et Nestorii hæresi oppositam, Combefisius Latine exhibet in *Bibl. sua concionatoria*, ad festum Annuntiationis. Ad istum Acacium epistolas Firmi episcopi edidit doctissimus Muratorius Patav. 1709, 4, in *Analectis Græcis*, qui pag. 300 observat, plures hujus nominis episcopos illo tempore claruisse, episcopum *Cotenorum*, episcopum *Helladæ*, episcopum *Scopenorum*. Plures etiam circa A. C. 450, ut episcopum *Antiochiæ minoris*, episcopum *Ariarathiæ*, episcopum *Cynnensem*, episcopum *Proconissi*. Fuit et Acacius, Armeniæ præfectus, cujus in Justiniani novella 31 mentio. De Acacio, patriarcha *CPol.*, cujus una alteraque epistola exstat, idem Caveus ad A. C. 471. Vide et Photium cod. XLII. Fabr. — Acacii Cæsareensis tempore fuit quoque Acacius, Cæsareens. sophista ethnicus, Libanii amicus, eloquentia illum etiam superaturus, nisi juvenis obiisset, de quo Eunapius p. 135 sq. et Suidas in *Λιβάνιος*, observante Fabricio in vol. VIII vet. ed., p. 538. Harl.

(*a*) Parte III *Medullæ Patrum*, p. 820 sqq., qui, Baronium aliosque secutus, Eusebium Arianis favisse judicavit, et varios recensuit Eusebii errores. Idem tamen p. 855 sqq. docet dissensum inter doctrinam Eusebii eamque quam pontificis Romani asseclæ amplecti solent. Adde Stolle *von dem Leben*, etc., *der Kirchenvat.*, etc., pag. 288 sq., qui ex Sculteto plura Eusebii singularia placita recenset. Hülsemann. *Patrol.* cap. 4, pag. 1014, et alios historiæ eccles. conditores. Harl.

(*b*) H. Valesius *Histor. eccles.* Eusebianæ non modo præmisit commentationem suam de Eusebii vita et scriptis, sed etiam testimonia veterum pro Eusebio et contra Eusebium magno numero adjunxit. — Vide infra col. 53.

(*c*) Martinus Hanckius *De scriptoribus hist. Byz.*, cap. 1.

(*d*) Guil. Caveus in *Chartophylace* et *Hist. litteraria*, atque *Vitis patrum*, Anglice editis Latineque et Belgice Germaniceque translatis, tom. II, et in *Epistola apologetica adversus Jo. Clericum*, Lond. 1700. 8.

(*e*) Tillemontius tom. VI et VII *Memor. hist. eccles.*

(*f*) Jo. Clericus in *Vita Eusebii*, tom. X *Bibl. Universal.*, pag. 380 seq., et in epistolis criticis, epist. 2, cum quo Eusebium Arianismi arguunt (ne veteres Valesio et ad Zonaram p. 30 Cangio laudatos memorem) : Petavius lib. I *De Trinitate*, c. 11 et 12; Rich. Montacutius ad Euseb. *contra Marcellum Ancyranum*; H. Noris *Diss. de V synodo*, c. ult., p. 105, ut Sandium aliosque omittam. Defendunt vel excusant Valesius, Bullus, *Defens. fidei Nicænæ*, pag. 392 seq., 442 seq., 478 seq., 517 seq.; Calovius *Confessione martyrum*, tom. II *Opp. anti-Socin.*, p. 519; Florentinius ad Hieronymi *Martyrolog.*, p. 71 seq.; Caveus *Diss. et epistola contra Jo. Clericum*; Petrus Molinæus *contra Perronum* III, 2, etc.

(*g*) Ut Christophori Ernesti, Keula Schwartzburgici, in duabus de Eusebio Dissertationibus, Witeberg. 1688, recus. ibid. 1703. 4. Fabr. — Præter Chaufepié, Stollium et Walchium citatos (qui alios quoque VV. DD. laudant), addantur L. El. du Pin *Nouvelle bibl. des aut. eccl.*, tom. II, pag. 1 sqq., aut secundum vers. lat. pag. 3 sqq.; Sam. Basnage, *Annal. polit. eccl.* tom. II, pag. 733; Cas. Oudin. (qui potissimum in recensendis, quæ Eusebio tribui solent, scriptis versatur) *Comm. de scriptor. eccl.*, tom. I, p. 312 sqq.; R. Ceillier *Hist. gen. des aut. eccl.*, tom. IV, p. 202; Jo. Fabric. in *Hist. bibl. suæ*, part. I, p. 89 sqq. et 198. Hamberger *Zuverlässige Nachr.*, tom. II, p. 705 sqq.; Jac. Bruckeri *Hist. crit. philos.*, tom. III, p. 470; Saxii *Onomast.* tom. I, p. 392 sq., qui præterea laudavit G. I. Voss. *De scient. mathem.*, cap. 40, § 5, et *De histor. Græc.*, cap. 17; it. Pagii *criticam Baron.* ad a. Chr. 318, 325 et 326. Harl.

(*h*) Hinc Athanasio dicitur prius fuisse συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, γράψαι τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωκεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι, *epist. ad Africanos*, tom. I, p. 721. Confer Eusebii *epist. ad Cæsareenses*, apud Socratem lib. I, cap. 8. Fabr. — Eusebius fuisse videtur homo cautus et callidus, atque, licet damnationi Arii in synodo Nicæna subscripsisset, et post longam contentionem admisisset voc. ὁμοούσιος, tamen ii a vero prope abesse videntur, qui illum judicent a subtilioris Arianismi, sive, ut dicere solent, Semiarianismi suspicione haud plane liberum fuisse. Photius in quæstione, *cujus hæresis erat Eusebius Pamphili*, edita a Montfaucon, in *Bibl. Coislin.*, p. 348, clare arguit Eusebium et Arianismi et Origenianismi : nec dissentit Montfaucon, qui etiam in animadvers. in Vitam et scripta Athanasii, in fronte collectionis novæ SS. PP. copiose disputat de Eusebii Arianismo. Add. Elia di Amato, *Lettera, che Eusebio di Cesarea, ancu dopo il concilio Niceno, fù imbruttato dal errore Ariano*, in *Lettere erudite di Amato*, part. II, Genova 1715, 4; letter. 16, p. 291 sqq. Latini Latinii *Bibl. auct. sacr. et profan.* (Romæ 1667 fol.), pag. 105, qui gravius judicat. Add. D. Martini prof. theol. Diss. Eusebii Cæsar. de divinitate Christi sententia, ejusque tum in placitis Arianis, tum cum fide Nicæno-Athanasiana comparatio. Præmissa est historiæ antiquioris dogmatis istius brevis expositio. Partic. I, Rostoch. 1795, 4. — Eusebius et Pamphilus Origenis labores cum Ecclesia communicarunt. Harl.

Cæterum cum magno fructu usus bibliotheca Pamphili, cujus indicem (*a*) etiam Vitæ Pamphili inseruit, et altera, quam in Ælia urbe, sive Hierosolymis, ab Alexandro episcopo conditam testatur lib. VI *Hist.*, cap. 20, veteris historiæ omnis, ecclesiasticæ maxime et aliarum rerum, scitu dignissimarum, tam præclara servavit monumenta, licet non semper fortasse accurate satis exposita, ut scripta ejus, quæ jam referam, pleraque ad nos pervenisse, et in tanto bonorum ineptorumque librorum naufragio non simul periisse, singularis felicitatis esse arbitrer.

II. *Chronicon*, sive Παντοδαπὴ ἱστορία, *de cunctis temporibus historia*, ut titulus operis (*b*) Latine transfertur in epistola Augustini 35, ex quo loco etiam constat non ubique obvios jam tum fuisse *Chronici* Eusebiani codices. In libros duos divisum fuit ab auctore (*c*) quorum priorem inscripsit Χρονογραφίαν, posteriorem χρονικὸν Κανόνα. Atque hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Phlegonte, Josepho, Africano aliisque origines et successiones resque memorabiles variarum gentium ab orbe condito per varia capita persecutus est; in posteriore omnia serie una ad annos suos relata digessit ab anno (*d*) vocationis Abrahami, h. e. ante Christum 2017 ad vicennalia usque Constantini M., A. C. 325. Laudat præter alios Eustathius Antiochenus in *Hexaemero* sub init., cui Eusebius vocatur ἁγίων τις, ut ab Ecclesia Gallicana diu illum cultum pro martyre, notat Janningus in *Apologia pro Papebrochio*, præfixa *Actis Sanctor.* Junii tom. I, pag. XVII seq.

Græcum opus Eusebii intercidit, præter fragmenta et lacinias quas recentiores chronologi servarunt, Syncellus imprimis, et Cedrenus, *Chronicique Alexandrini* sive *Paschalis* scriptor, ne de aliis jam dicam; nam, ut vere Josephus Scaliger, *qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerunt quod non hujus fontibus irrigatum esset.* Ex illis Græca, ut potuit, collegit edidit que et illustravit doctissimis notis idem Scaliger, sed non modo Syncelli et *Chronici Alex.*, tum temporis nondum editorum, apographis parum emendatis (*e*) usus est, sed etiam varia ad Eusebium retulit, quæ parum credibile (*f*) est ab illo scripta fuisse. Latine vertit et Vincentio cuidam ac Gallieno inscripsit Hieronymus, ita ut hinc inde ex Latinis præcipue scriptoribus quædam adderet (*g*), alia omitteret, ac deinde *Chronicon* ad A.C. 378 (Valente sextum et Valentiniano secundum coss.) continuaret. Codices Latini *Chronici* Eusebiani oscitantia librariorum mire inter se variant, et sæpius nec inter se, nec cum historia facile possunt conciliari. Confer Henrici Dodwelli Diss. III ad Ire-

(*a*) Vide lib. VI *Hist.*, cap. 32.

(*b*) Χρονικὰ συγγράμματα sua memorat Eusebius in Isaiæ XIII, 17. Χρονικοὺς κανόνας x in IX *Præparat.* p. 484, et lib. I *Hist. eccles.*, cap. 1. Ἀρχαιολογίαν atque ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν vocat Anastasius Sinaita qu. 41 et 65; *Temporum historiam*, Augustinus II, 39, *De doctrina Christiana*; *Digestionem temporum*, Hieron. I *in Rufin.*; Χρονογραφίαν Epiphanius sub extremum libri *De ponder. et mensur.*; *Chronicorum historiam* Breviarium ms. Ecclesiæ Lemovicensis, Valesio laudatum. Alia veterum loca, titulos *Chronici Eusebiani* varie referentia, notavit Scaliger ante Græca Eusebii Hieronymique Chronicon, Hanckius pag. 87 seq. *De scriptoribus rerum Byz.*, et Allatius ad Eustathii *Hexaem.* pag. 13; [Vallars. præf. ad tom. VIII Opp. Hieron., pag. XVIII sq.; Pontaci Apparat. ad notas. Adde Chaufepié de hoc et reliquis Eus. libris l. c., not. 1. HARL.]

(*c*) Hoc negat Vallars. l. c., pag. XIX, imprimis p. XXII sq. de epitome. HARL.

(*d*) *Eusebiani Chronici* epocham initium capere a Kal. Sept. sive autumno anni ante Christum natum 2017, periodi Jul. 2097, disputat Petavius lib. IX *De doctrina temporum*, cap. 1.

(*e*) Is. Vossius in *Auctario castigati.* Georgii Hornii, pag. 370: *Quia apographum Syncelli, quod Scaligero transmissum fuit, raptim et vitiose admodum descripserat Casaubonus, nescio an alius, ideo plurimi passim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commissi.* Multis hoc docet Jacobus Goarus notis ad Syncellum pag. 504-508.

(*f*) Vide Conringium *De medicina Hermet.*, pag. 21 et 30. Stephan. le Moyne prolegom. ad *Varia sacra*, 32 2 b; Hanckium *De Scriptoribus Byz.*, p. 92 seqq. FABR. — *Chronicon* Eusebii a Scaligero confictum fuisse censet Schuckford in *Harmonia historiæ sacræ et profanæ* p. I, pag. 14. Add. Chaufepié, l. c., not. 1. HARL.

(*g*) Hanckius, p. 93 seq., 96 seq., Jo. Andreas Bosius *Diss. ad periocham Josephi de Christo*, cap. 2, § 7 seq. FABR. — Enimvero Hieronymus de Prato in diss. *De chronicis libris duobus ab Eusebio Cæsar. scriptis et editis*, Veronæ 1750, 8, demonstratum ivit, versionem prioris partis non esse concinnatam ab Hieronymo; idem contra Scaligeri animadv. in Eusebii *Chron.* et contra Vallars. præfat. ad tom. VIII Opp. Hieronymi multa disputavit erudite, novamque promisit reliquorum genuinorum fragmentorum Græcorum editionem. V. quæ adnotavi in *Introduct. in Hist. L. Gr.* II, 2, pag. 216 not. Atque Hieronymus in præfat. in versionem suam libri Eusebiani *De situ et nominibus locorum Hebraicorum* ait se Eusebianos *temporum canones Latina lingua edidisse.* Vallarsius quoque Scaligeri opinionem, Eusebium Julii Africani *Chronicum* fere totum transtulisse in suum, et Eusebiani universi operis titulum fuisse παντοδαπῆς Ἱστορίας, prioris libri Χρονολογίας, posterioris Κανόνος, qui ideo editionem suam in duos divisit libros, copiose refutat, pronuntiatque priorem illum Eusebianum librum esse omnino commentitium. Hinc etiam Fabricii nostri et Schurzfleischii judicia improbat; tum p. XXV, existimat non aliam esse *Epitomen* quam quæ in *prævia Chronici ordinatione* contineatur, et ab Hieronymo dicatur *quædam futuri operis materia.* Sed plura vide apud Vallarsium, præcipue apud Pontacum, aliter de quibusdam rebus sentientem, in *Apparatu*, etc., init., et de vi ac potestate voc. Κανὼν et de controversia de ipso Eusebii atque Hieronymi *Chronico*, atque *Epitome*, etc., disputantem, atque concludentem titulum *Chronicon Eusebii* complecti, et historiam canonum chronicorum, et epitomen eorumdem, id est, compendium tam historiæ quam ipsorum canonum. In primis conferenda est L. T. Spittleri *Historia critica Chronici Eusebiani*, in *Comm. societ. reg. doctr. Gotting.*, vol. VIII, Gottingæ, 1787, n. 3. *Class. hist.* Pratonis sententiam tuetur, et recenset auctores quos Euseb. secutus est. HARL.

næum, § 2. Henr. Valesius p. 10 ad Eusebii *Hist.* vetustissimos codices laudat Acutianum, Lipsii et Ortelii. Laudat quoque vetustissimam editionem Mediolanensem, quam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Consuluit tamen Arnoldus Pontacus, episcopus Vasatensis, præter codices mss duodetriginta, editiones octo, atque ex illis præclaram suam concinnavit, in qua mirum studium atque industriam non dubitavit etiam Scaliger epist. 104, pag. 372 seq., atque alibi omnibus, laudibus prosequi, editorisque doctrinam, candorem, modestiam et diligentiam celebrare. Et omnium correctissima vocatur Jo. Morino pag. 277 *Exerc. bibl.* Prodiitque notis Pontaci et castigationibus illustrata una cum Prosperi *Chronico*, Burdigalæ 1604, fol., sed raro hodie reperitur. Neque ubivis obvia altera Auberti Miræi, posteriorem tantum partem a Christo nato exhibens, additaque habens *Chronica* Sigeberti et Anselmi Gemblacencis, Antwerp. 1608, 4 (*a*). Confer Ittigium *De bibliothecis Patrum*, p. 743. FABR.

Fabric. in nota quasdam nominavit edd., sed pleniorem substituere juvat illarum catalogum. Pontacus quoque sub finem *Apparatus* recensuit *codd.* quibus usus est, plurimasque editiones (*b*). Princeps editio, quæ etiam custoditur in bibl. academ. Erlangensi, est sine titulo, nota anni locique, sine virgis et lineolis transversis, in 4. Ab altera primi folii parte sunt tria editoris Boninii Mombritii epigrammata, ex quorum primo apparet opus, quod continet *Chronicon Eusebii a S. Hieronymo Latine versum*, ab eodem et Prospero Britannico Matthæoque Palmerio continuatum, esse excusum per Philippum Lavanium (Mediolani circa ann. 1475). Plura de hac edit. v. apud Hamberger *zuverl. Nachr.* II, p. 70; Clement. *Biblioth.* VIII, p. 170 seq., et quos laudavi in Introduc. l. c., pag. 218. Add. Panzer *A. T.* II, pag. 94.

Eusebii Chronicon, ab Hieronymo Latine versum, ab eodem et a Prospero et Matthæo Palmerio, continuatum, ex editione I *cum Matthiæ Palmerii supplemento.* In fine rubro *C. Joannes Lucilius Hippodamus* (sive Santritter) *Helbronnensis lectori salutem* (sequitur epigramma tribus constans distichis). *Erhardus Raldolt, Augustensis, — plurimis undique comparatis exemplaribus Eusebii libros chronicos ac reliquas in hoc volumine de temporibus additiones — impressit Venetiis a. salutis* 1483, *Idibus Septembr.* E primis est libris, qui verbis et numeris rubris, ut hodie Kalendaria nostra solent, fuerunt impressi. Plura de hac ed. dederunt Freytag in *Analectis litter.*, pag. 321 sqq., et in *Apparatu litter.*, III, p. 731; Clement. l. c. p. 171 sq.; Fossius de hac et superiore edd. in Catal. codd. sæc. XV in bibl. Magliabecch., tom. I, pag. 6 seqq.; Theoph. Sincer. in *Bibl. hist. crit. librorum — rarior.*, part. III, Norib. 1736, 8, pag. 196 seqq., ubi copiose agitur de illa edit., de *Chronico* Eusebii et num sit genuinum, et de Eusebio ipso; aliique a Zapfio in *Augsburgs Buchdruckergeschichte*, parte I, pag. 164, et a cel. Panzero III, pag. 188, citati.

Eusebii — Chronicon, quod *Hieronymus — Latinum facere curavit et usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio. Ad quem et Prosper et Matthæus Palmerius, demum et Joann. Multivallis complura, quæ ad hæc usque tempora subsecuta sunt, adjecere.* Henr. Stephanus. In fine: *Absolutum est in alma Parisiorum—— per* Henr. Stephanum — *illius maxima cura et diligentia nec non ejusdem et Jodoci Badii — expensis* 1512, 4, de qua rara editione plura scripsi in Introduct. l. c., pag. 218 seq., et Clement. l. c. pag. 172 not., qui præter ea ibidem multis recenset repetitam et in paucis tantum diversam Stephani edit. Paris. 1518, 4. Idem et Freytag in *Apparat. litt.* III, pag. 575, referunt edit. Basileensem (quæ etiam penes me est) ex edd. Stephan. ductam, auctamque, atque inscriptam: *En damus Chronicon divinum plane opus eruditiss. auctorum, repetitum ab ipso mundi initio, ad annum usque salutis MDXI* (*c*) *Eusebii Pamphili Cæsar. D. Hieronymo interprete, Hieronymi presbyteri, Prosperi Aquitanici, M. Aurelii Cassiodori patricii Rom. Hermanni contracti comitis Veringen., Matthæi Palmerii Florentini, Matthiæ Palmerii Pisani, partim nunc a nobis inventum et editum, partim a mendis, quibus laborabat, plusquam cuiquam creditu facile est, summo studio et diligentia repurgatum. Basileæ excud. Henr. Petrus, m. Martio MDXXIX*, fol., *curante et præfato Jo. Sichardo.*

Alias editiones cum aliis Eusebii scriptis et cum Prosperi ac Matthæi Palmerii *Chronico* enumerant Pontacus (qui ed. Basil. 1529 basin suæ fecit) in *Apparatu*, sub finem, Justus Fontaninus in *Historiæ litterar. Aquileiensis* libr. (Romæ 1742, 4), pag. 3, et Clement., l. c., nemp. Basileæ rec. est anteced. ed. apud Henr. Petr. 1536, 1542, 1549 (*d*), 1559, 1570, fol. — Paris. apud Michel Sonnium 1587, (*e*) fol., apud Nervios cœnobio. — De utraque *Scaligeriani thesauri* edit. v. eumdem Clement., p. 176 sqq.

(*a*) Clément, *Bibl. curieuse hist. et crit.*, tom. VIII, p. 178 sqq., multus est de hac Miræi editione, cujus inscriptio est: *Rerum toto orbe gestarum Chronica a Christo nato ad nostra usque tempora. Auctoribus Eusebio — Hieronymo, — Sigeberto, Gemblacensi monacho, Anselmo, Gemblac. abbate, Auberto Miræo, Bruxell. aliisque. Omnia ad antiquos codd. mss. partim comparata, partim nunc primum in lucem edita. Opera et studio ejusdem Aub. Miræi, canonicis et scholarchæ Antuerp. Antuerpiæ, ap. Hieron. Verdussium*, 1608, 4. Miræus potissimum secutus est in Eusebio codicem initialibus s. uncialibus litteris ante annos tum mille plus minus integre descriptum, et ex Amandino sodalium Benedictinorum

(*b*) Vid. *Patr. Lat.* t. XXVII, col. 725-746. EDIT.

(*c*) Hic annus diserte expressus est in exemplo quod habeo: Clemens contra, nescio an per errorem, scripsit MDXII.

(*d*) Fabric. olim in nota ad h. l. et Fontanin scripserant notam a. 1548, sed dubitat Clemens, qui exemplum ad manus habuit, nota quidem anni destitutum, in cujus vero fronte diserte dicitur *opus ad annum usque hunc Christi — MDXLIX continuatum.* Et Pontac. dedit a. 1549.

(*e*) Hunc annum notavit Fontanin. Nota a. 1581 ap. Fabric. forsan erat corrupta.

cum cæteris Eusebii Opp. de qua ultima edit. v. Pontac. Harl.

Cæterum ob præclaras accessiones atque doctissimas notas frequentissime in manibus eruditorum versatur editio Scaligeri (*a*), altera præcipue ac posthuma Amstelodamensis a. 1658 fol. quæ Alexandri Mori præfationem et Scaligeri commentarios ad Latinam Hieronymi interpretationem et Græca Eusebii emendatos et tertia parte auctiores (quam prior editio Lugd. Bat. 1606, fol., exhibet, et libros tres *Isagogicorum chronologiæ canonum* ejusdem Scaligeri subjunctos habet). *Chronico* Eusebiano subjecta sunt Hieronymi, de quo dixi, supplementum et Prosperi Tironis (*b*) ab A. C. 379, ubi desiit Hieronymus, ad a. 444, Victoris Tunnunensis *Chronicon* ab a. 445 ad a. 565, Joannis abbatis Biclariensis ab a. 565 usque ad annum Mauritii octavum, A. C. 593; Idatii ab A. C. 379, ubi Hieronymus desinit ad 428; Marcellini comitis ab A. C. 379, ad a. 534, et veteris scriptoris sive interpretis incerti excerpta Latina chronologica ex Africano, Eusebio et aliis, vulgata e codice bibl. Puteanæ. Post hæc sequuntur Græce, quæ Scaliger velut Eusebiana collegit ac digessit: Anonymi Ἐπιτομὴ χρόνων (*c*) (*Chronici Alex. vel Fastorum Sicular.* nomine vulgo venit), ab Adamo ad annum Heraclii vicesimum, A. C. 629, ex codice Is. Casauboni; Nicephori, patriarchæ, *χρονογραφία*. Denique sequitur ἱστοριῶν συναγωγὴ et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή, non veteris scriptoris, sed, ut recte viri docti notarunt, ipsius Scaligeri, qui illam ex scriptoribus editis et ineditis collegit ac digessit, etiam Latinis, quorum loca Græce transtulit et hisce collectaneis inseruit. Fabr.

Vallarsius novis curis recensitum suisque et aliorum observationibus illustratum *Chronicon Eusebii*, etc., repetiit in sua D. Hieronymi Operum editione, tomo VIII, Veronæ 1740, fol. (quæ editio recusa est, curis Vallarsii posterioribus aucta, Venet. 1766—1782, 4 m.)

Eusebii Chronicon Latine a D. Hieronymo redditum et ad sua usque tempora perductum, adjecta etiam continuatione Prosperi Aquitani. Nunc primum collectioni Hieronymian. Operum adcensitum, genuinis Græcis fragmentis ex Georgio Syncello, Chronico paschali, Cedreno, aliisque auctoribus restitutis, et post Arnoldi Pontaci, Josephi Scaligeri, et Cl. Salmasii, atque aliorum recensiones et curas, denuo ad mss. codices castigatum, notisque luculentioribus continenter illustratum, opera et studio Dominici Vallarsii (tomo II addidit integros Pontaci Comment., et in Prolegg. tom. I de edd. diligenter disseruit).

Hic et in præfat. et in notis sæpe contra Scaligerum disputat. At quanquam præclare de Eusebio-Hieronymiano *Chronico*, tamen, quod in tali opere negotioque nec mirandum est, nec culpandum, non omnia perfecit. Hinc Hieronymus de Prato, lib. cit. pag. 423, dedit Eusebii Græca quædam fragmenta ex ejus *De temporibus* libro primo (excerpta olim a Georgio Syncello), *nova interpretatione, notis et observationes* reddidit. Præterea animadvertit, opus quidem a multis VV. DD. recte esse laudatum; Rupertum tamen in *Obss. in synops. minor. Besoldi*, p. 378, adnotasse, Scaligerum in senectute, memoria sua fretum, non consultis diutius libris, calamo usum esse, atque sic etiam in opere Eusebiano multas commisisse hallucinationes. Multo acrius judicavit Hieronymus de Prato in *Diss. de Chronicis libris*, supra memorata, p. 359, de hoc opere et jactantia Scaligeri, quem pronuntiat pessime de Eusebio esse meritum, eique multos alienos et adulterinos supposuisse fetus. Longam et gravem censuram excerpsit Clément l. c. pag. 180 sq. ubi a pag. 176 et priorem et posteriorem operis Scaligeriani edit. copiose recensuit, notavitque errorem Jo. Henr. Hottingeri, qui in *Bibliothecario quadripartito*, p. 315, confudit Scaligeri opus *De emendatione temporum* (Paris. 1583, Leidæ 1598, et ex auctoris ipsius msto emendatius magnaque accessione auctius, etc., Coloniæ Allobrog. 1629, fol.) cum ejusdem *Thesauro temporum*, cujus altera editio est inscripta: *Thesaurus temporum.* — *Editio altera, in qua ejusdem Josephi Scaligeri tertia fere parte auctiores notæ et castigationes in Latinam Hieronymi interpretationem, et Græca Eusebii, supreme auctoris cura emendatæ*, etc. *Amstelod. ap. Joan. Janssonium* 1658, *fol.* Clement, p. 179, nota ex Alex. Mori præfat. quædam, quæ ad historiam hujus editionis auctioris pertinent, delibavit. Harl.

(*a*) Recensetur a Labbeo tom. I *De script. eccles.*, pag. 302, et Thom. Ittigio lib. *De bibliothecis Patrum*, p. 745 seq. Emendationes Salmasii ex codd. Palatinis IV cum Conr. Sam. Schurtzfleischii ad Eusebii *Chron.* observationibus edidit frater *D.* Henr. Leonhardus Schurtzfleischius, Witeb. 1712, 4 [ed. II correctior et access. supplementi auctior Ienæ 1715, 4] in notitia principalis bibliothecæ Vinariensis, in quam editio Lugd. Bat. 1606, manu Salmasii notata, pervenit ex bibliotheca Gudiana. Inter codices Is. Vossii cum mss. collatos Colomesius n. 1 memorat *Chronicon* Eusebianum editionis Scaligerianæ, quod cum mss. commisit Cornelius Tollius. Bocl elli observatt. mss. chronicas ad Eusebium laudat Berneggerus ad Justini libr. XVIII, cap. 6. Fabr.— Prior operis Scaligeriani editio inscripta est: *Thesaurus temporum. Eusebii Pamphili — chronicorum canonum omnimodæ historiæ libri duo, interprete Hieronymo, ex fide vetustissimorum codicum castigati. Item auctores omnes derelicta ab Eusebio et Hieronymo continuantes. Ejusdem Eusebii utriusque partis chronicorum canonum reliquiæ Græcæ, quæ colligi potuerunt, antehac non editæ. Opera ac studio Josephi Justi Scaligeri. — Ejusdem Scaligeri notæ et castigationes in Latinam Hieronymi interpretationem et Græca Eusebii. Ejusdem Josephi Scaligeri Isagogicorum chronologiæ canonum libri tres, ad Eusebii Chronica et doctrinam de temporibus admodum necessarii. Lugd. Bat. exc. Thom. Basson. sumpt. Commelinor.* 1606, *fol.* Hanc ed. minus frequentem uberius recensuit et vitam scriptaque eorum quorum libri in hac collectione comprehenduntur, exceptis Eusebio atque Hieronymo, persecutus est Jo. Fabricius in *Historia bibl. Fabric.*, tom II, p. 375 sqq. Idem quasdam partim Conringii, ad quem olim pertinuit exemplum Fabricianum et qui passim aliqua ascripserat, partim suas aliorumque observationes reddidit.

(*b*) Conf. Vallars. l. c., p. XXVIII sqq., et Pontaci *Apparat.*, p. 12 sqq. Harl.

(*c*) Alia brevior Ἐπιτομὴ χρόνων ab Adamo usque ad Alexium Comnenum, quam ad calcem Zonaræ edidit Cangius, et in cujus titulo legitur: *Ταῦτ' ἱστορεῖ ὁ Καισαριεὺς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ, ὃς ἐκλήθη βασιλικός.*

servatt. illustrata, et ex parte nunc primum auctori suo vindicata. — Bern. Montfaucon in *Bibl. bibliothecar. mss.*, vol. I, p. 146-155, varias dedit lectiones ad *Chronicon Eusebii*, S. Hieronymo interprete, ex quatuor mss. bibl. Vaticanæ, notatis 241, 242, 245, qui sunt XIII et XIV sæculi, et collati cum edit. Scaligeri Lugduni Batav. a Claudio Stephanotio, congregationis S. Mauri procuratore generali. Contra Scaliger. et Baron. locum de Pilato et Cæsaris imaginibus uberius illustrat Lambec. *Comm. de bibl. Cæs.*, tom. VIII, p. 37 sqq., et p. 397 sqq. locum de Maria. Denique memoranda est editio hujus sententiæ :

Vetustiora Latinorum scriptorum Chronica, ad mss. codd. emendata et cum castigatioribus editt. collata, notisque illustrata, in unum corpus collecta, præmisso Eusebii Chronico a D. Hieronymo e Græco verso et multis aucto. Collegit D. Thomas Roncallius, monachus Cassinens. Patavii 1787, 4. II voll. Contulit R. cum ed. Ratdolt, 1483 et cum Gennadii cod. ms. Vatic. Alex. n. 2077.

Codd. mss. Pontacus, quibus usus est, bene multos recenset in *Apparatu* suo : Vaticanos aliosque enumerat Montfaucon in *Bibl.* Sed hi et reliqui pertinent potius ad Hieronymum. Florent. in bibl. Laur. Med. cod. XXXVII, n. 25, plut. 51, est Eusebii Epitome chronica, ubi et de S. Paschate. — In cod. XIII, n. 6-8, pl. 56, exstant tria excerpta ex Eusebii Chronicis. V. Bandin., Cat. codd. Gr. I, pag. 119 et 308. — P. I. Bruns ex cod. Bodlei. dedit versionem Syriacæ Epitomes Eusebiani *Chronici*, in *Repertor. fur biblische v. morgenlandische Litteratur.* part. XI, Lipsiæ 1782, Mai. 8 (*a*). Harl.

Reprehendit Eusebius hinc inde Africanum, ipse vicissim reprehensus est ab Aniano, Panodoro, Georgio Syncello et aliis, interdum etiam ubi ipsi erant reprehendendi : Diodoro etiam Tarsensi, de

A quo Suidas, præcipue a Scaligero (ab aliis vero vicissim notato), et aliis chronologis recentioribus.

EUSEBII PRÆPARATIO EVANGELICA.

Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευή (*b*), *Præparationis evangelicæ ad Theodotum, episcopum Laodicenum, libri* XV, *sive collectio pulcherrima argumentorum variorumque, notatu dignissimorum, monumentorum ac testimoniorum ex scriptoribus externis (magnam partem hodie deperditis), qua animus lectoris præparatur ad demonstrationes de veritate Evangelii Christi ex sacris litteris tanto facilius imbibendas, admittendasque. Latine vertit et Nicolao V pontifici inscripsit Georgius Trapezuntius;* sed cujus interpretationem valde mancam ac confusam B esse, merito queritur Allatius *De Georgiis*, p. 375, et Petavius XIV, 11, *De incarnatione*, § 2 : *Trapezuntius Latina sua versione non tam Eusebio lucem attulit, quam eo fœde laniando, addendo ac depravando, justam de se querelam posteris reliquit* (*c*). Confer Vossium *De hist. Græcis*, pag. 70; Huetium *De claris interpretibus*, pag. 292, et Jo. Rainoldi *Censuram apocryphorum librorum*, tom. I, pag. 803. Prodiit Latina Trapezuntii versio Tarvisii 1480, fol. [Curatius uberiusque enumerarunt et recensuerunt edd. ipse Fabricius in *Delectu*, etc., l. c., Maittaire et in primis edd. sæc. XV cel. Panzer (qui alios citare solet bibliographos) in *A. T.* Add. quæ observavi in Introd. in *Hist. L. Gr.*, l. c., pag. 219 sq., not. Paucis igitur versionis, a Trapezuntio factæ, C edd. indicabo. Venetiis typis Nicol. Jenson., 1470, fol. (Antonii Cornazzani præmissum octostichon emendatius iteravit Fabricius in *Delectu*, etc., quam Maittaire *A. T.* I, p. 67, exscripserat.) — (ibid.) per Leon. Aurl. (quem correctorem aut editorem fuisse, characterem autem Romanum esse eumdem, quo Adam de Ambergau 1472 Ciceronis orationes impressit, opinatur cl. Panzer. III, p. 98), s. l., 1473, fol. Add. cl. Morell. ad Cat. bibl. Pinell. I,

(*a*) Eusebiani *Chronici* duplicem editionem dedit card. Angelo Mai. Priori, quæ Mediolani prodiit, anno 1818, titulus hic præfigitur : *Eusebii Pamphili Chronicorum Canonum libri duo, opus ex Haicano codice a Doctore Joanne Zohrabo, collegii Armeniaci Venetiarum alumno, diligenter expressum et castigatum, Angelus Maius et Joannes Zohrabus nunc primum conjunctis curis Latinitate donatum notisque illustratum, additis Græcis reliquiis, ediderunt. Mediolani, regiis typis.* Eidem volumini inest : *Samuelis presbyteri Aniensis temporum usque ad suam ætatem ratio.* In fine legitur : *Explicitæ sunt celeri admodum editorum labore, efflagitante eruditorum omnium voto, hæ perutiles temporum doctrinæ Eusebii Cæsariensis et Samuelis Aniensis in alma et litteratissima urbe Mediolano, anno post beneficum Christi adventum M. D. CCC. XVIII. Lectores boni favete.* Hanc editionem, posterioribus curis recognitam, typis iterum mandavit card. Mai, in *Scriptorum veterum nova Collectione e Vaticanis codicibus edita*, tom. VIII. Romæ M. D. CCC. XXXIII, in-4°. Versio Armeniaca, in qua non modo sententiæ sententiis, verum sæpissime etiam verba verbis apprime respondent, sæculo Ecclesiæ V concinnata, utramque exhibet *Chronici* partem, ultima solum prioris partis sectione excepta. Optime edita est a J. B. Aucherio sub titulo : *Eusebii Chronicon bipartitum*, Arm. et Lat. (additis suo loco Græcis fragmentis) Venetiis 1818. II Partes, in-4°. Edit. Patr.

(*b*) Eusebius ipse VI, 10, *Præparat.*, pag. 280, Ὧν δὴ καὶ μάλιστα ἡμῖν δεῖ εἰς τὴν τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευήν*. Adde lib. XV, cap. 1, ubi post expositam horum librorum anace- D phalæosin ait, jam ad demonstrationem evangelicam tanquam nobilius argumentum se progredi : Τοῦτο δὴ οὖν σὺν Θεῷ διὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν ἐπισφραγισθέντος, τὰ μὲν τῆς προπαρασκευῆς ἐνταῦθά μοι περιγραφήσεται. Μεταβὰς δὲ ἐπὶ τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως*, etc. Libros XV *Προπαρασκευῆς* evangelicæ memorat etiam Hieron. et ex libro VIII locum profert in nonum *Danielis.* Fabric. — Conf. Du Pin. *Eccles. auctorum bibl. nov.*, II, p. 10, et Fabricium nostrum in *Delectu argumentor. et syllabo scriptor. pro veritate relig. Christianæ*, pag. 72 sqq., ubi locum hunc *B. Gr.* repetiit et pleniore præsertim edd. notitia amplicavit. Harl.

(*c*) Trapezuntius tamen in epist. ad Nicolaum V profitetur se illius jussu, *sentibus amputatis* (h. e. iis omissis, quæ sibi scilicet hæresin olere viderentur) *rosas solummodo Latinis hominibus hac traductione obtulisse.* Harl.

pag. 61. — Venetiis per Nicol. Jenson., 1476, fol. A — Tarvisii 1480, fol., typis Mich. Manzolini, Parmensis (de quo typographo v. Iren. Affo, *Saggio di memorie sulla tipogr. Parmense del sec.* xv, p. 38 sqq.). — Venet. 1487, fol. Hanc quidem edit. citat Maittaire III, pag. 487, ex catal. quodam; sed dubitat cl. Panzer. III, p. 248, de vera anni nota, et suspicatur esse eam a. 1497; pag. autem 417, n. 2230, istam ed. a. 1487 prodiisse, diserte negat. — Venetiis 1491, fol. Denis in *Supplem.*, pag. 307. — *Euseb. De præpar evangel. et demonstr.* Patavii 1497, fol. (Maittaire IV, pag. 639, not. 1, ex Loeschero, teste non semper certo fidoque. Neque Georg. Trapezuntius, sed Donat. Veron. Latine vertit Eus. *Demonstrationem evangelic.* V. Nicer. *Memor. VV. DD.*, tom. XI, pag. 26, ex versione Baumgarten.) B — Venetiis, diligentia Benardini Benalii, 1497, fol. (v. Fossii Cat. cit., tom. I, p. 650) — Venet. 1500, fol. (v. Foss. l. c., pag. 651; Goetzii *Memor. bibl. Dresdens.*, II, pag. 283, in primis Freytag. *Appar. litter.*, I, p. 632 sqq., qui multus est de Trapezuntii versione et ipso Eusebio ejusque doctrina.) — Sine loco et anno, in-fol. (Coloniæ, charact. gothico, Ulr. Zelii, quo 1473 Rob. de Licio sermones vulgavit, test. Denis, *Suppl.* I, p. 560, et Lairio in *Indice librorum ab inventa typograph.*, I, pag. 129 seq.), Hagenoæ 1522, 4, — Paris. ap. Sim. Colin. 1534, 4. Harl.] Colon. 1539, fol., et inter Eusebii opera Basil. 1542, 1549, 1559, 1570, fol., et Paris. 1587, fol., (*a*) sed in libris quatuordecim supplevit Jo. Thomas Freigius et, qui scholia etiam C addidit, Joan. Jacobus Grynæus; librum decimum quintum vertit Marcus Hopperus.

Græce primus vulgavit Rob. Stephanus Paris. 1544, fol., typis regiis. Denique Franciscus Vigerus, Rothomagensis, S. J. presbyter, ex duobus codicibus bibl. regiæ, quorum altero Stephanus usus fuerat, laudatisque ab ipso Eusebio scriptoribus, et variis lect. codicis Montacutiani Græca recensuit, novamque meliorem versionem suam et notas indicesque addidit Paris. 1628, fol. (*b*): quæ editio *Græco-Latina* recusa est Lipsiæ (licet titulus *Coloniam* præferat) 1688, fol. Exstant etiam hi libri mss. in bibl. Florentina, et Veneta S. Marci (ubi tres codices hujus operis, teste Montfauconio, D pag. 42 *Diarii Italici*), aliisque. In codice bibl. regiæ in fine trium priorum librorum numerus στίχων ascriptus est, ut notavit idem Montfauconius in *Palæographia Græca*, pag. 276. In Catalogo mss. Is. Vossii, num. 197, adnotat Colomesius, exstare librum *Præparationis* nonum, ex quo multa restitui possint in editis depravata. Habuit et Thom. Gale libros hos emendatos ex membranis antiquis (*c*). Dispositionem operis, librorumque singulorum quindecim argumentum breviter exponit Eusebius libri xv capite 1, testatus, ut dixi, se inde ad τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, *ad augustius argumentum, Demonstrationem evangelicam*, progressurum.

Add. Fabric, in *Delectu*, etc., pag. 74, quo teste Rich. Simon tom. I *Bibl. selectæ*, pag. 36, notat, mss. codicem (sed quinque tantum librorum) exstare in bibl. reg. Paris., differentem passim ab editis, dignumque qui conferatur. — In bibl. publ. Paris. sunt, secundum Catal. codd. tom. II, quinque codd. Gr.: cod. CDLI, quem Rich. Simon in manibus habuisse videtur. Is continet libros v priores. — In codd. CDLXV-CDLXVIII exstant xv libri. — Codices bibl. Florent. cod. VI et IX, plut. 6, præcipue priorem, copiose describit Bandinius in *Cat. codd. Gr.* I, pag. 102-105, et p. 114. Continent vero illi libros xv. — Venetiis in bibl. D. Marci codd. tres CCCXLI CCCXLIII. V. *Catal. codd. Gr.*, p. 157. — Neapoli in bibl. S. Joan de Carbonaria Augustinian. cod. XXI. — Ibid. in bibl. regia, cod. CCXX. — Fesuli in bibl. cœnobii canonic. Eus. *Præp. evang.*, interprete G. Trapezuntio. (Montfauc. *Diar. Ital.*, pag. 392.) — Vindobonæ in bibl. Cæsar. cod. XI, n. 6, et cod. XIV, n. 4, excerpta plura ex Eusebio *De præp. evang.*, quæ singula recenset Lambec. *Cat. codd.*, vol. VIII, p. 73 seq., et pag. 80 seq. Idem ibid., p. 50 emendat illustratque locum *Præpar. evangel.* lib. v, cap. 27 et 28. — Eusebii testimonium de discrimine legis et præceptorum in cod. August. Vindel., teste Reisero in Cat., p. 39. — Oxonii in colleg. Corporis Christi, c. MDCCXX, fragmm. Eusebii *De præpar. evan.*, Latine. — Ib. in coll. Joann. Baptistæ cod. MDCCLXXXVII *De præpar. evang.*, Græce. — Inter codd. Vossian. n. MMCCLII (Cat. codd. Angliæ, tom. II, p. 61, et cat. bibl. Leid., p. 398, n. 55) excerpta ex Eusebii *Præparat. evang.* — Romæ in bibl. Ottobon. bis *De præp. evangel.* (Montfaucon, *Bibl. bibliothecar.* mss. I, p. 184 A.) — Neapoli in bibl. Domini Valettæ (id. ib., p. 231 A.) — Ibid. in bibl. monast. S. Severini, bis. (id. ib., p. 235. A. D. — Florentiæ in bibl. Dominican. versio Lat. G. Trapezuntii. (id. ib., p. 421 C.) — Bononiæ in bibl. Canon. Regular. (id. ib., p. 432 A.) — Cesenæ in bibl. Fratrum Min. (id. ib., p. 433 C.) —

(*a*) Hoc quoque loco a Fabr. perperam scriptus fuisse a. 1581, et corrigendus esse videtur a. 1587, cum cæteris Euseb. opp. ap. Mich. Sonnium, opera Jo. Dadrei, Parisiens. theologi, qui Pontaco interroganti an, cum præfixus titulus præferret libros Eusebii restitutos, restituti vere essent, respondit se quidem Commentarios Grynæi in lib. *De præpar. evangel.* purgasse ac præcidisse nonnulla quæ Catholicorum aures possent offendere; cætera vero non attigisse, sed typographo esse tribuenda. Pontacus vero in *Apparatu*, etc., pag. 22, se affirmat cognovisse mutationes, quæ reperiuntur in edit. Sonniana, ex cod. monasterii S. Victoris, in suburbiis Paris. ut plurimum desumptas esse, licet non satis feliciter ubique. Idem Pontac., p. 21, observat ed. Basil. 1549 in omnibus fere respondere edit. a. 1529. Harl.

(*b*) In bibl. Leidensi est exemplar ad cujus marginem quædam ascripsit Is. Voss. Id.

(*c*) De Vossii et Galei codd. v. Cat. codd. Angliæ II, pag. 62, n. MMCCCVIII, et pag. 191, n MMMMMMCXXV. Id.

Mediolani in bibl. Ambros. (id. ib., p. 497 B.) — A Basileæ Eusebii quædam. (id. ib., p. 610 E.) In bibl. cathedr. Lexoviens. (id. II, p. 1363 A), etc. De versione *Italica* Venet. 1550, 8, v. Paitoni *Bibliotheca*, etc., II, p. 60. — De Sanchoniath. *Hist. Phœnic.* fragm. in libro I et Cumberlandi, etc., versione v. supra in vol. I, p. 224 sq., not. — De Historia Abgari, in Eusebii *Præp. evang.* Jo. Jortin in *Remarks on ecclesiast. History*, vol. I, p. 88; vol. II, p. 71 sq.; vol. III, p. 451-469. — S. S. B. B. conjecturæ in locum Eusebii *Præp. evang.* lib. I, ex Zoroastre laudatum, in *Misc. obss. Belg.*, vol. III, tom. II, p. 233-235. Harl.

Εὐαγγελικὴ ἀπόδειξις. *Demonstrationis evangelicæ* ex viginti libris, decem: primus (*a*) nimirum (initio mutilus) usque ad decimum itidem extrema B parte truncum (*b*). Hujus operis, quo veritatem christianæ religionis ex sacris litteris et Vet. Test. maxime astruit, et vaticinia de Christo colligit atque interpretatur, codices mss. rarissimi sunt, Montfauconiique judicio (*c*) videntur omnes descripti ex membranaceo codice antiquo, qui exstat in bibl. regis Galliæ (*d*): nam omnes sunt perinde in fronte mutili, et ab eadem voce incipiunt, atque in eadem desinunt. Libros viginti memorat Hieronymus, c. 81 Catalogi, et Photius cod. x. Librum XVIII laudat Hieron. *Præf in Oseam*, testatus, illo libro Eusebium de Osea quædam disputasse. Aliud Eusebii opus fuit τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς, pluribus constans libris, cujus sextus, septimus, octavus et nonus, exstant adhuc mss. sub titulo *Eclogarum propheticarum de Christo* libri IV. Hos enim libros in bibl. Vindobonensi superesse testatur Lambecius lib. I, p. 139 seq.; lib. III, p. 75 (*e*). Ex eodem Lambecio apponam hæc libri quarti *Eclogarum propheticarum*: Ἀλλὰ γὰρ ἐν τέταρσι καὶ τὴν τῶν ἐκλογῶν ὑπόθεσιν ἐν τῷ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΔΟΥΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ἘΝΝΑΤΩΙ τούτῳ συγγράμματι περιγράψαντες ἐν τῷ ΔΕΚΑΤΩ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὸν λογισμὸν ἀποβεβλαμμένοις ἑτέραν ἁρμόττουσαν ἔφοδον παρασχεῖν πειρασόμεθα. Mentio hujus operis in Eusebii *Hist. eccles.* lib. I, cap. 2 (*f*) ubi opus illud a *Demonstratione evangelica* distinguit: Ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ΠΡΟΦΗΤΙΚΑΣ ΕΚΛΟΓΑΣ συναγαγόντες ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΩΤΕΡΟΝ τε τὰ περὶ αὐτοῦ δηλούμενα ἐν ΕΤΕΡΟΙΣ συστήσαντες, τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθησόμεθα. Blondellus lib. *De episcopis*, p. 47, ait Eusebium in *Demonstratione* citare *Historiam* suam, sed lib. VI, cap. 13, p. 273, ad ἱστορίαν quidem suam, hoc est, ad notitiam et

(*a*) Primi libri argumentum perspicue exponit Eusebius XV, 1, *Præparat.*, p. 790, et cap. ult., p. 856, quod cum eo, qui in hodiernis codicibus primus est, congruit. Atque cæteros novem continenter ita ab auctore fuisse subjunctos atque connexos, C ex ipsis librorum exordiis, in quibus numerus etiam subinde libri cujusque exprimitur, patet.

(*b*) Fabricius noster ex codice integriore bibl. Maurocordati, principis Walachiæ, defectum ingentem libri primi supplevit, decimique finem, ubi perpauca desiderabantur, subnexuit in fronte *Delectus argument. et syllabi scriptorum de verit. relig. Christ.*, pag. 1-22, pag. autem 74 seqq., repetiit ea quæ in *B. Gr.* h. l. scripserat, ac præterea adnotavit, judice Tillemontio tom VII *Memor. H. E.*, p. 53 sq., cœptum id opus ante finitam A. C. 312 Diocletiani persecutionem, continuatumque post illud tempus, pace cœtui Christianorum (a. 325), reddita (conf. Kollar. ad Lambecii *Comment.* I, pag. 261 sq.): loca autem quæ Arianis favere videantur, notasse Jac. Billium lib. I. *Obss. S.*, c. 27, et plura emendasse atque illustrasse c. 28. Harl.

(*c*) Montfauconus *Diar. Italic.* pag. 12, 42, et in *Bibl. bibliothecar. mss.* tom. I, p. 527, E, ubi meminit cod. imperfecti, sæc. XV, *De evangel. demonstrat.* in bibl. Ambros. Mediolanensi. Est quoque cod. Gr. Oxoniæ in bibl. coll. S. Joan. Baptistæ. V. *Cat. codd. Angl. et Hib.*, II, p. 60, n. 1781. Harl.

(*d*) In bibl. publ. Paris. sunt (sec. cat. II, pag. 65 sqq.) quinque codd. *Demonstrat. evang.*, quorum primus exaratus est sæc. XII, tres sæc. XVI, et quintus manu Valeriani, Foroliviensis, Venetiis a. 1543. Harl.

(*e*) Pag. 252 sqq. libri I ed. Kollarii, ubi Lambecius, postquam summam librorum dederat excerpseratque plura, pag. 256 sq. demonstrat, illas *Eclogas* Eusebium habuisse parentem; quod judicium corroborat tum Lambecius et in additamento, a Kollario, p. 257 sqq. in nota allato, et in libr. ac vol. III, p. 202, ubi libri illi *quatuor. eclog.* in cod. LV iterum exstant, tum Kollarius p. 203 sqq. de cod. quem non adeo mancum ab initio esse docet, et Eusebio, illorum librorum auctori, pluribus et firmioribus usus argumentis, asserit, copiose docteque disputans. Idem Kollar. ad vol. I, p. 257, adnotat se in epistola ad eruditos de altera *Commentariorum* editione, exarata Vindob. 1760, jam gravioribus rationum momentis Eusebio attribuisse illas *Eclogas*, et ad vol. III, p. 203, refutat Oudinum (*Commentar.* suorum tom. I, col. 314) et alios recentiores (v. J. Christoph. Mylii *Biblioth. anonymorum et pseudonymorum*, part. I, pag. 30 et 38), quibus opus illud suspectum, et ab aliis Eusebio substitutum videbatur. Illæ Lambecii atque Kollarii observationes et vero disputationes futuro illarum *Eclogarum* editori imprimis sunt legendæ ac ponderandæ (1). Idem Lambec. vol. VIII, pag. 12 D sq., duo loca Eusebii *H. E.* lib. I, cap. 11, et *Demonstrat. evangel.* pag. 124 sq., in quibus hic Josephi de Christo testimonium commemorat, fusius recenset, cum aliis comparat scriptoribus atque emendat, vindicatque Eusebium ab omni fraude, denique illud testimonium historiamque temporis late usque ad pag. 86 (ubi Kollarii nota non est negligenda) persequitur. Harl. De *Eclogis* Eus. *propheticis* imprimis vid. Munterus *Fragm. Patr. Græc.*, p. I, p. 56 sq.

(*f*) De quo loco v. Lambec. et Kollar. tom. I *Comment. de bibl. Cæsar.*, p. 257.

(1) Eusebii *Eclogas propheticas* e cod. Græco biblioth. Cæsar. Vindobon. nunc primum Gr. edidit Th. Gaisford. Oxonii 1842, in-8°. — Operi huic non absimiles fuisse videntur θεοφανείας seu *apparitionis Domini in carne libri* V (S. Hieronym. *De scriptor. eccles.* c. 81), qui exhibuerunt, ut ex fragmentis nuper in lucem protractis conjicere licet, historiam Christi Domini ex vaticiniis atque ex Evangeliis consarcinatam cum uberrima doctrinæ evangelicæ expositione. Fragmenta complura hujus operis Græce edidit A. Maius in *Collect. Nova Veterum Script.*, t. I. (Romæ 1831) p. I, p. 113 - 42. Cf. ejusdem Prolegom., n. 7. (p. XII-III.) Edit. — Cf. Fessler, *Institut. Patrol.*, I, 352.

experientiam, provocat, *Historiæ* autem *ecclesiasticæ*, a se scriptæ, neutiquam meminit. Verba sunt: Εἰ γοῦν τι δύναται καὶ ἡ ἡμετέρα ἱστορία, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν πάλαι βοωμένην Σιὼν ζεύγεσι βοῶν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἀρουμένην ὀφθαλμοῖς παρειλήφαμεν. Uberiorem ἐξέτασιν *locorum propheticorum de vocatione gentium* facturum se promittit lib. II *Demonstrat.*, p. 53, quæ in præsenti οὔτε ἀναλέγειν οὔτε ἑρμηνεύειν καιρός, pag. 48. Illa ἐξέτασις, perinde ut decem ultimi *Demonstrationis* libri intercidere. Et dubito an diversi ab editis exstent in bibl. Vaticana, licet in Scaligeranis legas » *Il y a au Vatican les dix derniers livres* Ἀποδείξεων *d'Eusèbe, mais les Italiens sont si jaloux, qu'ils ne les voudraient pas prêter.*

B Latine vertit Bernardinus Donatus, Veronensis, dicavitque interpretationem suam Paulo tertio, pontifici. Prodiit ejus versio Venetiis (*a*) primum, hinc Colon. 1542, fol., et cum aliis Eusebii Operibus Basil. 1542, 1549, 1559 et 1570, fol., additis scholiis J. Jac. Grynæi; et Paris. 1587, fol. (*b*). Nonnulla in ejus versione castigat Jacobus Billius in *Observationibus* suis *sacris*; et Georgius Calixtus, § 54 *Diss. quod Filius Dei, Patribus V. T. in propria hypostasi non apparuerit*, notat Donatum pleraque de Christo durius et licentius ab Eusebio dicta, sic esse interpretatum, ut emolliret. Atque ob similem causam omisisse quædam, monet Possevinus in *Apparatu sacro*.

C Græce typis nitidis regiis e codice regio edidit primus Rob. Stephanus. Paris: 1545, fol.

Græce et Latine cum Donati versione, et variis lectionibus et castigationibus brevibus, Paris. 1628, fol., additis libro Eusebii *contra Hieroclem*, duobus *contra Marcellum Ancyranum*, et tribus *De ecclesiastica theologia*. Hæc editio repetita est Coloniæ (sive Lipsiæ potius) 1688, fol. De Græcis *Demonstr. evangel.* edit. v. Goetzii *Memor. bibl. Dresd.*, II, p. 284 sqq. (ubi quoque de Donato Veronensi agitur); Clement., l. c, p. 191 sq., not., et

A J. Fabric. in *Histor. bibl. Fabricianæ*, I, p. 91 sqq. HARL. Ex *Præp. evang.* et ex *Dem. evang.* excepta vernaculo sermone edidit et notis illustravit Roesslerus *Bibl. PP.* t. V, p. 203 sq.

III. Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία. *Historiæ ecclesiasticæ libri* X (*c*) e quibus ultimum dicavit Paulino (*d*) qui Tyri atque inde per sex menses Antiochiæ post depositum Eustathium episcopus fuit. Absolutum opus Crispo (*e*) adhuc superstite, quem X, 9, βασιλέα φιλανθρωπότατον, et mox θεοφιλέστατον καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὅμοιον appellat. Quanquam vero Hegesippus et Africanus quodam modo Eusebio præiverant, Papias quoque et Justinus atque Clemens Alexandrinus, Irenæus aliique varia in scriptis suis adnotaverant, quæ ad historiam Ecclesiæ et hæresium facerent, justum tamen ecclesiasticæ historiæ corpus nemo ante Eusebium condidit; unde merito ait se πρῶτον τῇ ὑποθέσει ἐπιβῆσαι, *primum aggressum esse hoc argumentum.* Deduxit autem illud a Christianismi primordiis usque ad Licinium, a Constantino M. superatum exstinctumque, et pacem Ecclesiæ redditam A. C. 324. Indices capitum ab ipso Eusebio præfixos docet Valesius. Τὴν καθόλου ἱστορίαν, *historiam universalem* ecclesiasticam vocat opus suum Eusebius lib. VIII, cap. 2, pag. 294.

Latine vertere voluit Hieronymus (*f*) scripturus historiam ecclesiasticam, qui etiam libro *De scriptoribus ecclesiasticis* pleraque omnia repetiit ex Eusebio, licet translata liberius nec semper satis accurate. Vertit Eusebii *Historiam* Rufinus, sed ita ut varia passim librumque decimum (*g*) integrum propemodum omitteret, alia adderet atque interpolaret, et ipse libros duos novos subjungeret (*h*), producentes historiæ telam ad Theodosii M. obitum usque, sed incertis, quibus scatent, et parum credibilibus narrationibus judicio et fidei Eusebii neutiquam respondentes. Rufini versio dicata Chromatio, Aquileiensi episcopo, et jam Augustino lib. *De cura pro mortuis*, c. 6, laudata, quæ lucem vi-

(*a*) Fabric. in *Syllabo script. pro V. Christ.*, p. 76, primam edit. Venetiis 1498, fol., prodiisse scribit; contra Maittaire *A. T.* indic. p. 386 notat *Romæ* 1498. Penes igitur auctorem sit fides: illius quidem editionis meminit nec cel. Panzer in *A. T.*, nec Audiffredus in II suis *Speciminibus*. HARL.

(*b*) Vide supra ad § 2 de edd. notata. ID.

(*c*) Apud Theophanem, p. 5, pro τὴν ὀκτάβιβλον, legendum τὴν ὀγδόην βίβλον, ut Combefisius etiam in notis animadvertit. Adde Hanckium p. 100 *De scriptoribus Byz.* Fallitur enim Jacobus Goarus, qui putat Theophanem ad opus Eusebii, quo veterum martyrum acta collegerat, respicere idque octo libris constitisse.

(*d*) Hunc Paulinum ἱερώτατον vocat Eusebius lib. X, cap. 1. Senem jam fuisse patet ex p. 317 d. De illo multis Hanckius p. 106-113, contendens, ante Eustachium sedisse Antiochiæ et paulo ante concilium Nicænum diem obiisse. Sed veriora videntur quæ habet Antonius Pagi ad A. C. 340, num. 21.

(*e*) Idem Hanckius, p. 103 seq., et Papebrochius tom. III *Act. Sanctor. April.*, p. 108. Pagi ad A. C. 326, n. 18, 19.

(*f*) Hieron. in *Vita S. Malchi*: *Prius exerceri cupio in parvo opere, et veluti quamdam rubiginem linguæ abstergere, ut venire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen vitam*
D *Deus dederit, et si vituperatores mei saltem fugientem me et clausum persequi desierint), ab eventu Salvatoris usque ad nostram ætatem, id est, ab apostolis usque ad hujus temporis faciem, quomodo et per quos Christi Ecclesia nata sit et adulta, persecutionibus creverit, martyriis coronata sit, et postquam ad Christianos principes venerit, potentia quidem et divitiis major, virtutibus minor facta sit.*

(*g*) Rufinus, epist. ad Chromat.: *Sciendum est quod decimus liber hujus operis in Græco, quoniam perparum habet in rebus gestis, per reliqua omnia in episcoporum panegyricis tractatibus nihil ad scientiam rerum occupatus, omissis quæ videbantur superflua, historiæ, si quid habuit, nono conjunximus libro, et in ipso Eusebii narrationis dedimus finem. Decimum vero et undecimum librum nos conscripsimus*, etc.

(*h*) De horum duorum Rufini librorum Græca versione dixi infra in Socrate.

dit Rom. 1474 - 1476 (*a*), fol., Mantuæ 1479, fol., Paris. sine temporis nota, litteris Longobardicis, ex emendatione Goffredi Boussardi 8 (*b*); Lugd. 1523, 8; Paris. 1541, fol. ; et Basil. 1523, 1528, ex recensione Beati Rhenani cum *Hist. Tripartita*, cui in edit. 1535, fol., accedunt liber Nicephori XVII, incerto interprete, Victor Vitensis *De persecutione Vandalica*, et Græce primum tunc editi libri V *Hist. ecclesiasticæ* Theodoriti. Prodiit iterum Rufini versio cum *Hist. tripartita* Basil. 1539, 1568, Francof. 1588; itidem Basil. 1542 (*c*), 1548, 1559, 1570, fol., cum J. Jac. Grynæi scholiis, inter alia Eusebii opera. Novam versionem composuit et Edwardo VI, Angliæ regi, dicavit Wolfgangus Musculus, editam cum versione librorum *De vita Constantini Historiæque* Socratis, Sozomeni, Evagrii ac Theodori lectoris, et Dorothei, Tyrii, et, quem Camerarius transtulit, Theodoriti, Basil. 1549, 1554, 1557, 1562, 1611, fol. Omisit Rufino etiam præteritum librum *De martyribus Palæstinæ*, quamobrem perinde ut ob alios nævos a Valesio reprehenditur. Tertia versio *Historiæ eccles.* Eusebii, item Socratis, Theodoriti, Sozomeni et Evagrii, auctore J. Christophorsono, Cicestriensi episcopo, prodiit Lovanii 1570 (*d*), et Coloniæ 1570 et 1581, cum Suffridi Petri adnotationibus, fol., et Paris. 1571, fol. (*e*), quam licet *Latinissimam* vocet Montacutius tom. I *Orig.*, p. 264, tamen multis in locis infeliciter reddere Eusebium et Baronio errandi ansam passim dedisse, multi jam observarunt, quorum judicia collegit Martinus Kempius in *Bibl. theologica*, p. 509 sq., et Thom. Ittigius, præf. ad *Hist. eccles. sæculi* II, pag. 3 seq. Vide et D. Dorschei *Diatyposin concilii Nicæni*, p. 4. Librum *De martyribus Palæstinæ*, Christophorsonus in octavum *Historiæ* librum transfudit. Quartam versionem Meredithi Hanmeri, illius qui *Chronicon Hiberniæ* edidit, haud vidi, neque editam puto. Quinta Henr. Valesii prodiit, Græcis Eusebii omissis, Paris. 1678, fol. FABR. — *Ecclesiasticæ historiæ* Eusebii Pamphili libri IX, Rufino Aquileiensi interprete, ac duo ipsius Rufini libri. Opus in duas

(*a*) Editiones enumerat cl. Schœnemann in *Biblioth. histor. litter. Patrum Latin.*, I, p. 593 sqq. Editio a. 1474 sine nota loci et typographi est; neque vero Romæ, ut Fabricius h. l. et Bunemann apud Clement VIII (ubi hæc editio pag. 181 sqq. copiosius describitur, et adnotatur, ed. 1470, a Stollio memoratam, et ed. 1473, ab Osmont in *Catal.* citatam, esse fictas falsasque), perperam tradunt: sed, teste Panzero *A. T.* III, p. 546. Ultrajecti char. Nicolai Ketelaer et Gerhardi de Lempt. — Altera, a. 1476, Romæ, per Jo. Phil. de Lignamine: de qua rara edit. v. Fontanini *Histor. litterar. Aquileiens.*, p. 356; tum Fossii *Catal. codd. sæc.* XV *bibl. Magliab.*, I, p. 647; Audiffr. *Catal. Roman. edd. sæc.* XV, p. 212; Clement., l. c., pag. 184 sqq., aliosque a cl. Panzero, II, p. 466, citatos. — De edit. Mantuæ 1479, fol., typis J. Schallii, Germani, v. Maittaire *A. T.*, IV, p. 398; Fontanin. l. c., pag. 358; Panzer., II, p. 6 sq., aliosque, quos ille excitat. — Eusebii *H. E.* s. l. et a. (Argentorati typis Henr. Eggenstein. V. Panzer. I, p. 83, qui etiam Denis. *Supplem.* I, p. 560, et Braun I *De libris in bibl. monast. ad SS. Udalr. et Afram*, p 27, male arbitrantem, hanc ed. fuisse primam et circa a. 1470 typis expressam, jam laudat, atque animadvertit, a Lairio in *Indice*, etc., I, pag. 129, male asseri Conr. Fynero). An hæc ed. est ea quam Stroth, nescio quo auctore. incerto quidem, prodisse scribit Argentorati 1483, cum Bedæ *H. E. Anglorum?* — Euseb. cum Beda. Spiræ 1490, fol., Maittair. IV, p. 525; — ex emendatione Goffr. Boussardi, Paris., diligentia Petri Levet, 1497, 4 (Panzer. II, p. 315 fin.) — Eusebii *H. E.* et Bedæ *Ecclesiast. historia gentis Anglorum.* Argentor. 1500, fol. min. (Clement. VIII, p. 185 sq.; Strauss *Opp. rar.*, pag. 191; Panzer. I, p. 66). — Hagenoæ 1500, apud Maittaire p. 729, nisi error in nota anni commissus fuerit. Bunemann quidem apud Clement., p. 186 not., habuit et descripsit pluribus edit. Eusebii cum Bedæ *H. E.* Hagenoensem per Henr. Gran., 1506, fol., quam etiam Panzer *A. T.* vol. VII, p. 71, ex *Catal.* Thott. refert. — Eusebii et Bedæ *H. E.* libri. diligenter reversi atque emendati. Argentorati 1514, min. fol., de qua ed. v. Goetzii *Memor. bibl. Dresd.*, III, p. 531 sq., cui etiam ed. Hagen. 1500 suspecta est, et Meuselii *Histor. litter. Magazin* II, p. 183. HARL.

(*b*) Hæc editio Parisiis circa a. 1514 prodiisse videtur Schœnemanno p. 595. Boussardus quidem, cum Argentoratensem edit. immensis erroribus scatere deprehendisset, *Hist. eccl.* a se recognitam denuo vulgandam curavit, adnotante Fontanino l. c., pag. 358, ubi plures recenset editt. — Eadem repetita est, eodem ac Fabricio in textu et Schœnemanno testibus (ut ea, quæ Fabric. paucis attigit, paulo latius explanem), Lugduni apud benedict. Bonnyn, 1523, 8 (cujus quidem anni nota est suspecta cl. Panzero, VII, p. 335); — Paris. ap. Franc. Regnault, 1525, 8; — Lugduni, 1533, 8. — Tum ex recognitione Beati Rhenani prodierunt *Auctores hist. eccles. Eusebii Pamphili Cæsariensis* libri IX, *Rufino interprete. Rufini presbyteri Aquileiensis libri duo recogniti ad antiqua exemplaria Latina per Beat. Rhenanum. Idem ex Theodorito episcopo Cyrensi, Sozomeno et Socrate CPolitano libri* XII, *versi ab Epiphanio scholastico, abbreviati per Cassiodorum senatorem, unde illis* Tripartitæ historiæ *vocabulum : emendati et hi multis locis, additis passim Græcis epistolis plerisque synodorum ac imperatorum e tomis Theodoriti, cum ut Latinæ versioni ex his succurratur, tum ut velut monimenta quædam Christianæ antiquitatis conserventur*, etc. Basil. 1523, fol. — Ibid. 1528, fol. (in exemplo quod in manibus habeo, præfationes Rhenani non sunt rejectæ, uti Fontaninus scripserat); — ibid. 1535, fol. (v. Panzer VI, p. 504, et hujus quoque meminit Fabric. noster in textu); — ibid. 1539; — Paris. 1541, per Galectum a Prato, fol., atque Antwerp. ap. J. Steelsium, 1548, II tom. 8°, addita *Vita Constantini*, interprete J. Portesio, et Theodoriti *Historia.* HARL.

(*c*) Basil. 1542, apud Henric. Petri, fol., in tomo III Opp. Eusebii, Latine editorum, et ibid. 1544, fol., ex ed. B. Rhenani, inter *Auctores hist. eccl.*, teste Schœnemanno, Francof. 1588, fol. HARL.

(*d*) Secundum Fontanin. l. c., Lovan. apud Servat. Sassenum 1569, II tom. 8°. ID.

(*e*) Edit. Colon. a. 1581 ignorant Fontanin. et Schœnemann. Contra prior observat. Jo. Dadræum Eusebii opera, rejectis II libris *Historiæ* Rufini. Latina edidisse Paris. 1581, fol., usum versione Christophorsoni et scholiis Curterii; Renatum vero Barreum Rufini librum X et XI a cæteris avulsum inseruisse ejus opusculis, Paris. apud Sonnium, 1580, fol. Prima Christophorsoni editio post ejus mortem, Eduardo Godsalfo Anglo curante.

partes distributum, quarum altera Eusebii, altera Rufini libros continet, ad Vaticanos mss. codd. exactos notisque illustratos, studio F. Petri Thomæ Cacciari — Acc. postremæ parti ejusdem Diss. *De vita, fide ac Eusebiana ipsa Rufini translatione.* Romæ, pars I, 1740; p. II, 1741, 4, de quo opere copiose disserit Schoenemann. l. c., p. 594 sqq. Cacciar. textum ad quinque codd. Vaticanos, quos idem Schoenem. uberius recenset, contulit atque emendavit, de superioribus judicavit versionibus, et Græcos Eusebii codd. ad unum omnes pro interpolatis atque corruptis habet; contra putat Rufinum, Eusebii temporibus tam propinquum, ex fontibus hausisse limpidioribus. Cacciar. quod Rufini versionem longe præstare Valesianæ contenderat, Tartarottus in singulari disp., Tridenti 1748, de versione Rufiniana *H. E.* Eusebii, dignitatem et præstantiam Valesianæ interpretationis vindicavit. — Atque Valesii versio Eusebii *H. E.* et *De vita imperatoris Constantini* libr. IV, cum *oratione Constantini ad sanctos* et cum *Panegyrico* Eusebii, cum notis Valesii et variorum ex Readingii edit. recusa est sine textu Græco, Venetiis, typis Antonii Zatta 1763, tomi duo, in tribus voll. 4, de qua edit. vide cl. Morelli, epist. ad me datam, et evulgatam a me in *Introd. in hist. L. Gr.* II, 2, pag. 359 sq. — De editionibus Latinis atque interpretibus Lat. v. quoque Stroth. in præf. ad suam Eusebii *H. E.* edit., pag. XXVIII, sqq. HARL.

Græce Eusebii, Socratis, Theodoriti, Sozomeni et Evagrii *Historiam ecclesiasticam* elegantissimis typis ex codd. regiis edidit Rob. Stephanus Paris. 1544, fol. Confer laudati Ittigii librum *De Patrum Bibliothecis*, p. 727 sq. FABR. Add. *Literarisches Wochenblatt*, tom. I, Noriberg. 1770, 8, part. X, pag. 137 sq. — De Stephani, Valesii et Reading edd. Gr. multus est Clement. VIII, pag. 187 sqq. In Bibl. Leidensi est exemplar, manu Scaligeri infinitis locis conscriptum et emendatum ex V. cod. V. Catal., pag. 19, et ibid. aliud cum adnotatt. viri docti. HARL.

Græce et Latine eosdem scriptores vulgarunt Genevenses, addita J. Christophorsoni versione et Suffridi Petri adnotationibus, anno 1612, fol., quæ editio, quia parum emendata est, ideo nihil ea flagitiosius prodiisse ait Montacutius p. 187 *Apparatus ad origines ecclesiasticas.* [Sed in marg. sunt V. L. e codd.]

Ab eo tempore Eusebii *Historia*, liber *De martyribus Palæstinæ*, libri IV *De Vita Constantini*, cum *Constantini oratione ad sanctos* et Eusebii in

A *Constantini Panegyrico* insignem accepit lucem a præclara industria eruditissimi viri, Henrici Valesii, qui Græca recensuit ad mss. binos regiæ bibl. quibus Rob. Stephanus usus fuerat, tertiumque optimum Mazarinianum, scholiis etiam Græcis hinc inde illustratum, quæ notis suis pleraque Valesius inseruit, et quartum Nic. Fucketii, tum varias lect. e Turnebi, Vulcobii et Savilii codicibus: tum novam et accuratiorem (*a*) versionem notasque doctas atque omnibus historiæ eccles. studiosis legendas addidit: denique præter Diss. de Vita Eusebii et scriptis, et veterum de Eusebio in utramque partem testimonia, præmisit Petri de Marca epistolam ad se scriptam de originibus Christianismi in Gallia, quo de argumento conferri etiam possunt An-
B dreas Saussæus *De mysticis Galliæ scriptoribus*, p. 279 sq. et 300 sq., et auctor novæ dissertationis *De tempore introductæ in Galliam Christianæ religionis* (de qua *Ephemerides Parisienses* a. 1705, p. 1071), præcipue Joannes Launoius in epistolæ Petri de Marca dispunctione. Dissertationes Valesius notis suis subjunxit has quatuor: 1. *De schismate Donatistarum usque ad A. C.* 325; 2. *De uno tantum, non duobus templis a Constantino Hierosolymæ conditis*; 3. *Ad Jac. Usserium, adversus illius sententiam de perdita versione LXX Interpretum et Hexaplis Origenis*; 4. *De Martyrologio, quod Rosweidus edidit, et perperam pro veteri genuino Romano Martyrologio jactavit.* Prodiit Eusebii Va-
C lesii Græce et Latine Paris. perquam nitide a. 1659, fol., apud Antonium Vitre, et ex Valesii chirographo, paucis quibusdam in versione mutatis atque pluribus additis, quæ uncinis inclusa sunt in animadversionibus ex secundis Valesii curis, apud Petrum le Petit, Paris. 1677, fol. Exinde ad priorem ed. recusus Moguntiæ, ut habet titulus, sive Francofurti potius 1672, fol., et ad posteriorem editionem Parisiensem, Amsterd. 1695, fol., typis Francofurtensibus Wustianis. Paginæ Eusebii, quod vehementer dolendum, in hac postrema haud respondent (*b*). Obiit Valesius Parisiis, Nonis Maii a. 1676, vitaque ejus, a fratre Adriano scripta, ad Ludovicum Nublæum, post Parisiensem editionem recusa Lipsiæ 1680, 8, cura nobilissimi viri Frid.
D Ben. Corpzovii, atque in *Vitis selectorum aliquot virorum*, a Guil. Batesio collectis et Londini a. 1681 et 1704, 4, editis p. 719, et ante Eusebium Valesii edit. Amst. 1695, fol. FABR.

Integra Valesii editio Cantabrigiæ tanta cura et fide recusa est, ut etiam peccata typothetarum,

prodiisse videtur Strothio a. 1559, qui annus in fine dedicationis Godsalfi subscriptus est. Idem Strothius ex alia Godsalfi præf. concludit, eam edit. etiam Antverpiæ 1568 prelo exiisse; denique Colon. Agripp. 1612, fol. ID.

(*a*) Non desunt quidem in hac etiam versione sui hinc inde nævi, a viris doctis partem ab eo tempore notati, sed propter plurima, quæ rectissime atque eruditissime vir summus vidit et expressit, laudem semper maximam feret ab æquis et cordatis lectoribus, nedum veniam ob quantulascunque hallucinationes.

(*b*) Conf. uberiorem recensionem J. Fabric. in *Bibl. Fabric.*, tom. II, p. 396 sqq., qui animadvertit, edit. illam non esse recusam Amstel. 1695, sed per fraudem factum esse illum titulum, cum sit ipsissima ed. Francofurtana, idemque aliorum de Eusebio ejusque scriptis Valesiique editione affert judicia. Recusa est, aut novum titulum accepit, Paris. 1746. HARL.

præter illa quæ ipse Valesius indicarat, retinerentur. En inscriptionem :

Eusebii Pamphili, Socratis scholastici, Hermiæ Sozomeni, Theodoriti et Evagrii, item Philostorgii et Theodori Lectoris quæ exstant, Historiæ ecclesiasticæ Græce et Latine in tres tomos distributæ. Henr. Valesius Græcum textum ex mss. codd. emendavit, Latine vertit, et adnotatt. illustravit. Gulielm. Reading novas elucidationes, præsertim chronologicas, in hac editione adjecit. Cantabrigiæ, typis academ. 1720, *fol.*, III *tom.* In primo tomo, qui peculiarem habet inscriptionem, continentur Eusebii — *E. H. libri decem. Quibus subjungitur oratio Constantini ad sanctos et Panegyricus Eusebii. H. Vales. Gr. textum collatis* IV *mss. codd. emendavit, Lat. vertit et adnotatt. illustravit. Hanc edit. criticis plurium eruditorum* (n. Wilh. Lowthii emendatt. notisque hist. et V. L. a Merico Casaub. margini exempl. Steph. ascriptis) *observationibus locupletavit G. Reading*, cleri Londinens. bibliothecar., Cantabr. 1720. Reading quoque, quidquid ex Pagi critica, Pearsonii *Annalibus Cyprianicis*, Cavei *Hist. litt.*, Dodwello aliisque huc pertineret, diligenter congessit, et notas Valesii aliorumque et suas textui subjecit commodius. Sub finem p. 795 sq. posuit V. L. codicis Castellani et eas quas Mer. Casaubon. exempl. Steph. manu ascripserat. Conf. Clerici *Bibl. ancienne et mod.*, tom. XVI, p. 75-156; *Acta. erudit.*, Lips. 1724, p. 97 ; et Baumgarten, *Nachricht. von merkwürdigen Büchern.*, tom. X, p. 310-318.

Hæc Readingii ed. recusa est Turini 1748 fol., III voll.

Readingii merita, quæ in critica quidem parte haud adeo insignia fuerunt, Strothius superare sustinuit in nova edit. ac recensione, cujus tamen primum tantum volumen lucem aspexit :

Eusebii Pamphili Historiæ ecclesiasticæ libri X. *Ejusdem De Vita Constantini libri* IV. *Textum ad fidem codd. mss. et edd. recensuit, notasque maximam partem criticas adjecit Frid. Andr. Stroth.* — Vol. I. Halæ ad Salam, 1779, 8, Græce. Varias editt. tam Gr. quam Lat. contulit, atque ea quæ antea fuerunt dispersa, collegit, in subsidiumque vocavit Rufinum ac Nicephorum aliosque. Qua diligentia effecit, ut meliorem contextus formam atque constitutionem effingeret. In longa præfatione historiam criticam tam codicum et Eusebii et Rufini plurimorum, aliorumque subsidiorum scriptorum, quam editionum confecit. Quare de codd. mss. præcipue Rufini Latinis, licebit nobis esse eo brevioribus. — In bibl. publica Paris. est in cod. CDXIV liber I; — in octo codd. MCDXXX-MCDXXXVII decem libri sunt, interdum haud integri; confector vero Catalogi, tom. II, pag. 317, animadvertit, codicis MCDXXXI ope, nec a Valesio, nec a cæteris visi, operis illius editionem posse multo emendatiorem prodire ; libri autem septimi capp. 15 et 16 desiderari. Adde Montfauc. *Palæogr.*

A Gr., p. 46 et 65. — In cod. Coislin. 305, fol. 149, est locus Eusebii *De Therapeutis*, septem octove paginarum. (Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 421). — In M. Britannia, secundum Catal. codd., in cod. Barroc. n. CIIIC, fragm. ex *H. E.* et Eusebii sententiæ, inter cod. bibl. Bodleian. DCCLXIII et MCCCXIX, inter codd. Laudi. *H. E.* ex versione Rufini. — N. MMCCLXXVIII, *H. E.* Gr. — N. MMCDVIII, synopsis *H. E.* — N. MMMMMMCDXV, libri XI (*sic*). *H. E.* sed Latine, credo. — Oxon. in bibl. coll. Baliolens., N. CCVC, Lat. — In bibl. coll. Merton N. DXCIV, *H. E.* lib. XI, Lat. — In bibl. coll. Orielens. *H. E.* Lat. cum additamentis Rufini et cum translationé ejusdem. — In bibl. coll. Mariæ Magd. MMCCCLI, Lat. — Cantabr. N. MCCLXXIX,
B *H. E. Pr. Peritorum dicunt.* — In coll. S. Benedicti, N. MDCXXVIII, libri XI Euseb. *H. E.* Tit. in vet. scripto, *Ecclesiastica hist. per Ric. Monachum.* — N. MMCDXXXI, *H. E.* Lat. — In tom. II, Catal. in bibl. eccl. Wigorniensis, Eusebii *H. E.* libri IX, a Rufino versi, una cum II libris per eumdem additis. — In bibl. eccles. Sarisburiens. n. MI, *H. E.* versio Rufini, eadem forsan n. MXXII. — In bibl. Norfolk. N. MMMCDVL, *H. E.* Græce. — Inter codd. Car. Theyeri, N. MMMMMMDLXXXIX, *Hist.* lib. XI, Lat. — In bibl. Jacobæa, n. MMMMM MMDCDXVII Lat. — In bibl. regia Matritensi est cod. a Vincentio Mariner. Valentino, ex cod. Escorial. antiquiss. qui incendio forsan absumptus, non
C amplius exstat, descriptus, in quo sunt duo insignia fragmenta ex Eusebii *H. E.*, prius Περὶ τῶν μαρτύρων τῶν ἐν Καισαρείᾳ, ὑπὸ τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμίνου μαρτυρησάντων, quod jam est excusum in ed. Eusebii ; posterius Περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν διαφόροις πόλεσι ἀθλησάντων ἁγίων μαρτύρων, quod, quia nondum editum est, Iriarte in *Catal. codd. Gr. Matrit.*, p. 548-552, primus evulgavit Græce. — In bibl. Leidensi *H. E.* Latine V. Catal., p. 339, n. 1. — Taurini, in bibl. regia inter codd. Lat. Rufini versio in codd. DLIX, DLX et DLXXV. — Florentiæ in bibl. Laur. Medicea cod. vetust. VII, plut. 70, de quo nondum excusso multus est Bandin. in Cat. codd. Gr. II, p. 666 sq. — Ibid. cod. XXI, n. 4, plut. 70, de quo cod. me-
D morabili, qui partem libri *De martyribus in Palæstina passis* libro VIII *E. H.*, partem autem libro X subjectam et alia habet, v. Bandin. l. c., p. 684. — Venetiis in bibl. D. Marci *H. E.* lib. X, Gr., in tribus codd. CCCXXXVII-CCCXXXIX ; v. *Cat. codd.* Gr., p. 156 sq., et in tribus codd. lat. CCCXLV-CCCXLVII *H. E.* a Rufino versa ; v. *Cat. codd. Lat.*, pag. 146 sq. — Ibid. in cod. Macarii Ῥοδωνιᾶ sunt excerpta ex Eusebii *H. E.*, teste Villoison. in *Anecd. Gr.*, tom. II, pag. 71. — Vindobonæ, in bibl. Cæsar., cod. XLII in catena in S. Lucam est longus locus de nativitate Christi ex Eusebii *H. E.* libr. I, cap. 6 et 7, cujus codicis lectionem valde differre ab editis, observavit Lambecius *Comment.* III, p. 165 seq. — Excerpta quædam ex *H. E.* in cod.

CCCXXXII, n. 12, Lambec. V, p. 614 sq. — Mosquæ sunt II codd. — Montfaucon. in *Bibl. bibliothecar. mss.* infinitam pene copiam mss. cum Gr. tum maxime Latinorum, in bibl. Vatic. aliisque obviorum, producit; quod quidem indicasse, ne nimis verbosus fiam, sufficiat. HARL.

Germanice, Eusebii et Rufini atque *Tripartitam Historiam* cum continuatione usque ad A. C. 1545 edidit D. Gaspar Hedion. Argentorati, apud J. Herwagium, 1545, fol. FABR. — It. Francof. ad Mœnum. 1582. fol. — Auctior parte IV cum continuatione ab a. 1545. usque ad a. 1607, Basil., ap. Sebast. Henric. Petri, fol. — Eusebii *Kirchengeschichte, aus dem Griech. — Und mit Anmerkungen erläutert von Frid. Andr. Stroth.*, Quedlinb. 1777, 8, II tom. HARL. Excerpta in Roessleri *Bibl. PP.*, tom. IV, p. 1 sqq.

Belgice prodiit Dordraci 1613, fol. FABR. — E Græco sermone in Belgicum translulit et adnotatt. illustravit. Abr. Arent van de Meersch, Amstel. 1749, 4. V. Krohn. *Catal. bibl. suæ*, p. 90. HARL.

Anglice, per Samuelem Parkerum versos et in epitomen redactos Eusebii libros X *Historiæ ecclesiasticæ*, didici ex *Novellis Reip. litterariis* a. 1703, mense Augusto, pag. 229. FABR. — Eusebii, Socratis et Evagrii *H. E.* cum Dorotheo *De vitis prophetarum, apostolorum et LXX discipulorum* in linguam Anglicam convertit Meredith Hammer, Londini 1577, 1585, 1607, 1636, et, addita *Vita Constantini M.* ex Græco Eusebii Anglice versa, per Wye Saltonftall., Lond. 1650, F., rec. cum Valesii adnotatt. Cantabr. 1683, 1692, 1696, 1709, fol. — Eusebii *H. E.* libros X Anglice vertit et compendifecit Sam. Parker, præfixa diss. *De usu atque auctoritate H. E. et vita Eusebii*, etc. Londini, 1703, 8; et, addito tomo II, s. epitome *H. E.* Socratis, Sozomeni et Theodoriti, per eumdem Parker. Lond. 1729, 4. — Loca quædam Eusebii et Socratis versa in Whiston *Collection of ancient monuments. relating to the Trinity and Incarnation*, etc. Londin. 1713, 8, passim — Epitome : *An Abridgement of Eusebius Pamphilus Ecclesiastical History, in two parts.* Part I, *A compendious commemoration of the remarkablest Chronologies which are contained in that famous History.* Part II, *A summary or brief hint of the twelwe persecutions sustained by the ancient Christians..* by *William Caton.* — Londini 1736, 8. — Versio Dav. Dalrymple de Hailes Anglica *H. E.* VI, 41, et de epistola Dionysii, episcopi Alexandrini, ad Fabium, episc. Antiochen., de persecutione Christianorum in Ægypto an. primo Decii imper., et explicat. historiæ martyrum in Palæstina sub Dioclet. ad LVIII, in *Remains of christian Antiquity, with explanatory notes.* Edinburg., 1778-1780, 8, II tom. — *The History of ancient Paganism, as delivered by Eusebius*, etc., *with critical and historical notes. And secondly, a Phœnician and Egyptian Chronology, from the first Man, down to the first olympiad*, etc. Londini 1643, 8. V. Bruggemann *View*, etc., p. 395 sqq. — Epistolam Ecclesiæ Smyrnæensis de martyrio Polycarpi (cujus magna pars est in Eusebii *H. E.* IV, 15, et ab Usserio separatim edita) atque epistolam Christianorum Lugdunensium ac Viennensium Anglice vertit atque explicuit D. Dalrymple de Hailes in : *Account of the martyrs at Smyrna and Lyon in the second century, with explanatory notes.* Edimburg., 1776, 8. V. quæ notavi in *Introd. in hist. L. Gr.*, II, 2, p. 222.

In linguam Italicam ex Lat. versione est translata *H. E.* Venet. 1547, 8. V. Paitoni *Bibl. degli autori-volgarizzati*, tom. II, p. 59. — De *Canone* librorum N. T. secundum Eusebium vide supra in vol. IV, pag. 831 seq., quibus addes vindicias Eusebii a J. Ern. Christiano Schmidt scriptas, *über den Kanon des Eusebius* in Henckii *Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, tom. V, part. III, n. 16, 1796, 8. Eusebium defendit contra M. Weber in *Beyträgen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, p. 142 seqq., et ostendit, Eusebium distinguere IV classes librorum. HARL.

Gallice, Claudio Seysselio, archiepiscopo Taurinensi interprete, quæ versio laudatur in Morlerii *Speciminibus litterariis* (Essais de littérature, tom. I, pag. 35) : ex interpretatione Lud. Cousini. Paris. 1675 seq. 4. IV tom. Hunc Eusebii, Socratis, Sozomeni ac Theodoreti locos aliquot sublesta fide vertisse, arguit Paulus Colomesius in *Observatt. sacris*, p. 61.

Eusebii *Historiam* integram propemodum in suum opus transcripsit Nicephorus Callistus; unde Valesius ad Eusebii capita numeros Nicephorianos in margine adnotavit. Totum quoque, ut jam dixi, Catalogum suum scriptorum ecclesiasticorum, paucis exceptis, ex Eusebii *Historia* concinnavit transtulitque Hieronymus; neque enim alioqui puto ab illo *Historiam* ipsam Eusebii integram Latine translatam, licet hoc aliquis suspicari possit ex his ejus verbis lib. I *in Rufin.* : *Laudavi Eusebium in* ecclesiastica Historia, *in digestione temporum, in descriptione sanctæ terræ, et hæc ipsa opuscula in Latinum vertens meæ linguæ hominibus dedi.* Etiam Hieronymo versionem Eusebianæ *Historiæ* tribuit Bridefertus Ramesiensis in glossis ad Bedam *De temporum ratione*, cap. 28. Sed illam Rufini esse constat. Quo sensu autem apocryphis accenseatur *Historia* Eusebii in Gelasiano decreto, disputant J. Pearsonius I *Vindic. Ignatii*, p. 48, et Matthæus Larroquanus in Observationibus ad Pearsonianas *Vindicias*, pag. 35 seq. Vide et Baluzium ad Antonium Augustinum *De emendatione Gratiani*, pag. 446 (717. seq. edit. Mastrichtianæ), ubi confutat Carolum Molinæum, qui de altero Eusebio Pamphili et altera historia eccles. cogitavit. Sane ex multis exemplis patet, in illo decreto apocrypha vocari non modo scripta supposita auctoribus per hæreticos et falsa, sed etiam vera et certissima non hæreticorum modo

manifestiatiorum, sed eorum quoque scriptorum quorum doctrina non per omnia Ecclesiæ probata erat, uti Eusebius Arianismi suspectus fuit apud multos, et Colluthianorum atque Meletianorum (*a*) familiaritate male audivit.

IV. Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, *De martyribus Palæstinæ*, in persecutione Diocletiani et Maximini ab A. C. 303 ad 310 passis (*b*) liber, in editione Græca Rob. Stephani et Græco-Latina H. Valesii cum ejus versione libro octavo *Historiæ ecclesiasticæ* subjicitur (*c*) : a Rufino et Musculo prætermissus, a Christophorsono pro parte libri octavi editus, et a Suffrido Petri scholiis illustratus. Hunc Latine ex Valesii versione cum notis suis Theodoricus Ruinartus inseruit *Actis martyrum selectis* (*d*), pag. 330-352, Paris. 1689, 4. A Vincentio Marinerio translatus fuit apud Jo. Bollandum, ut ipse testatur præf. ad t. I Act. Sanctorum Januarii p. 45 b. Librum illum, tanquam ab opere *Hist. eccles.* diversum, promittit Eusebius VIII, 13, pag. 308 : Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς.

V. *Liber contra Hieroclem*, Bithyniæ ex vicario præsidem et postea Alexandriæ (*e*) ἔπαρχον, πρὸς τὰ ὑπὸ Φιλοστράτου εἰς Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα διὰ τὴν Ἱεροκλεῖ παραληφθεῖσαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Χριστοῦ σύγκρισιν. Auctor et consiliarius Diocletiano ad faciendam persecutionem fuit ille Hierocles, teste Lactantio c. 16 *De mortibus persecutorum*, et *libros duos ad Christianos* scripsit, ut idem refert lib. v, cap. 2, *Institutt. divinar.* (λόγους φιλαλήθεις πρὸς τοὺς Χριστιανούς inscripsisse, colligas ex eodem H. atque Eusebio), quibus inter alia ostendere voluit, Apollonium vel paria cum Christo, vel etiam majora fecisse (*f*). Primus Eusebii librum, quem Photius cod. XXXIX, ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον

A πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους vocat, Græce edidit Aldus cum Philostrati *Apollonio* Venet. 1502, fol., et 1535, 8, Latine vertit Zenobius Acciaiolus, Florentinus, ord. Prædicatorum, præmissa ad Laurentium Medicem epistola, Venet. ap. Ald. 1502, et Paris. 1511, 8; Colon. 1532, 8, cum Philostrato *De vita Apollonii*, atque sæpius inter Eusebii opera, junctim Latine edita, ad calcem librorum *De evangelica demonstratione*. Pessime a Florentino interprete versum esse hunc librum, notavit Pearsonius præf. ad Hieroclem. Græce et Latine cum Acciaioli versione, et variis lect. e codice regis Galliæ a Federico Morello ascriptis, prodiit inter Philostrati opera p. 435, Paris. 1608, fol. Deinde cum castigationibus, ex
B eodem regio codice ab Luca Holstenio adnotatis, qui etiam versionem locis quibusdam interpolavit, ad calcem librorum Eusebii *De demonstratione* (non ut Caveus memoriæ lapsu scripsit, cum libris *De præparatione*) *evangelica*, Paris. 1628, fol., Lips. 1688, fol. Denique cum nova versione notisque D. Godfridi Olearii, qui etiam librum in capita distinxit, et collatis Philostrati locis passim emendavit, Lips. 1709, fol., in luculenta illa Operum Philostrati editione.

Gallice vertit Ludovicus Cousinus, Paris. 1684, 4 : *Discours touchant les miracles attribués à Apollonius de Tyane*, etc.

VI. Κατὰ Μαρκέλλου, *Libri duo contra Marcellum*, Ancyræ episcopum, ejusque σύγγραμμα (*g*) longum
C decies mille prope versuum, quo Sabellianismum incautus propugnaverat, Filiumque et Patrem docuerat ὀνόμασι μὲν διαφόροις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ χρηματίζοντας, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντας, oppugnaveratque Asterium maxime Cappadocem, tum Eusebium τὸν μέγαν (Nicomediensem), Paulinum, Tyri ac deinde Antiochiæ episcopum, Origenem,

(*a*) Confer Tillemont. tom. V *Memor. hist. eccles.*, part. I, p. 156.

(*b*) Vide Hanckium *De scriptoribus Byz.*, p. 118, et D. Christianum Kortholtum, *De persecutionibus vet. Ecclesiæ*, pag. 468. Δεκαετῆ χρόνον durasse illam persecutionem notat Eusebius VIII, 15, *Hist.*, cum post octavum annum aliquantisper remisisset. Id. 16.

(*c*) Item in Readingii edit. cum notis Valesii et variorum, tom. I, pag. 406 sqq., ubi quoque Valesius ex cod. antiquiss. narrationem sive *Passionem S. Procopii martyris* (de quo, primo in illa persecutione martyre, egit Eusebius in cap. 1) *qui passus est sub Fabiano judice*, IV *Non. Aug.*, evulgavit. Idem Valesius, quod in omnibus codd. deprehendit inscriptionem : Καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ εὕρομεν, colligit, omnes illos codd. ex uno eodemque exemplari descriptos fuisse. Add. supra de cod. Medic. *H. E.* observata et Fabr. *B. Gr.* vol. IX, p. 33 sq. HARL.

(*d*) Acta illa martyrum selecta recudit emendatius, nec sine insigni ab ipso Ruinarto accessione et cum auctoris Vita, H. Wetstenius. Amstel. 1712, fol.; viderunt etiam lucem Gallice, Droueto et Malpertuio interpretibus, Paris. 1708, 8.

(*e*) Vales. p. 177, ad Euseb. Epiphan. LXVIII, 1. De Hierocle juniore, cujus commentarius *in Aurea carmina* exstat, aliisque ejus nominis, dixi lib. II, cap. 12, § 7, et de Philostrati opere lib. IV, cap. 24, § 2 FABR.—Supra vol. V, p. 541, et de edit. p. 545. HARL.

(*f*) Conf. Fabric. nostrum in *Delectu argumentor. — pro verit. Christ. relig.*, p. 77 sq. — Codd. sunt in bibl. Veneta Marciana. V. *Cat. codd. Gr.*, p. 157. cod. CCCXLIII. — — In bibl. Medic., plut. 6, cod. XXII, 1 (Bandin. *Cat. codd. Gr.*, I, p. 142). — Neapol. in bibl. S. Severiani. (Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.*, I, p. 235 C.) — In bibl. Leidensi,
D cod. manu Bonaventuræ Vulcanii descriptus. (Cat. bibl. illius, p. 344, n. 4.) — Paris. in bibl. publ. codd. CLXXIV, n. 14, et CDLI, n. 9. HARL.

(*g*) De hoc Marcelli libro, quo Asterium sophistam et Arianos impugnans in alterum extremum prolapsus et cum Sabellio vel Paulo Samosateno facere visus est, confer Socratem lib. I, cap. 36; Sozomenum II, 33; Tripartitam III, 9, et Nicephorum VIII, 53, *Hist.* Marcellus in synodo CPol. depositus postea in Sardicensi A. C. 347 episcopatum recuperavit, professus se non ita sentire, ut ab Eusebio accusatus fuerat. Socrates lib. I, cap. 36, et lib. II, cap. 20, et ex eo Nicephorus, aiunt, Marcellum ab Eusebio confutatum *libris tribus*. Idem numerus occurrit in *Tripartita*. Vidit igitur Socrates tantum libros tres *De ecclesiastica theologia*, eidem Marcello oppositos, e quibus nonnulla profert lib. II cap. 21. Marcelli hujus discipulus fuit Photinus [Conf. supra vol. V, p. 747.]

Narcissum, Neroniadis episcopum et alterum Eusebium, Cæsareæ Palæstinæ. Damnavit Marcellum synodus ex Ponto, Cappadocia, Asia, Phrygia, Bithynia, Thracia et ulterioribus regionibus congregata CPoli A. C. 336, et Eusebio, ut illum confutaret, in mandatis dedit, ut ipse narrat extremo libri posterioris. Hos libros, antequam ederentur, lectos Turriano, primus e ms. codice recensuit et Latina versione ac notis illustravit Rich. Montacutius, editos ad calcem librorum *De demonstratione evangel.*, Paris. 1628, fol., Lips. 1688, fol. Ms. codicem habuit Thomas Galeus. FABR. — V. Catal. codd. Angl. et Hibern. II, pag. 186, n. MMMMMCCCLXXXVIII, et in codd. Bodlei. MMXL bis et MMCCLXXVI. — In cod. Veneto D. Marci, CCCCXCVI, uterque liber contra Marcellum.; — in cod. CMXLIX, n. 1 bibl. publ. Paris., duo libri. — Cl. Rettberg, rector scholæ Clausthal. edidit : in Eusebii *contra Marcellum* libros observ. selectas, in *Annal. litter. Helmst.*, m. Maio et Jun. 1787, et separatim Lips. 1787, 8; — tum *Marcelliana*. Accedit Eunomii ἔκθεσις πίστεως emendatior. Edidit et animadvers. instruxit Christian Henr. Georg. Rettberg. Gottingæ 1794, 8 ; Marcelli vero fragm. apud Eusebium confuse posita, nec diligenter conservata, collegit, ordinavit, emendavit et explicuit, laudemque diligentiæ tulit in *Ephemer. litterar. Gotting.*, 1794, n. 203. HARL.

VII. Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς θεολογίας, τῶν πρὸς Μάρκελλον ἐλέγχων βιβλία γ'. *De ecclesiastica theologia adversus eumdem Marcellum confutationum libri* III, inscripti Flaccillo, Antiochiæ ad Daphnen episcopo, et ab eodem Montacutio cum superioribus duobus libris Latina versione ac notis illustrati, et ad calcem *Demonstrationis* editi. Hos quinque libros *adversus Marcellum* Labbeus putat innui ab Hieronymo in *Catalogo*, cap. 81, et Suida, quando inter Eusebii scripta memorat libros quinque *Περὶ θεοφανείας* (a). Videtur enim hoc idem illi esse quod *θεολογίας*. Sed id tanquam incertum omitto, cum Hebed Jesu quoque in Catalogo librorum Chaldaicorum memoret Eusebii librum *De ortu divino*. Libros tres ecclesiasticæ theologiæ mss. habuit Galeus, ascriptis etiam ex alio codice emendationibus. [Excerpta ex iis in Roessleri *Bibl. PP.* t. V, pag. 282 sq.]

VIII. *Epistola de fide Nicæna ad Cæsareenses*, quam servarunt Gelasius Cyzicenus in Actis concilii Ni-

A cæni, II, 35 sq., p. 50 (b), epistolam encyclicam appellans, et Socrates lib. I, cap. 8, pag. 23 seq., atque Theodoritus lib. I *Hist.*, cap. 12, unde repetunt *Tripartita* lib. II, cap. 11, et Nicephorus VIII, 22. Hoc est ἀπολογητικόν, eidem Gelasio memoratum lib. II, cap. 1, quod ad episcoporum orthodoxorum κοινόν missum affirmat. Ex hac epistola nonnihil producit S. Athanasius epist. ad Africanos episcopos tom. I, p. 937; et ad calcem epist. de synodi Nicænæ decretis. Ms. occurrere in bibl. Vindobonensi, notat Lambecius III, p. 86 (c). Verba quæ Theodoritus, pag. 40, aliique habent, et Socrates, p. 27, atque *Tripartita* omittit, illa Caveus in *Apologia adversus J. Clericum*, pag. 89, contendit, cum Eusebii doctrina de æterna Filii

B hypostasi e diametro pugnare, adeoque non esse Eusebii, sed Ariani cujusdam fraude inserta, quod etiam affirmaverat in *Diss. pro Eusebio* pag. 47 edit. Genev.

IX. Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, *De locis Hebraicis*. Liber ille est explicatio geographica omnium regionum, urbium et locorum quorum mentio habetur in libris Veteris Testamenti, ita ut nomina locorum quæ Hebraica in sacris litteris occurrunt, ordine alphabeti persecutus Eusebius, singulorum locorum situm describeret, et quomodo sua ætate appellarentur, indicaret. In catalogo mss. Isaaci Vossii, num. 10, memoratur Eusebius *De locis sacris* cum expositione Hieronymi, et copiosis Petri Bertii commentariis, hactenus in-

C editis. Inscripsit hunc libellum Eusebius Paulino, Tyri episcopo, quem ἱερὸν Θεοῦ ἄνθρωπον vocat, eidem nempe, cui decimum *Historiæ ecclesiasticæ* librum consecravit. Cæterum et Hieronymus, cujus adhuc exstat Latina interpretatio, sæpius etiam in Operibus ejus edita, meminit alterius versionis, sed imperitæ et parum Latinæ, quam ante ipsum nescio quis componere ausus fuerat. Ms. habuit Eusebii libellum et Hieronymi versionem Thom. Galeus (d). Memoratur etiam in Catalogo mss. Angliæ tom. II, pag. 247, in ædibus Jacobæis n. 850, Eusebius *De locis Hebraicis* cum multis emendationibus. Et J. Pearsonius præfat. erudita in LXX Interpretes laudat codicem Bonfreriano meliorem. Præmiserat

D Eusebius huic libello *topographiam terræ Judææ et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Hierusalem templique in ea cum brevissima expositione picturam*, ut ex Hieronymi præfatione constat, sed illa jam

(a) Conf. infra ad num. 26, init. HARL.

(b) Seu pag. 179, prouti Lambec. citavit, loco mox memorando. ID.

(c) Sive pag. 232 sec. edit. Kollarii. Exstat quoque illa epistola in cod. XLV Coislin. qui continet opera Athanasii, teste Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 116, et in cod. CDLXXIV, n. 10, bibl. publ. Paris. HARL.

(d) N. MMMMMDCCCLXXXVIII, vol. II Cat. codd. Angliæ, p. 186.—Est quoque in cod. CDLXIV bibl. publ. Paris., de quo v. Vallarsii præf. Bonfrerius Græcum textum cum nova versione primum præfixit commentariis suis *in Josuam, Judices et Ruth*. Paris. 1631 (apud Hamberger., 1659), fol., in Catal. bibl. Leid., pag. 41. — De edd. Clerici, *Onomasticon urbium et locorum S. S., seu liber de locis Hebraicis Græce primum ab Eusebio Cæsar., deinde Lat. scriptus ab Hieronymo*, etc. Amstelod. 1707, fol., et meliore Vallarsii edit. Opp. Hieronymi, tom. III, part. I, cum notis eruditis, maximam partem criticis, v. ad vol. IV, p 621. Clerici edit. cum illius et Bonfrerii notis repetita est in J. Steph. Menochii *Comment. S. Script.*, tom. II, Append., p. 151. Venet. 1722, fol., et in Blasii Ugolini *Thesaur. antiqq. sacrarum*, tom. V, Venet. 1746, fol. —Conf. de illo Eusebii libro Reland., *Palæst.* lib. II, cap. 11, 12 et 14. HARL.

pridem interciderunt. Nescio topographiamne illam intelligat Hebed Jesu, quando in Catalogo librorum Chaldaicorum, pag. 18, memorat Eusebii librum *De figura mundi*.

X. Commentarios eruditissimos in Psalmos CL scripsisse Eusebium nostrum, testatur Hieronymus in Catalogo, cap. 81, et Suidas. Illos Latine interpretatus fuit Eusebius Vercellensis, ut idem Hieron. auctor est, epistola 89 ad Augustin., et cap. 96 *Catalogi*, atque *contra Vigilantium*, ubi docet hæretica, hoc est quæ Arianam (*a*) hæresin sapere videbantur, ab interprete prætermissa. Citatur *Eusebius in Psalmos* a Gelasio *De duabus naturis*, Theodorito apud Anton. Agellium *in psalm.* LXXXVIII, et in catenis editis ac mss. in Psalmos. Primus Eusebii *Ὑπομνήματα*, sive *Commentaria in Psalmos* CXIX, ex tribus codicibus, Perroniano, Seguieriano et Colbertino, collatis etiam Catenis mss. atque editis in Psalmos, eruit et cum Latina versione sua atque A erudita præliminari dissertatione edidit Bernardus de Montfaucon in *Nova collectione Patrum*, tomo I, Paris. 1706, fol. Latina versio Eusebii Vercellensis, et Græca ipsa in Psalmos posteriores XXXI interciderunt (*b*). Multa in hoc opere fragmenta occurrunt interpretum, Aquilæ, Symmachi et Theodotionis (*c*). Citatur etiam Origenes *in psal.* CXIX, p. 723, et *in psal.* IV Asterius, pag. 28. Eusebii *Περιοχαὶ* sive *Ὑποθέσεις*, *argumenta brevia in Psalmos* ex codice vetusto Barberiniano edita fuerant in tomo VI *Bibliorum polyglotton Londinens.*, pag. 137 seq. Argumenta in Psalmos edita etiam a Grabio in præf. ad tomum tertium versionis Græcæ LXX Interpretum, Lond. 1709. Fragmentum in psalmum LXXXVI fuit apud Thom. Galeum. Etiam in Catalogo mss. bibl.
B Mediceæ video memorari Eusebium *in Psalmos* Præfatiunculas duas, alteram Περὶ τοῦ διαψάλματος, alteram ὑπόθεσιν εἰς τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν Ψαλμῶν memorat Lambecius, III, pag. 24 et 29 (*d*).

(*a*) Add. Lambec. III *De bibl. Cæs.*, pag. 74. HARL.

(*b*) Græca ex cod. Vatic. supplevit Ang. Mai. EDIT.

(*c*) Tale est, quod in verba psalmi CIX, 1, *Dixit Dominus Domino meo*, affertur in synodi septimæ sive Nicænæ act. VI, sect. 5, tom. III Binii, p. 662, quod in Montfauconi editione haud legitur.

(*d*) In edit. Kollarii, pag. 58 sqq. in cod. XI, qui continet commentarium amplissimum in totum Psalterium et II cantica Mosis Exod. c. XV, et Deuteron. cap. XXXII, et alia cantica, ubi Kollar. p. 59, in nota observat bina illa Eusebiana excerpta esse ex hoc codice a Corderio tom. I *Expositionis Patrum Græcorum in Psalmos*; plenius vero et diligentius ex cod. Alexandrino a Grabio in Prolegom. tomi IV C V. T. ex versione τῶν LXX et a Nic. Antonello in opere Athanasii *De interpretat. sive de titulis Psalmorum*, Romæ 1746. — In eadem bibl. Cæsarea, p. 64 et 67, in codd. XIV et XV sunt Eusebiana in catena in Psalmos — Ibid. in cod. XIX, secundum Lambec., III, p. 91 sq., post canonem Paschalem sequuntur a fol. 203 hypotheses sive argumenta omnium Psalmorum totius Psalterii secundum Symmachum, Origenem, Eusebium Pamphili, etc., et a fol. 203, p. 2, narrante Lambecio, Eusebii Pamphili et alterius cujusdam anonymi præfatiuncula in canticum Moysis in Exodo. Sed Kollarius in nota B et C refutat tam Oudinum quam Lambecium. Oudinus in *Comment. de scriptor. ecclesiast.*, I, p. 314, hypotheses in hoc cod. XIX easdem cum iis esse scripserat, quæ in aliis codd. Cæsareis, videlicet inter theologicos CLXVII, CLXVIII et CCCXXI sub nomine Eusebii habentur. Sed Koll. animadvertit, Psalmorum hypotheses, quas cod. XIX habet, e diversis reipsa collectas, uberiores, et longe diversas ab illis esse quas Eusebii nomine inscriptas in *Collectione nova Patrum*, tom. I, p. 2, edidit Montfaucon; eas vero quæ in cod. CLXVII anepigraphæ, et cod. CCCXXI sub Eusebii nomine habentur, convenire cum editis a Montfauconio, ac proinde diversas omnino ab hypothesibus cod. XIX contentis; porro cod. CLXVIII non hypotheses in Psalmos, ut Oudin. opinatus est, sed in varia tam V. quam N. T. cantica Commentarium, ex Eusebio et aliorum scriptorum operibus deprompium conservare. Contra Lambecium adnotat, præfatiunculam, quam anonymo tribuit Lamb., esse ejus tam in V. quam N. T. cantica initium Commentarii, qui integer exstat in cod. Cæsareo inter theologicos CLXVIII, fol. 392, p. 2. Hic cod. describitur in tom. IV, p. 395, cujus quidem inscriptio est: Ἑρμηνεία τῶν ᾠδῶν ἐκ διαφόρων συλλεχθεῖσα παρὰ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας. Enimvero Lambec. monet id non de toto Commentario esse intelligendum, sed tantum de iis expositionibus quæ cum ex ipsius Eusebii, tum ex scriptorum ecclesiasticorum ipso antiquiorum operibus desumpta sunt; ea quæ in eodem Commentario ad auctores Eusebio recentiores pertinent, post primam collectionem Eusebianam ab aliis pro lubitu esse adjecta. Kollarius tamen nullam adjecit animadversionem, quam in tom. III, l. c., promisit. — Ibid. p. 393, in cod. CLXVII exstant: *Eusebii interpretatio diapsalmatis*, et argumenta generalia atque specialia in omnes et singulos psalmos, et a fol. 265, p. 2, fragmenta Eusebii aliorumque scriptorum eccles. in Commentario in varia V. et N. T. cantica sacra. — Ibid. p. 458, in cod. CLXXXVIII, n. 22, repetitur anonymi expositio psalmi CIII, ex Eusebio, Athanasio aliisque collecta. — ib. p. 259 et 261, in cod. CXLVI, n. 10 et 21, sunt in expositionibus in V. T. excerpta ex Eusebio, Cyrillo aliisque. — In tom. V, pag. 247, in cod. CCXLVI, n. 15, Eusebii hypothesis in diapsalma. p. 595, in cod. CCCXXI, n. 2, Psalterium Davidis cum Eusebii prolegomenis de diapsalmate et ejusdem argumentis singulorum psalmorum. — Paris., in bibl. publ., in cod. CDLXIII, Eusebii *Commentar. in Psalmos*. — In cod. CXLVI, in Catena in Psalmos, n. 8, excerpta de Psalmis ex Eusebio Cæsar. — in alia catena in Psalmos, in cod. CLXIII, n. 1, Eusebii argumenta duo, et n. 3, quædam de Psalmis ex Eusebio excerpta. — — In cod. Mediceo, cujus meminit Fabricius, vel potius in duobus, cod., n. XV, plut. 5, præsertim in cod. III, plut. 6, cujus quidem exhibetur, Εὐσεβίου ὑπόμνημα εἰς τοὺς Ψαλμούς, est potius Catena Patrum eccl. in his Eusebii *in Psal-*
D *mos*; in posteriore est, n. IV, Eusebii in inscriptiones interpretatio quarumdam, compendii more descripta; n. V, VI, ejusdem hypotheses et argumenta in Psalmos; n. XII, Eusebii in Psalmos; n. XIV, oratio Manassis cum scholiis Eusebii et aliorum. Vide Bandini, I, pag. 35 sqq., qui observat, Corderii expositionem Patrum Græc. in Psalmos ex utroque codice posse emendari et uberrimo spicilegio augeri. — In bibl. Veneta D. Marci cod. XVII Psalterium cum amplissima marginali Eusebii aliorumque Patrum catena (*Catal. cod. gr.*, p. 19). — Divisio Psalmorum in cod. XIX regio Neapolit. — Eusebii hypothesis in catena Patrum in Psalmos in cod. Coisliniano XII. Vide Montfauc. *biblioth. Coislin.*, p. 58. — Eusebii *Comment. in Psalmos* a LI-XCV (Montf. *l. c.*, pag. 115), ex quo cod. illos edidit Montfauc. in *nova* sua *Collectione*. — Sic in aliis in Psalmos Catenis, in codd. M. Britann. secundum Catal. cod. Angliæ reperiuntur Eusebiana,

Commentarios illos scriptos ab Eusebio circa A. C. 337 notat Montfauconius in epistola *De Therapeutis*, p. 151.

XI. Ex Commentariis *in Canticum canticorum* fragmenta Græce edidit J. Meursius, cum Polychronii diaconi Ἐξηγήσει et Mich. Pselli Ἑρμηνείᾳ, versibus scripta politicis. Lugd. Bat. 1617, 4. Totum quidem illum Commentarium, sub Eusebii nomine, ex codice bibl. Palatinæ editum, Eusebii non esse, perspicuum est, in quo occurrunt fragmenta Athanasii, p. 18, 32, 39, 51; Didymi pag. 19, Gregorii Nysseni pag. 11, 14; Philonis Carpathii p. 13 seq., 32, 34, 39, 44, 52 seq., et Theophili (an *Theophylacti?*) pag. 37. Confer Lambecium, III, pag. 71 [p. 212 edit. Kollar.] et Raynaudum *De bonis ac malis libris*, p. 138. Fabr.—In cod. Barocc. CXXXII, Eusebii fragm. expositionis in Cantica V. T. — — In cod. Bodl. n. MMMXXIV; item in codd. CLXXIII et CMXLVIII bibl. publ. Paris. *Eusebii comment. seu expositio in Canticum canticorum.* — Leidæ inter codd. Bonav. Vulcanii, *Eusebii in Canticum canticorum commentarius*, collectus ex Philone, Gregorio Nysseno, Athanasio, Didymo, Theophilo, Græce. V. Catal. bibl. Leid., p. 346, n. 50. Harl.

XII. Περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας, *de Vitis Prophetarum*, Eusebii ἀποσπασμάτιον ex antiquissimo codice Rupefucaldino (quem hodie servat bibliotheca collegii Jesuitar. Paris. Græce edidit, Latinamque versionem addidit J. Curterius, ante Procopii Gazæi *Commentarios in Isaiam*. Paris. 1580, fol.

XIII. *Commentarios in Isaiam* libris decem scripsisse Eusebium, Hieronymus testatur cap. 81 *Catalogi*, et Suidas; igitur emendandum, quod libri quindecim memorantur in Hieronymi præfat. ad Isaiam. Illos magnam partem ex codice Perroniano et catenis mss. regiis restituit, Græceque cum versione et præfatione sua primus edidit supra jam mihi laudatus Bernardus de Montfaucon in *Nova collectione Patrum*, tomo II, Paris. 1706, fol. Ex hoc Eusebii opere multa ad verbum transtulere Hieronymus (qui etiam, ubi Eusebius ab Hebræo doctore aliquid edidisse se scripsit, idem veluti de se testatur), Procopius Gazæus et Catenarum Græcarum in Isaiam auctores, Joannes Drungarius, Andreas presbyter, aliique. Fallitur enim Lambecius, qui III, pag. 41 [p. 107 ed. Kollar., cod. XXVII] catenam ms. in Isaiam memorans, ubi Eusebius

A laudatur, ait, sine dubio intelligi ejus libros *Eclogarum propheticarum de Christo*. Etiam in his Eusebii commentariis frequenter laudantur fragmenta veterum interpretum, Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis. Cæterum non diffitendum, ad pleraque prophetæ capita non tam Eusebii commentarios integros, quam longiora ex illis excerpta tantum servata esse. Distinctio etiam in libros et commentarius in caput totum LXI periit. Neque ab Eusebio videtur esse clausula: Ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Cæterum monendus est lector, *Commentarios in Isaiam*, qui feruntur sub nomine Basilii Cæsareensis, etiam Eusebio perperam tribui in nonnullis codicibus, ut Thuano, qui hodie est Colbertinus

B MMDIVC. Fabr. — Eusebii *comment. in primam Isaiæ visionem* (cætera enim desiderantur) in cod. MMCDLXIII bibl. publ. Paris. — scholia ex opp. Eusebii in Isaiam ad marginem cod. LXXII. Vindobon., qui continet Basilii expositionem capp. XVI Jes. Lambec. tom. III, p. 345. — Præterea occurrunt fragm. atque interpretationes Eusebii in catenis in Leviticum Moyseos, in Proverbia, Jerem., in Ezechielem, in Matthæum, Lucam, Joannem, Ep. ad Roman., etc., in codd. pluribus Coislinianis (vid. ex. gr. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 41-43, 61-65, 66, 67, 75, 76, 82, 247, 248, 251, 273, 275), in codd. Vindobon. XL, XLII, XLVI, XLVII, tom. III *Comm.* Lambec. et in aliis codd. ac bibliothecis. Excerpta miscellanea ex Philonis Hebræi, Eusebii Pamphili,

C et aliorum expositionibus in V. T. in cod. Vindob. CXLVI, n. 13 et 21 (Lambec. IV, p. 259 seq.) — Inter codd. Syriacos bibl. publ. Paris. liber IV Regum et Daniel, cum obss. nonnullis, quarum Eusebius Pamphili et Epiphanius auctores esse feruntur (cat. codd. Paris. I, p. 51, cod. V). — Fragm. Eusebii de cognatione B. Mariæ et Elisabethæ (ad Evangel. Lucæ) in cod. Vindob. CLXIV (Lambec. IV, p. 364, n. 3) Conf. ad sect. 16. Harl.

XIV. *Canones sive indices decem harmoniæ Evangeliorum* cum præmissa *ad Carpianum epistola*. Videndus etiam Rich. Simon lib. III *Hist. criticæ N. T.*, pag. 427 seq., et lib. III, pag. 90. J. Millius Prolegom. ad N. T., pag. LXX, qui et ipse Canones

D una cum epistola ad Carpianum Græce Novo Testamento a se edito, Erasmi et Rob. Stephani exemplo præfixit (a). Latine veteribus quibusdam Bibliorum codicibus præmittitur, atque inde vulgata est

ex Gr. bibl. Bodlei. n. CLIV, CLX, CCXXIII, CCLXXXIX, DCCX, MCMLXXXII. — In cod. Galei numero MMMMMCMLXI (Cat. tom. II, pag. 188). Eusebii fragm. ex interpret. psalmi LXXXVI. — Romæ in bibl. Ottobon. (Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.*, vol. I, p. 287 A.) — In cod. quodam CPolitano, a Mart. Crusio in *Turco-Græcia*, libro VII, memorato, et catenam in Psalmos continente infra v. vol. VI, p. 686 vet. edit., etc. Harl.

(a) In bibl. publ. Paris. sunt canones isti, ut plurimum cum epist. ad Carpianum in XXVI Gr. codicibus (quos indicabit index tom. II Catal. codd). — Ibid. in catal. I, p. 450, inter codd. Armenos, cod. X, Evangeliis IV præmittuntur Eusebii Canones cum epistola ad Carpianum. —In bibl. Coislin., Eusebii Canones cum epistola, in cod. evangelicorum, n. in cod. XX, integri in cod. XXI, XXII, CXCV (in quo Evangelium Matthæi adjunctos habet commentarios Eusebii et aliorum), — CXCVI (qui continet Evangelistarium); v. Montfaucon. Bibl. Coisl., p. 63, sq., 65, 66, 247, 249. — Florentiæ, in Bibl. Medicea, in codd. XIV, XV, XVIII, n. 3 et 4, cod. XXIII et XXXII, de quibus late disputat Bandin. in *Cat. cod. Gr.* I, p. 125, 126, 133, 147 et 158. — In M. Britannia secundum Catal. codd. Angliæ, etc., in cod. Barocc. n. XXIX qua-

in *Orthodoxographis* et a Josepho Maria Thomasio, A unde a Marcianæo in *Divina*, quam vocat, *Bibliotheca* prætermissam miror, licet Canones ipsos Novo Test. recte præmiserit, ex testimonio ipsius Hieronymi præf. ad Damasum in quatuor Evangelia : *Canones quoque, quos Eusebius, Cæsareensis episcopus, Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, sicut in Græco habentur, expressimus.* Idem Hieronymus cap. 55 *Catalogi*, et ex eo Isidorus Hisp. VI, 15, *Origg.*, ait, Ammonium evangelicos canones excogitasse, quos postea secutus sit Eusebius Cæsareensis. Verum Canones illos neutiquam excogitavit Ammonius, sed tantummodo harmoniæ evangelicæ auctor fuit, ita compositæ, ut fundamenti loco Matthæus substerneretur, eique deinde adnotarentur capita parallela ex cæte- B ris evangelistis, intexerenturque aliorum evangelistarum narrationes a Matthæo omissæ. Hinc, ut aliorum etiam trium evangelistarum series et cum cæteris evangelistis comparatio constaret, Eusebius testatur, se decem hosce Canones excogitasse et composuisse (*a*). Græce ms. haberi Neapoli in bibl. Augustinianorum, notavit Mabillonius, tom. I *Musei Italici*, pag. 110 (in duobus quidem codd. Evangeliorum sæc. XI, notante Montfaucon in *Diario Ital.*, p. 208). Laudat hosce canones Eusebianos Cassiodorus, cap. 7 *Institutt. divinar.*, et frequens illorum usus fuit in Ecclesiis Orientis pariter et Occidentis, ut ex codicibus mss. Bibliorum in variis versionibus notarunt viri docti.

XV. *Περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων διαφωνίας*, *De Evangeliorum diaphonia* scripsisse Eusebium, testatur Hieronymus in *Catalogo*, cap. 81, et ex eo Suidas. *Librum resolutionum contrariorum*, *quæ sunt in Evangeliis*, vocat Hebed Jesu in *Catalogo librorum Chaldaicorum*. Atque in Sicilia inventos libros Eusebii tres *De diaphonia Evangeliorum*, scribit Latinus Latinius, t. II *Epistolar.*, pag. 116. Sed nemo fuit adhuc, qui in lucem illos proferret (*b*). Græca catena ms. in Marcum, de qua Rich. Simon lib. III *Hist. crit.*, pag. 89, laudat Eusebium ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας. Hujus scripti fragmentum servavit Anastasius Sinaita qu. CLIII. Alia fragmenta duo Græce et Latine edidit Combefisius in *Auctario Novo*, Paris. 1648, fol., t. I, pag. 781, 783. Unum, quod ex Ambrosii Mediolanensis, monachi Cassinatis, versione etiam, teste Sixto Senensi, exstat in illud : Ὀψὲ σαββάτων, *Sero Sabbatorum*. Alterum Περὶ τῶν ἐν μνημείῳ ἀγγέλων, *De angelis, ad monumentum visis*. Voluerat hæc quoque edere Holstenius, teste Lambecio lib. I *De bibl. Vindob.*, pag. 112, sed morte præventus omisit. Eusebii *De triduo sepulturæ Domini* memorat Labbeus *Bibl. nova mss.*, pag. 184 (*c*). Exstant et illius nonnulla in catenis ad evangelistas, editis et ineditis, quorum pleraque ex eodem, ut videtur, opere repetita. Ex catenis in Lucam plura Eusebii Latine exhibet idem Combefisius in *Bibl. concionatoria* (*d*). Ex Eusebio Pamphili *ad Marinum*

C

tuor Evangelia cum epist. Eusebii ad Carpianum. — In cod. Bibl. Huntington, n. MMMMMDCCC (Cat. I, p. 280), quatuor Evangelia, Arabice, cum Canonibus Eusebii et capitulis. — In bibl. Norfolciana, n. MMMCCCVIIC (Cat. II, p. 83) Evangelia IV, cum Kalendario et Canonibus Eusebii, Arabice; ibid., n. MMMCDXXXI Evangel. IV, cum canone Eusebii et typico, Græce. — Vindobonæ in bibl. Cæsar. Evangelia IV, cum commentariis variorum excerptis et cum Eusebii Canonibus atque epistola. In codd. XXIX, XXX, XXXI, de quibus v. Lambec. *Comment.* III, p. 111-126, et de alio cod. v. eumdem vol. V, p. 240, n. 4. — Tum in codd. IV, V et VI, de quibus multus est Kollarius in supplem. I ad Lambecii *Commentar. de bibl. Vindob.* p. 10, 26 et 45 sq. — In bibl. Leidensi (v. Catal., p. 410, n. CCXXIII), IV Evangel. et decalog. Arabice, cum Eusebii concordantiis evangelicis. In Gallandi Bibl. D Patrum II, 591, sunt Eusebii Canones cum Ammonii Alex. *Harmonia IV Evangel.*, et in vol. IV, p. 641, sunt quædam Eusebii scripta. Harl. — Iidem Latine ex versione S. Hieronymi cum epist. ad Carpianum Gr. Lat. occurrunt in S. Hieronymo, Opp. t. X, p. II, p. 667-82.

(*a*) In codice Vindobonensi hoc adjectum legitur scholion : Κανόνες δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ εὐθὺ αὐτῶν καὶ ἀκριβές. Ὥσπερ γὰρ ἰθυτενέσι τισὶ γραμμαῖς ταῖς ἰδίαις εὐθύτησι χρώμενοι οὐκ ἐῶσι τὸν νοῦν περιπλανᾶσθαι τοῦ ἀκροατοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν ἄγουσιν αὐτὸν τῶν ἐνεχθεισῶν φωνῶν τοῖς Εὐαγγελισταῖς. [V. Lambec. *Comment.* tom. III, p. 113.]

(*b*) Ipse Eusebius *Demonstr. evangel.*, lib. VII, c. 3, opus : *Ζητήματα καὶ λύσεις* inscriptum se composuisse testatur, et S. Hieronym. *De scriptor. eccles.*, c. 81, idem opus sub titulo : *De Evangeliorum diaphonia* (seu dissonantia) memorare videtur, ita etiam *Comment. in Matth.* c. I, v. 16. Excerpta hæc primum edita sunt Gr. et Lat. ab Ang. Maio in *Collect. nova veterum script.* t. I (Romæ 1831) p. I, p. 1-111, et p. 261-84. Cf. ejusdem Prolegom., n. 2-6 (p. VI-XI). — Fessler, *Institut. Patrologiæ*, t. I, p. 347. Œniponte, 1850.

(*c*) De sepultura Christi, in cod. Galei, n. MMMMMCMIL. Cat. Angliæ, etc., II, p. 488. — Περὶ τῆς δοκούσης διαφωνίας τῶν εὐαγγελιστῶν ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, in cod. Veneto D. Marci CCCXCV (*Catal. codd. Gr.*, p. 259). In cod. Laurent. Florent. V (qui continet catenam in Matthæum, Joannem et Lucam et in VII Epp. catholicas) et cod. XXXIII (complectitur IV Evangelia cum catena Patrum), commentario in Matthæum subnectuntur duo Eusebii fragmenta : Disquisitio de tempore Dominicæ resurrectionis inter Matthæum et Marcum ad illa Evangelii cap. XXVIII : *Vespere autem Sabbati*, quod quidem fragm. in priore cod. longius est quam in posteriore; de angelis ad monumentum visis. V. Bandin. *Cat. codd. Gr.*, I, pag. 20, 101 et 159. — Paris. in bibl. publica sunt aliquoties in catenis, interdum ab illis sejuncta, cum aliis opusculis, eadem fragmenta in cod. CLXXXXVI, CXCIX, CC, CCI, CCVI (sive catena), DLXXII, n. 9, excerptum ex Eusebio *De hora qua Christus cruci affixus est*, *et de dissensu evangelistarum* : — Fragm. II in cod. DCCI, n. 1, DCCII et DCCIV. — V. ad sect. 14. Harl.

(*d*) *Eusebii Cæsariensis ex Commentario in Lucam Fragmenta* Græce exhibet Ang. Maius in *Collect. nova veterum script.*, t. I (Romæ 1831) p. I, p. 143-260. Cf. ejusdem Prolegom. n. 8 (p. XIII). Edit.

occurrunt fragmenta in Anastasii Sinaitæ quæst. IX et CXLVIII, sed illa alterius sunt argumenti (*a*). Caveus memorat Eusebium *De Evangeliorum dissonantia ad Stephanum*. Quæ vero *De symphonia sive concordia Evangeliorum in genealogia Christi* Eusebius, Africanum secutus, scripsit, exstant lib. I *Hist. eccles.*, cap. 7, iisque usus Ambrosius *in* III *Lucæ*.

XVI. *Λόγος τριακονταετηρικός*, *Oratio de Constantini M. laudibus*, in ejus tricennalibus dicta A. C. 335, CPoli, ut Eusebius ipse testatur IV, 33 et 46, *De vita Constantini*. Meminit et in procemio libri I, ubi addit, se etiam in vicennalibus Constantini laudes ejus in Nicæna synodo, ut lib. III, c. 11, etiam docet, concelebrasse. Sed ille quidem εἰκοσαετηρικὸς ὕμνος sive panegyricus intercidit. In codice ms. collegii Trin. Cantabrig. oratio illa, Caveo teste, in duas partes dispescitur, quarum posterior incipit a capite 9. Hanc orationem cum descriptione martyrii, sive templi Hierosolymitani, a Constantino conditi, donariorumque ejus, sed quæ temporum injuria intercidit, et Constantini oratione ad sanctorum cœtum, ex Latino Græce translata, Eusebius, ut lib. IV, cap. 46, testatur, libris *De vita Constantini* subjunxit. Primus Rob. Stephanus cum illis edidit Græce, Latine vertit Christophorsonus et Musculus atque inde Valesius, qui notis etiam illustravit [is laudat codd. Fuketii, Turnebi ac Savilii et schedas bibl. regiæ, etc., denique Reading cum notis Valesii et variorum] FABR. — In bibl. Veneta D. Marci, codd. CCCXXXIX et CCCXL, Euseb. *De laudibus Constantini*, et *De Vita Constantini* libri V; pro libro V numeratur *oratio Constantini ad sanctorum cœtum* (v. *Cat. codd. Gr.*, pag. 156 et 157). — Leidæ in bibl. acad. inter codd. Bonavent. Vulcanii, *Τριακονταετηρικός in Constantinum imp.*, Gr. (Catal. bibl., pag. 345, n. XXXV.) — Paris. in bibl. publ., *or. de laudibus Constantini M.* in codd. MCDXXXI, MCDXXXII (qui cod. nondum collatus esse dicitur in Catal., cod. II, pag. 318). In codd. MCDXXXVII, MCDXXXVIII et MCDXXXIX, Eusebii libris *De vita Constantini M.* subjungitur Constantini ad sanctorum cœtum oratio. — In cod. MCDXXXVIII orat. *De laudibus Constantini M.* præfixus est prologus. Ex cap. 11 Eusebii *de laudibus Constantini*, pag. 747, ed. Reading (collato

A cap. 7), Eusebium ab errore Semiarianorum vindicare studuit Bullus in *Def. fid. Nic.*, pag. 231, et refutavit Valesium ad c. 11 contendentem, illas Eusebii de divina quidem Filii potentia, sed media, opiniones optime refutari ab Athanasio or. tertia *contra Arianos*, pag. 397. Reading l. c. quoque laudat Pearson. *Vindic. epist. Ignat.*, part. II, pag. 36. HARL.

XVII. *De Vita Constantini M.* jam A. C. 337 defuncti, *libri IV* (*b*), in quibus, ait, se de industria omittere conflictus et prælia, res fortiter gestas, tropæa ac triumphos, leges et præclara instituta, et tantum tradere μόνα τὰ πρὸς τὸν θεοφιλῆ συντείνοντα βίον, quæque ad Dei cultum pertinent, lib. I, cap. 11, unde titulum operis fecit *Περὶ τοῦ*
B *κατὰ Θεὸν βίου τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως*, ut notat Valesius, pag. 256 (*c*). Cæterum falli Jac. Gothofredum (*d*), qui hos libros ab Eusebio scriptos esse negavit pag. 273, ad Philostorg., et in epist. ad Andream Rivetum sub nomine Jacobi Pacidii edita, facile ex ipso opere et Socratis, Sozomeni, Photii, Gelasii aliorumque veterum testimoniis demonstrarunt Martinus Hanckius *De scriptoribus Byz.*, pag. 81 seq., J. Andreas Bosius *De pontificatu maximo imperatorum Rom.*, pag. 63 seq., et Valesius, pag. 216. Omni etiam destituta est verisimilitudine Sandii conjectura, qui in *Nucleo historiæ eccles.*, pag. 48, Macarii Hierosolymitani esse hariolatur. Πανηγυρικῇ ὑψηγορίᾳ usum Eusebium, multi adnotarunt; neque tamen fides historica illi
C propterea in rerum summa deneganda. Primus hos libros Græce cum *Historia eccles.* edidit Rob. Stephanus, Paris. 1544, fol., pro quinto libro numerans orationem ad sanctorum cœtum (*e*), quæ Constantini M. est, non Eusebii. Latine primus quatuor libros (non tres primores tantum, ut scribit Hanckius pag. 86 *De scriptoribus Byz.*) Joannes Portesius vertit. Hinc Wolfgangus Musculus, nec minus J. Christophorsonus, qui Portesii versionem non viderat, notante Valesio pag. 216 sq. Hujus Christophorsonianæ versionis cum liber quartus casu quodam amissus esset, quartum Nicolaus Carrus supplevit. Denique idem Henricus Valesius Græca ad codices mss. castigavit, versionem meliorem
D notasque doctissimas adjunxit (*f*). Editiones Latinas et Græco-Latinas, quia *Historiæ ecclesiasticæ* hi

(*a*) Vindobonæ in bibl. Cæsar. cod. CLXVI, n. 1, fragm. Eusebii ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον, teste Lambecio *Commentar.* tom. IV, pag. 887, et in cod. Barocc. n. CIIIC, in quo etiam sunt Eusebii sententiæ βιωφελεῖς, secundum Cat. codd. Angl. 1, p. 27. HARL.

(*b*) Male *libri VI* excusum in Jo. Molleri *Homonymoscopia*, p. 461.

(*c*) Nimius est Constantini laudator. V. Thomasium, Du Pin, aliosque a Stollio pag. 227 excitatos. HARL.

(*d*) Jac. Godofredo assensus B. Dorscheus in *Diatyposi concilii Nicæni de S. Cœna*, p. 3.

(*e*) Ubi in codd. Venet. ad § 17 memoratis. HARL.

(*f*) Valesius laudat cod. Fuketi, lectt. ad oram libri Saviliani, Turnebiani et cod. Moræi, codicem schedasque bibl. Paris. Rec. est ed. Valesii cum hujus variorumque adnotatt. in ed. Reading. — In sex codd. bibl. Paris. publ. continetur Eusebius *De vita Constantini*. — In cod. Escorial., teste Pluero in *Itin. per Hispan.*, p. 168. — In cod. Mosquensi, teste Strothio in præf. ad Eus. *H. E.*, pag. XXII. — In cod. Mediceo-Florent. XX, n. 4, qui continet *H. E.*, sub finem insertum est ex Eusebii *Vita Constantini*, a cap. 24, usque ad totum cap. 42 libri II inclusive, excerptum, continens illius imperatoris constitutionem, quam, destructis tyrannis, Græca lingua conscriptam, gentibus subditis misit. V. Bandin. *Cat. codd. Gr.*, II, pag. 681. — Huc pertinent commentatt. D. Ern. Frid.

libri subjungi solent, supra num. 3 adnotatas videre licet. Tantum monebo, in editionibus quibusdam Latinis brevia J. Jac. Grynæi et Suffridi Petri scholia adjuncta esse. Gallicæ quoque interpretationis instar est, quod auctore Joanne Morino prodiit opus : *Histoire de la délivrance de l'Eglise chrétienne, par l'empereur Constantin*. Paris. 1630, fol.

XVIII. *De Vita S. Pamphilii martyris*, scripsisse se testatur lib. VI (*a*), cap. 32, Eusebius, et lib. VII *Hist. eccles.*, cap. 32, pag. 288, et *De martyribus Palæstinæ*, cap. 11, ubi *tribus libris* distinctum a se opus illud fuisse refert, quod confirmat etiam Hieronymus in *Catalogo*, cap. 81, et *adversus Rufin.*, pag. 135, ubi libros elegantissimos appellat. Hujus, ut putat, operis genuinum ἀποσπασμάτιον de Pamphili martyrio Græce ex ms. codice Mediceo regis Christianissimi descriptum exhibet Papebrochius t. I *Act. Sanctorum Junii*, pag. 64-74, cum Latina versione. [Fabr. in sua Hippolyti Opp. edit., t. II, pag. 217.] Latina illa ex Eusebio ac Metaphraste dederant Lipomannus et Surius 1 Junii, et Valesius pag. 178, ad Euseb.

XIX. *Τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγήν, antiquorum martyriorum collectionem*, scripsisse se Eusebius testatur in *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 15, pag. 136, et lib. V, procem., pag. 153, et cap. 21, pag. 189. Ex hoc opere præclaro, et quod integrum ad nos haud pervenisse dolendum est, multa superesse videntur, in *Vitis Patrum* Latine sub Hieronymi nomine editis, et in Simeone Metaphraste, qui Græco stylo sanctorum Vitas et martyria condidit. Fragmentum ex hoc opere Eusebiano dare se credidit Papebrochius *Narrationem de decem martyribus Ægypti*, Græce e ms. Vaticano cum Guil. Sirleti versione t. I *Act. sanctor. Junii*, pag. 420 seq. Sic *Acta martyrii S. Luciani* apud Surium et Bollandum ad 7 Januar. Latine edita, Usserius apud Caveum suspicatus est Metaphrastem petiisse ex Eusebio. Integram ejus μαρτυρίων ἀναγραφὴν in bibl. Scorialensi superfuisse affirmat Franciscus Bivarius ad Pseudo Dextri *Chronicon*, ad A. C. 308. Atque *libros tres* martyrum Eusebii nondum de Græco versos ibi exstitisse, ex indice ejusdem bibliothecæ a. 1579 didicit et ad Baronium scripsit Lindanus, ut narrat Baronius ad Martyrolog. 23 Sept. Duabus librorum decadibus sive *viginti libris* constitisse illud opus, tradit scriptor *Actorum S. Silvestri*, apud Lambecium t. VIII, p. 321 [p. 683 sq. ed. Kollar.]. Verba scriptoris illius sunt :

A 'Ο ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος, ἡνίκα τὴν *Ἐκκλησιαστικὴν* ἔγραφεν *ἱστορίαν*, παραλέλοιπεν ἐκεῖνα, ὧν μνήμην ἐποιήσατο ἐν ἑτέροις αὐτοῦ ποιήμασι. Καὶ γὰρ ἐν *εἴκοσι λόγοις*, τουτέστιν ἐν δυοδεκάσι, σχεδὸν τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις μαρτύρων, ἐπισκόπων, ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθένων, παρεσκεύασε τὰ πάθη φέρεσθαι. Miror, Caveum huic operi tribuere libros non *viginti*, sed *undecim*, ejusque rei auctorem laudare *Acta Silvestri*, a Combefisio edita. [Forsan illud *de martyribus Palæstinæ*, quod in editt. *H. E.* adhæret libro VIII, et de quo v. Fabr. *B. Gr.* vol. IX, pag. 33 sq ed. vet., pars fuit hujus collectionis martyrior. antiquiorum.] Confer de eodem opere Eusebiano Bollandum præf. ad t. I *Act. sanctor. Januar.*, B pag. XVI et XLV, et Henschenium t. II *Aprilis*, pag. 539; Baronium Diss. *Martyrologio Romano* præmissa, cap. 5-7, et Matthiam Frid. Beckium ad *Martyrologium Ecclesiæ Germanicæ*, pag. 5 seq. Fabr. In cod. MCDLII bibl. publ. Paris. est n. XXI Onesimi, qui Pauli discipulus fuit, martyrium, et n. XXII, Pamphili, Valentis, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli et Juliani martyrium, auctore Eusebio. Harl.

XX. *Epistola ad Constantiam Augustam*, Licinii uxorem, laudata ab Iconomachis in Actis synodi Nicænæ secundæ, act. V, pag. 608, et VI, pag. 661, t. III Binii (Labbei t. VII), et a Nicephoro, Constantinopol. patriarcha, impugnata. Ex eadem Ni- C cephorus Gregoras XIX, 3, *Hist.*, ubi Eusebium τῶν τότε λογίων τὸν πρῶτον appellat, pag. 591. Eam pleniorem Græce e ms. regio edidit J. Boivinius in notis eruditis ad Niceph. Gregoram, pag. 795. Spuriam et Eusebio suppositam esse non dubitat Petavius XIV, 9, *Dogm. theol. de Incarnatione*. Sed Eusebio recte a laudato Boivino vindicatur. In iisdem Actis Nicænæ synodi affertur etiam aliquid, pag. 608 et 662, ex epistola Eusebii ad Euphrationem sive Euphrasionem et ad Alexandrum Alexandrinum.

Latine tantum exstant :

XXI. *Apologiæ pro Origene liber primus*, ex Rufi[...] versione, inter Origenis atque Hieronymi Ope[...] sæpius sub Pamphili nomine editus. Et sane ex v[...] D luminibus sex (tot enim *Apologia* illa libros co[...]plexa est) Pamphilum una cum Eusebio prio[...] quinque composuisse, sextum ab Eusebio additu[...] esse, testatur Photius cod. CXVIII (*b*). Confer Eu[...]sebium ipsum VI, 33, *Hist.*, et quæ de hoc ope[...] Tillemontius t. V *Memor. eccles.*, parte III, pag. [...]

Wernsdorfii De Constantini M. religione paschali ad Euseb. *De vita Const. M. libr.* IV, cap. 22, Witteb. 1758, 4, et D. Erhard. Anton. Frommanni *De codd. sacris, jussu Constantini ab Eusebio curatis*, ad Euseb. *Vitam Const.* libr. IV, c. 36. Coburg. 1761, 4, recus. in ejus opusculis philologici atque historici argumenti, Coburgi 1770, 8, p. 303 sqq. — *Eusebius's Life of Constantin, with an oraison in his Praise, and his oration to the clergy.* Lond. 1637. — Saltonftall versio Anglica, addita est versioni *H. E.* de qua supra jam egimu[...] Harl.

(*a*) Docet ibi Eusebius, illo se in opere exhibui[...] πίνακας sive indices librorum tum Origenis, t[...] aliorum scriptorum ecclesiasticorum, quos Pamp[...]lus summo studio bibliothecæ suæ adornandæ c[...]legerat.

(*b*) Est inter codd. Latinos bibl. Venetæ [...] Marci, cod. XXXVIII. V. *Cat. codd. Lat.*, pag. [...] Harl.

seq. et 357 seq. Non assentior Bartholomæo Germonio, qui libro *De hæreticis, codicum ecclesiasticorum corruptoribus*, pag. 305 seq., contendit, nullas Pamphili partes in *Apologia pro Origene* fuisse, sed meram hanc fuisse fraudem, qui Eusebii opus sub Pamphili nomine venditaverit. Hebed Jesu autem in *Catalogo librorum Chaldaicorum*, pag. 19, memorat Eusebii *librum apologeticum pro homine quodam Origenista, qui exponebat Scripturas per allegorias, et coarguebatur hoc nomine a Theodoro.* De Antipatri Bostrensis Ἀντιῤῥήσει τῆς Εὐσεβίου ὑπὲρ τοῦ Ὠριγένους ἀπολογίας, dicam infra in Antipatro.

XXII. *Opuscula* XIV a Jacobo Sirmondo edita ex duobus mss. monasterii Herivallensis et S. Cornelii Compendiensis, t. II *Var. opusc.*, Paris. 1643, 8, unde recusa sunt in *Bibl. Patrum* edit. Lugd. 1675, tomo IV, et inter Sirmondi Opera t. I, Paris. 1696, fol.

Adversus Sabellium liber, sive potius homilia 1 et 2. In harum priore Marcellus Ancyranus perstringitur his verbis pag. 10 : *Pater, qui genuit, non pænitetur de bona progenie, non devorat suum Filium. Irridemus fabulas gentium, et iterum easdem inducimus, non nos, sed qui ausus est Galata. Deus enim non vocem genuit, sed Filium, non sermonem, sed Vitam, non dictum, sed Deum.* In posteriore sæpius laudatur *memoria beati viri*, per quem Valesius intelligit Pamphilum, editores operum Sirmondi verisimilius Agapetum, Eusebii decessorem.

De resurrectione et ascensione, homilia 1 et 2, in quarum posteriore copiose celebratur S. Romanus, de quo Eusebius cap. 2 *De martyribus Palæstinæ*, et homilia Eusebii Gallicani, t. VI *Bibl. Patrum* edit. Lugd., pag. 671. Prudentius *Peristeph.*, hymno X, *Martyrologia* 18 Nov., etc. FABR. — Eusebii homilia *de Christi resurrectione*, Gr. ac Lat. per Fr. Combefis. Paris. 1648, fol., in *Bibl. Græc. Lat. Patr. Auct. nov.*, col. 779. — — Eusebii episc. *orat. de commemoratione sanctorum*, interpr. Car. Fabiano, edita in parte II Thomæ Galeti libri *Religiosus* inscripti, Lugd. 1615, 8; rec. in *Bibl. PP. Colon.* 1622, tom. XV; — in Lugdun. t. XXVII, et in *Supplem. Bibl. PP. Paris.* 1639, tom. I, pag. 826 (v. Fabr. *B. Gr.* XIII, pag. 814) ; sed quod in ea refertur, quid Eusebius episcopus responderit Alexandro, interroganti, quem fructum ferant qui sanctos et beate defunctos colant, illa, quæ si est genuina : Eusebio Alexandrino tribui possit. — Præterea adnotare juvat, in cod. Bodleiano n. MMCCXXIII (Cat. codd. Angliæ I, pag. 116) exstare, Eusebii (cujus sint, non additur) homilias octo, quarum prima est ad monachos; sed in eodem cod. reperiri dicitur Eusebii Emeseni ad monachos homilia nona. V. infra de Eusebio Emeseno. — In cod. eccles. cathedr. Dunelmensis n. CCLXXXXII. Eusebii (nullo addito indicio cujus sit? forsan *Emeseni*, in Catal. mem. II, pag. 9) sermo *de nativitate Domini*. — In indice ad vol. II Catal. codd. Paris. bibl. publ. citatur Eusebii Cæsar. oratio *in ingressum jejuniorum*. — In bibl. Bodlei. inter cod. Laudi n. DCCXIV fragmenta quædam Gr. *de pœnitentia* ex Eusebio, Chrysostomo, Basilio, etc. HARL.

De incorporali et invisibili Deo, atque incorporali anima et spirituali cogitatu hominis homiliæ sex.

De eo, quod ait Dominus Matth. X, 34, « *Non veni pacem mittere in terram.* »

De mandato Domini Matth. X, 37, *Quod dico vobis in aure, supra tecta prædicate.*

De operibus bonis et malis homilia 1 et 2 ad II Cor. VIII, 9 seq.

Hæc opuscula ex Græco versa esse, variis argumentis colligitur, neque Eusebio Cæsareensi indigna sunt, eique tribuuntur a Sirmondo, Valesio, du Pinio aliisque [codd. qui nominantur, et Hieronymi auctoritate fultis]. Neque placet opinio Cavei, qui incerta conjectura mavult referre ad Eusebium Emesenum. [Nec placet Oudino l. c., pag. 313.]

XXIII. *Acta Sylvestri papæ*, ad Eusebium auctorem referuntur in quibusdam codd. (*a*) et a Ratramo libro IV *Contra errores Græcorum. Sed error ex multis manifestus arguitur*, inquit Baronius *ad Martyrolog.* 31 Dec., *cum et Gelasio teste acta Sylvestri incerto auctore sint scripta.* Confer. Wilh. Ernesti

(*a*) In Catal. codd. Angliæ, etc., I, inter codd. Bodlei, n. 2432. 44, inesse dicuntur. *Actus Sylvestri, urbis Romæ episcopi, qui vixit in episcopatu annos* XXIII, *menses* X, *dies* XIX, *ex Eusebii Græcis, ut auctor in præfatione ait, translati.* — Paris. in bibl. publ. *Eusebii Cæsar. homilia in memoriam Constantini imper. et Sylvestri papæ.* Incipit : ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος, in codd. DCCXXXXVIIII, MCDXLIIX et MDVIII. — Vindobonæ in bibl. Cæsarea, cod. XXXI, n. II. (cujus initium v. supra ad sect. 20 redditum), de quo multus est Lambec. *Comment.* tom. VIII, pag. 683, sqq., qui ex narrationis prooemio patefacit, Eusebium in magno aliquo opere XX librorum de omnium fere provinciarum martyribus, episcopis, confessoribus, etc., scripsisse primum Græce Sylvestri papæ Vitam, eamque postea anonymum incertum in linguam transtulisse Latinam, et ex antiqua illa Latina versione prodiisse denuo hanc ejusdem Vitæ *novam editionem Græcam* ; vetusta illa vitæ translatio *Latina*, in duos libros divisa, est in antiquo cod. membran. bibl. Cæsariens. inter codd. Latinos historicos, ex quo Lambec. apposuit longum prooemii locum. Idem in Additamento III (lib. IV, p. 482), docet, quantum ea, quæ in hoc codice et hac narratione de sacro lavacro Constantini M. referuntur, a relatione Eusebii Pamphili in libro IV *De vita ejusdem imperatoris discrepent.* — *Eusebii Pamphili de theolog. ambiguitatibus* est in libro inscripto : *Georgio Valla interprete. Nicephori Blemmidæ logica : G. Vallæ* libell. *De argumentis : Euclidis elementorum* XIV^{us}, etc. Venet. per Anton. de Strata 1488. — ibid. per Simon Papiensem, dictum Bevilaquam, 1498, fol. V. Fabr. *B. L. med. et infim. æt.*, edit. Mansi, tom. VI, p. 281. HARL.

Tonzelii *Diss. selectas*, p. 304 seq. Exstant Latine apud Mombritium, tom. II, et alia ex Metaphraste apud Lipomannum, tom. V, et Surium ad 31 Dec. Edidit et Combefisius *Acta Sylvestri et Constantini*, e quibus disputationem adversus Judæos præsente Constantino a Sylvestro et Zambre habitam repetit in *Bibl. concionatoria*, t. II, ad Dom. I Quadragesimæ. Ex illis hausere Zonaras ac Cedrenus, et in Chronicis mss. Georgius Hamartolus et Simeon Logotheta. Vide Cangium *ad Zonaram*, pag. 28.

XXIV. *Inedita.*

Libri IV *Eclogarum propheticarum*, de quibus supra n. II. *Vide ibid. adnotationem nostram.* (Edit. Patr.)

Fragmentum de mensuris ac ponderibus. Mss. Is. Vossii n. 179. Fabr. — Est in cod. Veneto D. Marci. (Vid. *Catal. codd. Gr.*, p. 261.) — Inter codd. Vossianos n. MMCCXC (*Cat. codd. Angliæ*, II, p. 62). *Eusebii fragm. de mensuris et ponderibus.* Harl.

De morte Herodis, ms. in bibl. Basil.

Præfatio ad Canticum Mosis in Exodo. Lambec. III, p. 35 (*a*).

XXV. *Scripta Eusebii deperdita.*

Præter multas partes operum, de quibus jam dictum est, *ecclesiasticæ Præparationis libri*, in quibus *Eclogæ*. Phot. cod. XI, ubi numerus librorum excidit.

[*Εὐαγγελικὴ Θεοφάνεια* bis citatur in Catena in Lucam in cod. Vindobon. Cæsareo XLII, teste Lambecio *Commentar.*, tom. III, p. 166, not. 4. Conf. supra, n. 8. Harl. Fragmentum ex Eusebii Opere deperd. *Theophania evang.* e cod. Coislin. Gött., 1740, 4.] (*Vide notam nostram col.* 23. Edit.)

Caveus ait, in bibl. Bodleiana, cod. Barocc. CXLVIII, exstare *novem homilias* sub Eusebii nomine, in memoriam sanctorum, sed spurias. Exstat vero ibi unica tantummodo, quæ *nona* inscribitur. Fabr. Vid. supra, ad n. 23, de homilia *De resurrectione* adnotata.

Opus adversus hæreses atheas promisit Eusebius in fine libri IV *Eclogarum*, teste Lambec. *Comm. de bibl. Cæsarea*, pag. 202.

Prophetia Eusebii Cæsar. et fratris Columbini de quibusdam eventuris in Christiano orbe, Latine, ut videtur, in bibl. Bodlei. inter codd. Kenelmi Digbæi, n. MDCCIIIC, *catal. codd.*

In Anastasii *Quæstionibus et responsionibus*, *ex variis SS. partibus*, in Niconis *Collectionibus rerum moralium* aliisque vett. Gr. florilegiis passim in codd. Coislin., Mediceis, etc., fragmenta occurrunt Eusebiana. Harl.

Ἡ καθόλου στοιχειώδης εἰσαγωγή. Supra n. 3.

Ecclesiasticæ Demonstrationis libri. Phot. cod. XII. Colomesius quatuor libros fuisse putat, quia quatuor libri *Eclogarum propheticarum* exstant mss. in bibl. Vindobonensi : sed in calce libri quarti illarum *Eclogarum* diserte tradit Eusebius, hunc esse librum operis nonum. Et *Eclogas propheticas* verisimilius habeat aliquis pro parte τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς, ut notavi supra num. 3. Laudatur Eusebii Ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις in *Jure Græco-Romano*, libr. IV, pag. 295.

Contra Porphyrium pro Christiana religione libri XXX. Suid. De quibus tantum viginti ad se pervenisse, ait Hieronymus cap. 81 *Catalogi*. Horum tribus postremis confutasse, quæ contra Danielis prophetias argutatus idem Porphyrius fuerat, testatur idem Hieronymus *ad Danielem*. Alibi libros XXV numerat, epist. ad Magnum oratorem. Laudat et Socrates III, 23, pag. 200. Hoc opus Romæ adhuc servari, nimis temere multi credunt, inquit Holstenius *De Porphyrii scriptis*, pag. 63. Apollinarem iis, quæ Eusebius et Methodius contra Porphyrium scripsit, præfert Philostorgius VIII, 14. [V. vol. V, pag. 747.]

Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας, *Confutationis et Apologiæ* pro Christiana religione adversus ethnicorum objectiones, *libri duo*, atque alii libri duo ejusdem argumenti et sententiis verbisque propemodum iidem (forte altera priorum ἔκδοσις). Phot. cod. XIII. Fallitur Valesius, qui libros *contra Porphyrium* cum his libris confundit. Nec minus fallitur Caveus, qui cum his confundit *Apologeticum* Eusebii *pro fide sua*, de quo supra num. 9.

Oratio de basilica Hierosolymitana, Servatoris sepulcro, ac *de donariis* ibi dedicatis, quam, licet longiorem, stans imperator Constantinus auscultavit. Euseb. IV, 33, *De vita Constantini*.

De festo Paschali liber eidem Constantino dicatus, complexusque μυστικὴν ἀνακάλυψιν τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου, sive rationes cycli novemdecim annorum et historiam controversiæ de Paschate. Euseb. IV *De vita Const.*, cap. 34 et 35, ubi imperatoris ad Eusebium epistola, qua ipsi gratias agit, et meminit Latini interpretis, qui scripta ejus in Latinam linguam transferat. Eusebio ad componendam ἐννεακαιδεκαετηρίδα occasionem dederat sanctus Hippolytus sua ἑκκαιδεκαετηρίδι, teste Hieronymo, cap. 61 *Catalogi*. Atque ita capiendus Isidorus Hisp. VI, 17, *Orig.*, et Beda *De temporum ratione*, cap. 42. [In bibl. Cotton, XIII, 12, p. 93, *Cat. codd. Angl.*, *Eusebii Cæsar. de Pascha homiliæ XII*.]

Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πολυπαιδείας scripsisse se testatur Eusebius VI, 8, *Præparat. evangel.*, pag. 310. Idem opus, in quo Basilius *De Spiritu*

(*a*) In codice pergameno sæculi XII vel XIII bibliothecæ universitatis Lovaniensis, 4° parvo, p. 37 legitur : *Omelie* XII *Eusebii Cesariensis episcopi de Pascha valde utiles*, *translate de Greco in Latinum.* — *Item sermones ejusdem* III *de ascensione Domini.* — *Item ejusdem* II *de spiritu sancto.* Volumen duabus partibus constat. : pars prior indicem voluminis exhibet, pars altera, quæ homilias continebat, a priori distracta, jam non invenitur. Edit. Patr.

sancto, cap. 29, legisse se significat, ἐπαπορήματα περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας.

Epistolæ quamplurimæ, præter illas, de quibus supra num. 21, in quibus omnibus Arianorum se fautorem prodere arguunt Acta concilii Nicæni, act. VI, t. III, edit. Binianæ, pag. 662, vertuntque ipsi vitio, quod licet synodo Nicænæ subscripserit, et ποτὲ μὲν τὴν ἀλήθειαν ὑποκρινόμενος ἀποδείκνυται, *nonnunquam veritatem simulare deprehenditur*, tamen non veniam publice petierit de scriptis suis eaque retractaverit, et pro epistolis speciatim suis λόγον Ἀπολογίας non composuerit, vulgaveritque.

Sermonem de defectu pluviæ memorat Hebed Jesu in *Catalogo librorum Chaldæorum*, n. 20.

[Fragmentum Eusebii τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων edidit Munterus Fr. PP., Gr., I, p. 60 sq.; alia fragm. ejusd., Matthæi in *Anecdotis*, Mosquæ, 1775. In Galland. *Bibl. PP.*, tom. IV, p. 459 sq., sunt Eusebii Pamph. opuscul. XIV, primum in lucem edita a Jac. Sirmondo. — Præmittuntur ejusdem Eusebii Procemium et cap. III priora *Dem. Ev.*, una cum operis epilogo evulgata a J. A Fabricio. In Prolegg. de his p. XXII sq. breviter Gallandus egit.]

DE VITA SCRIPTISQUE EUSEBII CÆSARIENSIS.

(H. VALESIUS, Proleg. ad Eusebii *Histor. eccles.* ed. Mogunt. 1672.)

De vita Eusebii Cæsariensis librum olim conscripserat Acacius, ejus discipulus et in episcopatu Cæsariensi successor, ut testatur Socrates. Sed cum hic liber una cum plurimis aliis vetustatis incuria perierit, nos collectis hinc inde veterum scriptorum testimoniis qui de Eusebio locuti sunt, jacturam illam pro virili parte sarcire conabimur. Igitur Eusebius natus est in Palæstina sub extrema, ut videtur, Gallieni tempora. Ex Palæstina quidem illum oriundum fuisse argumento est, quod a veteribus fere Palæstinus vocatur. Ita certe Basilius, Theodoritus aliique eum appellant. Ac quamvis ob Cæsariensis urbis episcopatum ita cognominari potuit, verius tamen mihi videtur, illum a patria id cognomentum traxisse. Certe ipse in libro primo *De Vita Constantini* se adhuc adolescentem in Palæstina educatum ac versatum esse testatur, ibique primum a se visum esse Constantinum, dum is in comitatu Diocletiani Augusti per Palæstinam iter faceret. Sed et in libro II ejusdem operis, ubi legem Constantini refert, quam ille pro Christianis scripsit ad Palæstinos, Palæstinum se fuisse haud obscure significat. Postquam enim legis ipsius ad Palæstinos missæ verba retulit, hæc addit: *Hæ primæ imperatoris litteræ ad nos missæ.* Quod vero ortum illius in extrema Gallieni tempora contuli, hujus rei auctorem habeo ipsum Eusebium. In libris enim *Historiæ ecclesiasticæ* loquens de Dionysio Alexandrinorum episcopo, illum sua ætate vixisse testatur, ut videre est in libro III, cap. 28. Quare cum constet Dionysium Alexandrinum anno principatus Gallieni duodecimo e vivis abiisse, Eusebium jam tum in lucem editum fuisse oportet, si quidem ejus ætas in ea tempora incidit quibus vixit Dionysius. Idem etiam colligi potest ex libro V *Historiæ ecclesiasticæ* sub finem, ubi de Artemonis hæresi verba faciens, Paulum Samosatenum sua ætate eam hæresim renovasse scribit. Denique in libro VII, narrans ea quæ regnante Gallieno contigerunt, antequam de Pauli Samosatensis errore ac damnatione sermonem instituat, his utitur verbis: *Verum his jam expositis, nunc tandem quæ qualisque fuerit ætas nostra, posterorum notitiæ tradamus.* Parentes quos habuerit, nobis incompertum est, nisi quod Nicephorus Callistus, nescio quos auctores secutus, illum sorore Pamphili martyris genitum esse prodit. In epistola autem Arii ad Eusebium Nicomediensem, frater Eusebii Nicomediensis dicitur. Ac tametsi propter amicitiam frater dici potuit, verius tamen mihi videtur, illum aut germanum aut consobrinum fuisse Nicomediensis Eusebii, maxime cum Arius plurimis aliis ibi commemoratis, unum Cæsariensem fratrem appellet Nicomediensis. Deinde Nicomediensis Eusebius oriundus fuit ex Syria. Fuit enim primo episcopus Beryti. Nec mos tunc erat, ut extranei et ignoti ad regendas Ecclesias promoverentur. In sæcularibus disciplinis quos magistros habuerit, perinde ignoramus. In sacris autem litteris præceptorem habuit Dorotheum eunuchum, Antiochensis Ecclesiæ presbyterum; cujus etiam in libro VII honorificam mentionem facit. Quanquam Eusebius eo loco tantum dicit a se auditum esse Dorotheum, dum sacras litteras in Ecclesia non incommode exponeret. Si quis tamen ex his Eusebii verbis cum Trithemio velit colligere, Eusebium Dorothei fuisse discipulum, equidem non magnopere repugnabo.

Ea tempestate mortuo Theotecno, Cæsariensis Ecclesiæ episcopatum administrabat Agapius, vir eximiæ sanctitatis, et effusæ in pauperes liberalitatis. Ab hoc Eusebius in clerum ascitus, arctissimam iniit amicitiam cum Pamphilo, qui tum inter Cæsariensis Ecclesiæ presbyteros eminebat. Erat Pamphilus natione Phœnix, domo Berytius; Pierii Alexandrinæ Ecclesiæ presbyteri discipulus, ut scribit Photius. Qui cum litterarum sacrarum sin-

gulari amore flagraret, omnesque ecclesiasticorum scriptorum libros ac præcipue Origenis, summo studio conquireret, celeberrimam scholam ac bibliothecam instituit Cæsareæ. Cujus scholæ magister primus fuisse videtur Eusebius. Certe Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ* diserte scribit, Apphianum, qui tertio persecutionis anno martyrium consummavit, in urbe Cæsarea sacris litteris a se eruditum fuisse. Ab eo tempore Eusebius cum Pamphilo semper conjunctissime vixit, ejusque individuus comes ad mortem usque permansit : adeo ipsi charus, ut ab ejus amicitia cognomentum sortitus sit *Pamphili*. Nec vero solum superstitem, sed etiam mortuum singulari amore dilexit Eusebius : ita ut post mortem Pamphili, semper de illo honorificentissime simul et amantissime loqueretur. Testantur hoc tres libri *De Vita Pamphili martyris* ab eo conscripti, quos elegantissimos vocat Hieronymus. Idem etiam colligitur ex pluribus locis qui in *Historia ecclesiastica* leguntur, et in libro *De martyribus Palæstinæ*. Denique in libro II *adversus Sabellium*, qui post Nicænum concilium ab Eusebio conscriptus est, Pamphilum martyrem frequenter prædicat, quanquam suppresso ejus nomine. Nam et in ipso orationis exordio ita dicit : *Puto adhuc aures obstrepi meas a memoria beati illius viri, qui illa religiosa frequenter usus est voce. Nam et aures vestræ adhuc sonum illius vocis retinent. Puto enim me audire eum dicentem : « Unigenitus Dei Filius. » Hæc enim religiosa vox per os ejus semper promebatur. Memoria enim erat Unigeniti ad gloriam non nati Patris. Audivimus autem Apostolum præcipientem honorari duplici honore debere presbyteros, eos maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Et pag. 29 iterum de eo ita loquitur : *Hæc non nos extollunt, memoria beati illius viri. Utinam autem ita possim dicere, ut vobiscum semper ab eodem audiebam. Sed ea quæ nunc dicuntur, illi placita fuisse videntur. Gloria enim est proborum servorum, vera de Domino dicere; et honor eorum Patrum qui bene docuerunt, si repetantur eorum doctrinæ.* Et rursus in eodem libro, pag. 37 : *Hæc audiebamus semper a beato illo viro. Sæpe enim ita dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem eum ista proferre, corde autem aliter habere. Et quidem memor vobis sum, audivisse me ab eo sancto nobis juramento satisfecisse, quia non aliud in lingua, et aliud esset in corde ejus.* Et paulo post : *Sed nunc quidem paucis ob memoriam et honorem Patris illius nostri, ita boni, ita laboriosi, et pro Ecclesiis ubique vigilantis dicta sint nobis. Neque enim generis ejus memoriam fecimus, neque educationis, aut eruditionis, aut alterius vitæ et propositi.* Quos quidem Eusebii locos ne quem sua laude defraudem, indicavit mihi vir doctissimus Franciscus Ogerius. Cæterum ex his quæ dixi satis colligitur, Eusebium nullo propinquitatis jure, sed tantum amicitiæ vinculo cum Pamphilo conjunctum fuisse. Certe Eu-

A sebius, qui tot locis Pamphilum nominat, ejusque amicitia tantopere gloriatur, nunquam tamen propinquum aut affinem suum vocat. Imo vero ex ipsius Eusebii testimonio manifeste conficitur, Pamphilum martyrem Eusebii propinquum non fuisse. Nam in fine libri VII *Historiæ ecclesiasticæ*, ubi de Agapio Ecclesiæ Cæsariensis episcopo verba facit, ita loquitur : *Hujus tempore Pamphilum virum disertissimum, vitaque et operibus vere philosophantem cognovimus; in eadem Ecclesia presbyteri honore decoratum.* Cum igitur Eusebius ipse testetur, a se tunc primum cognitum esse Pamphilum, satis apparet nulla necessitudine aut affinitate eos inter se conjunctos fuisse.

Per hæc tempora contigit gravissima illa perse-
B cutio Christianorum, quæ a Diocletiano primum cœpta, a sequentibus deinceps imperatoribus ad decimum usque annum prorogata est (a). Hujus persecutionis tempore Eusebius utpote Cæsariensis Ecclesiæ tunc presbyter, in ea urbe perpetuo fere permansit, et continuis hortationibus multos ad martyrium instruxit. Inter quos fuit Apphianus, nobilis adolescens, cujus illustre certamen refert Eusebius noster in libro *De martyribus Palæstinæ*. Eadem persecutione captus Pamphilus et in carcerem conjectus, integrum biennium in vinculis exegit. Quo quidem tempore Eusebius amicum et contubernalem suum nequaquam deseruit : sed illum invisens assidue, quinque libros *Defensionis Origenis*
C in carcere una cum illo elaboravit; sextum vero et ultimum ejusdem operis librum mortuo demum absolvit Pamphilo. Totum vero illud opus, confessoribus in metallis Palæstinæ degentibus ab Eusebio et Pamphilo nuncupatum est, quemadmodum scribit Photius in *Bibliotheca*, capite 118. Ejusdem persecutionis tempore, ob quasdam, ut credibile est, Ecclesiæ necessitates, in Tyrum profectus est. Qua in urbe dum degeret, quinque Ægyptiorum martyrum gloriosa certamina abs se visa esse testatur in libro VIII, cap. 7. Sed et in ejusdem libri cap. 9, se in Ægyptum ac Thebaidem venisse scribit, grassante adhuc persecutionis furore; atque illic multorum utriusque sexus martyrum admirabilem constantiam oculis suis conspexisse. Sunt qui scribant, Euse-
D bium in ea persecutione ut carceris molestiis liberaretur, idolis sacrificasse; idque illi objectum est ab episcopis et confessoribus Ægyptiis in synodo Tyria, ut infra commemorabimus. Sed non dubito quin id falsum sit et ab inimicis Eusebii confictum. Nam si tantum crimen revera admissum fuisset ab Eusebio, quomodo Cæsariensis Ecclesiæ postea factus fuisset episcopus? Quomodo ab Antiochenis ad suscipiendum illius urbis sacerdotium evocatus? Et tamen cardinalis Baronius illud quasi certum ratumque arripuit, quod Eusebio per jurgium et altercationem objectum est ab ejus adversariis, nec ullius testimonio confirmatum.

Per idem tempus scriptus est ab Eusebio liber

(a) Eusebius in Epistola ad Cæsarienses de synodo Nicæna.

adversus Hieroclem. Causam scribendi præbuit Hierocles Nicomediensis, qui sub initium ejus persecutionis cum Christianorum ubique templa destruerentur, vexatæ religioni quasi insultans, duos adversus fidem Christi in urbe Nicomedia edidit libros, quos Φιλαλήθεις inscripserat. In quibus inter cætera id asserebat, Apollonium Tyanæum multo plura et majora fecisse quam Christum, ut testatur Lactantius in libro VII. Sed Eusebius hominem despiciens, contentus fuit eum brevi libello confutare.

Inter hæc mortuo Agapio, Cæsariensium episcopo, cum persecutio jam sedata et pax reddita esset Ecclesiæ, Eusebius communi omnium consensu in ejus locum substituitur. Alii successorem Agapii ponunt Agricolam, qui Ancyranæ synodo interfuit ac subscripsit, anno Christi 314. Ita Baronius in *Annalibus*, ad annum Christi 314, et Blondellus in *Apologia pro sententia B. Hieronymi*, cap. 19. Ubi Eusebium anno Christi circiter 315, administrationem Cæsariensis Ecclesiæ post mortem Agricolæ suscepisse scribit. Verum subscriptiones illæ episcoporum quæ in Latinis Canonum collectionibus habentur, parum certæ mihi videntur ac firmæ. Nam neque in Græcis codicibus, nec in Latina versione Dionysii Exigui leguntur. Deinde Eusebius in libro VII *Historiæ ecclesiasticæ* recensens præcipuarum sedium episcopos, sub quibus orta et grassata est persecutio, in Agapio Cæsariensium episcopo desinit, quem ait in ea persecutione pro Ecclesiæ suæ commodis plurimum laborasse. Hic ergo ad finem usque persecutionis permanserit necesse est. Atqui Eusebius statim post finem persecutionis factus est episcopus. Nam cum Paulinus episcopus Tyri, paulo post redditam Ecclesiæ pacem basilicam dedicaret, ad ejus dedicationem una cum reliquis episcopis a Paulino evocatus est, et elegantissimam coram illo habuit orationem, sicut discimus ex libro X *Historiæ ecclesiasticæ*. Id autem contigit antequam Licinius adversus Constantinum rebellaret, quod factum est anno Natalis Dominici 315. Circa hæc tempora Eusebius insignes illos *De demonstratione* et *De præparatione evangelica* libros elucubravit. Quos quidem ante concilium Nicænum scriptos fuisse constat, cum in *Historia ecclesiastica*, quæ ante illud concilium ab Eusebio scripta est, nominatim citentur, quemadmodum in adnotationibus ostendimus. Interea Licinius, qui in Orientis partibus Rempublicam administrabat, repentino furore incitatus Christianos persequi cœpit, præcipue vero antistites, quos Constantino magis favere, et pro illo vota facere suspicabatur. Sed Constantinus, suscepta adversus Licinium expeditione, brevi illum duobus præliis terra marique victum ad deditionem compulit. Atque ita Christianis in Oriente degentibus pax per Constantinum denuo reddita est.

Verum inter ipsos Christianos longe gravior eodem tempore tumultus exarsit. Namque Arius, Alexan-

A drinæ urbis presbyter, cum nova quædam et impia de Dei Filio dogmata publice in Ecclesia prædicaret, et ab Alexandro episcopo frequenter admonitus, nihilominus in iisdem assertionibus perseveraret, tandem una cum erroris sui sociis damnatus, pulsusque Ecclesia fuerat. Quam damnationem moleste ferens, litteras cum exemplo fidei suæ ad omnes vicinarum urbium episcopos misit: quibus querebatur immerito se depositum ab Alexandro, cum eadem ipse quæ reliqui Orientis antistites prædicaret. His artibus decepti plures episcopi, et ab Eusebio Nicomediensi maxime incitati, qui Arii partibus palam favebat, litteras pro Ario scripserunt ad Alexandrum Alexandrinæ urbis antistitem, orantes ut Arium in pristinum locum restitueret. Ex eorum B numero fuit Eusebius noster, cujus litteræ ad Alexandrum scriptæ exstant in Actis septimæ synodi œcumenicæ, et inter veterum testimonia a nobis relatæ sunt. Eusebii Cæsariensis exemplum mox secuti Theodotus ac Paulinus, alter Laodiceæ, alter Tyriorum episcopus, pro restitutione Arii apud Alexandrum intercessere. Quorum epistolas, utpote dogmatibus suis patrocinantes, cum ubique ostentaret Arius, et tantorum virorum auctoritate multos in societatem erroris sui pertraheret, Alexander et ipse coactus est ad reliquos Orientis episcopos litteras mittere, quibus palam fieret, Arium una cum sociis jure damnatum ac depositum fuisse. Exstant hodie Alexandri epistolæ duæ: C altera ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum, in qua queritur Alexander de tribus episcopis Syriæ, qui Ario consentientes, contentionem quam sedare potius debuissent, magis quam antea inflammaverant. Hi sunt Eusebius, Theodotus ac Paulinus, sicut ex Arii epistola ad Eusebium Nicomediensem scripta licet colligere. Alteram Alexandri epistolam ad omnes ubique terrarum episcopos datam refert Socrates in libro I. His Alexandri litteris pene omnes Orientis subscripserunt episcopi: inter quos principem locum obtinebant Philogonius Antiochiæ, Eustathius Berrœæ et Macarius Hierosolymorum antistites. Episcopi vero illi qui ab Arii partibus stare videbantur, cum Alexandri litteris se perstrictos viderent, acrius multo ac vehemen-D tius in defensionem Arii incubuere: præcipue autem Nicomediensis Eusebius. Noster enim Cæsariensis Eusebius, una cum Patrophilo ac Paulino, aliisque Syriæ episcopis id tantum decrevit, ut Ario presbytero conventus in ecclesia sua agere liceret; subjectus tamen idem esset Alexandro episcopo, ab eoque flagitaret ut ad pacem et communionem admitteretur. Ad hunc modum dissidentibus inter se episcopis, et his Alexandri, illis Arii partes foventibus, contentio supra modum exasperata est. Cui malo ut mederetur Constantinus, generalem episcoporum synodum, qualem nulla unquam ætas viderat, ex universo orbe Romano congregavit in urbe Bithyniæ Nicæa. Hujus maximi ac celeberrimi concilii non minima pars fuit Euse-

bius noster. Nam et in dextro cornu primum locum obtinuit, et imp. Constantinum, qui inter duos considentium ordines medius in aurea sella residebat, totius synodi nomine compellavit, sicut ipse testatur in exordio libri I *De Vita Constantini*, et in lib. III ejusdem operis. Idem etiam confirmat Sozomenus in libro I *Historiæ ecclesiasticæ*. Deinde cum inter episcopos maxima esset controversia de formula fidei, Eusebius noster formulam proposuit admodum rectam et simplicem, et quæ omnium episcoporum, ipsiusque adeo imperatoris consensu laudata est. Sed cum ei formulæ aliquid deesse videretur ad confutandam novi dogmatis impietatem, Patres synodi Nicænæ has præterea voces addendas esse censuerunt : *Deum verum de Deo vero : genitum non factum, consubstantialem Patri*. Adjecerunt etiam anathematismos adversus eos qui dicerent Filium Dei de non exstantibus factum esse, et fuisse tempus cum non esset. Et initio quidem Eusebius noster *consubstantialis* vocem admittere recusabat. Sed postea edoctus a reliquis episcopis quænam esset hujus verbi vis atque sententia, huic fidei tandem consensit ac subscripsit, quemadmodum ipse tradit in epistola ad Cæsarienses. Nonnulli asserunt Eusebium necessitate adactum, et imperatoris metu potius quam ex animi sui sententia, Nicænæ fidei subscripsisse. Ego vero de aliis quidem qui interfuerunt huic synodo, id facile crediderim. De Cæsariensi autem Eusebio ita sentire non possum. Nam Eusebius post synodum Nicænam, semper damnavit eos qui dicerent Filium Dei ex nihilo factum esse, ut patet ex libris ejus *contra Marcellum*, et nominatim ex cap. 9 et 10 libri I *De ecclesiastica theologia*. Idem etiam de illo testatur Athanasius. Qui cum sæpissime retulerit Eusebium Cæsariensem Nicænæ synodo subscripsisse, nunquam tamen id ab illo simulate et in speciem duntaxat factum esse prodit. Certe si Eusebius non ex animo, sed per fraudem ac simulationem Nicæno concilio subscripsit, cur ad Cæsarienses illam quam dixi postea misit epistolam, qua ingenue professus est se fidem illam quæ in concilio Nicæno edita fuerat, amplexum fuisse? Post synodum Nicænam, Ariani metu imperatoris aliquantulum quievere. Mox resumpta fiducia, cum in amicitiam principis callide irrepsissent, catholicos antistites omnibus modis atque artibus persequi instituerunt. Primus illorum impetus in Eustathium incubuit, Antiochenæ urbis episcopum, qui et confessionis gloria illustris, et inter Nicænæ fidei assertores præcipuus habebatur. Hunc igitur apud imperatorem accusant quod Sabellii impietatem astrueret, quodque matrem principis Helenam Augustam contumelia affecisset. Fit ingens conventus episcoporum in urbe Antiochia, cui præsedit Eusebius Nicomediensis, totius factionis auctor ac signifer. Interfuit etiam huic synodo Cæsariensis Eusebius. Igitur Eustathius a Cyro Berrœensium episcopo accusatus quod impiam Sabellii doctri-

A nam tueretur; concinnato præterea adversus illum stupri crimine, de sede sua depellitur. Quam ob causam gravissimus Antiochiæ tumultus est excitatus; populo duas in partes diviso, cum alii Cæsariensem Eusebium in Eustathii locum substitui, alii Eustathium sibi episcopum reddi flagitarent. Ventumque esset ad manus, nisi imperatoris metus et judicum auctoritas eos cohibuisset. Pacata tandem seditione, pulsoque in exsilium Eustathio, Eusebius noster tametsi et a populo et ab episcopis qui aderant, rogatus ut Antiochensis Ecclesiæ administrationem susciperet, id facere recusavit. Cumque episcopi scriptis ad Constantinum litteris, et suum et populi totius suffragium ei retulissent, Eusebius suas quoque litteras dedit ad Constanti-

B num. Quibus rescribens imp. Constantinus, Eusebii consilium magnopere laudavit. Dejecto in hunc modum Eustathio, quod anno Christi 330 gestum esse in Adnotationibus observavi, Ariani in Athanasium furoris sui impetum vertunt. Ac primo quidem ordinationem ejus accusant apud principem : deinde quod lineæ vestis canonem a provincialibus exigeret : quod sacrum calicem confregisset : postremo quod Arsenium quemdam episcopum interemisset. Itaque Constantinus molestissimis eorum delationibus fatigatus, concilium indixit in urbe Tyro, eoque Athanasium episcopum ad causam dicendam venire jussit. In ea synodo judex sedit inter cæteros Eusebius Cæsariensis, quem Constantinus ei concilio interesse voluerat. Hunc in concilio

C sedentem conspicatus Potamo Heracleopolitanus episcopus, qui cum Athanasio episcopo et aliquot Ægypti sacerdotibus illuc advenerat, his verbis compellasse dicitur : *Tene, Eusebi, sedere, et innocentem Athanasium stare a te judicandum? Quis hæc pati possit? Nonne persecutionis tempore mecum in custodia fuisti? Atque ego quidem oculum pro veritate perdidi; tu nulla corporis parte mutilatus es, neque martyrium subiisti, sed vivus integerque consistis. Quanam ratione e carcere evasisti, nisi quod persecutoribus nostris spopondisti te rem nefariam admissurum, ac fortasse etiam admisisti?* Hæc Epiphanius ita narrat in hæresi Meletianorum. Ex quibus obiter apparet, falli eos qui Eusebium

D nostrum idolis aliquando sacrificasse scribunt, idque illi in synodo Tyria palam objectum fuisse. Neque enim Eusebium insimulavit Potamo, quod idolis immolavisset, sed tantum quod salvus et integer ex carcere dimissus, id de ipso suspicandi ansam præbuisset. Fieri tamen potest, ut Eusebius alio quopiam modo dimissus fuerit e carcere, quam illo quem retulit Potamo. Cæterum ex Epiphanii verbis colligi videtur, Eusebium Cæsariensem huic synodo præsedisse. Addit enim Eusebium his auditis graviter commotum, dimisisse concilium. Ex aliis tamen scriptoribus compertum habemus, non Cæsariensem, sed Nicomediensem Eusebium Tyriæ synodo præfuisse.

Post concilium Tyri habitum, episcopi omnes

qui illic consederant, jussu principis Hierosolyma se contulere, ad celebranda encænia magnæ illius basilicæ, quam in honorem Christi Constantinus ibidem exstruxerat. Illic Eusebius noster variis concionibus in ecclesia habitis festivitatem decoraverit. Cumque imperator acerbissimis litteris episcopos ad comitatum suum evocasset, ut eorum quæ adversus Athanasium per fraudem ac simultatem gesserant, rationem coram redderent; Eusebius noster una cum quinque aliis venit Constantinopolim, deque omnibus gestis principem certiorem fecit. Tunc etiam tricennalem orationem coram ipso imperatore in palatio recitavit. Quam quidem imperator summo cum gaudio auscultavit, non tam ob suas, quam ob Dei laudes, quem Eusebius tota illa oratione celebraverat. Hanc secundam orationem in palatio a se dictam fuisse testatur Eusebius in libro *De vita Constantini*. Jam quippe antea orationem de sepulcro Domini habuerat in palatio; quam quidem imperator stans audierat, nec unquam, licet semel atque iterum ab Eusebio rogatus, sedere in sella sibi apposita sustinuerat; æquum esse dicens, sermones de Deo a stantibus exaudiri, ut refert Eusebius in capite 33 ejusdem libri.

Porro quam charus acceptusque fuerit Constantino noster Eusebius, tum ex his quæ dixi, tum ex multis aliis licet intelligere. Nam et frequentes ab eo accepit litteras, quæ in supradictis libris intextæ leguntur. Nec raro ad palatium accitus et convivio exceptus, et familiari colloquio honoratus est. Quin etiam visionem illam crucis quam in cœlo Constantinus viderat tunc cum adversus Maxentium proficisceretur, Eusebio nostro narravit; et Labarum quod ad crucis illius similitudinem expresserat, eidem ostendit, quemadmodum ipse testatur Eusebius. Cumque opus haberet codicibus sacris ad usum ecclesiarum quas Constantinopoli ædificaverat, eorum describendorum curam ac sollicitudinem mandavit Eusebio; quippe quem harum rerum peritissimum esse probe sciret. Denique cum Eusebius noster librum *De festo paschali* ejus nomini nuncupasset, adeo jucundum id munus fuit Constantino, ut librum illum statim in Latinum sermonem converti jusserit, scriptisque ad Eusebium litteris eum hortatus sit, ut ejusmodi opera quæ in manibus habebat, rerum sacrarum studiosis quamprimum communicaret.

Sub idem tempus Eusebius descriptionem basilicæ Hierosolymitanæ, et donariorum quæ illic sacrata fuerant, brevi libello comprehensam Constantino principi nuncupavit. Quam quidem una cum oratione tricennali ad calcem librorum *De vita Constantini* subjecerat. Verum hic liber hodie non exstat. Eodem etiam tempore scripti sunt ab Eusebio libri quinque *contra Marcellum* : quorum postremos tres *De ecclesiastica theologia* Flaccillo Antiochensium episcopo inscripsit. Iniit autem episcopatum Flaccillus paulo ante synodum Tyri,

A quæ congregata est consulatu Constantii et Albini, anno 335 Natalis Dominici. Certe Eusebius in libro I *Contra Marcellum de ecclesiastica theologia*, cap. 14, diserte scribit, Marcellum merito ab Ecclesia damnatum fuisse. Damnatus autem est primum Marcellus in synodo Constantinopolitana, ab illis ipsis episcopis qui basilicam Constantinianam Hierosolymis dedicaverant, hoc est anno Christi 335, vel certe 336, ut Baronio placet. Et Socrates quidem tres tantum agnoscit Eusebii libros *contra Marcellum*, eos scilicet qui *De ecclesiastica theologia* inscribuntur : cum tamen totum opus contra Marcellum, quinque libris ab Eusebio sit comprehensum. Porro omnium Eusebii librorum, postremi videntur esse quatuor illi *De Vita imp. Constantini*.
B Scripti sunt enim post mortem imp. illius, cui non diu superstes vixit Eusebius. Mortuus quippe est sub exordia principatus Constantii Augusti paulo ante mortem Constantini Junioris, quæ contigit Acindyno et Proculo consulibus, anno Christi 340, ut colligitur ex Socratis libro secundo. Quod autem Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, editionis ultimæ pag. 250, ait Eusebii libros *contra Porphyrium* scriptos esse sub Constantio, Constantini Magni filio, cum nullius antiqui scriptoris testimonio confirmetur, a nobis tam facile admitti non potest. Sed quod ibidem subjicit Scaliger, tres postremos *Evangelicæ demonstrationis* libros, octavum decimum scilicet, nonum decimum ac vicesimum, ab Eusebio scriptos esse contra Porphy-
C rium, in eo manifeste hallucinatur. Scribit quidem Hieronymus, Eusebium tribus voluminibus, hoc est, XVIII, XIX et XX, respondisse Porphyrio, qui in libro XII et XIII eorum quos contra Christianos edidit, librum Danielis prophetæ convellere tentaverat. Sed Hieronymus non libros Eusebii *De demonstratione evangelica* intelligit, ut putavit Scaliger, sed libros ab eo *contra Porphyrium* elaboratos; qui Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας inscribebantur, uti colligere est ex *Bibliotheca* Photii. Cæterum hos libros post *Ecclesiasticam Historiam* ab Eusebio scriptos fuisse opinor. Idque ex eo conjicio, quod Eusebius noster in libro VI *Ecclesiasticæ Historiæ*, ubi insignem locum affert ex tertio Porphyrii
D libro *contra Christianos*, nullam facit mentionem eorum librorum quibus ipse Porphyrio responderat : cum tamen satis diligens laudator esse soleat operum suorum, et ad eorum lectionem studiosos subinde rejiciat.

Sed quoniam opportuna sese offert occasio, pauca etiam de *Ecclesiasticæ Historiæ* libris hoc loco adnotare libet. Horum enim potissimum causa tota hæc a nobis instituta est lucubratio. Multa quidem ab Eusebio nostro scripta sunt ad Ecclesiæ catholicæ utilitatem, et ad confirmandam Christianæ fidei veritatem, partim adversus Judæos, partim contra gentiles. Inter omnes tamen ejus libros merito palmam fert *Ecclesiastica Historia*. Multi quippe ante Eusebium pro Christianæ fidei defensione li-

bros conscripserant, et Judæorum contumaciam erroremque gentilium validissimis rationibus convicerant. Sed qui rerum ecclesiasticarum historiam posteris traderet, nemo ante Eusebium exstiterat. Quo magis laudandus est Eusebius noster, qui et primus hoc argumentum excogitavit; et cum illud aggressus fuisset, omnibus numeris absolutum reliquit. Certe cum multi post eum reperti sint, qui illius exemplo incitati res ecclesiasticas scriptis prodere aggrederentur, omnes tamen ab iis temporibus historiam suam exorsi sunt in quibus Eusebius noster opus suum terminaverat; superiorum vero temporum historiam, quam ille decem libris exposuerat, integram ei atque intactam reliquerunt. Quamobrem si quis illum ecclesiasticæ historiæ Patrem et conditorem appellare voluerit, is profecto non absurde nec immerito id cognomen illi impositurus videtur. Quanam autem ratione ad hoc argumentum accesserit Eusebius, non difficile est conjicere. Nam cum in extrema parte *Chronicorum Canonum*, tempus adventus Domini nostri et Passionis ejus accurate notasset, nomina etiam episcoporum qui in quatuor præcipuis Ecclesiis sederant, et illustrium virorum qui in Ecclesia floruerant : hæreses denique ac persecutiones quibus vexata fuerat Ecclesia, suo tempore atque ordine digessisset, paulatim ad historiam ecclesiasticam conscribendam, quasi manu deductus est : ut quæ in *Chronicis Canonibus* quasi compendio quodam perstrinxerat, in *Ecclesiastica Historia* latius atque uberius pertractaret. Ipse certe in procemio *Historiæ ecclesiasticæ* aperte indicat id quod dixi. Ubi etiam ab æquis lectoribus veniam sibi dari postulat, sicubi fortasse hoc argumentum minus cumulate fuerit exsecutus : se enim omnium primum ad hoc scribendi genus accedere, et iter nullius antea tritum vestigiis ingredi primum cœpisse. Verum hæc non tam excusatio ac veniæ deprecatio, quam laudis et gloriæ captatio quibusdam videri possit. Porro cum constet ex Eusebii ipsius testimonio, *Ecclesiasticam Historiam* post *chronologicos Canones* ab eo scriptam fuisse, mirum tamen est, utrumque opus ad unam eamdemque metam procedere, ad annum scilicet vicesimum Constantini, qui fuit annus Christi 325. Illud præterea mirari subit, quod cum Nicæna synodus celebrata sit vicennalibus Constantini, nulla tamen ejus fiat mentio, nec in *Chronico*, nec in *Ecclesiastica Historia*. Nam quod in *Latino* ejus *Chronico* ad annum Constantini quintum decimum hæc leguntur, *Alexandrinæ Ecclesiæ* XIX^us *ordinatur episcopus Alexander, a quo Arius presbyter de Ecclesia ejectus, multos suæ impietati sociat. Ad quorum perfidiam coarguendam, synodus* CCCXVIII *episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata, omnes hæreticorum machinas* HOMOUSII *oppositione delevit.* Satis perspicuum est, ista non ab Eusebio scripta, sed ab Hieronymo addita fuisse, qui Eusebianum *Chronicum* multis de suo adjectis interpolavit. Ut enim illud omittam, quod synodi Nicænæ commemoratio hic alieno loco ponitur, quis unquam credat, Eusebium de Ario ita locutum fuisse, aut HOMOUSII vocabulum *Chronico* suo intexuisse, quod semper illi displicuit ut postea videbimus? Quomodo Eusebius dixit trecentos et octodecim episcopos Nicænæ synodo interfuisse, cum in tertio libro *De vita Constantini* disertissime scribat, paulo plus quam ducentos et quinquaginta in ea consedisse? Non dubito tamen quin *Ecclesiastica Historia* ab Eusebio absoluta sit aliquot annis post synodum Nicænam. Sed cum Eusebius pace illa quæ post persecutionem Diocletiani cœlitus affulsit Ecclesiæ, *Historiam* suam claudere decrevisset, quemadmodum ipse testatur in exordio operis sui, Nicænæ synodi commemorationem de industria vitavit, ne seditiones ac tumultus episcoporum inter se rixantium exponere cogeretur. Quippe historiarum scriptores id præcipue curare ac providere debent, ut opus suum illustri et glorioso exitu concludant, sicut jampridem monuit Dionysius Halicarnassensis in comparatione Herodoti ac Thucydidis. Quis porro eventus illustrior ab Eusebio potuit optari, quam pax illa quæ post cruentissimam persecutionem a Constantino reddita fuerat Christianis, cum exstinctis ubique persecutoribus, ac postremo omnium Licinio sublato, nullus jam præteritorum malorum superesset metus. Hac igitur pace historiam suam terminare maluit Eusebius, quam Nicænæ synodi commemoratione. Ea quippe synodo non tam sopita discidia, quam renovata esse videbantur. Idque non synodi ipsius culpa; sed pertinaci obstinatione eorum qui saluberrimis sacrosancti concilii decretis acquiescere recusabant. Atque hæc de vita scriptisque Eusebii a nobis dicta sufficiant. Superest ut de ejus fide et ὀρθοδοξίᾳ pauca dicamus. Ac primum lectores monitos velim, ne hic a nobis Eusebii defensionem exspectent. Neque enim nostrum est de hujusmodi rebus pronuntiare, cum Ecclesiæ judicium et antiquorum Patrum sententiam in iis potius sequi debeamus. Proinde quædam duntaxat capita hic adnotabimus, quibus quasi fundamentis innixi, de Eusebii fide certius statuere possimus.

Cum igitur de Eusebio nostro variæ sint antiquorum sententiæ, et quidam eum Catholicum, alii hæreticum; nonnulli δίγλωττον, id est, dubiæ atque ancipitis fidei fuisse censuerint, inquirendum a nobis est cui potissimum sententiæ debeamus accedere. Constans juris regula est, in dubiis æquiorem potius ac mitiorem sententiam amplecti oportere. Deinde cum Occidentales omnes, uno fere excepto Hieronymo, de Eusebio nostro honorifice senserint, cumque Ecclesia Gallicana sanctorum numero eum ascripserit, ut ex Victorio Aquitano, Usuardo, aliisque colligitur, satius sine dubio est, ut Patrum nostrorum, quam ut Orientalium schismaticorum judicio subscribamus. Denique quorum auctoritas hac in re major esse debet quam pontificum Romanorum? Atqui Gelasius in libro *De duabus natu-*

ris, Eusebium nostrum inter catholicos scriptores retulit, duoque ex ejus libris testimonia recitavit. Sed et Pelagius PP. eum inter historicos honoratissimum nominat, et ab omni hæreseos labe immunem esse pronuntiat, tametsi Origenem hæreticum summis laudibus extulisset. At dicet aliquis Orientalium potius sequendum esse judicium, cum Orientales Eusebium, utpote hominem linguæ suæ, melius nosse potuerint. Sed responderi potest, non deesse quosdam ex Orientalibus, qui de Eusebio nostro bene senserint. Inter quos est Socrates et Gelasius Cyzicenus. Quod si septimæ synodi œcumenicæ judicium nobis opponatur, in promptu est responsio. Neque enim de Eusebii fide agebatur in illa synodo, sed de imaginum cultu. Ad quem subvertendum cum adversarii paulo ante in urbe Regia congregati, testimonium ex Eusebii ad Constantiam epistola protulissent, eoque maxime niterentur; Patres septimæ synodi ad elevandam hujus testimonii auctoritatem acclamarunt, Eusebium Arianum fuisse. Verum id obiter tantum, ex occasione et odio illius epistolæ ab eis factum est, non autem data opera, aut causa prius cognita. Proferunt quidem loca quædam ex Eusebio, quibus approbent illum Ariano dogmati adhæsisse. Sed nullum discrimen adhibent inter libros ante concilium Nicænum, et inter eos qui post illud concilium ab Eusebio sunt elaborati, quod tamen fieri omnino debuerat, ut de Eusebii fide certum ac legitimum judicium promeretur. Quæcunque enim ante Nicænam synodum scripta sunt, Eusebio objici et imputari non debent. Porro Eusebii epistola ad Alexandrum, qua pro Ario illum interpellat, scripta est procul dubio ante synodum Nicænam. Proinde testimonium illud Patrum septimæ synodi adversus Eusebium, etsi maximam habet auctoritatem, tamen præjudicium potius quam synodale judicium nobis videtur. Sed Græcis liceat de Eusebio nostro ita sentire, eumque affinem Arianæ hæresi, aut etiam Arianum vocare. Hieronymum vero quis patienter ferat, qui non contentus hæreticum illum et Arianum dicere, Arianorum signiferum non semel nominat? Potestne Arianorum signifer merito dici, is qui Arianorum dogma post Nicænam synodum perpetuo damnavit? Legantur ejus libri *De ecclesiastica theologia*, quos contra Marcellum scripsit diu post concilium Nicænum. Inveniemus id quod dixi, damnatos ab eo fuisse qui dicerent Filium Dei de non exstantibus esse factum, et fuisse tempus cum non esset. Idem etiam de Eusebio testatur Athanasius in Epistola *de decretis synodi Nicænæ* his verbis: *Et profecto infelix in eo fuit. Ut enim seipsum purgaret, accusavit deinceps Arianos, quod cum dicerent Filium Dei non exstitisse antequam gigneretur, hoc pacto negarent eum exstitisse ante incarnationem.* Et Athanasius quidem, qui privatas inimicitias cum Eusebio gessit, hoc Eusebio perhibet testimonium. Hieronymus vero qui nullas odii causas adversus Eusebium habebat, imo qui ex illius scriptis tantopere profecerat; qui *Chronicum* ejus *canonem* et librum *De locis Hebraicis* in Latinum sermonem converterat, hoc Eusebium infamat elogio, quod ne infensissimi quidem hostes unquam illi tribuerunt. Cujus rei causam invenire non possum, nisi quod Hieronymus suscepto adversus Origenem odio, cunctos ejus dogmatum defensores, ac præcipue Eusebium nostrum immodice est persecutus. Fatendum quidem est, Eusebium nostrum, etsi Arianorum signifer merito dici non possit, tamen cum Arianorum signiferis post Nicænam synodum perpetuo versatum fuisse, et una cum illis impugnasse catholicos episcopos, Eustathium scilicet et Athanasium, præcipuos Homousii defensores. Illud quoque in Eusebio reprehendendum videtur, quod licet æternitatem Filii Dei adversus Arianos semper asseruerit, Homousii tamen vocem nunquam ex animo probavit. Certe nec in libris *contra Marcellum*, nec in orationibus *de fide adversus Sabellium*, ea voce unquam usus est. Imo vero in libro secundo *adversus Sabellium*, non obscure significat eam vocem, utpote quæ in Scripturis non legatur, sibi displicere. Sic enim ait: *Sicut ergo de his quæ possunt quæri incertium est non quærere: ita de his quæ non necesse est quæri, audacia est quærendi. Quæ ergo debent quæri? Quæ invenimus in Scripturis posita. Quæ autem in Scripturis non invenimus, non quæramus. Si enim oporteret nobis esse cognita, utique Spiritus sanctus posuisset in Scripturis.* Et aliquando post hæc habet: *Non ita periclitemur, sed tute loquamur. Si quid autem scriptum est, ne deleatur.* In fine autem orationis ita loquitur: *Quæ scripta sunt dicito, et derelinquetur lis.* Quibus verbis Homousion sine dubio perstringit Eusebius. Sed nunc, si placet, veterum de Eusebio testimonia audiamus. In quibus illud maxime observandum est, etsi varia fuerunt hominum de Eusebio nostro judicia, quod quidem spectat ad ecclesiasticorum dogmatum puritatem, omnes tamen summæ eruditionis laudem uno consensu ei tribuisse. Unus Patrum memoria exstitit Josephus Scaliger, qui præcipiti quadam audacia ac maledicendi libidine abreptus, hanc doctrinæ gloriam, quam nec adversarii Eusebio unquam inviderunt, ei adimere conatus est. Ejus verba si quis cupit cognoscere, inter testimonia veterum collocavimus: non quod ejus judicium hac præsertim in parte magni faciamus, sed eo potius consilio, ut importuna ejus maledicentia omnium oculis subjiceretur. Qui cum in *Chronicum* Eusebii *Canonem* Commentarios scribere instituisset, in ipso operis exordio reprehendit Hieronymum, quod Eusebium virum eruditissimum appellaverit. Ac principio quidem statueram adversus Scaligerum pluribus disputare, ejusque sententiam prolixiori responsione subvertere. Sed quoniam ea res majoris est otii, ac fortasse tædium allatura esset lectoribus, in aliud tempus opportunius differetur.

VETERUM TESTIMONIA PRO EUSEBIO.

Ex epistola Constantini Magni ad Antiochenos, quam refert Eusebius in ejus Vita, pag. 516.

Fateor enim perlegisse me Acta in quibus ex honorificis testimoniis ac præconiis vestris in Eusebium Cæsariensem episcopum, quem ego quoque et doctrinæ et modestiæ causa jamdudum probe novi, vos in eum propensos esse, eumque vobis vindicare velle comperi. *Et paulo post:* Equidem virum illum quem vos et honore et benevolentia dignum judicatis, plurimum laudo. Non tamen adeo despici oportet id quod apud singulos ratum firmumque manere debuerat, ut singuli contenti non sint sententiis suis, etc.

Ex ejusdem Constantini ad Eusebium epistola, qua eum laudat, quod Antiochenam sedem recusaverit, pag. 518.

Epistolam tuam sæpius legi, et ecclesiasticæ disciplinæ regulam accuratissime observatam a te cognovi. Enim vero in ea sententia perstare, quæ et Deo accepta, et apostolicæ traditioni congrua esse videatur, summæ pietatis est. Tu quidem beatum te in hoc ipso existimare debes, qui totius propemodum orbis testimonio, dignus universæ Ecclesiæ episcopatu judicatus sis. Nam cum omnes te apud se episcopum esse ambiant, hanc tuam felicitatem sine controversia adaugent. Verum rectissime fecit prudentia tua, quæ et mandata Dei, et apostolicam atque ecclesiasticam regulam custodire statuit ; episcopatum Antiochensis Ecclesiæ repudians, et in eo potius permanere desiderans, quem Dei mandatum ab initio susceppisset.

Ex ejusdem Constantini epistola ad synodum Antiochenam, pag. 519.

Legi litteras a vestra sanctitate scriptas, et Eusebii collegæ vestri prudens propositum laudavi. Cumque cuncta quæ gesta sunt, partim ex vestris, partim ex perfectissimorum vivorum, Acacii et Strategii comitum litteris cognovissem, remque ut decebat accurate expendissem, scripsi ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum et Ecclesiæ congruum esset. Ejus epistolæ exemplum his litteris subjici præcepi, ut vos cognoscere possitis, quidnam ego juris ratione provocatus scripserim ad populum Antiochenum : quandoquidem hoc litteris vestris continebatur, ut juxta populi et prudentiæ vestræ suffragium ac voluntatem, Eusebius sanctissimus Cæsariensium episcopus Antiochenæ Ecclesiæ præsideret, ejusque curam susciperet. Ac litteræ quidem Eusebii ecclesiasticæ legi maxime inhærere videbantur, etc.

Ex ejusdem Constantini ad Eusebium epistola, in qua librum illius De Pascha *laudat, pag.* 543.

Eximiam tuam doctrinam et studii contentionem equidem supra modum admiratus sum, legique librum tuum perlibenter : utque in multorum qui divinæ religionis observantiam sincere profitentur, manus ac notitiam perveniret, quemadmodum optaveras, mandavi. Cum igitur intelligas, quanta cum voluptate hujusmodi munera a solertia tua nobis oblata suscipimus, cura ut frequentioribus posthac sermonibus quibus te innutritum esse profiteris, animum nostrum exhilares.

Ex epistola ejusdem Constantini ad Eusebium de conficiendis sacræ Scripturæ codicibus, pag. 543.

Visum est enim id significare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices divinarum Scripturarum, quarum apparatum et usum maxime necessarium Ecclesiæ esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias, qui et legi facile, et ad omnem usum circumferri possint.

Ex Eusebii Nicomediensis epistola ad Paulinum episcopum Tyri, quam refert Theodoritus in libro primo Historiæ ecclesiasticæ, *cap.* 5.

Nec domini mei Eusebii pro tuenda veritate studium silentio mandatum est, nec tua, domine, in eadem re taciturnitas. Ad nos enim de utroque fama pervenit : et quod consequens erat, Eusebii domini mei causa lætitiam, tua vero dolorem cepimus.

Ex libro Basilii ad Amphilochium De Spiritu sancto, *cap.* 29.

Quod si cui Palæstinus Eusebius propter multarum rerum peritiam idoneus videtur, cui habeatur fides, illius quoque easdem voces ostendimus in quæstionibus *De priscorum polygamia* (*a*).

Εἰ δέ τῳ καὶ ὁ Παλαιστινὸς Εὐσέβιος ἀξιόπιστος διὰ πολυπειρίαν, κἀκείνου τὰς αὐτὰς φωνὰς ἐπιδείκνυμεν ἐν τοῖς ἐπαπορήμασι *Περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας*.

(*a*) Hujus libri meminit Eusebius in lib. VII *Præparationis*, cap. 8.

Ex libro Quæstionum Veteris ac Novi Testamenti *qui inter Augustini Opera est editus, cap.* 125.

Meminimus in quodam libello Eusebii quondam egregii in reliquis viri legisse, quia nec Spiritus sanctus sciat mysterium Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, et admiror tantæ doctrinæ virum hanc maculam Spiritui sancto inflixisse.

Ex epistola 65 *Hieronymi, ad Pammachium et Oceanum.*

Fortissimos libros *contra Porphyrium* scribit Apollinarius, *ecclesiasticam* pulchre Eusebius *Historiam* texuit. Alter eorum dimidiatam Christi introduxit œconomiam ; alter impietatis Arii apertissimus propugnator est.

Ex Apologetico ejusdem Hieronymi adversus Rufinum.

Sex libros, ut ante jam dixi, Eusebius Cæsariensis episcopus, Arianæ quondam signifer factionis, pro Origene scripsit, latissimum et elaboratum opus : multis testimoniis approbavit, Originem juxta se Catholicum, id est, juxta nos, Arianum esse.

Ex eodem libro.

Ipse enim Eusebius, amator et præco et contubernalis Pamphili, tres libros scripsit elegantissimos, Vitam Pamphili continentes. In quibus cum cætera miris laudibus prædicaret, humilitatemque ejus ferret in cœlum, etiam hoc in tertio libro addidit, etc. *Et post pauca in eodem libro:* Laudavi Eusebium in *Ecclesiastica Historia*, in digestione temporum, in descriptione sanctæ terræ : et hæc ipsa opuscula in Latinum vertens, meæ linguæ hominibus dedi. Num ex eo Arianus sum, quia Eusebius qui hos libros condidit, Arianus est.

Ex Hieronymi libro II adversus Rufinum.

Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non Catholicum, ne more solito mihi et in hoc calumniam struas) per sex volumina nihil aliud agit, nisi ut originem suæ ostendat fidei, id est Arianæ perfidiæ.

Ex Prœmio libri B. Hieronymi De locis Hebraicis.

Eusebius, qui a beato Pamphilo martyre cognomentum sortitus est, post decem *Ecclesiasticæ Historiæ* libros, post *temporum Canones*, quos nos Latina lingua edidimus, post diversarum vocabula nationum, quæ quo modo apud Hebræos olim dicta sint, et nunc dicantur, exposuit ; post topographiam terræ Judææ, et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Hierusalem, templique in ea cum brevissima expositione picturam, ad extremum in hoc opusculo laboravit, ut congregaret nobis de sancta Scriptura omnium pene urbium, montium, fluminum, viculorum et diversorum locorum vocabula : quæ vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Unde et nos admirabilis viri sequentes studium, etc.

Ex libro B. Hieronymi De scriptoribus ecclesiasticis.

Hippolytus, cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationem Paschæ, temporumque canones scripsit usque ad primum annum Alexandri imp. et sedecim annorum circulum quem Græci *ἑκκαιδεκαετηρίδα* vocant, reperit ; et Eusebio qui super eodem Pascha canonem decem et novem annorum circulum, id est, *ἐννεαδεκαετηρίδα* composuit, occasionem dedit.

Ex eodem libro.

Eusebius, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in Scripturis divinis studiosissimus, et Bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina. De quibus hæc sunt : *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* libri viginti, *εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* libri quindecim, *Θεοφανείας* libri quinque. *Ecclesiasticæ Historiæ* libri decem. *Chronicorum canonum omnimoda historia*, et eorum *ἐπιτομή*. Et *De Evangeliorum diaphonia*. *In Isaiam* libri decem, et *contra Porphyrium*, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta ; de quibus ad me viginti tantum pervenerunt. *Τοπικῶν* liber unus; Ἀπολογίας pro Origene libri sex ; *De vita Pamphili* libri tres. *De martyribus* alia opuscula. Et in CL *Psalmos* eruditissimi *Commentarii*. Et multa alia. Floruit maxime sub Constantino imp. et Constantio; et ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum sortitus est.

Ex eodem libro.

Eusebius, natione Sardus, et ex lectore urbis Romanæ, Vercellensis episcopus; ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde Cappadociam relegatus, sub Juliano imp. ad Ecclesiam reversus, edidit in *Psalmos Commentarios* Eusebii Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat.

Idem Hieronymus in Præfatione Commentariorum in Danielem.

Contra prophetam Danielem duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso cujus inscriptus est nomine, esse compositum, etc. ; cui solertissime responderunt Eusebius, Cæsariensis episcopus

tribus voluminibus, id est, XVIII, XIX et XX. Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, vicesimo sexto, et ante hos ex parte Methodius.

Idem Hieronymus in caput XXIV *Matthæi.*

De hoc loco, id est de abominatione desolationis quæ dicta est a Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertio decimo operis sui volumine contra nos blasphemavit. Cui Eusebius, Cæsariensis episcopus, tribus respondit voluminibus XVIII, XIX et XX.

Idem in epistola 84, *ad Magnum.*

Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes; alteri Methodius, Eusebius et Apollinarius fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros: Methodius usque ad decem millia procedit versuum: Eusebius et Apollinarius viginti quinque et triginta volumina condiderunt.

Idem in epistola 65, *ad Pammachium et Oceanum.*

Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio et Didymo, assertoribus Origenis inveniri potest? Quorum alter sex voluminibus τῆς Ἀπολογίας ita eum, ut se, sensisse confirmat.

Idem Hieronymus in Præfatione Commentariorum in Isaiam.

Eusebius quoque Pamphili, juxta historicam explanationem quindecim edidit volumina.

Idem in Præfatione libri quinti Commentariorum in Isaiam.

Subeamne opus, in quod viri eruditissimi sudaverunt? Origenem loquor et Eusebium Pamphili. Quorum alter liberis allegoriæ spatiis evagatur; et interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta. Alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliviscitur poposili, et in Origenis scita concedit.

Idem in libro quinto Commentariorum in Isaiam.

Eusebius Cæsariensis historicam interpretationem titulo repromittens, diversis sensibus evagatur: Cujus cum libros legerem, aliud multo reperi quam indice promittebat. Ubicunque enim historia defecerit, transit ad allegoriam; et ita separata consociat; ut mirer eum nova sermonis fabrica in unum corpus lapidem ferrumque conjungere.

Item Hieronymus in caput I *Matthæi.*

Super hoc et Africanus temporum scriptor; et Eusebius Cæsariensis in libris *Διαφωνίας Εὐαγγελίων* plenius disputarunt.

Rufinus in epistola ad Chromatium episcopum.

Injungis mihi ut *Ecclesiasticam historiam,* quam vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis Græco sermone conscripserat, in Latinum converterem.

Augustinus in libro De hæresibus, *cap.* 83.

Cum Eusebii *Historiam* perscrutatus essem, cui Rufinus a se in Latinam linguam translatæ subsequentium etiam temporum duos libros addidit, non inveni aliquam hæresim quam non legerim apud istos; nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam exstitisse in Arabia. Itaque hos hæreticos, quoniam nullum eorum ponit auctorem, Arabicos possumus nuncupare, qui dixerunt animas cum corporibus mori atque dissolvi, et in fine sæculi utrumque resurgere. Sed hos disputatione Origenis præsentis et eos alloquentis, celerrime dicit fuisse correctos.

Antipater, Bostrensis episcopus, in libro primo adversus Apologeticum Eusebii Cæsariensis pro Origene.

Nam quoniam vir ille (Eusebius scilicet) plurimarum rerum scientia instructus fuit, quippe qui omnes veterum scriptorum libros ac lucubrationes investigaverit, et omnium fere antiquorum opiniones ac sententias exposuerit: plurima etiam ingenii sui monumenta posteris reliquerit, quorum nonnulla ab omnibus jure merito comprobantur: hujusmodi de illo viro existimatione abutentes, quosdam in errorem inducere conantur; affirmantes scilicet, Eusebium nunquam hæc scribere aggressurum fuisse, nisi antiquos omnes idem sentire accuratissime cognovisset. Ego vero Eusebium quidem

A Ἐπειδὴ πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ γέγονε, πάσας τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων βίβλους τε καὶ συγγράμματα ἐξερευνήσας καὶ ἀνιχνεύσας, καὶ τὰς πάντων μικροῦ δεῖν δόξας ἐκθέμενος, καὶ πλεῖστα συγγράμματα καταλείψας τῷ βίῳ, ὧν ἔνιά καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια τυγχάνει· τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἀνδρὸς ὑπολήψει χρώμενοι, συναρπάζειν ἐπιχειροῦσιν ἐνίους, ὡς ὅτι φασίν· Οὐκ ἂν εἵλετο Εὐσέβιος ἐπὶ τοῦτο ἰδεῖν, εἰ μὴ πάσας ἀκριβῶς ἠπίστατο τῶν παλαιῶν τὰς δόξας τοῦτο βουλομένας. Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδέν τι τῶν παλαιοτέρων συγγραμμάτων τὴν ἐκείνου διέλαθε γνῶσιν, σύμφημι καὶ ὁμολογῶ· βασιλικῇ γὰρ

συνεργίᾳ χρώμενος, ῥᾳδίως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνάγειν ἠδύνατο.

A plurimarum rerum scientia instructissimum fuisse fateor, nec ex veterum scriptis quidquam illius subterfugisse notitiam. Usus enim imperatoris subsidio atque suffragio, cuncta quæ ubique erant, facillime potuit congregare.

Ex libro primo excerptorum Historiæ Ecclesiasticæ *Philostorgii.*

Ὅτι τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα πρὸς Ἱστορίας ἥκει λόγων, ὁ Φιλοστόργιος, τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον ἐπαινῶν, περὶ τὴν εὐσέβειαν διαμαρτάνειν φησί· καὶ τὸ ἁμάρτημα ὁ δυσσεβὴς διηγούμενος, διότι ἄγνωστον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον ἡγοῖτο. Ἀλλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτά φησιν αὐτὸν πλημμελεῖν. Καταπαῦσαι δὲ αὐτὸν τὰς οἰκείας τῆς Ἱστορίας μνήμας μέχρι τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συνεπιμαρτυρεῖ.

Philostorgius Eusebium quidem Pamphili, tum ob alia multa, tum ob *Historiam Ecclesiasticam* laudibus afficit. Eumdem tamen in iis quæ ad religionem pertinent, lapsum esse dicit : quippe qui Deum cognosci et comprehendi non posse existimaverit. Hunc enim ejus errorem impius iste commemorat. Sed et hujusmodi alios errores ab illo commissos esse affirmat. Cæterum et ipse cum aliis testatur Eusebium *Historiam* suam usque ad tempora liberorum Constantini Magni perduxisse.

Socrates in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, ἐν ὅλοις δέκα βιβλίοις τὴν *Ἐκκλησιαστικὴν* Ἱστορίαν ἐκθέμενος, κατέπαυσεν εἰς τοὺς χρόνους τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν οἷς καὶ ὁ παρὰ τοῦ Διοκλητιανοῦ κατὰ Χριστιανῶν γενόμενος πόλεμος ἀνεπαύσατο. Γράφων δὲ ὁ αὐτὸς *Εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου*, τῶν κατ' Ἄρειον μερικῶς μνήμην πεποίηται, τῶν ἐπαίνων τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πανηγυρικῆς ὑψηγορίας τῶν λόγων μᾶλλον ὡς ἐν ἐγκωμίῳ φροντίσας, ἤπερ τοῦ ἀκριβῶς περιλαβεῖν τὰ γενόμενα.

B Eusebius Pamphili res in Ecclesia gestas decem libris complexus, principatu Constantini *Historiam* suam terminavit, quo tempore persecutio Diocletiani adversus Christianos finem accepit. Idem in libris quos *De vita imp. Constantini* conscripsit, ea quæ ad Arium pertinent, singillatim minime est exsecutus, quippe qui ut in encomiis fieri solet, imperatoris laudes et panegyricam orationem contexere magis in animo haberet, quam res gestas accurate commemorare.

Idem Socrates in eodem libro, cap. 7, *de Sabino, Macedonianorum episcopo, loquens, qui* Synodorum Historiam *scripserat, ita dicit :*

Καὶ ἐπαινεῖ μὲν τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸν βασιλέα, ὡς τὰ Χριστιανῶν δογματίζειν δυνάμενον· μέμφεται δὲ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει, ὡς ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ οὐδὲν ἐπισταμένων ἐκδεδομένῃ· καὶ ὃν ὡς σοφὸν καὶ ἀψευδῆ καλεῖ μάρτυρα, τούτου τὰς φωνὰς ἑκουσίως ὑπερορᾷ.

Et Eusebium quidem Pamphili, tanquam testem fide dignissimum laudat : imperatorem quoque C ipsum præconiis afficit, utpote qui Christianæ fidei dogmata apprime calleret. Fidem vero Nicææ expositam reprehendit, tanquam ab ignaris et imperitis hominibus conscriptam. Et quem sapientem virum ac veracem testem nominat, ejus verba sciens ac prudens pro nihilo ducit.

Idem Socrates in libro II, *cap.* 21.

Ἐπειδὴ δέ τινες ἐπεχείρησαν καὶ αὐτὸν λοιδορῆσαι, φημὶ δὴ τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς ἀρειανίζοντα ἐν οἷς λόγοις ἐξέδωκε, μικρὰ καὶ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν οὐκ ἄκαιρον ἡγοῦμαι. Πρῶτον μὲν γάρ, κ. τ. λ.

Sed quoniam hunc quoque, Eusebium Pamphili intelligo, nonnulli criminari conati sunt, perinde quasi Arianum dogma in libris suis secutus fuerit, opportunum fore censeo pauca de eo disserere. Primum igitur concilio Nicæno quo Filium Patri consubstantialem fuisse decretum est, et interfuit et consensit. In tertio vero libro quem *De vita Constantini* scripsit, ita loquitur : « Omnes imperator ad concordiam incitavit, donec universos in iis de quibus antea dissentiebant, concordes atque unanimes præstitisset. Adeo ut fides omnium consona apud Nicæam obtinuerit. » Cum igitur Eusebius illius concilii mentionem faciens, cunctas animorum dissensiones sopitas esse dicat, et universos in unam eamdemque conspirasse sententiam, quid causæ est cur nonnulli eum existiment Ariano dogmati consentire? Falluntur etiam Ariani, qui illum opinioni suæ suffragari arbitrantur. Sed dicet fortasse aliquis, illum Ariani dogmatis assertorem videri, propterea quod in libris suis crebro dicere solet, PER CHRISTUM. Cui nos id respondemus, et hac loquendi ratione et aliis hujusmodi quæ dispensationem humanitatis Jesu Christi designant, ecclesiasticos scriptores uti consuevisse (*a*) : et ante hos omnes Paulum apostolum iisdem vocibus usum fuisse, qui tamen perversi dogmatis magister nunquam est existimatus. Cæterum cum Arius Filium Dei creaturam perinde ac cætera quæ a Deo creata sunt, ausus sit dicere, audi, si placet, quænam de hac re fuerit Eusebii sententia in libro primo *De ecclesiastica theologia* (cap. 9, 10). « Unigenitus, inquit, Dei Filius solus ipse et non alius et prædicatur et est. Unde merito quis reprehenderit

(*a*) Theodoritus *in cap.* I *primæ Epistolæ ad Corinth.*

eos qui creaturam illum dicere non dubitarunt, ex nihilo conditum perinde ac reliquas creaturas. Quomodo enim Filius fuerit, quomodo Unigenitus, si eamdem cum cæteris creaturis naturam sortitus est, unusque est e numero rerum creatarum, utpote qui una cum illis ortus sit ex nihilo. Verum divina oracula non ita de illo prædicant. » Deinde paucis interjectis hæc subjicit : « Quisquis igitur Filium Dei ex nihilo genitum, et creaturam e non exstante productam esse asserit, is non animadvertit, se nudum quidem nomen Filii ei concedere, revera tamen eum Filium pernegare. Qui enim ex nihilo genitus est, vere Filius Dei esse non potest, sicut nec quidvis aliud quod genitum sit. Verus autem Filius Dei, utpote qui ex illo tanquam ex Patre genitus est, unigenitus et dilectus Patris merito dicitur. Ob eamdem etiam causam Deus ipse est. Quis enim alius Dei fetus esse possit, quam illi ipsi per omnia simillimus? Condit quidem urbem imperator, sed eam non gignit : filium autem gignere dicitur, non condere. Artifex autem, faber dicitur ejus quod fabricatus est, non pater. Filii vero sui nequaquam faber dicitur. Ita quoque summus hujus universi Deus, Filii quidem sui pater, mundi vero faber et conditor merito dicitur. Quod si semel in Scripturis inveniatur dictum, *Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua*, sensum ipsum verborum inspicere debemus, quem paulo post exponam : nec, ut Marcellus facit, ob unicum testimonium, præcipuum Ecclesiæ dogma convellere. » Hæc et alia plurima ab Eusebio Pamphili dicta sunt in libro *adversus Marcellum*. In tertio autem ejusdem operis libro, docens quomodo intelligenda sit hæc vox κτίσμα, ita loquitur : « His ita constitutis, consequens est, ut, quemadmodum illa quæ præcesserunt, sic etiam hæc verba : *Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua* [1], de eadem persona dicta sint. Quod si creatum se esse dicit, non ita accipiendum est, quasi dicat, se de non exstantibus ad id quod est pervenisse, et perinde ac reliquas creaturas ex nihilo conditum esse, sicut nonnulli perperam existimarunt. Sed id dicit, utpote qui subsistat ac præexsistat ante constitutionem totius mundi; a Patre autem suo ac Domino Princeps ac Rector hujus universi constitutus sit : adeo ut verbum hoc ἔκτισεν, positum sit hoc loco pro *constituit*. Certe apostolus Petrus, principes et rectores qui hominibus præsunt, diserte creaturam appellat, his verbis : *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, sive regi quasi præcellenti, sive rectoribus tanquam ab illo missis* [2]. Propheta quoque cum dicit : *Præpara te, Israel, ad invocandum Deum tuum, quoniam ecce qui firmat tonitru, et qui creat Spiritum, qui annuntiat hominibus Christum suum* [3]; hoc verbum κτίζων, non accepit pro eo quod factum est cum antea non esset. Neque enim tunc Deus creavit Spiritum, cum Christum suum per illum cunctis hominibus annuntiavit. Nihil quippe sub sole novum est. Sed erat quidem antea Spiritus et subsistebat : *Missus est autem tunc cum apostoli congregati essent, quando sonus instar tonitrui factus est de cœlo tanquam ingruentis Spiritus vehementis : et repleti sunt Spiritu sancto.* Atque ita Christum Dei hominibus prædicarunt, juxta prophetiam quæ dicit : *Ecce is qui firmat tonitru et qui creat Spiritum, et qui annuntiat hominibus Christum suum.* Ubi vocabulum illud *creans* positum est pro *mittens*, vel pro *disponens atque constituens*. Tonitru vero similiter Evangelii prædicationem significat. David quoque cum dicit : *Cor mundum crea in me, Deus* [4], non hoc dixit quasi cor antea non haberet : sed orabat ut mens pura in seipso perficeretur. Eadem ratione dictum est illud, *ut duos in unum novum hominem crearet*, id est conjungeret. Vide autem annon ejusdem generis sit et illud : *Induamini novum hominem qui est secundum Deum creatus* [5]. Item illud : *Si qua igitur in Christo nova creatura ;* et quæcumque alia ejusmodi reperiri possunt ab iis qui Scripturas divinitus inspiratas curiose scrutantur. Ne mireris ergo si in hoc loco, *Dominus creavit me initium viarum suarum*, verbum *creavit* translative positum est pro *constituit* et *rectorem ordinavit*. » Hæc Eusebius scribit in libris *contra Marcellum*. Quæ nos hic adduximus propter eos qui illum frustra criminari et traducere conantur. Neque enim probare possunt, Eusebium initium essentiæ Filio tribuisse, tametsi dispensationis vocabulis passim in libris suis utatur : præsertim cum scriptorum Origenis imitator et admirator exstiterit, in quibus Filium ex Patre genitum semper prædicari reperient, quicunque reconditam Origenis doctrinam intelligentia assequi possunt. Atque hæc obiter dicta sint, ut Eusebii obtrectatoribus respondeam.

Sozomenus in libro I Historiæ ecclesiasticæ.

Atque animus quidem erat, hoc opus ab ipso Christianæ religionis exordio repetere. Sed cum animadverterem alios scriptores, Clementem dico et Hegesippum, viros sapientissimos, qui apostolorum temporibus proxime successerunt, Africanum præterea historicum, et Eusebium, cognomento Pamphilum (virum tum in sacris litteris, tum in poetis aliisque scriptoribus gentilibus exercitatissimum), idem ipsum ad sua ipsorum tempora scribere aggressos, etc.

A Ὡρμήθην δὲ τὸ ἀπαρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν· λογισάμενος δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος, ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων Γραφῶν καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ.

[1] *Prov.* VIII, 22. [2] *I Petr.* II, 14. [3] *Amos* IV, 13. [4] *Psal.* L, 12. [5] *Ephes.* IV, 24.

Victorius in Canone Paschali.

Recensitis igitur fidelibus historiis veterum, beati scilicet Eusebii Cæsariensis Palæstinæ civitatis episcopi, viri in primis eruditissimi atque doctissimi, *Chronicis* prologoque; ac perinde his quæ a sanctæ memoriæ Hieronymo hisdem *Chronicis* sunt adjecta.

Hieronymus in Epistola ad Chromatium et Heliodorum, quæ præfigitur Martyrologio quod B. Hieronymi inscriptum est nomine.

Constat Dominum nostrum Jesum Christum omni die martyrum suorum triumphos excipere, quorum passiones a sancto Eusebio Cæsariensi episcopo scriptas reperimus. Nam Constantinus Augustus, cum Cæsaream fuisset ingressus, et diceret memorato antistiti, ut peteret aliqua beneficia Cæsariensi Ecclesiæ profutura, legitur respondisse Eusebium : Opibus suis Ecclesiam ditatam, nulla petendi beneficia necessitate compelli : sibi tamen desiderium immobile exstitisse, ut quidquid in republica Romana gestum sit erga sanctos Dei per judices judicibus succedentes in universo orbe Romano, sollicita perscrutatione monumenta publica discutiendo perquirerent; et qui martyrum a quo judice, in qua provincia vel civitate, qua die quave perseverantia, passionis suæ obtinuerint palmam, de ipsis archivis sublata, ipsi Eusebio regio jussu dirigerent. Unde factum est, ut idoneus relator exsistens, et *Ecclesiasticam Historiam* texeret, et omnium pene martyrum provinciarum omnium Romanarum tropæa diligens historiographus declararet.

Gelasius papa in decreto de libris apocryphis.

Item *Chronica* Eusebii Cæsariensis, et ejusdem *Ecclesiasticæ historiæ* libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, et postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum, propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.

Idem in libro De duabus naturis.

Ut idipsum dicentes uno corde, unoque ore, et credamus quod a majoribus nostris accepimus, et donante Domino tradamus posteris confitendum, cum quibus unitam fidem Deo propitio perdurare Catholicorum subjecta testimonia magistrorum recensita testantur. *Et paulo post:* Eusebii episcopi Palæstinensis, cognomento Pamphili, ex expositione psalmi septimi, etc. Item ejusdem ex *Evangelica præparatione*, lib. VII.

Pelagius II papa in Epistola 3, *ad Eliam Aquileiensem et alios episcopos Istriæ.*

Quid namque in hæresiarchis Origene deterius, et quid in historiographis inveniri Eusebio honorabilius potest? Et quis nostrum nescit, in libris suis quantis Origenem Eusebius præconiis attollat? Sed quia sancta Ecclesia suorum fidelium corda benignius quam verba districtius pensat, nec in hæreticis sensum proprium testatio Eusebii absolvere potuit : nec rursum Eusebium laudati Origenis culpa damnavit.

Evagrius, lib. I Historiæ, *cap.* 1.

Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, ἀνὴρ δὲ ἐς τὰ μάλιστα λόγιος ὁ Παμφίλου τά τε ἄλλα, καὶ ὥστε οἷός τε εἶναι πείθειν (a) τοὺς ἐντυγχάνοντας θρησκεύειν τὰ ἡμέτερα, εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἶδε ποιεῖν.

A Eusebius Pamphili, vir cum in aliis rebus disertissimus, tum in scribendo tantum valens, ut possit lectores suos, si non perfecte efficere Christianos, ita tamen impellere, ut nostra libenter amplectantur.

Gregorius Magnus in epistola ad Eulogium Alexandrinum episcopum.

Ex audientium numero nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, ut cunctorum martyrum gesta quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed hæc neque si collecta non sint, neque si sint, ante vestræ beatitudinis scripta cognovi. Ago ergo gratias, quia sanctissimæ vestræ doctrinæ scriptis eruditus, cœpi scire quod nesciebam. Præter illa enim quæ in ejusdem Eusebii libris *De gestis sanctorum martyrum* continentur, nulla in archivo hujus nostræ Ecclesiæ, vel in Romanæ urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quædam in unius codicis volumine collecta.

Gelasius Cyzicenus in libro secundo De synodo Nicæna, *cap.* 1.

Ἀκούσωμεν δὴ τί ἐνταῦθα λέγει καὶ ὁ ἀροτὴρ ὁ κάλλιστος τῆς ἐκκλησιαστικῆς γεωργίας, ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφήμου Παμφίλου. Ὁ μὲν οὖν Λικίνιος, φησὶ, τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδὸν, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηνέχθη κρημνόν, etc., quæ leguntur in fine libri decimi *Historiæ ecclesiasticæ*. Τοσαῦτα ὁ

B Audiamus sane quid hic dicat præstantissimus ecclesiastici fundi arator, ille veri studiosissimus Eusebius, celeberrimi Pamphili cognomento insignis. Licinius quidem, inquit, eamdem quam superiores illi viam impietatis insistens, merito in eumdem cum illis exitii gurgitem est delapsus, etc. Hactenus veterum ecclesiasticæ historiæ scri-

(a) *Πείθειν τούς*. Sic mutatione emendavimus quod prius male legebatur τοὺς πείθειν. EDIT. PATR.

ptorum fide dignissimus Eusebius Pamphili, qui quamplurimis martyrum certaminibus conquisitis atque investigatis, ex iis quæ simplici ac rudi stylo scripta fuerant eligens atque excerpens, *Ecclesiasticam historiam* decem omnino libris accurate conscriptam nobis reliquit, incipiens quidem ab adventu Domini, progressus vero ad ea quæ dixi tempora, non sine ingenti labore. Quomodo enim aliter fieri potuit ab eo, qui tantam curam suscepit, ut hujusmodi collectionis harmoniam nobis conservaret? imo vero summum, ut dixi, studium, et incredibilem laboris copiam ad id contulit. Nemo porro existimet ex iis quæ de illo circumferuntur, virum hunc in Arii impietatem unquam concessisse : sed credat, si quæpiam protulit aut scripsit, Arii dogma tantillum subolentia, ea non ex impio illius sensu protulisse unquam aut scripsisse, sed ex minus curiosa parumque sollicita simplicitate, ut ipse in libro *Apologetico* quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, plenius approbavit.

A τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ἀξιοπιστότατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενος καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῶν ἁπλῶς ἐχόντων τὴν ἀναλογὴν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς* ἡμῖν *ἱστορίας* ἀκριβῶς καταλέλοιπεν· ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, πληρώσας δὲ εἰς τούσδε τοὺς χρόνους οὐκ ἀπόνως. πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τοσαύτην ἀναδεξάμενον φροντίδα τοῦ διασώσασθαι τῆς τοιᾶσδε συλλογῆς τὴν ἁρμονίαν; ἀλλ' ὡς ἀρτίως ἔφην, πολλὴν εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν καὶ πλοῦτον ἄφατον πόνου. Ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπιπεφημισμένων, ὡς τῆς Ἀρείου βλασφημίας ποτέ τι πεφρονήκει· ἀλλὰ πεπείσθω, ὡς εἰ καί τιν' ἂν ἐλάλησεν, ἢ ἔγραψε μικρόν τι τὰ Ἀρείου ὑπονοούμενα, οὐ μὴν B κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἁπλότητος, καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ *Ἀπολογητικῷ*, ᾧ διεπέμψατο πρὸς τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων κοινόν, μαρτυράμενος ταῦτα ἐπληροφόρησε.

Auctor Chronici Alexandrini, *pag.* 582.

Eusebius vero Pamphili et ipse prudentissimus scriptor in hunc modum narrat : Quoniam Judæi Christum die festo in crucem egerunt, vicissim ipsi eodem die periere.

Ὁ δὲ σοφώτατος Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου συνεγράψατο οὕτως· Ὅτι ἐν τῇ ἑορτῇ τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐν τῇ αὐτῶν ἑορτῇ πάντες ἀπώλοντο.

Nicephorus in libro VI Historiæ, *cap.* 37.

Eodem tempore, eruditione juxta et vitæ instituto philosophum Christianum, et presbyteri dignitate auctum, divinum Pamphilum floruisse scimus. Cujus vitam et actus omnes, celebrem etiam quam ibi instituit profanæ divinæque philosophiæ scholam, præterea constantem in variis persecutionibus confessionem, et certamina egregiumque pro Christi nomine martyrium, Eusebius sororis ejus filius, eidemque adeo charus ut ab eo cognomen acceperit, peculiari scripto copiose est prosecutus : ad quem eos qui accuratius hæc cognoscere voluerint, rejicimus. Eusebius iste disciplinis omnibus perceptis, sacrarum maxime litterarum scientia enituit, et ad Constantii usque tempora vixit. Et cum Christianæ professionis studiosissimus esset, egregiamque pro Christi honore æmulationem spiraret, quindecim tomis *Evangelicam præparationem*, et decem aliis *Evangelicam demonstrationem* est complexus. Et primus ipse manum præsenti argumento admovit, primusque libros eos *Ecclesiasticam historiam* appellavit, decemque eam tomis absolvit. Est et aliud ejus volumen, in quo temporum certam accuratamque rationem digessit, et quem *Canonem* appellavit. Scripsit quoque *De Constantini vita* libros quinque. Edidit et alium ad eumdem quem *Tricennalem* inscripsit. Ad Stephanum item alium, de iis quæ in Evangeliis in dubium seu disputationem vocantur. Sed et alia varia reliquit scripta, quæ multum Ecclesiæ afferunt utilitatis. Verum enimvero etiamsi talis fuerit, in multis tamen apparet, eum Arii sententiam comprobasse, etc.

Ἐφ' οὗ λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ βίῳ διαζῶντα, καὶ τοῦ C αὐτόθι πρεσβείου ἠξιωμένον, τὸν θεῖον Πάμφιλον ἔγνωμεν· οὗ τὸν βίον καὶ τὰ καθ' ἕκαστον αὐτῷ πεπραγμένα, ἔτι δὲ καὶ περὶ ἧς συνεστήσατο ἐκεῖσε λόγων θείων καὶ φιλοσόφων διατριβῆς, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας τούτου ἐν διαφόροις διωγμοῖς ὁμολογίαν· τούς τε ἀγῶνας αὐτοῦ, καὶ τὸ τελευταῖον ὡς τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσατο στέφανον, Εὐσέβιος ὁ τούτου ἀδελφιδοῦς, καὶ τοσοῦτον ἐκείνῳ φιλούμενος, ὡς καὶ τὴν ἐκείνου κλῆσιν ἐπίθετον σχεῖν, εἰς λεπτὸν ἐν ἰδίῳ συντάγματι περιέλαβε· καὶ τοὺς ἀκριβῶς βουλομένους τὰ ἐκείνου εἰδέναι, αὐτῷ παραπέμπομεν. Ὃς δῆτα Εὐσέβιος διὰ πάντων ἐλθών, μάλιστα τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ ἐνακμάζει. Ἄχρι δὲ καὶ Κωνσταντίου τὸν τῆς ζωῆς παρείλκυσε χρόνον. Χριστιανὸς δὲ τὰ μάλιστα ὤν, καὶ πολὺν τὸν D ζῆλον ὑπὲρ Χριστοῦ πνέων, ἐν δεκαπέντε τόμοις τὴν *Εὐαγγελικὴν* συγγράφει *προπαρασκευήν*, καὶ ἐν δέκα πάλιν τὴν *Εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν*. Καὶ πρῶτος οὗτος τῇ μετὰ χεῖρας ὑποθέσει ἐπέβαλεν, *Ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν* πρῶτος ὀνομάσας τὴν βίβλον· δέκα δ' ἐν τόμοις τοῦτο τὸ σύνταγμα περικλείεται. Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ βίβλος ἐμφέρεται, ἣν *Κανόνα* ἐπέγραψε, τὰς τῶν χρόνων ἀκριβουμένη γραφάς. Καὶ *Εἰς τὸν βίον* δὲ *Κωνσταντίνου* πέντε λόγους ἐξέδωκε· καὶ ἕτερον δὲ πρὸς αὐτόν, ὃν *Τριακονταετηρικὸν* ἐπιγράφει· καὶ Στεφάνῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἀπορουμένων ἕτερον ἀνατίθησι· καὶ ἄλλα διάφορα συγγράμματα καταλέλοιπε, πολλὴν ὄνησιν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσφέροντα. Πλὴν τοιοῦτος ὤν, ἐν πολλοῖς φαίνεται τὰ Ἀρείου πρεσβεύων, κ. τ. λ.

Ex Actis manuscriptis sancti Silvestri papæ.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, τὴν *Ἐκκλησιαστικὴν* συγγράφων *Ἱστορίαν*, παρέλιπε περὶ ἑκάστου ταῦτα εἰπεῖν, ἅπερ ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφρασεν· ἐνέθειχεν(a) γὰρ ἕνδεκα λόγοις τὰ παθήματα σχεδὸν τῶν ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων καὶ ἐπισκόπων, καὶ ὁμολογητῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ γυναικῶν καὶ παρθένων, ὅσαι ἀνδρείῳ φρονήματι διὰ τὸν Δεσπότην ἠγωνίσαντο Χριστὸν, ἀνεγράψατο. Καὶ οὗτος μόνος τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, καὶ καθεξῆς, τὰ παθήματα κατὰ τάξιν ἐξηγήσατο. Τούτων δὲ τῶν πόλεων καὶ ἀποστολικῶν θρόνων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπεσπάσατο, τουτέστι τῆς μεγάλης τῶν πόλεων Ῥώμης, Ἀλεξανδρείας τε καὶ Ἀντιοχείας, τῆς κοινῆς ἕνεκεν ὠφελείας. Ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοίνυν τούτων ὧν μέχρι τοῦ δεῦρο χρόνου ὁ προῤῥηθεὶς τῇ Ἑλληνικῇ συνεγράψατο φωνῇ, τούτου τὸν βίον οὐκ ἐξίσχυσεν μεταφράσαι, τουτέστι τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, κ. τ. λ.

Historiographus noster Eusebius Cæsariensis Palæstinæ urbis episcopus, cum *Historiam ecclesiasticam* scriberet, prætermisit ea quæ sunt in aliis opusculis, vel quæ se meminit retulisse. Nam viginti libros, id est duas decadas, omnium pene provinciarum passiones martyrum, episcoporum et confessorum et sacrarum mulierum ac virginum continere fecit. Deinde secutus et ab apostolo Petro, omnium episcoporum nomina et gesta conscripsit : et earum urbium quæ arcem pontificatus per apostolicas sedes tenere noscuntur, urbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, Alexandria, harum urbium episcoporum omnium præteritorum usque ad tempus suum Græco sermone conscripsit. Ex quorum numero unum episcoporum urbis Romæ, sanctum Silvestrum me de Græco in Latinum transferre præcepisti.

Vetus auctor in Passione sancti Valeriani, *quæ est decimo Kal. Januarii, ut habetur in veteri codice Mosciacensi.*

Beatissimorum martyrum gloriosa certamina, ob honorem Christi Domini ac Dei nostri assiduis cultibus et solemnitate annua celebrantur, ut dum fidem martyrum plebs devota cognoscit et illos triumphasse gaudeat, et se patrocinio eorum protegendam esse confidat. Celebre enim habetur, sanctæ recordationis Eusebium historicum, Cæsariensis urbis episcopum, egregiæ vitæ beatissimum sacerdotem, ecclesiastica quoque institutione doctissimum et præcipua sollicitudine venerandum, per omnem orbem, in quantum divino annuntiante Spiritu, ut gestum est, rei veritas decursa valuit reperiri, prout singularum provinciarum urbes, loca vel oppida illustrari triumphis martyrum cœlestibus meruerunt, quorumque principum tempore ordinata officiorum instantia innumeræ persecutiones factæ fuerant, declarasse. Qui, etsi martyrum singulorum integras non explicuit passiones, tamen Christianis devotis atque fidelibus, unde describi vel celebrari debeant veraciter intimavit. Dei itaque gratiam toto orbe diffusam fidelis cultor excoluit, dum velut exiguo tritici semine copiosæ messes agri fertilitate gignuntur, et multiplicata ubertate proficiunt. Ita per supradicti viri relationem ab unius codicis fonte diffusam, scriptis manantibus fidelium, totum orbem celebrandæ passiones martyrum rigaverunt.

Usuardus in Martyrologio.

Die 21 mensis Junii. Palæstinæ, sancti Eusebii episcopi et confessoris, viri excellentissimi ingenii et historiographi.

Notkerus in Martyrologio.

Die 21 mensis Junii. In Cæsarea depositio sancti Eusebii episcopi.

Manecharius in epistola ad Ceraunium Parisiensem episcopum, quam præfixit Passioni sanctorum martyrum Speusippi, Elasippi et Meleusippi.

Præcipuis beatissimorum episcoporum personis assidue coæquari meritis non desistens, in omni conversatione sacerdotii, sancta quotidie exornari religione festinans, divinarum Scripturarum legendi studio universa dogmata peragrasti. Nunc sanctorum martyrum gesta ad laudis tuæ cumulum pro amore religionis congregare in urbe Parisiaca devotus intendis. Unde sancto Eusebio Cæsariensi in æmulationis studio coæquandus es, et pari gloriæ dono perpetualiter memorandus.

Ex veteri Breviario manuscripto Ecclesiæ Lemovicensis.

Sancti Eusebii episcopi confessoris.

Lectio 1. Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus ob Pamphili martyris amicitiam Pamphili nomen accepit, eo quod cum eodem Pamphilo divinæ Bibliothecæ investigator diligentissimus exstiterit. Vir quidem erat memoratu dignissimus per hæc tempora, tum multarum rerum peritia, tum ingenio mirabili, et apud gentiles et apud Christianos, inter philosophos præcipuus et nobilissimus habitus est. Hic cum aliquando Ariana hæresi laborasset, ad synodum Nicænam accedens, Spiritu sancto inspiratus, Patrum sententiam secutus est, ac deinceps usque ad mortem sanctissime cum orthodoxa fide vixit.

Lectio 2. Fuit autem in divinis Scripturis studiosissimus, ac Bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa eisdem temporibus scripsit, maxime vero libros *Evangelicæ*

(a) *Ἐνέθειχεν*. Legendum videtur ἐνέθηκεν vel ἐντέθειχεν. Edit. Patr.

præparationis, *Ecclesiasticæ Historiæ*; *In Porphyrium*, Christianorum hostem acerrimum: *Apologias* item *sex pro Origene* composuit; *De vita Pamphili martyris*, a quo ob amorem cognomentum accepit, libros tres: Item *Commentarios* eruditissimos *in centum et quinquaginta Psalmos*.

Lectio 3. Præterea, ut legitur, omnium provinciarum cum multorum sanctorum martyrum passiones et confessorum vitam ac virginum cognovisset, viginti libros de eisdem sanctis scriptitavit; ob hos ideo et præcipue *Evangelicam præparationem*, cum apud gentes præcipuus haberetur, paternam deorum religionem ob veritatis amorem contempsit. Scripsit quoque *Chronicorum historiam* a primo anno Abrahæ usque ad annum trecentesimum, quam D. Hieronymus prosecutus est. Fuit denique Eusebius hic post conversionem Constantini Magni, eidem quoad vixit, multa benevolentia conjunctus.

In Breviario Lemovicensis Ecclesiæ, edito anno 1587, per Hugonem Barbou, habetur hæc collecta, eodem die 21 Junii.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui nos concedis sancti Eusebii confessoris tui atque pontificis agere festivitatem, deduc nos, quæsumus, ejus precibus ad cœlestium gaudiorum societatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

In antiquo Missali ejusdem Ecclesiæ, edito anno 1483, Parisiis, sic habetur: Sub eodem die sancti Eusebii episcopi officium. Statuit ei, *etc. Oratio.* Da, quæsumus. *Epistola.* Testificor coram Deo. *Evangelium.* Vigilate. *Quæ omnia in communi confessoris episcopi. Et dicatur residuum, ut unius episcopi.*

In veteri Kalendario manuscripto ejusdem Ecclesiæ habetur in mense Junio.

xi Kalend. Julii. Eusebii archiepiscopi.

Codex ms. Parisiensis Ecclesiæ ante octingentos annos exaratus, continens Eusebii Historiam ecclesiasticam, *Rufino interprete, sic incipit*:

In nomine Dei summi, incipit Historia sancti Eusebii Cæsariensis episcopi, id est libri numero xi.

Ex libro De luminaribus Ecclesiæ, *qui habetur in collectaneis Bedæ, et inter opera spuria B. Hieronymi.*

Eusebius Cæsariensis, clavis Scripturarum, custosque Novi Testamenti, multis major in conscriptionibus esse comprobatur. Tria sunt præclara, quæ hoc in operibus ejus vere testantur: *Canones quatuor Evangeliorum*, qui Novum Testamentum narrant atque custodiunt, decem libri *Historiæ Ecclesiasticæ*, et *Chronicon*, id est, temporum breviarium. Et nos omnia ejus vestigia qui imitari potuisset, nunquam reperimus.

Ex Miscellaneis ms. Theodori Metochitæ, ex capite cujus titulus est: Ὅτι πάντες ὅσοι ἐν Αἰγύπτῳ ἐνεπαιδεύθησαν, τραχύτερον τῷ λέγειν χρῶνται.

Eusebius item Pamphili, ex Palæstina quidem A oriundus fuit, sed in Ægypto, ut ipse scribit, diutissime versatus: vir undecunque doctissimus, quemadmodum apparet ex plurimis quos edidit libris, dictione tamen utens, ut dixi, scabra et aspera.

Καὶ ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐκ Παλαιστίνης μὲν τὸ γένος, ἀλλ' ὥς αὐτός φησι, τοῖς ἐπ' Αἰγύπτου πάνυ τι χρονίως συνεφοίτησε· πολυμαθὴς ἀνὴρ, καὶ δῆλός γε πολλὰς ἐκδόσεις προενεγκὼν, καὶ χρώμενος οὕτω τῇ γλώττῃ.

VETERUM TESTIMONIA CONTRA EUSEBIUM.

Ex libro Marcelli Ancyrani contra Arianos.

Incidi aliquando in epistolam a Narcisso scriptam, Neroniadis episcopo, quam ad Chrestum quemdam B et Euphronium et Eusebium direxit, quasi proposita ipsi ab Hosio episcopo quæstione, utrum ipse, veluti Eusebius Palæstinus, duas substantias fateretur. Hanc ubi legissem, animadverti et ipsum scripto illo suo tres substantias omnino confiteri.

Ἐντυχὼν Ναρκίσσου τοῦ Νερωνιάδος προεστῶτος ἐπιστολῇ, ἣν γέγραφε πρὸς Χρηστόν τινα, καὶ Εὐφρόνιον, καὶ Εὐσέβιον, ὡς Ὁσίου τοῦ ἐπισκόπου ἐρωτήσαντος αὐτὸν, εἰ, ὥσπερ Εὐσέβιος ὁ τῆς Παλαιστίνης, δύο οὐσίας εἶναί φησιν, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγοι· ἔγνων αὐτὸν ἀπὸ τῶν γραφέντων, τρεῖς εἶναι πιστεύειν οὐσίας ἀποκρινόμενον.

Ex epistola synodica episcoporum Ægypti congregatorum in urbe Alexandria, ad omnes Ecclesiæ catholicæ episcopos, quam refert Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos.

Quod enim concilium episcoporum, aut qui consessus veri studiosus illic fuit? Nonne plerique illorum inimici nobis fuerunt? Nonne Eusebius ob Arii insaniam adversus nos irruit, et alios idem cum ipso sentientes adduxit? Nonne assidue con-

Ποία γὰρ καὶ σύνοδος ἐπισκόπων ἦν τότε; ποῖον συνέδριον ἀληθείας ἐχόμενον; Τίς τῶν πλειόνων ἐν αὐτοῖς οὐκ ἐχθρὸς ἡμέτερος ἦν; Οὐ διὰ τὴν Ἀρείου μανίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον καθ' ἡμῶν ὥρμησαν; οὐ τοὺς ἄλλους συμφρονοῦντας αὐτοῖς ἐπήγοντο; Οὐχ

ἀεὶ κατ' αὐτῶν ἐγράφομεν ὡς τὰ Ἀρείου φρονούντων; Οὐκ Εὐσέβιος ὁ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ τῇ θυσίᾳ κατηγορεῖτο ὑπὸ τῶν σὺν ἡμῖν ὁμολογητῶν;

A tra eos scripsimus tanquam adversus Ariani dogmatis assertores? Nonne Eusebius, Cæsareæ Palestinæ episcopus, a nostris confessoribus accusatus est, quod idolis sacrificasset?

Epiphanius in hæresi Meletianorum.

Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, αἴρεται μὲν θυμῷ, κελεύει δὲ συγκροτηθῆναι σύνοδον κατὰ τὴν Φοινίκην ἐν Τύρῳ τῇ πόλει· ἐκέλευσε δὲ δικάζειν Εὐσέβιον τὸν Καισαρείας καὶ ἄλλους τινάς· ἦσαν δὲ προσκεκλιμένοι οὗτοι ποσῶς μᾶλλον τῇ τῶν Ἀρειανῶν χυδαιολογίᾳ. Καὶ ἐκλήθησαν ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου τῆς καθολικῆς, καὶ ὑπὸ Ἀθανάσιον ἀκρέμονές τινες ἄνδρες καὶ μείζους, καὶ ἐν Θεῷ ἔχοντες διαφανῆ τὸν βίον· ἐν οἷς ἦν ὁ μακαρίτης Ποτάμων ὁ μέγας, ὁ τῆς Ἡρακλείας ἐπίσκοπος καὶ ὁμολογητής· ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν Μελετιανῶν, μάλιστα οἱ τοῦ Ἀθανασίου κατηγοροῦντες. Ζηλωτὴς δὲ ὢν ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ὀρθοδοξίας ὁ προειρημένος Ποτάμων ὁ μακαρίτης, ἐλευθεροστομῶν, ὃς οὐδέποτε εἴληφε πρόσωπόν τινος· τὸν ὀφθαλμὸν γὰρ ἐν τῷ διωγμῷ διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐτυφλώθη· ἑωρακὼς τὸν Εὐσέβιον καθεζόμενον καὶ δικάζοντα, καὶ Ἀθανάσιον ἑστῶτα, καταπονηθεὶς τῇ λύπῃ, καὶ δακρύσας, οἷα γίνεται παρὰ τοῖς ἀληθέσιν, ἀπετείνατο φωνῇ μεγάλῃ Εὐσεβίῳ λέγων· « Σὺ καθέζῃ, Εὐσέβιε, καὶ Ἀθανάσιος ἀθῶος ὢν παρὰ σοῦ κρίνεται· τίς ἐνέγκοι τὰ τοιαῦτα; Λέγε δέ μοι σὺ, οὐ σὺν ἐμοὶ ἦσθα ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ; Κἀγὼ μὲν ὀφθαλμὸν ἀπεβαλόμην ὑπὲρ ἀληθείας· σὺ δὲ οὔτε φαίνῃ λελωβημένον τι ἔχων ἐν τῷ σώματι, οὔτε ἐμαρτύρησας, ἀλλὰ ἕστηκας ζῶν, μηδὲν ἠκρωτηριασμένος. Πῶς ἀνεχώρησας ἀπὸ τῆς φυλακῆς, εἰ μὴ ὅτι ὑπέσχου τοῖς τὴν ἀνάγκην τοῦ διωγμοῦ ἡμῖν ἐπενέγκασι τὸ ἀθέμιτον πρᾶξαι, ἢ ἔπραξας; »

His auditis imperator magnopere excanduit. Igitur Tyri in Phœnice convocari synodum jubet, eique judicio præesse cum quibusdam aliis Cæsariensem Eusebium, qui omnes in Arianorum inanissimum dogma propensiores erant. Cum his ex catholica Ægypti Ecclesia, et Athanasio subjecta, episcopi quidam advocati sunt, primarii quidem ac præstantes viri, atque eximia vitæ sanctitate præditi; inter quos felicis memoriæ magnus ille Pota- B mo fuit, Heracleæ episcopus et confessor. Aderant et Meletiani, Athanasii præsertim accusatores. At beatus Potamo veritatis ac rectæ fidei ardore æstuans, vir summa loquendi libertate, qui nullius unquam personæ rationem habuerat, et pro veritatis confessione alterum in persecutione oculum amiserat, Eusebium sedentem et judicantem, stantem vero Athanasium conspicatus, dolore confectus et illacrymans, sicut sinceris hominibus usu venire solet, magna voce adversus Eusebium invectus est. Et, « Tene, inquit, Eusebi, sedere, et innocentem Athanasium a te judicari? Quis ista sustinere possit? Dic mihi, nonne mecum persecutionis tempore in custodia fuisti? Atque ego quidem oculum pro veritate perdidi, tu nulla corporis parte muti- C latus es, neque martyrium subiisti, sed vivus integerque consistis. Quanam ratione e carcere evasisti, nisi propterea quod persecutoribus nostris spopondisti te sacrificaturum ac fortasse etiam sacrificasti? »

Ex epistola episcoporum catholicorum Ægypti ad synodum Tyri, quam refert Athanasius in supradicto Apologetico.

Καὶ γὰρ πάλιν οἴδατε, ὡς προείπομεν, ὡς ἐχθροί εἰσιν ἡμῶν, καὶ διὰ τί Εὐσέβιος ὁ τῆς Καισαρείας, ἐχθρὸς γέγονεν ἀπὸ πέρυσιν.

Scitis enim, quemadmodum superius diximus, eos nostros inimicos esse; et cur non ita pridem Eusebius Cæsariensis inimicitias adversus nos susceperit.

Athanasius in epistola De decretis synodi Nicænæ.

Καί τό γε παράδοξον, Εὐσέβιος ὁ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καίτοι πρὸ μιᾶς ἀρνούμενος, ὅμως ὕστερον ὑπογράψας, ἐπέστειλε τῇ Ἐκκλησίᾳ ἑαυτοῦ, λέγων εἶναι τῆς Ἐκκλησίας τὴν πίστιν, καὶ τῶν Πατέρων τὴν παράδοσιν· πᾶσί τε φανερῶς ἔδειξεν, ὅτι πρότερον ἐσφάλλοντο, καὶ μάτην ἐφιλονείκουν πρὸς τὴν ἀλήθειαν· εἰ γὰρ καὶ ᾐσχύνθη τότε ταύταις ταῖς λέξεσι γράψαι, καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς ἀπελογήσατο τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλά γε διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας μὴ ἀρνησάμενος, φανερῶς τοῦτο σημᾶναι βούλεται, καὶ πέπονθέ τι δεινόν· ὡς γὰρ ἀπολογούμενος κατηγόρησε λοιπὸν τῶν Ἀρειανῶν, ὅτι γράψαντες, Οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἤθελον αὐτὸν εἶναι οὐδὲ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως.

Et quod mirandum est, Eusebius episcopus Cæsareæ Palestinæ, quamvis pridie recusasset, postri- D die tamen subscripsit, et ad Ecclesiam suam litteras dedit, asserens hanc esse Ecclesiæ fidem et Patrum traditionem. Omnibusque manifesto declaravit, illos prius errasse et frustra de veritate contendisse. Etsi enim iis tunc verbis uti præ pudore noluit, et prout ipse voluit satisfecit Ecclesiæ, in epistola tamen in qua Dei Filium consubstantialem et ex substantia Patris exsistere non inficiatur, aperte id quod dixi, significat. Ac profecto infelix in eo fuit, ut enim seipsum purgaret, accusavit deinceps Arianos, quod cum dicerent Filium Dei non exstitisse antequam gigneretur, hoc pacto negarent eum exstitisse ante incarnationem.

Idem in tractatu De synodis Arimini et Seleuciæ.

Præcipue autem Acacius, quid Eusebio magistro suo responsurus est? Qui non solum synodo Nicænæ subscripsit, sed et per epistolam populis suis significavit, eam esse veram fidem quæ apud Nicæam ex communi consensu tradita est. Etsi enim eo quo voluit modo, excusavit se per illam Epistolam, voces tamen synodi non repudiavit. Imo Arianos accusavit, quod cum dicerent : Non erat Filius antequam gigneretur, eum ne ante partum quidem Mariæ exstitisse affirmarent.

A Μάλιστα δὲ Ἀκάκιος τί ἂν εἴποι πρὸς Εὐσέβιον τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον; Ὃς οὐ μόνον ὑπέγραψεν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπιστολῆς ἐδήλωσε τοῖς ὑπ' αὐτὸν λαοῖς, ταύτην εἶναι πίστιν ἀληθῆ, τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ· εἰ γὰρ καὶ ὡς ἠθέλησεν ἀπελογήσατο διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλά γε τὰς λέξεις οὐχ ἠρνήσατο· ἀλλὰ καὶ κατηγόρησε τῶν Ἀρειανῶν, ὅτι λέγοντες, Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῆναι ὁ Υἱὸς, οὐδὲ πρὸ Μαρίας αὐτὸν ἤθελον εἶναι.

Idem in epistola ad episcopos Africæ.

Neque ejus rei ignarus erat Eusebius episcopus Cæsariensis. Qui cum prius suffragaretur Arianicæ sectæ, postea tamen Nicæni concilii decretis subscripsit, et apud suos idipsum propriis litteris affirmavit, cujus hæc verba sunt : Novimus quosdam ex priscis eruditos et præclaros antistites, aliosque scriptores, cum de Patris et Filii Deitate loquerentur, voce consubstantialitatis usos esse.

Καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Εὐσέβιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ B Ἀρειανικῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, ἔγραψε τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι.

Idem in tractatu De Synodis Arimini et Seleuciæ.

Eusebius quoque ex Cæsarea Palestinæ, in litteris ad Euphrationem episcopum non veritus est palam dicere, Christum non esse verum Deum.

Ὁ δὲ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης Εὐσέβιος, γράφων πρὸς Εὐφρατίωνα τὸν ἐπίσκοπον, οὐκ ἐφοβήθη φανερῶς εἰπεῖν ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς Θεός.

Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagianos.

Fecerat hoc et in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensionis Origenis Eusebii Cæsariensis, quem fuisse Arianum, nemo est qui nesciat, nomine Pamphili martyris prænotaret.

Idem in libro secundo Adversus Rufinum.

Statim de portu egrediens, navem impegit. Referens enim de *Apologia* Pamphili martyris, quam nos Eusebii Arianorum principis, probavimus, etc.

Idem in libro primo Adversus Rufinum.

Eusebius Cæsariensis episcopus, cujus supra memini, in sexto libro τῆς *Ἀπολογίας* Origenis, hoc idem objicit Methodio episcopo et martyri, quod tu in meis laudibus criminaris; et dicit : « Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus ? » Non est hujus loci pro martyre loqui. Neque enim omnia in locis omnibus disserenda sunt. Nunc tetigisse sufficiat, hoc ab Ariano homine objici clarissimo et eloquentissimo martyri, quod tu in me et amicus laudas, et offensus accusas.

Socrates, lib. I Historiæ ecclesiasticæ, *cap.* 23.

Eusebius quidem Pamphili scribit, statim post synodum Ægyptios inter se tumultuatos esse, causam tumultus non addens. Quo fit ut in bilinguis suspicionem venerit, propterea quod dum causas narrare subterfugit, indicare videtur se his quæ apud Nicæam decreta fuerant, minime assentiri.

C Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παμφίλου φησὶν εὐθὺς μετὰ τὴν σύνοδον, πρὸς ἑαυτὴν στασιάζειν τὴν Αἴγυπτον, τὴν αἰτίαν μὴ προστιθείς· ἐξ ὧν καὶ διγλώσσου δόξαν ἐκτήσατο, ὅτι, τὰς αἰτίας λέγειν ἐκκλίνων, μὴ συνευδοκεῖν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνέθετο.

Theodoritus in interpretatione Epistolæ Pauli ad Hebræos, de Arianis loquens, ita scribit :

Quod si ne hoc quidem sufficit ad eis persuadendum, Eusebio certe Palæstino credere eos oportet, quem patronum suorum dogmatum appellant.

Εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο ἱκανὸν πεῖσαι αὐτοὺς, Εὐσεβίῳ γοῦν ἐχρῆν πεισθῆναι τῷ Παλαιστινῷ, ὃν τῶν οἰκείων δογμάτων ἀποκαλοῦσι συνήγορον.

Antipater Bostrorum episcopus in libro primo Adversus Eusebii Apologeticum pro Origene.

Nego tamen eum ad exactam ecclesiasticorum dogmatum cognitionem pervenisse. Quocirca promiscuæ quidem doctrinæ atque eruditionis gloriam ei omnino concedimus : dogmatum vero notitiam, non item. Quin potius ab accurata illorum cogni-

Οὐκ ἔτι δὲ πρὸς τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν φθάσαι φημὶ τὸν ἄνδρα· ὅθεν πολυμαθίας μὲν παραD χωρητέον αὐτῷ, δογμάτων δὲ γνῶσιν οὐκέτι. Ἀλλὰ καὶ πάνυ κατόπιν τοῦτον τῆς τοιαύτης ἀκριβείας γενόμενον ἐπιστάμεθα. *Καὶ μετὰ βραχέα*· Ὥστε δὴ

ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν τῷ ἀνδρὶ, περὶ οὗ οὐ A πρόκειται ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγειν, ἵνα, βασανίζοντες πρὸς ἀκρίβειαν τὴν γενομένην Ἀπολογίαν, αἱρετικοὺς ἀποδείξωμεν τοὺς ἀμφοτέρους, αὐτόν τε ἀπολογησάμενον καὶ τὸν ὑπὲρ ὅτου τὴν ἀπολογίαν συνέταξε. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Τὸ γὰρ δεικνύναι σπεύδειν τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὑπόβασιν ὁμοίως αὐτῷ τινὰς εἰρηκότας, πρῶτον μὲν οὐ ξενισθῶμέν· σοῦ γὰρ καὶ τῶν περὶ σὲ ἡ τοιαύτη δόξα· ὅθεν περὶ τούτου ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγος ἡμῖν οὐδεὶς, πάλαι μὲν οἰκουμενικῇ ζητήσει ὑποβληθέντος καὶ ἀποκηρυχθέντος.

tione eum procul abfuisse, compertum habemus. *Et paulo post :* Itaque ne homini insultare videamur, de quo nunc dicere nobis propositum non est, ut Apologeticum accurate examinantes, utrumque simul hæreticum esse ostendamus, tum hunc qui defensionem scripsit, tum illum cujus est suscepta defensio. *Et paucis interjectis :* Quod enim ostendere conaris, subjectionem Filii erga Patrem quosdam perinde ac Origenem dixisse, primum quidem minime miramur. Hæc enim tua tuique similium opinio est. Unde super hoc dogmate impræsentiarum nullus nobis est sermo, cum præsertim jampridem universalis synodi inquisitione projectum sit atque damnatum.

Ex synodo septima œcumenica, actione sexta.

Τίς γὰρ οὐκ ἔγνω τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας, καὶ B γνῶσιν εἰληφότων ἀληθινῶν δογμάτων, ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδοθεὶς, ὁμόδοξος καὶ σύμφρων γέγονε τοῖς τὰ Ἀρείου θρησκεύουσιν; κ. τ. λ.

Quis enim fidelium Ecclesiæ et eorum qui verorum dogmatum scientiam perceperunt, ignorat quod Eusebius Pamphili in reprobum sensum traditus, ejusdem opinionis et sensus fuerit cum his qui Arii impietatem secuti sunt? In omnibus quippe historicis suis libris creaturam Filium et Verbum Dei vocat, et ministrum et secundum adorabilem. Si vero quidam hunc defendentes dicunt, subscripsisse in synodo; concedamus ita fuisse. Sed labiis suis veritatem honoravit, cor autem longe fuit ab ea, ut ostendunt libri ejus et epistolæ omnes. Cum ergo aliter atque aliter secundum tempus et causas conspersus sit atque mutatus, aliquando laudans ea quæ sunt Arii sentientes, aliquando vero veritatem simulans, apparet eum fuisse virum duplici animo, ut ait Jacobus frater Domini, instabilem in omnibus viis suis. Nec quispiam existimet illum accepturum aliquid a Domino. Si enim corde credidisset ad justitiam, et ore confessus esset in salutem verum sermonem, utique pro scriptis suis veniam postulasset, horum correctionem faciens ; et pro epistolis suis profecto satisfecisset. Sed hoc nullatenus fecit. Mansit enim sicut Æthiops non mutata pelle. Denique cum interpretaretur *Dixit Dominus Domino*, *Deus meus es tu*, extra veracem sensum excedens sic ait : « Legibus naturæ, omnis filii pater, dominus est utique ejus; et idcirco unigeniti Filii Dei ipse qui genuit eum Deus, simul et Deus et Dominus et Pater est. » Similiter et in epistola ad sanctum Alexandrum præceptorem magni Athanasii directa, cujus initium est : « Cum quanta sollicitudine et ægritudine animi has litteras scribere aggressus sim, » etc., apertius blasphemans sic ait de Ario et ejus asseclis : « Calumniantur eos litteræ tuæ, tanquam dicentes, quia Filius ex non exsistentibus factus est, sicut unus ex omnibus. At illi protulerunt epistolam quam ad te fecerant : in qua fidem suam exponentes, ipsis verbis hæc confitebantur : Legis videlicet ac Prophetarum et Novi Testamenti Deum genuisse Filium unigenitum ante tempora æterna, per quem et omnia et sæcula fecit : genuisse autem eum non putative sed vere, ac constituisse propria voluntate, inconvertibilem, creaturam Dei perfectam, sed non sicut unam ex creaturis. Si ergo litteræ ipsorum veritatem dicunt, utique apud te habentur : in quibus confitentur Filium Dei ante tempora æterna, per quem fecit et sæcula, esse inconvertibilem et incommutabilem et creaturam Dei perfectam, sed non sicut unam ex creaturis. Porro epistola tua calumniatur eos, tanquam dicentes quia Filius factus est sicut unus ex omnibus. Vide ergo ne eis statim occasio detur reprehendendi quidquid voluerint. Iterum objiciebas eos dixisse : *Qui est, eum qui non erat, genuit.* Miror autem si possit quis aliter dicere : si enim unus est qui est, profecto ex ipso factum est omne quod est cum ipso. Si vero non solus ipse est : sed et Filius erat qui est, quomodo eum qui erat gignebat qui est? Sic enim duo essent qui sunt. » Et hæc quidem Eusebius ad Alexandrum. Sed et aliæ ejus epistolæ ad eumdem exstant, in quibus inveniuntur variæ blasphemiæ. Sed et ad Euphrationem episcopum scribens, apertius blasphemat. Cujus epistolæ initium est : « Domino meo per omnia gratias ago. » *Et paulo post :* « Non enim simul cum Patre Filium fuisse fatemur, sed Patrem ante Filium exstitisse. Certe ipse Filius Dei, qui magis omnia liquido novit, alium se a Patre et minorem atque inferiorem sciens, admodum pie hoc etiam nos docet dicens : *Pater qui misit me, major me est* [a]. » *Et post aliq. :* « Nam et ipse quidem Filius Deus est, sed non verus Deus. » Ex his ergo scriptis ejus ostenditur, Arii et comparium ejus dogmata prædicare. *Et paulo post :* « Hujus ergo factionis etiam Eusebius exsistens, sicut demonstratum est tam ex epistolis, quam ex historicis ejus conscriptis, imaginem Christi tanquam Theopassianus abjicit, » etc.

Photius in epistola 144, ad Constantinum patricium.

Εὐσέβιος, ὁ τοῦ Παμφίλου εἴτε δοῦλος, εἴτε συνήθης, ὅτι μὲν Ἀρειανισμῷ ἑάλω, βοῶσι μὲν αὐτοῦ τὰ

Eusebius ille, Pamphili sive servus, sive amicus, Arianismo infectus fuit. Hoc libri ab illo scripti

[a] *Joan.* XIV, 28.

clamant. Hunc morbum tandem invitus ipse confessus est, sed ipsamet resipiscentia sua magis se patefecit non resipuisse. Nec enim per apologiam, ut videri voluit, persuadet se a priori hæresi recessisse, aut sanctæ et universali synodo consentire : sed prodigiose comminiscitur, *homoousii* sectatores in ipsius sensum transiisse, et in sua sententia simul acquievisse. Hoc ita esse cum multa alia confirmant, tum quam scripsit ad suos Cæsarienses epistola. Sed quod ut ab initio Arii dogmata fovit, ita ad finem vitæ ea amplecti non destiterit, plerique intelligunt, et multa sunt quæ facile persuadent. Quod vero Origenis morbo præterea laboravit quo ille tenebatur, scilicet contra omnium futuram generalem resurrectionem, et plurimos latet : tu tamen, si scrutando perlegeris illius scripta, non minus cum mortifera hac ægritudine, quam Arianorum insania laborantem deprehendes.

A βιβλία· καὶ αὐτὸς δὲ μεταμελόμενος δῆθεν καὶ ἄκων, τὴν νόσον ἀνομολογεῖ· κἂν τῇ μεταμελείᾳ δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν δείκνυσιν ἀμεταμέλητον. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἐκστῆναι τῆς προτέρας κακοδοξίας, δι' ὧν ἔδοξε ἀπολογεῖσθαι, συνίστησιν, οὐδὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συμφωνῆσαι συνόδῳ· ἀλλὰ τοὺς τοῦ *ὁμοουσίου* πρεσβευτὰς, αὐτοῦ συνελθεῖν τῷ φρονήματι καὶ συνδιατεθῆναι τῇ γνώμῃ, τερατεύεται· καὶ τοῦτο σαφῶς ἄλλα τε πλείονα περιστῶσι, καὶ ἡ τοῖς Καισαρεῦσιν αὐτῷ γραφεῖσα ἐπιστολή. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἀπαρχῆς τὰς Ἀρειανικὰς δόξας ὑπέθαλπε, καὶ μέχρι τέλους οὐ διέλιπε περιέπων, πολλοί τε συνεπίστανται, καὶ ῥᾷόν ἐστι λαβεῖν πολλαχόθεν· ὅτι δὲ καὶ τῆς Ὠριγένους νόσου μετέσχεν, ἣν κατὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐκεῖνος ἐνόσησεν ἀναστάσεως, εἰ καὶ τοὺς πολλοὺς ὑπο-
B λανθάνει, ἀλλὰ οὖν αὐτὸς, σὺν ἐρεύνῃ τοὺς ἐκείνου λόγους ἀναλεγόμενος, οὐδὲν ἔλαττον αὐτὸν τῷ ὀλεθρίῳ τούτῳ ἀῤῥωστήματι ἢ ταῖς Ἀρειανικαῖς μανίαις κεκρατημένον ὄψῃ.

Idem Photius in Bibliotheca, *cap.* 13.

Lecti sunt Eusebii libri duo, qui inscribuntur *Confutatio* et *Apologia*. Item alteri duo, qui cum a prioribus duobus differant in quibusdam locis, in reliquis, seu verba seu sensum species, iidem sunt. Affert vero objectiones quasdam adversus sinceram nostram religionem, velut ab ethnicis profectas, easque recte solvit, licet non per omnia. Dictionem quidem quod attinet, nec jucundus est nec splendidus. Multiplici tamen doctrina præditus est, licet prudentia et animi constantia et dogmatum sinceritate minus polleat. Nam in his etiam libris sæpius adversus Filium Dei blasphemare deprehenditur, eumque secundam causam vocare, et Principem militiæ cœlestis, aliaque ejusmodi quæ Arianorum insaniæ propria sunt. Constat eum Constantini Magni temporibus floruisse, et sacri martyris Pamphili ardentissimum amatorem fuisse. Unde et cognomentum *Pamphili* adeptus esse dicitur a quibusdam.

Ἀνεγνώσθη, Εὐσεβίου *Ἐλέγχου* καὶ *Ἀπολογίας* λόγοι δύο· καὶ ἕτεροι δύο, οἵτινες πρὸς τοὺς προτέρους δύο, ἔν τισι ῥητοῖς παραλλάσσοντες, ἐν τοῖς ἄλλοις τῇ τε λέξει καὶ τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοί εἰσιν. Εἰσάγει δὲ ὡς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων τινὰς ἀπορίας κατὰ τῆς ἀμωμήτου θρησκείας ἡμῶν. Καὶ ταύτας καλῶς, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσιν, ἀπολύεται· τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ οὔτε ἡδὺς οὔτε λαμπρότητι χαίρων. Πολυμαθὴς δέ ἐστιν ὁ ἀνὴρ, εἰ καὶ τὴν ἀγχίνοιαν καὶ τὸ
C σταθηρὸν τοῦ ἤθους, ὡς παρὰ τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν, ἐνδεέστερος. Καὶ γὰρ κἂν τούτοις ἐν πολλοῖς ἔστιν αὐτὸν ἰδεῖν τὸν Υἱὸν βλασφημοῦντα, καὶ δεύτερον αἴτιον καλοῦντα, καὶ ἀρχιστράτηγον, καὶ ἄλλα τινὰ τῆς Ἀρειανικῆς λύσσης βλαστήματα. Δῆλον δὲ ὡς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου οὗτος ἤνθησε· γέγονε δὲ καὶ τῆς Παμφίλου τοῦ ἱερομάρτυρος ἀρετῆς διάπυρος ἐραστής· δι' ἣν αἰτίαν φασί τινες αὐτὸν καὶ τῆς τοῦ Παμφίλου ἐπωνυμίας μετεσχηκέναι.

Idem Photius in capite 127.

Lecti sunt Eusebii Pamphili libri quatuor *De laudibus imp. Constantini*. Continent autem ejus vitam omnem jam inde a pueritia, et quæcunque ab illo gesta sunt ad ecclesiasticam historiam pertinentia, usque ad exitum vitæ, id est ad annum ætatis quartum et sexagesimum. Est autem Eusebius in hoc etiam opere plane sui similis in dicendo : nisi quod nonnihil ad splendorem assurgit ejus oratio, et verbis interdum elegantioribus utitur. Venustatis quidem et gratiæ non multum apparet in hoc opere, sicut nec in cæteris ejus libris. Porro in his quatuor libris plurima loca inserit ex *Ecclesiastica* ipsius *historia* translata. Et Constantinum quidem Magnum Nicomediæ baptizatum esse dicit, cum ad id usque temporis baptismum distulisset, ut in Jordane, quemadmodum in votis habebat, baptizaretur. Quis vero illum baptizarit, dissimulat. De Ariana insuper hæresi nihil aperte commemorat :

Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα ἐγκωμιαστικὴ τετρά-
D βιβλος· ἐν ᾗ περιέχεται ἥ τε τοῦ ἀνδρὸς ἅλη πολιτεία ἐξ αὐτῆς πρώτης ἡλικίας ἀρχομένη, καὶ ὅσαι πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συντελοῦσι πράξεις μέχρις οὗ τὸν βίον ἀπέλιπεν, εἰς ἑξηκοστὸν καὶ τέταρτον παραταθέντα χρόνον. Ἔστι μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν φράσιν ὅμοιος ἑαυτῷ, πλὴν μικρόν τι πρὸς τὸ λαμπρότερον ἐκβεβίασται αὐτῷ ὁ λόγος, καὶ λέξεις εἰς τὸ ἀνθηρότερον ἐνιαχοῦ συνελήφθησαν· τῆς μέντοι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἡδονῆς καὶ χάριτος οὐδὲν μέγα, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐμφαίνεται. Καταστρώννυσι δὲ ἐν ταύτῃ αὐτοῦ τῇ τετραβίβλῳ πάμπολλα χωρία ἐξ ὁλοκλήρου τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς* αὐτοῦ δεκαλόγου *Ἱστορίας*. Λέγει μὲν οὖν καὶ αὐτὸν, ἐν Νικομηδείᾳ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον βαπτίσασθαι, μέχρι τότε τὸ λουτρὸν ἀναβαλλόμενον, ἅτε δὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ ποιούμενον ἐν τοῖς Ἰορδάνου τὸ λουτρὸν

ὑποδέξασθαι· τίς δὲ ὁ βαπτίσας, οὐδὲν διασαφεῖ. Περὶ A μέντοιγε τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγέλλει, οὐδ' εἰ τῆς δόξης ἐκείνης εἴχετο, οὐδ' ὅτι μεταβέβληται, ἀλλ' οὐδ' ὅτι φαύλως ἢ ὀρθῶς ἐδόξαζεν Ἄρειος, καίπερ ἀνάγκην ἔχων ἐν μνήμῃ ταῦτα ποιήσασθαι, ἅτε δὴ μέγα μέρος ἐπεχούσης τῆς συνόδου τῶν τοῦ μεγάλου πράξεων Κωνσταντίνου, κἀκείνης πάλιν ἐξαπαιτούσης τὴν περὶ τούτων λεπτομερεστάτην ἱστορίαν· ἀλλὰ στάσιν μὲν ἐμπεσεῖν μεταξὺ Ἀρείου καὶ Ἀλεξάνδρου (τὴν αἵρεσιν δὴ οὕτω λέγων καὶ ὑποκρυπτόμενος ἀποφαίνεται), ἐπί τε τῇ στάσει λίαν ἀλγῆσαι τὸν θεοφιλῆ βασιλέα, καὶ ἀγωνίσασθαι διά τε ἐπιστολῶν, διά τε τοῦ Ὁσίου, ὃς Κορδούβης ἐπεσκόπει, εἰς φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν συζεῦξαι τὸ στασιάζον, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἀφεμένους καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων. B Ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, σύνοδον πανταχόθεν ἀθροῖσαι, καὶ τὴν ἐμπεσοῦσαν ἔριν εἰς εἰρήνην διαλύσασθαι. Οὐ μὴν εἰς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἐπίδηλον ἀναγράφεται· οὗτος οὖν ὥσπερ αἰσχυνομένῳ ἐοικὼς, καὶ μὴ βουλομένῳ δημοσιεύειν Ἄρειον, τήν τε τῆς συνόδου ἐξενηνεγμένην κατ' αὐτοῦ ψῆφον, καὶ τῶν συνασεβησάντων αὐτῷ, καὶ συνεξωσθέντων τὴν δικαίαν εἴσπραξιν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἣν θεόθεν πᾶς ὀφθαλμὸς εἶδεν ἔνδικον Ἀρείου καταστροφὴν, οὐδὲν τούτων ἄγων εἰς φῶς, τήν τε περὶ τῆς συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων ἱστορίαν παρέδραμε. Διὸ καὶ περὶ τοῦ θεσπεσίου Εὐσταθίου μέλλων διηγεῖσθαι, οὔτε τοῦ ὀνόματος μέμνηται, οὐδ' [l. οὔθ'] ὅσα περὶ αὐτὸν ἐτολμήθη καὶ εἰς ἔργον ἀποβέβηκεν· ἀλλ' εἰς στάσιν καὶ ταραχὴν ἀνάγων καὶ ταῦτα, γαληνίας καὶ C πάλιν ἐπιλέγει ἐπισκόπων, κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν συνδεδραμηκότων σπουδῇ βασιλέως καὶ συνεργίᾳ, καὶ τὸ στασιάζον καὶ ταραττόμενον εἰς τὸ εἰρηναῖον μεταβεβληκότων. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν οἷς ὁ πολύαθλος ἐσκαιωρήθη Ἀθανάσιος, εἰς ταῦτα τὴν ἱστορίαν ὁρμήσας ἐπαφεῖναι, στάσεως μὲν ἐμπλησθῆναι πάλιν καὶ ταραχῆς τὴν Ἀλεξάνδρειαν λέγεται, καὶ ταύτην πραϋνθῆναι ἐπισκόπων παρουσίᾳ, τὴν βασιλικὴν ἐχόντων συμμαχίαν· οὔτε δὲ τίς ἦν στασιάζων, οὐδ' ἥτις ἡ στάσις, ἢ τί καὶ πράξαντες τὴν ἔριν ἐπράϋναν, οὐδ' ὅλως ποιεῖται ἐπίδηλον· καὶ σχεδὸν, ἐν οἷς ἐπισκόπων πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαι περὶ δογμάτων, ἢ περί τινων ἄλλων διαφωνίαι γεγόνασι, τὸν αὐτὸν τῆς ἐπικρύψεως ἐν τῇ διηγήσει τύπον διαφυλάττει.

nec utrum ipse ei aliquando adhæserit, nec quod eam abjecerit. Sed neque recte ne an secus senserit Arius, usquam refert; tametsi hæc necessario commemoranda essent, quippe cum Nicæna synodus inter res a Constantino gestas præcipuum locum obtineat, et alioqui exactissimam totius negotii narrationem ipsa suo quodam jure flagitare videatur. Verum ille dissensionem quidem inter Alexandrum et Arium exortam commemorat (sic enim hæresim callide et dissimulanter appellat). Atque ob hunc tumultum gravissimo dolore affectum esse religiosissimum principem; et tum per epistolam, tum per Hosium Cordubensem episcopum laborasse, ut partes inter se dissidentes ad pacem et concordiam reduceret, omni de hujusmodi quæstionibus contentione deposita. Sed cum persuadere eis non potuisset, synodum undique convocasse, et sopito tumultu pacem restituisse. Verum hæc ab illo non satis accurate et aperte traduntur. Prorsus enim tanquam pudore suffusus, nec Arii impietatem publice traducere cupiens, tum synodi sententiam adversus Arium prolatam, tum eorum qui impietatis illius socii et in exsilium simul expulsi fuerant justissimam ultionem, illud denique cœlitus inflictum Ario exitium quod omnium conspectui subjectum fuit, sciens prætermisit: nec historiam synodi resque in ea gestas commemoravit. Hinc etiam est quod cum ea quæ divino Eustathio contigerunt, vellet describere, ne nomen quidem ejus retulit, nec quæcunque adversus illum nefarie excogitata sunt ac perpetrata, sed seditionem ac tumultum Antiochiæ exstitisse postquam dixit, mox tranquillitatem restitutam esse subdit, episcopis imperatoris opera ac studio illuc convenientibus, per quos turba omnis ac seditio in tranquillissimam pacem est commutata. Similiter ubi narrationem instituit de iis quæ adversus fortissimum illum Athanasium improbe comparata sunt, seditione quidem ac tumultu impletam iterum Alexandriam refert: sed eam episcoporum præsentia et imperatoris auxilio sedatam fuisse. Neque interim quis seditione concitaverit, aut quænam illa seditio fuerit, neque quo pacto sedata ab episcopis fuerit, ullatenus exponit. Ac fere quotiescunque episcoporum mutuas inter se dissensiones de fidei capitibus, aut de aliis rebus contentiones ac discordiæ exstiterunt, eumdem ille in narrando servat dissimulandi modum.

Joannes Zonaras in tomo III, ubi res gestas Constantini refert.

Ἦν δὲ τότε τῶν τὰ Ἀρείου πρεσβευόντων καὶ ὁ D Παμφίλου Εὐσέβιος, τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας τυγχάνων ἐπίσκοπος· ὃς μετέπειτα λέγεται ἀποστῆναι τῆς τοῦ Ἀρείου δόξης, καὶ ὁμογνωμονῆσαι τοῖς συναΐδιον τὸν Υἱὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ δογματίζουσι, καὶ δεχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων εἰς κοινωνίαν· μᾶλλον μέντοι ἐν τῷ πρακτικῷ τῆς πρώτης συνόδου καὶ ὑπερμαχῶν εὕρηται τῶν πιστῶν.

Arii sectam tum amplexabatur etiam Eusebius Pamphilus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus; qui post descivisse dicitur ab Ariana opinione, et consensisse cum iis qui Filium Patri coæqualem, ejusdemque naturæ esse docent, et a sanctis Patribus ad communionem receptus. In Actis autem primi concilii etiam acriter defendisse fideles traditur. Hæc sic a nonnullis exposita reperiuntur (*a*), quæ ipse

(a) Id est apud Gelasium Cyzicenum.

in *Ecclesiastica* sua *historia* magis ambigua facit. In quibus libris sæpe cum Ario facere deprehenditur. Ac statim in libri principio, Davidem citans, *Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt* [7], ait Patrem et factorem, pro conditore ac duce universi haberi, qui regio nutu imperet, secundum autem ab eo divinum Verbum paterna exsequi jussa. *Post nonnulla item dicit*, huic ut Patris potentiæ et sapientiæ, secundas partes regni et imperii in omnes esse creditas. *Et paulo post iterum:* Ac esse naturam quamdam, quæ ante mundum vixerit et substiterit, ac Deo ac Patri universi in rerum factarum opificio ministrarit. Et Salomon sub persona sapientiæ Dei ait: *Dominus condidit me principium viarum suarum* [8], etc. *Deinde post alia plura infert:* Et super hæc omnia sicut Dei Verbum, quod ante fuit et ante sæcula omnia factum est, venerabilem honorem a Deo Patre adeptum, adorari tanquam Deum. Hæc et alia demonstrant Eusebium Ariana dogmata probasse; nisi quis dicat, id opus ante conversionem ab eo fuisse conscriptum.

A Οὕτω μὲν οὖν ταῦτα ἱστορούμενα παρά τινων εὕρηται· ἀμφίβολα δ' ἐκεῖνος αὐτά, δι' ὧν ἐν τῇ *Ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ* εὕρηται συγγραψάμενος, τίθησι· πολλαχοῦ γὰρ ἐν τῷ εἰρημένῳ συγγράμματι Ἀρειανίζων καταλαμβάνεται· αὐτίκα περί που τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου τὸν Δαβὶδ εἰσάγων λέγοντα, *Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν*, φησὶ τὸν μὲν Πατέρα καὶ ποιητὴν, ὡς ποιητὴν καὶ πανηγεμόνα νομίζεσθαι, βασιλικῷ προστάττοντα νεύματι· τὸν δὲ τούτου δευτερεύοντα θεῖον Λόγον, ταῖς πατρικαῖς ὑπουργοῦντα ἐπιταγαῖς. *Καὶ μετά τινα λέγει*, τοῦτον ὡσανεὶ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν, καὶ τὰ δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων βασιλείας καὶ ἀρχῆς ἐμπεπιστευμένον· *καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα*· Καὶ ὅτι ἔστιν οὐσία τις προκόσμιος, ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γενητῶν δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη. Καὶ ὁ Σολομὼν λέγει προσώπῳ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας· *Κύριος ἔκτισέ* B *με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, καὶ ἑξῆς. *Καὶ μεθ' ἕτερα πλείονα φάσκει*· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, οἷα Θεοῦ Λόγον προόντα καὶ πρὸ αἰώνων ἁπάντων οὐσιωμένων [*f.*-νον] τὴν σεβάσμιον τιμὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότα, προσκυνεῖσθαι ὡσὰν Θεόν. Ταῦτα καὶ ἕτερα δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι δόγμασι δεικνύουσιν ὁμόφρονα τὸν Εὐσέβιον· εἰ μή τις φαίη πρὸ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῷ πονηθῆναι τούτων τὴν συγγραφήν.

Baronius ad annum Christi 340, *cap.* 38.

Certe Socrates dealbat Æthiopem, dum nititur ipsum Eusebium ab Ariana hæresi excusare, ac plane immunem reddere. Ipse enim Eusebius licet tandem, ut imperatori morem gereret, Nicæno concilio subscripsisset, iisdem plane sordibus sciens volensque turpius inquinatus est, ut sus lota in volutabro luti, et ut canis ad vomitum suum reversus. Adeo ut qualis ipse fuerit usque ad diem obitus, non sit aliunde quærendum, quam ex rebus post Nicænum concilium ab eo gestis, singulis ferme annis superius recitatis. Ut autem excuset illum ab Ariana hæresi, citat libros ab eo scriptos contra Marcellum Ancyranum episcopum, recitatque ex illis fragmenta quædam quibus demonstratur, eam de Filio Dei Eusebii fuisse sententiam, ut negarit ipsum esse creaturam, tanquam unam ex reliquis creaturis, ex nihilo a Deo creatis. Verum dum nititur ex his Eusebium purgare, aperte significat, se Arii et Arianorum hæresis labyrinthum minime penetrasse. *Et paulo post:* Cæterum Eusebii Pamphili inconstantiam, et post Nicænum concilium, cujus fidei regulæ subscripserat, ad errores pristinos reditum suggillat sæpius Athanasius; eumque demonstrat in Nicæno concilio tanquam ludionem in scena lusisse, habitu catholico super inducto; quem, egressus inde, exuens, personam, quænam esset, in omnibus, ut ait Epiphanius, præ se tulit. Adeo ut idem Eusebius Eusebio Nicomediensi conjunctus, biga impietatis effecti ambo, pari cursu et impetu, impulsore nequam spiritu agitati, in suum ipsorum et aliorum exitium in præceps delati sint. Ut non immerito appellari ipse Eusebius Cæsariensis meruerit a sancto Hieronymo et aliis, Arianæ factionis signifer, propugnator apertissimus, et inter Arianos facile princeps. Cujus et memoriam adeo exsecrata est Nicæna synodus secunda, ut plane eum jam defendere velle, nihil aliud existimandum sit, quam Ecclesiam catholicam impugnare. Unde et pudere Sixtum oporteat, dum adversus omnium antiquorum Patrum sententias, ipsum Eusebium catholicum asseverare non dubitat; cum frigide eum excusans, Eusebii Nicomediensis esse tradit, quod erroris ascribitur Eusebio Pamphili: perinde ac si eorumdem Patrum sententiæ de eodem ambiguæ sint, ac de Eusebio Nicomediensi possint interpretari. Utinam vel exiguus saltem ejus excusandi relinqueretur locus. Quam libentissime ipse historicus pro historico laborarem, cui (quod magna fiducia ingenue profitemur) vel ex ea parte plurimum Ecclesia catholica debet, quod rerum ecclesiasticarum quamplurima antiqua monumenta magno labore collecta, fideliter posteris tradiderit! Ter quaterque felix tot peregregiis lucubrationibus editis, nisi cum impietas Ariana tot tantisque sordibus turpiter aspersisset, et ante, persecutionis tempore, lapsus a fide, eamdem tantopere labefactasset. Quod vero simplicitate quadam et rerum inscitia in suo *Sanctorum catalogo* Petrus inter sanctos eumdem Eusebium retulit, et errore atque incuria quadam in aliquod Martyrologium irrepsit; in nostris ad Romanum Martyrologium notis, pluribus diximus.

[7] *Ps.* XXXII, 9. [8] *Prov.* VIII, 22.

Scaliger in Elencho Trihæresii, *cap*. 27.

Eusebius, quo nullus ecclesiasticorum veterum plura ad historiam Christianismi contulit ; nullus plura errata in scriptis suis reliquit ; nullius plures hallucinationes exstant hodie, etc.

Idem in libro VI De emendatione temporum, *cap*. 1, *sub finem*.

Quanto majorem diligentiam ac judicium in tantis viris desideramus, tanto impensior data est opera, ut non negligenter illorum scripta a nobis legantur. Nam et longe plura deprehendet lector eruditus, majore studio quam judicio ab Eusebio et aliis veteribus collecta. Nos unum tantum Eusebium discussimus, quod ipse, ut diximus, omnium illorum veterum clausula est. Itaque unum Eusebium noris, omnes noris.

Idem Scaliger in Animadversionibus ad Chronicum Eusebianum, *pag*. 8, *exponens verba illa Hieronymi :* « Quam Eusebius hujus conditor libri, non tam ignorasse utpote eruditissimus, » etc., *ita notat :*

Si eruditissimus vocandus qui multa legit, sane nemo illi hanc laudem invidere potest. Sin autem is eruditissimus qui judicium cum multa lectione conjunxit, alium potius quam Eusebium producere debuit.

Suidas in voce Διόδωρος.

Διόδωρος μονάζων, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ἐπισκοπήσας Ταρσῶν τῆς Κιλικίας. Οὗτος ἔγραψεν, ὥς φησι Θεόδωρος Ἀναγνώστης ἐν τῇ *Ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ*, διάφορα · εἰσὶ δὲ τάδε *Χρονικὸν*, διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων.

A Diodorus monachus, qui episcopus fuit Tarsi in Cilicia, temporibus Juliani ac Valentis. Hic varia scripsit opuscula, ut refert Theodorus Lector in *Ecclesiastica Historia :* hæc autem inscribuntur : *Chronicum*, in quo Eusebii Pamphili in digeren is temporibus error castigatur.

EUSEBII PAMPHILI

CÆSARIENSIS EPISCOPI

CHRONICORUM LIBRI DUO

(Ex edit. Ang. MAI, *Script. vet. nova Collectio*, tom. VIII, Romæ, 1833, in-4.)

PRÆFATIO.

Post inventum Eusebii Chronicorum *priorem librum, quem Latini veteres nunquam habuerunt, Græci jam diu desiderabant, Armenii denique orbi restituerunt, duæ tantummodo totius operis editiones curatæ sunt, Mediolanensis videlicet atque Veneta : quæ, separatis locis studiisque factæ, haud semel inter se dissident, neutra vero vel ad unguem elimata vel perfecta est : quanquam ego Venetæ editioni, propter Armeniaci textus doctorumque scholiorum comitatum, præcipuum honorem sponte defero. Quæ cum ita se habeant, nunquam non optavi tertiam demum adornare editionem, quæ omnia superiorum bona conjungeret, mendis exclusis : id quod de priore præsertim libro dictum sit, qui unici codicis Armeniaci auctoritate et Græcorum fragmentorum adminiculo nititur. In posteriore autem libro longe plura adjumenta suppetunt, quibus egregium Eusebii opus ad meliorem frugem revocare licet : sunt enim in Vaticana Pontificis Maximi bibliotheca posterioris* Chronicorum *libri codices plus viginti, quos inter aliquot veteres et præstantissimi. Præterea cum in Mediolanensi ac Veneta unius tantum Eusebii verba contineantur, magnum est operis detrimentum, quod permultis atque præclaris S. Hieronymi additamentis caret. Neque ipsemet Eusebii textus in prædictis editionibus, quæ ex Armeniaco codice manant, integer est atque illibatus : etenim luce meridiana clarius est, non pauca Armenium vel Amanuensem vel interpretem de genuinis Eusebii fragmentis prætermisisse : quam rem Syncellus præsertim, et* Chronicon paschale *(cujus nobilissimus in Vaticana bibliotheca codex est), aperte demonstrant, de quorum veluti rivulorum ab Eusebio origine nullo modo dubitari potest. Profecto sanctus Hieronymus affirmat in præfatione, se ante Trojana tempora nihil prorsus Eusebio addidisse : et tamen Latinus* Chronicorum *textus complura habet ante Trojæ captivitatem, a Græcis sæpe fragmentis confirmata, quæ Armeniacus codex desiderat. Post Trojam quoque captam multa sunt ab Armeniaco interprete prætermissa, quæ Hieronymus retinet, nec tamen inter ejus additamenta censere licet, quia cum Græcis fragmentis sine dubio Eusebianis adamussim congruunt. Operæ igitur pretium me facturum speravi, si universum Eusebii Chronicon nova hac editione integrius, emendatius pleniusque facerem : priorem scilicet librum duarum collatione editionum, criticis aliquot animadversionibus, philologico studio ac sedulitate expolirem et reformarem : posteriorem vero, non solum prætermissis ab Armeniaco interprete Eusebianis fragmentis augerem, verum etiam doctis Hieronymi laboribus cumularem; et quod apprime intererat, tot codicum Vaticanorum auxilio fretus nova prorsus lectione donarem. Hæc est igitur consilii mei summa : cui jam illud addendum est, quod lacunam codicis Armeniaci, inter priorem alterumque librum interjectam, id est consulum Cæsarumque, cum decurrentibus olympiadibus, seriem, invocato* Chronici paschalis *auxilio certissime, ut arbitror, sustuli, et Eusebii opus absolutissimum reddidi.*

EUSEBII PAMPHILI

CÆSARIENSIS EPISCOPI

CHRONICORUM LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM (1).

1. (2) Complura volumina veterum historiarum perlegi, sive quæ apud Chaldæos Assyriosque narrantur, sive quas minute Ægyptii perscribunt, sive denique quas Græci referunt, nulla (siquidem fieri posset) interposita dubitatione : quibus in scriptis tempora regum et olympiadum, qui sunt athletici
A ludi, continentur : nec non si qua præclara facinora a Barbaris et a Græcis, tamque a fortibus (3) quam ab imbecillibus gesta sunt : tum et horum cujusque mirandi exercitus, duces, sapientes, viri strenui, poetæ, historiographi et philosophi *recensentur*. Porro * opportunum duxi, imo perutile et necessarium, breviter hæc omnia disponere : præterea-

ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΛΟΓΟΣ

(*) Σύνοψιν σπουδάσω ποιῆσαι, συναφείας ἅμα καὶ ἀληθείας ἐν πᾶσι φροντίζων, καὶ τῆς καταλλήλου τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας· διαφοράς φημι βασιλέων, καὶ ἱερέων ἀριθμὸν, προφητῶν τε καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν ἢ ἄλλοις ἔθνεσιν ἐπὶ σοφίᾳ βεβοημένων, ἢ ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ ἢ ἀριστείᾳ πολεμικῇ, καὶ ἐπὶ

(1) Ab Armeniaco codice abest auctoris nomen et operis titulus, qui mira varietate a Græcis et Latinis auctoribus recitatur. Hac super re satis nos disputavimus in prævia dissertatione. Qui a nobis ponitur titulus, is evidentibus firmisque testimoniis innititur. Vocabulum item *procemium* in codice Armeniaco desideratur. Denique libri capita in eodem codice re quidem vera distinguuntur, non tamen diserte appellantur.

(2) Integrum Eusebii *Chronicon* (quod Græce utinam aliquando emergat!) legebat, ut opinor, excerpebatque recentior quidam Græcus chronographus, cujus parva digestio temporum, ab orbe condito ad captam a Turcis Constantinopolim, exstat Romæ in codice 175 nobilissimæ gentis Barberiniorum. En porro opusculi exordium, concessu amici præsidis a me descriptum, quo auctor evidenter compilat Eusebii (uti eum nunc habemus ab interprete Armenio) præfationem primumque operis caput. Licebit itaque futuris Eusebii editoribus Græcas aliquot pericopas ex hoc anonymo ad famigeratum illud *Chronicon* jure postliminii revocare : Ἡ περὶ τῶν χρόνων ἀκρίβεια πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἐπεξειργάσθη, καὶ ὃ φίλον ἑκάστῳ, τέλος τῆς ἐπιστήμης γεγένηται· ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιθέμενος, τὰ ἑκάστῳ πονηθέντα συναγηοχὼς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν Βίβλων φερομένην Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν καὶ χρονογραφίαν μετὰ χεῖρας θέμενος, τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προὐθέμην· ὡς ἂν εἰδείημεν, ὁπόσοις πρόσθεν χρόνοις τῆς σωτηρίου θεοφανείας Μωσῆς καὶ οἱ μετ' αὐτὸν γενόμενοι προφῆται, τὰ κατ' αὐτὸν σὺν θείῳ Πνεύματι προσεφωνήκασι· καὶ ὡς ἂν ἔχοιμεν ἐκ προχείρου διαγινώσκειν, τίσιν Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οἱ παρ' ἑκάστῳ ἔθνει γενόμενοι σοφοὶ ἢ ποιηταὶ ἢ λογογράφοι, καὶ ὅσοι ἄλλοι γεγόνασι διαφανεῖς, συνήκμασαν· καὶ ποίους τε χρόνους ἀπεδείχθησαν πρῶται βασιλεῖαι, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων πόλεων ἀνιδρύσεις. Ἀρκτέον οὖν ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν ἡ τῶν χρόνων σύστασις εἴληφε, καθ' ἣν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ γεγονὼς, ἐπὶ τοὺς ἑξῆς ἀπογόνους τὴν φύσιν προήγαγεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἐπιτόμῳ λέξομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· νῦν δὲ πρῶτον περὶ τῶν βασιλειῶν. Πρώτην πασῶν ἀναγράφουσι τὴν Χαλδαίων βασιλείαν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, Βηρωσσὸς, καὶ Ἀβυδηνὸς, καὶ Ἀπολλόδωρος, οἳ πρῶτον μὲν ἱστοροῦσιν ἀβασίλευτα ἔτη ͵ανη'· φασὶ γὰρ Ἀδὰμ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἡγήσασθαι τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἔτη ϡλ'· μετά τε τούτου Σὴθ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔτη ρκη'· ὡς εἶναι ὅλα τὰ ἀβασίλευτα ἔτη ͵ανη', ἐν οἷς βασίλειον οὐδέπω ἐν τῇ Γραφῇ ὠνομάσθη. Ἐν δὲ τῷ ͵ανη', πρῶτος ἐν τῷ βορείῳ κλίματι, τῷ καλουμένῳ κάτω χώρᾳ, ἀπόγονοι Σὴθ Χαλδαῖοι ἤγειραν ἑαυτοῖς
B βασιλέα Ἄλωρον ἀπὸ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον, ὃν βασιλεῦσαί φασι σάρους δέκα· μετὰ δὲ τοῦτον βασιλεῦσαι ἑτέρους βασιλέας θ' ἕως κατακλυσμοῦ· ὡς εἶναι βασιλεῖς τοὺς πάντας ι', ὧν τοὺς τῆς βασιλείας χρόνους ἐψηφίσαντο Χαλδαῖοι τότε κατὰ τὸ ἐγχώριον καὶ πάτριον τῶν ψήφων καὶ χρόνων ὀνομασίας, διά τε σάρων καὶ νήρων καὶ σόσσων, ὡς οἱ παρ' αὐτοῖς ἱστοριογράφοι μαρτυροῦσιν· οἳ καὶ ἐγένοντο σάροι ρκ'· καὶ τὸν μὲν σάρον εἰρήκασιν εἶναι ἔτη ͵γχ'· τὸν δὲ νῆρον ἔτη χ'· τὸν δὲ σόσσον ἔτη ξ'· ἀριθμεῖσθαι δὲ ταῦτα ἀρχαιοτέρᾳ τινὶ μεθόδῳ. Ἀπὸ δὲ Ἀλώρου τοῦ πρώτου παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντος, μέχρι Ξισούθρου τοῦ κατὰ τὸν κατακλυσμὸν βασιλεύσαντος, ἱστοροῦσι βασιλεῖς ι'· βασιλεῦσαι δὲ αὐτοὺς σάρους ρκ'· οὓς σάρους φασὶ ποιεῖν ἐτῶν μυριάδας μγ', καὶ χρόνους δύο χιλιάδας· ἦσαν δὲ οὗτοι· Ἄλωρος ἐβασίλευσε, ὡς εἴρηται, σάρους ι'· Ἀλάπαρος σάρους γ'· Ἀμήλων σάρους ιγ'. Ἀμμένων σάρους ιβ', κ. τ. λ. Exin, aliquot interjectis, loquitur auctor de sarorum, nerorum, sosso-
C rumque significatu (uti est apud Syncellum ed. paris., p. 32). Deinde, multis interpositis, occurrit notabilis locus de Romano ante Trojana tempora (*a*) annis CCCXXV, cœpto regno (*b*), quod deinceps reges plus triginta tenuerint annis mille usque ad consulatus

(3) Vocabulum Armeniacum ARIK valet *fortes*, derivaturque ab AIR *vir*, opponitur τῷ EK, *femina*. Hinc

(*a*) Opinionem hanc suadet Antiochus Syracusanus apud Dionysium Halic. I, 73.

(*b*) Nempe Mosis ætate. Legesis Euseb. Chron., lib. II, ubi a Mosis ducatu ad Trojam captam excurrunt an. CCCXXV, a Troja capta ad consules, anni ferme DCLXXV.

que sanctis Hebræorum litteris contentas Hebraicas antiquitates atque chronologiam sermoni meo adjungere : scilicet ut possimus apprime intelligere, quanto tempore ante salutarem Dei manifestationem Moses exstiterit (1), nec non qui post eum Hebræorum prophetæ divino Spiritu afflati vaticinati sunt : atque ut facile cognoscamus, Græcorum vel Barbarorum insignes homines, qui in singulis gentibus florere visi sunt, quo tempore occurrerint celebribus illis veteribus apud Hebræos, prophetis videlicet, iisque singulis qui eidem genti cum imperio præfuerunt *.

2. Sed enim jam inde ab exordio palam cunctis edico, ne quis unquam arroganter contendat, quasi fieri possit ut temporum certissima cognitio acquiratur. Quod sane quisque sibi persuadebit, si primo veracem Magistrum cogitet familiaribus suis dicentem ** : « Non est vestrum nosse horas et tempora, quæ Pater posuit in sua potestate. » Etenim is Dei Dominique more non de ultima tantum consumptione, sed de cunctis temporibus eam præcisam sententiam protulisse mihi videtur ; videlicet ut eos compesceret, qui nimis audacter inanibus ejusmodi scrutationibus mentem attendunt. Deinde et noster hic sermo vehementi testimonio eamdem magistri sententiam probabilem faciet : videlicet neque Græcorum neque Barbarorum neque aliarum quarumvis gentium neque ipsorum Hebræorum (2) universalem chronologiam nos posse evidenter addiscere. Porro autem contenti erimus, si præsens noster tractatus ad duo statuenda nos adjuvet : nempe primo, ut nemo sibi persuadeat (quod hactenus a quibusdam factitatum est) fieri posse ut accurata scientia ratio temporum comprehendatur, quæ profecto hallucinatio est ; deinde ut quisque probe sciat, id tantummodo curatum a nobis, ut aliquo pacto quinam sit hujus controversiæ status percipiatur, ne prorsus in ambiguitate nutemus (3).

3. Et Græcos quidem non est mirum diu admodum omni memoria caruisse (4) : quippe qui variis malisque exterminiis obnoxii fuerunt ; diuque, nempe usque ad Cadmi ætatem, nullis prorsus litteris usi sunt : primus enim dicitur Cadmus litterarum elementa e Phœnicum regione eis attulisse. Sane et in Platonis libro jure castigat Ægyptius ille Solonem : « O Solon ***, inquit, Græci semper pueri estis, neque senex Græcus unquam invenitur : ideoque priscorum temporum doctrinam nemo a vobis discere queat (5)... » Porro et Ægyptiorum multæ feruntur insanæ historiæ, itemque Chaldæorum. Et quidem hi plus quam quadraginta annorum myriades temporibus suis continere se putant (6) ; Ægyptii **** autem deorum, semideorum, prætereaque manium et mortalium aliorum regum mul-

μοχθηρίᾳ προδήλῳ· πάντα, ὡς οἷός τε ὢν (7), ἀναλεξάμενος ἐκ τῶν προειρημένων ἱστορικῶν ἀνδρῶν. *Hæc ex Syncello, p. 6, B, sed aliquantum interpolata.*

(*) Ἐγὼ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιθέμενος, τὰ ἑκάστῳ πονηθέντα συναγηοχὼς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν Βίβλων φερομένην Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν καὶ χρονογραφίαν μετὰ χεῖρας θέμενος, τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προὐθέμην· ὡς ἂν εἰδείημεν ὁπόσοις πρόσθεν χρόνοις τῆς σωτηρίου θεοφανείας Μωσῆς καὶ οἱ μετ' αὐτὸν γενόμενοι προφῆται, τὰ κατ' αὐτὸν σὺν θείῳ Πνεύματι προσεφωνήκασι· καὶ ὡς ἂν ἔχοιμεν ἐκ προχείρου διαγινώσκειν, τίσιν Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οἱ παρ' ἑκάστῳ ἔθνει γενόμενοι σοφοὶ ἢ ποιηταὶ ἢ λογογράφοι, καὶ ὅσοι ἄλλοι γεγόνασι διαφανεῖς, συνήκμασαν· καὶ ποίοις τε χρόνοις ἀπεδείχθησαν πρῶται βασιλεῖαι, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων πόλεων ἀνιδρύσεις. *Ex chronographo inedito bibliothecæ Romanæ Barberiniorum.*

(**) Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. *Ex Act. apost.* I, 7.

(***) Ὦ Σόλων, φησὶ, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἑλλήνων οὐδεὶς, οὐδέ ἐστι παρ' ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα. *Ex Platonis* Timæo, *non procul initio.*

(****) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς *Χρονικοῖς* αὐτοῦ, φησὶν οὕτως· Αἰγύπτιοι δὲ θεῶν καὶ ἡμιθέων, καὶ παρὰ τούτοις νεκύων καὶ θνητῶν ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν. *Ex Syncello, p. 40, D.*

latus initia : Τὸ παλαιὸν πρὸ πέντε καὶ εἴκοσι καὶ τριακοσίων ἐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, βασιλέας φασὶ γενέσθαι Ῥώμης τὸν ἀριθμὸν πλέον ἢ λ'· ἔτη δὲ αὐτοὺς κατάρξαι χίλια· μετὰ δὲ ταῦτα ὕπατοι προειστήκεισαν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· ἔπειτα δήμαρχοι καὶ οἱ δικτάτωρες, καὶ πάλιν ὕπατοι ἐπὶ χρόνον· καὶ οὗτοι υξ' (*a*)· αὖθις δὲ Γάϊος καταλύσας τὴν τῶν ὑπάτων ἀρχὴν ἐμονάρχησε Ῥωμαίων, κ. τ. λ.

Hinc ANARIK, *imbecilles*. Hæc duo vocabula poterant etiam converti (quod in specimine olim fecimus) *Persæ* et *non Persæ* (nempe *aliæ gentes*). Certe antiquitus *Persæ* dicebantur ab Armeniis ARIK ex provincia maxima *Aria*, de qua vide Mosis Chorenensis *Geographiam*, cap. 91. Ita eos appellat idem Chorenensis, *Hist.* II, 40, 71, 81, nec non Elisæus aliique historici ; *non Persas* autem ANARIK.

(1) Nempe Eusebius vel maxime curat, ut vetustatem Judaicæ gentis, veræque adeo religionis, hoc opere ostendat : quod studium in prooemio quoque posterioris Chronicorum canonum libri aperte prodit. Id autem diu ante Eusebium factitaverat Josephus in *Antiquitatibus Judaicis* et in libris *Adversus Apionem*.

(2) Hic locus in Armeniaca interpretatione paulo obscurior incertiorque est.

(3) Eamdem fere modestiam præ se fert Eusebius etiam in *Ecclesiastica historia* I. 1.

(4) Eadem sententia est Josephi, *Contra Ap.* I, 2-4, quo Josephi loco utitur Eusebius *Præp. ev.*, X, 7.

(5) Paulo aliter se habet Græci textus sententia, quod et de aliis aliquot locis dictum esto.

(6) Hæc Babylonorium commenta diserte condemnat aut stultitiæ aut vanitatis aut impudentiæ Cicero, *De divin.* I, 19, cujus auctoritas minime præjudicata instar omnium sit. Item legatur Diodorus Siculus, *Hist.* II, 31.

(7) Corrige ὡς οἷόν τε ἦ.

(*a*) Hæc quoque annorum CCCLX supputatio a primis consulibus ad Julii principatum probe congruit cum Eusebii Canone.

ias delirantium more fabulas nectunt. Quid ergo mea interest, qui veritatem in primis colo, res ejusmodi minutius perscrutari? Quin adeo vel apud mihi dilectos Hebræos dubia quædam occurrunt, quæ suo tempore proferam. Interim hæc ad increpandam vanorum chronographorum jactantiam dicta sint.

4. Ego igitur ejus negotii causa, quod præ manibus habeo, antiquorum libros pervolutans, primum Chaldæorum chronographiam ponam, tum Assyriorum: deinde reges Medorum, post Lydorum, juxtaque Persarum. Hinc alio me transferens universum Hebræorum chronicon ascribam ex ordine. Rursus tertio loco Ægyptiacarum opum tempora, additis etiam Ptolemæis, qui post Alexandrum Macedonem Ægypti regnum Alexandriæque tenuerunt. Rursus ex alio capite exordiens, qua ratione Græci suas historias digerant, diligenter exponam: primoque *dicam* eos qui Sicyone regnarunt, tum qui in Argivorum regione, et qui in ipsa urbe Athenarum, a primo recensens usque ad ultimum *præsidem*: itemque eos qui Lacedæmone, et qui Corinthi *dominati sunt*: tum et eos qui quavis in plaga imperium maris tenuerunt: addam his denique et Olympiadum librum, qui a Græcis confectus est. Postquam hæc singula in comparativam seriem coegero, tum et primos Macedonum reges ac Thessalorum, deinde Syrorum (1) atque Asianorum, qui post Alexandrum rerum gubernacula tenuerunt, singillatim scribam. Ubi de hisce omnibus dixero, singillatim distincteque collocabo eos, qui ducto initio ab Ænea, post captum Ilium, Latinis imperitaverunt, qui et Romani deinceps appellati sunt: hinc ex ordine eos qui Romulum Romanæ urbis conditorem consecuti sunt: tum et eos qui post Julium Cæsarem atque Augustum recta serie fuerunt imperatores: denique et annuos consules qui his impliciti sunt.

5. Mox mihi materia ex hisce omnibus comparata, ad chronicos canones pergam: incipiensque ab iis *hominibus* qui jam inde a primordiis in unaquaque
A gente regnarunt, tempora distincte singulis pro rata portione attribuam, atque annos cujusque e regione alterutrorum exponam, ut facile et illico cognoscamus quinam quo tempore fuerint. Porro et cujusque regni præclara facinora, cujusmodi in cunctis gentibus passim narrantur, breviter in ipsum regnum inseram. Sed enim hæc libri secundi lucubratio posterior erit. Interim proximo libro age jam ad chronologiam Chaldæorum videndam veniamus, quam videlicet de suis majoribus tradunt.

CAPUT I (2).

Qua ratione Chaldæi chronographiam conficiant; ex Alexandro Polyhistore (3). Et de Chaldæorum libris, deque primo ipsorum regno.

1. Hæc quidem Berosus in primo libro narravit:
B secundo autem reges singillatim recensuit *. Ut ipse inquit, Nabonassarus erat eo tempore rex Et regum quidem nomina diligenter acervat; nullum tamen eorum opus peculiariter recitat, fortasse quia nihil memorandum esse arbitratur. Ex eo igitur regum tantummodo seriem depromere licet. Hac ** vero ratione narrationem exorditur, ut Apollodorus (4) ait: nempe primum exstitisse regem Alorum (5), ex urbe Babylone Chaldæum: hunc saris decem regno potitum. Porro is *** sarum ex annis ter mille ac sexcentis conflat. Addit etiam nescio quos neros et sossos: nerum ait sexcentis annis constare, sossum annis sexaginta. Sic ille de veterum more annos supputat.

2. His dictis, pergit porro; regesque Assyrio-
C rum singillatim atque ex ordine enumerat: decem videlicet ab Aloro primo rege usque ad Xisuthrum, sub quo magnum illud primumque diluvium contigisse ait, quod Moses quoque commemorat. Jam summam temporum, quibus hi reges imperitaverunt****, ait esse saros centum viginti, nempe quadraginta tres annorum myriades annosque bis mille (6). Tum et disertis verbis ita scribit: Defuncto, inquit, Aloro, regnavit ejus filius Alaparus ***** saris tribus. Post Alaparum Almelon (7) ex

(*) Ταῦτα Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει; ἐν δὲ δευτέρᾳ τοὺς βασιλεῖς. *E Scaligero Euseb.* Chron. *ed.*, an. 1658, *part. Gr.*, *p.* 6.

(**) Ἀπολλόδωρος οὕτω λέγει. Ταῦτα μὲν ὁ Βηρωσσὸς ἱστόρησε πρῶτον γενέσθαι βασιλέων Ἄλωρον ἐκ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. *Ex Syncello*, *p.* 39 *B*.

(***) Βηρωσσὸς διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων ἀνεγράψατο· ὧν ὁ μὲν σάρος τρισχιλίων καὶ ἑξακοσίων ἐτῶν χρόνον σημαίνει, νῆρος ἐτῶν ἑξακοσίων, ὁ δὲ σώσσος ἑξήκοντα. *Ex Syncello*, *p.* 17 *A*.

(****) Καὶ συνῆξε (Βηρωσσὸς) σάρους ἑκατὸν εἴκοσι διὰ βασιλέων δέκα, ἤτοι χρόνον ἐτῶν μυριάδων τεσσαράκοντα τριῶν καὶ δύο χιλιάδων. *Ex Syncello*, *p.* 17 *B*.

(*****) Καὶ καθεξῆς Ἀλάπαρον καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων. Εἶτα Ἀμμένωνα τὸν Χαλδαῖον, ἐφ' οὗ φησὶ φανῆναι τὸν μυσαρὸν Ὠάννην τὸν Ἀννήδοτον ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς. Εἶτα Μεγάλαρον ἐκ Παντιβίβλων πό-

(1) Codex Arm. *Assyriorum*, quæ confusio in aliis quoque ejusdem codicis locis occurrit. Vide Justinum I, 2, in fine, cum notis variorum.

(2) Capita hæc Eusebii videtur satis aperte explicare Cyrillus *contra Julianum*, lib. I.

(3) Alexander Polyhistor, quem L. Sylla civitate donavit. Serv. *ad Æn.* IX, 388.

(4) Num Apollodorus Berosum, Apollodorum Polyhistor, ideoque ipsum Berosum, inducit loquentem? Sane locus in codice Arm. ambiguitate laborare videtur.

(5) Non est hic prætermittendum præclarum Chorenensis *Hist.* I, 5, testimonium et judicium
D de Aloro: *Scriptores veteres seu voluntatis arbitrio seu quavis alia de causa narrationes, nomina ac tempora immutaverunt, deque rerum origine partim vere, partim falso, locuti sunt; veluti et de prima re creata, quam non hominem sed regem vocitant, eique barbarum nomen faciunt ac significatus expertem, atque annos vitæ triginta sex mille ascribunt.*

(6) Ita etiam Græcus textus Syncelli, nec non Barberinianus infra ponendus. Sed Suidas voc. Σάροι scribit MMCCXXII.

(7) Græce Ἀμήλων. Hujusmodi varietates deinceps lector per se ipse notabit.

urbe Pantibiblis (1) Chaldæus saris tredecim. Almeloni successit Ammenon item ex Pantibiblis Chaldæus saris duodecim. Hujus ætate bellua quædam, cui nomen Idotioni, e Rubro mari emersit, forma ex homine et pisce mista. Hinc Amegalarus (2) Pantibiblicus octodecim saris regnavit. Deinde pastor Daonus Pantibiblicus, qui et ipse saris decem regno potitus est. Hoc imperante, rursus e Rubro mari emerserunt, eadem hominis itemque piscis figura, monstra (3) quatuor. Postea regnavit Edoranchus Pantibiblicus saris octodecim. Eo tempore item apparuit e Rubro mari aliud quiddam simile piscis et hominis, cui nomen Odaconi. Hos, inquit, omnes ea, quæ ab Oanne summatim dicta erant, accurate exposuisse. Exin imperavisse Amempsinum e Lancharis Chaldæum saris decem. Tum regnum tenuisse Otiartem e Lancharis Chaldæum saris octo. Defuncto denique Otiarte, filium ejus Xisuthrum rexisse imperium saris octodecim : sub eoque evenisse magnum diluvium. Conflatur igitur summa decem regum et sarorum centum viginti *. Hæc est porro regum series.

I. Alorus saris x. II. Alaparus saris III.

A III. Almelon saris XIII. VII. Edoranchus s. XVIII.
IV. Ammenon saris XII. VIII. Amempsinus sar. X.
V. Amegalarus sar. XVIII. IX. Otiartes saris VIII.
VI. Daonus saris X. X. Xisuthrus saris XVIII.

3. Summa, reges decem, sari centum viginti (4). Jam ab his centum viginti saris confici aiunt quadraginta tres annorum myriades, et bis mille insuper annos; siquidem sarus annis ter mille et sexcentis constat. Hæc in Polyhistoris Alexandri libris narrantur. Jam si quis fidem adhibeat his libris tot myriades annorum jactantibus, eumdem necesse est et plura alia plane incredibilia rata habere, quæ ibidem continentur (5).

Sed jam illud quoque narrabo, quod in eodem historiæ primo libro prædictus Berosus scribit, B idque hactenus dictis accensebo, nempe quod ipse Polyhistor eodem libro suo refert diligenter admodum hoc tenore sermonis.

CAPUT II.

De Chaldaica improbabili historia. Ex eodem Polyhistore Alexandro, de prædicto Chaldæorum libro.

1. Enimvero Berosus * narrat in primo *Babylo-*

λεως· βασιλεῦσαι δ' αὐτὸν σάρους ὀκτωκαίδεκα. Καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον ποιμένα ἐκ Παντιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους δέκα. Κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς Ἀννήδοτον τέταρτον τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντα διάθεσιν, καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μίξιν. Εἶτα ἄρξαι Εὐεδώρεσχον ἐκ Παντιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλον φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅμοιον κατὰ τὴν ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μίξιν, ᾧ ὄνομα Ὠδάκων. Τούτους δὲ, φησὶν, πάντας τὰ ὑπὸ Ὠάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι. Εἶτα ἄρξαι Ἀμεμψινὸν Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων· βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ὄγδοον σάρους δέκα. Εἶτα ἄρξαι Ὠτιάρτην Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ σάρους η'. Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν κατακλυσμόν φησι γεγενῆσθαι· ὡς γίνεσθαι ὁμοῦ πάντας βασιλεῖς δέκα, σάρους δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. *Ex Syncello*, p. 39 B *sqq.*

(*) Πρώτην πασῶν ἀναγράφουσι τὴν Χαλδαίων βασιλείαν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, Βηρωσσὸς καὶ Ἀβυδηνὸς καὶ Ἀπολλόδωρος, οἳ πρῶτον μὲν ἱστοροῦσιν ἀβασίλευτα ἔτη ͵ανη'· φασὶ γὰρ Ἀδὰμ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἡγήσασθαι τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἔτη ͵ταιλ'· μετὰ δὲ τοῦτον Σὴθ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔτη ρκη'· ὡς εἶναι ὅλα τὰ ἀβασίλευτα ἔτη ͵ανη', ἐν οἷς βασίλειον οὐδέπω ἐν τῇ γραφῇ ὠνομάσθη· ἐν δὲ τῷ ͵ανη' πρῶτος ἐν τῷ βορείῳ κλίματι, τῷ καλουμένῳ κάτω χώρᾳ, ἀπόγονοι Σὴθ Χαλδαῖοι ἤγειραν ἑαυτοῖς βασιλέα Ἄλωρον ἀπὸ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον, ὃν βασιλεῦσαί φασι σάρους δέκα· μετὰ δὲ τοῦτον βασιλεῦσαι ἑτέρους βασιλέας θ' ἕως κατακλυσμοῦ· ὡς εἶναι βασιλεῖς τοὺς πάντας ι', ὧν τοὺς τῆς βασιλείας χρόνους ἐψηφίσαντο Χαλδαῖοι τότε κατὰ τὸ ἐγχώριον καὶ πάτριον τῶν ψήφων καὶ χρόνων ὀνομασίας, διά τε σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων, ὡς οἱ παρ' αὐτοῖς ἱστοριογράφοι μαρτυροῦσιν· οἳ καὶ ἐγένοντο σάροι ρκ'· καὶ τὸν μὲν σάρον εἰρήκασιν εἶναι ἔτη ͵γχ'· τὸν δὲ νῆρον ἔτη χ'· τὸν δὲ σῶσσον ἔτη ξ'· ἀριθμεῖσθαι δὲ ταῦτα ἀρχαιοτέρᾳ τινὶ μεθόδῳ. Ἀπὸ δὲ Ἀλώρου τοῦ πρώτου παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντος, μέχρι Ξισούθρου τοῦ κατὰ τὸν κατακλυσμὸν βασιλεύσαντος, ἱστοροῦσι βασιλεῖς ι'· βασιλεῦσαι δὲ αὐτοὺς σάρους ρκ'· οὓς σάρους φασὶ ποιεῖν ἐτῶν μυριάδας μγ', καὶ χρόνους δύο χιλιάδας· ἦσαν δὲ οὗτοι. Ἄλωρος ἐβασίλευσε, ὡς εἴρηται, σάρους ι', Ἀλάπαρος σάρους γ', Ἀμμένων σάρους ιϐ', κ. τ. λ. *Ex chronographo inedito Barberiniorum.*

Χαλδαίων ἐβασίλευσαν

α' Ἄλωρος σάρους δέκα.
β' Ἀλάσπαρος σάρους τρεῖς.
γ' Ἄμηλων σάρους δεκατρεῖς.
δ' Ἄμμενων σάρους δώδεκα.
ε' Μεγάλαρος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
ϛ' Εὐεδώραχος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
ζ' Δάωνος ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα.
η' Ἀμφὶς σάρους δέκα.
θ' Ὠτιάρτης σάρους ὀκτώ.
ι' Ξίσουθρος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
Syncell. p. 18 A *sqq.*

(*) 1. Βηρωσσὸς δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βαβυλωνιακῶν φησὶ γενέσθαι μὲν αὐτὸν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλ-

(1) Codex Arm. modo *Pautibiblis*, ut hic; modo *Pantibiblis* : quæ varietas in Græco quoque textu visitur.

(2) Cod. hic *Amelagarus*, sed mox *Amegalarus*, quod cum Græco textu magis congruit.

(3) Vox Armeniaca (quam interpretamur *monstra*) est IVSGHABARIGH eaque derivatur ex IVSIGH, *lenis*, et BARIGH quod est a verbo BAREM, *choreas agitare* : quasi igitur dicas *lenem saltatorem*. Tamen Armeniorum antiqua glossaria hanc vocem explicant *formam partim muliebrem, partim volatilem*. Sed enim in divinis Bibliis Isai. XIII, 22; XXXIV, 14, quo loco Græci habent ὀνοκένταυροι, interpretes C Armenii scribunt IVSGHABARIGH. Denique Eznichius cap. 24 ait : IVSGHABARIGH, *in maceriis habitare feruntur : hi Græce hippotauri appellantur*. Idcirco et Chorenensem Wistoni interpretantur *Hist.* II, 60 : *Aut Lapitharum et Centaurorum de Pirithoi nuptiis certamina*; quo loco est IVSGHABARGHAZ.

(4) Repetitio hæc plane exstat in codice Armeniaco.

(5) Sapienter hoc ponit Eusebius adversus eos qui cum barbaricarum historiarum fabulas uti par est irrideant, earumdem tamen absurdas æque chronologias haud aspernari videntur.

nicarum Rerum libro, se coætaneum fuisse Alexandro Philippi, compluriumque auctorum codices exscripsisse (1) qui magna cura Babylone asservabantur jam inde ab annorum myriadibus ducentis (2) et quindecim : quibus codicibus continebantur rationes temporum, itidemque scriptæ erant historiæ cœli terræque et maris, primæque rerum originis, nec non regum facinorumque ab his patratorum.

2. Et primum quidem dicit regionem Babyloniorum sitam esse ad amnem Tigrim ; Euphratem (3) autem eamdem interfluere (4). Ibidem silvestre triticum nasci et hordeum et lentem et ervum et sesamum : tum in paludibus et arundinetis ejus fluminis radices quasdam occurrere esui aptas, quibus nomen est gongis, easque panis hordeacei vim habere : denique ibi esse palmas et mala aliaque multi generis poma, piscesque et volatilia silvestria atque palustria. Porro regionis ejus partem, quæ Arabiam spectat, aridam esse fructibusque carentem ; quæ vero contra Arabiam sita est, eam montibus et fructibus abundare. Jam in ipsa urbe Babylone ingentem alienigenarum hominum , qui videlicet Chaldæam incolunt, colluviem versari, eosdemque luxuriosam et bellnini prorsus ritus vitam agitare.

3. Atque primo anno e Rubro mari emersisse ait intra eosdem terminos Babyloniorum horrendam quamdam belluam, cui nomen Oanni, quod et Apollodorus in *Historia* narrat : eamque toto quidem corpore piscem fuisse, verum sub capite piscis aliud caput appositum, et in cauda pedes ad instar hominis, et loquelam humanæ similem : ejusque imaginem ad hunc usque diem delineatam superesse. Hanc belluam, inquit, interdiu cum hominibus versari solitam, nullumque cibum capere : docuisse homines litteras, et varia genera artium, descriptiones urbium, templorum structuras, juris prudentiam, finium regundorum doctrinam : semina præterea et fructuum collectionem demonstravisse, atque omnia prorsus quæ mundanæ societati conducunt hominibus tradidisse : ita ut ex eo tempore nemo aliquid frugi invenerit. Tum sub solis occasum eam belluam Oannem denuo mergi solitam mari, noctuque in immenso pelago collocari, atque ita ancipitem quamdam vitam degere. Deinceps et alias superiori similes belluas semet prodidisse, de quibus in regum historia dicturum se pollicetur. Rursusque ab Oanne ait scriptum de rerum origine, et de publico regimine, impertitamque ab eadem bellua hominibus loquelam et industriam.

4. Tempus, inquit, aliquando fuit cum universus orbis tenebris et aquis occupabatur : erantque ibi et aliæ belluæ, quarum quædam ex se ipsis ortæ erant, figuris tamen utebantur nascentium ex ante viventibus. Erant et homines, partim quidem duabus partim quaternis alis instructi duabusque faciebus ; et corpore in uno geminum caput habentes, muliebre videlicet et virile, cum duobus item genitalibus femineo et masculino (5). Erant et alii homines caprinis femoribus, capite cornigero : alii

ἵππου τὴν ἡλικίαν· ἀναγραφὰς δὲ πολλῶν ἐν Βαβυλῶνι φυλάσσεσθαι μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπὸ ἐτῶν που ὑπὲρ μυριάδων δεκαπέντε περιεχούσας χρόνον· περιέχειν δὲ τὰς ἀναγραφὰς ἱστορίας περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ θαλάσσης καὶ πρωτογονίας καὶ βασιλέων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πράξεων.

2. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν Βαβυλωνίαν γῆν φησι κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου ποταμοῦ μέσην· φύειν δὲ αὐτὴν πυροὺς ἀγρίους καὶ κριθὰς καὶ ὄχρον καὶ σήσαμον καὶ τὰς ἐν ἕλεσι φυομένας ῥίζας ἐσθίεσθαι, ὀνομάζεσθαι αὐτὰς γόγγας· ἰσοδυναμεῖν δὲ τὰς ῥίζας ταύτας κριθαῖς· γίνεσθαι δὲ φοίνικας καὶ μῆλα καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα καὶ ἰχθύας καὶ ὄρνεα χερσαῖα τε καὶ λιμναῖα. Εἶναι δὲ αὐτῆς τὰ μὲν κατὰ Ἀραβίαν μέρη ἄνυδρά τε καὶ ἄκαρπα, τὰ δὲ ἀντικείμενα τῇ Ἀραβίᾳ, ὀρεινά τε καὶ εὔφορα. Ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων γενέσθαι ἀλλοεθνῶν κατοικησάντων τὴν Χαλδαίαν· ζῆν δὲ αὐτοὺς ἀτάκτως, ὥσπερ τὰ θηρία.

3. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοροῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἄφρενον (6) ὀνόματι Ὠάννην, καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησε, τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἔχον ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος· εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου· τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. Τοῦτο δὲ, φησὶν, τὸ ζῶον τὴν μὲν ἡμέραν διατρίβειν μετὰ τῶν ἀνθρώπων, μηδεμίαν τροφὴν προσφερόμενον· παραδιδόναι τε τοῖς ἀνθρώποις γραμμάτων καὶ μαθημάτων καὶ τεχνῶν παντοδαπῶν ἐμπειρίαν καὶ πόλεων συνοικισμοὺς καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις καὶ νόμων εἰσηγήσεις, καὶ γεωμετρίαν διδάσκειν, καὶ σπέρματα καὶ καρπῶν συναγωγὰς ὑποδεικνύειν, καὶ συνόλως πάντα τὰ πρὸς ἡμέρωσιν ἀνήκοντα τοῦ βίου παραδιδόναι τοῖς ἀνθρώποις· ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐδὲν ἄλλο περισσὸν εὑρεθῆναι. Τοῦ δὲ ἡλίου δύναντος τὸ ζῶον τουτονὶ δῦναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τὰς νύκτας ἐκεῖ διαιτᾶσθαι· εἶναι γὰρ αὐτὸν ἀμφίβιον. Ὕστερον δὲ φανῆναι καὶ ἕτερα ζῶα ὅμοια τούτων, περὶ ὧν ἐν τῇ τῶν βασιλέων ἀναγραφῇ φησὶν δηλώσειν. Τὸν δὲ Ὠάννην περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας γράψαι, καὶ παραδοῦναι τόνδε τὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις.

4. Γενέσθαι φησὶ χρόνον ἐν ᾧ τὸ πᾶν σκότος καὶ ὕδωρ εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ζῶα τερατώδη, καὶ εἰδιφυεῖς (7) τὰς ἰδέας ἔχοντα ζωογονεῖσθαι· ἀνθρώπους γὰρ διπτέρους γεννηθῆναι, ἐνίους δὲ καὶ τετραπτέρους καὶ διπροσώπους· καὶ σῶμα μὲν ἔχοντας ἓν, κεφαλὰς δὲ δύο, ἀνδρείαν τε καὶ γυναικείαν, καὶ αἰδοῖά τε διττὰ, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ· καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους τοὺς μὲν αἰγῶν σκέλη καὶ κέρατα ἔχοντας, τοὺς δὲ ἱππόποδας, τοὺς δὲ τὰ ὀπίσω μὲν μέρη ἵππων, τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, οὓς ἱπποκενταύρους τὴν ἰδέαν εἶναι. Ζωογονηθῆναι δὲ καὶ

(1) Codex Arm. recedit aliquantum a Græco, uti nunc se habet, exemplari : nec raro et alibi.

(2) Ita codex Arm. At Græcus textus tantummodo *quindecim*.

(3) Armenii *Tigrim* dicunt *Deglathium*, *Euphratem* vero *Arazanem*.

(4) Textus Gr. *mediam* (potius) *inter Tigrim et Euphratem*, id est *Mesopotamiam*.

(5) De antiquissimis androgynis lege etiam Platonem apud Eusebium *Præp. ev.* XII, 12.

(6) Ex Armeniaco interprete arbitror corrigendum φρικτόν. Monuit tamen postea doctissimus editor, in *Emendandis*, legendum ἀφραῖνον, « quod vocabulum, inquit, occurrit apud Nyssenum in oratione *contra Macedonianos*, § 1, a me nuper edita. »

(7) Videtur dicendum αὐτοφυεῖς, præterea aliquid deesse Græco textui.

rursus equinis pedibus : alii denique posteriore parte equina, anteriore autem humana, cujusmodi hippocentauris (1) figura est. Tauros quoque humanis cum capitibus procreatos esse ait : et canes cum quadruplici corpore, quibus caudæ ad instar piscium e clunibus proeminerent : equos præterea cynocephalos; et homines aliasque belluas hippocephalas et humana forma cum piscium caudis : alia insuper multiplicia animalia draconum formam referentia : denique pisces sirenum similes, et reptilia et serpentes aliasque feras mira varietate inter se differentes, quarum imagines accurate depictæ in Beli fano asservabantur (2). Porro iis omnibus dominatam esse mulierem quamdam, cui nomen Marcaiæ : eamque Chaldæorum lingua dici Thalatth, Græce vero converti *θάλατταν* (nempe *mare* [3]).

5. Cumque ea omnia *ante* mista fuissent, supervenientem *ait* Belum mediam dissecavisse mulierem, ex ejusque dimidio altero terram, ex altero cœlum fecisse, universis, quæ in ipsa erant, belluis internecione deletis. Ait autem, de harum rerum naturis allegorice sic fuisse dictum : nimirum quo tempore humidum et aqua omnia tenebant, nihilque ibi præter belluas erat, idolum illud caput suum præcidisse, sanguinemque inde manantem humo ab A aliis idolis esse commistum, et *sic* homines procreatos : qui idcirco et intelligentia præditi sunt et divinæ mentis participes.

6. Age vero Belum (4) aiunt, quem Græci interpretantur *Δία* (Armenii vero *Aramazdem* [5]) scissis tenebris terram a cœlo separavisse, pulchreque mundum disposuisse : belluas autem non sustinentes lucis vim exanimatas esse. Tunc Belum, qui regionem desertam, attamen feracem, cerneret, cuidam e diis imperavisse ut cum sanguine, qui e suo capite abscisso deflueret, terram subigeret atque homines fingeret, cum cæteris brutis et belluis quæ hunc aerem pati possent. Belum item stellas et solem et lunam et quinque sidera errantia condidisse. Hæc, Polyhistore teste, Berosus (6) primo B libro narrat. Secundo autem * idem reges singillatim perscribit : tempora quoque regum decem, quæ ante diximus, ad annorum myriades plus quadraginta protendit.

7. Verumtamen si quis sibi persuadeat tantum annorum numerum, quantum Chaldæi scripserunt, eum jure oportebit et aliis fallacibus narratiunculis fidem adhibere. Si ergo hic numerus naturam rerum excedit, et omnino absurdus est, etiamsi forte aliter intelligatur (7), si quis, *inquam*, hoc sibi persuadeat, sequitur ut quæ traditur doctrina tem-

ταύρους ἀνθρώπων κεφαλὰς ἔχοντας· καὶ κύνας τετρασωμάτους, οὐρὰς ἰχθύος ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν ἔχοντας, καὶ ἵππους κυνοκεφάλους, καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἕτερα ζῶα κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα ἵππων ἔχοντα, οὐρὰς δὲ ἰχθύων· καὶ ἄλλα δὲ ζῶα παντοδαπῶν θηρίων μορφὰς ἔχοντα. Πρὸς δὲ τούτοις ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα ζῶα πλείονα θαυμαστὰ καὶ παρηλλαγμένα τὰς ὄψεις ἀλλήλων ἔχοντα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῷ τοῦ Βήλου ναῷ ἀνάκειται. Ἄρχειν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα ᾗ ὄνομα Ὁμορῶκα· εἶναι δὲ τοῦτο Χαλδαιστὶ μὲν θαλάτθ, Ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνεύεσθαι θάλασσαν.

5. Οὕτως δὲ τῶν ὅλων συνεστηκότων, ἐπανελθόντα Βῆλον σχίσαι τὴν γυναῖκα μέσην, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῆς ποιῆσαι γῆν, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα ἀφανίσαι. Ἀλληγορικῶς δέ φησιν τοῦτο μὲν φυσιολογεῖσθαι· ὑγροῦ γὰρ ὄντος τοῦ παντὸς καὶ ζώων ἐν αὐτῷ γεγενημένων, τοῦτον τὸν θεὸν ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, καὶ τὸ ῥυὲν αἷμα (8) τοὺς ἄλλους θεοὺς φυρᾶσαι τῇ γῇ, καὶ διαπλάσαι τοὺς ἀνθρώπους· διὸ νοεροὺς τε εἶναι καὶ φρονήσεως θείας μετέχειν.

6. Τὸν δὲ Βῆλον, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμόντα τὸ σκότος χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διατάξαι τὸν κόσμον. Τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐνεγκόντα τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν φθαρῆναι. Ἰδόντα δὲ τὸν Βῆλον χώραν ἔρημον καὶ καρποφόρον, κελεῦσαι ἑνὶ τῶν θεῶν τὴν κεφαλὴν ἀφελόντι ἑαυτοῦ τῷ ἀποῤῥυέντι αἵματι φυρᾶσαι τὴν γῆν, καὶ διαπλάσαι ἀνθρώπους, καὶ θηρία τὰ δυνάμενα τὸν ἀέρα φέρειν. Ἀποτελέσαι δὲ τὸν Βῆλον καὶ ἄστρα καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς πέντε πλανήτας. Ταῦτα ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, (κατὰ) τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ, φάσκει. *Ex Syncello, p.* 28 *A sqq.*

(*) Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τοὺς δέκα βασιλεῖς τῶν Χαλδαίων, καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας αὐτῶν, σάρους ἑκατὸν εἴκοσι, ἤτοι ἐτῶν μυριάδας τεσσαράκοντα τρεῖς καὶ δύο χιλιάδας. *Ex Syncello, p.* 30, *A.*

(1) Codex Arm. IUSCHABARIGH, de quo vocabulo C vide dicta superius col. 107, n. 3.

(2) Ne quis horum prodigiorum absurditatem exosus, Eusebio qui hæc retulerit subirascatur, is meminerit vetustissimos plerosque historicos in ejusmodi vanitate fuisse versatos, teste Dionysio Halicarnasseo (In *judicio de Thucydide* cap. 6), qui primum Thucydidem ait nugari desivisse : Ἔπειτα κατὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ μυθῶδες προσάψαι, μηδ' εἰς ἀπάτην καὶ γοητείαν τῶν πολλῶν ἐπιτρέψαι τὴν γραφὴν, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ πάντες ἐποίησαν, λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας, καὶ Ναΐδας ἀμφιβίους ἐκ ταρτάρων ἐξιούσας, καὶ διὰ πελάγους νηχομένας καὶ μιξοθῆρας, κ. τ. λ., καὶ ἄλλας τινὰς ἀπίστους τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ καὶ πολὺ τὸ ἀνόητον ἔχειν δοκούσας ἱστορίας. *Deinde : quod fabulosum in suos libros nihil intulit, neque vulgo fraudem et tanquam imposturam fecit, quo in genere superiores omnes peccaverant : qui lamias commemoraverunt nescio quas in silvis et saltibus e terra prodeuntes, et Naidas in terra atque aqua degentes, ab inferis profectas, pelago innatantes, semiferas, etc., et alia quædam quæ nostra ætas ut incredibilia planeque delira contemnit.*

(3) Hæc est glossa Armeniaci interpretis.

(4) Jovem dictum esse *Belum* a Persis, testatur Agathias lib. II, 24.

(5) De Aramazde vide Chorenensem *Hist.* I, 30; II, 74; III, 36, 55. Et quidem reges in epistolis semet Aramazde satos dictitabant, quos inter et Julianus imperator. Videsis eumdem Chorenensem *Hist.* III, 15, 17, 51. Id nomen veteribus significabat *bonum genium.*

(6) Codex Arm. *secundum Polyhistorem Berosum primo libro narrat.* Patet autem scriptum fuisse mendose *Berosum* pro *Berosus*. E Græco item textu excidit particula *κατά*.

(7) Nempe, *etiamsi anni breviores existimentur*, uti explicatur inferius.

(8) Gr. σῶμα. Sed αἷμα legebat interpres Arm. Et sic ipse Græcus textus paulo infra.

porum, ea non sine inquisitione recipienda esse videatur. Jam si cum tot annorum millibus, quot secundum illorum chronologiam conficiuntur, successiones quoque principatuum in gentibus pro rata portione ejus longævitatis proferrent, resque item aliquas et opera, quæ eo intervallo pro temporum spatiositate acta essent; merito quis suspicaretur, aliquid fortasse veritatis apud eos delitescere. Verum enimvero quod a decem tantum hominibus tot annorum myriades comprehensas existimaverint, quis demum ejusmodi fabulationes non insaniam esse putet? Fortasse tamen qui dicuntur sari, ii non eum annorum numerum quem nos existimamus, sed aliud quid brevis temporis intervallum significant (1). Namque etiam apud priscos Ægyptios * lunares dicebantur *anni* : nempe summa triginta dierum, qui singulis mensibus continentur, annus vocitabatur. Alii ὥρας nuncupabant trimestre spatium : ita ut conversiones trimestres temporum, quotannis contingentes, pro anno haberent. Fieri ergo potest ut Chaldæorum etiam qui dicuntur sari, ejusmodi aliquid demonstrent.

8. Decem ergo tantummodo ætates ab Aloro, qui primus fertur rex eorum, usque ad Xisuthrum supputantur, sub quo aiunt magnum illud accidisse diluvium. In Hebraicis pariter libris ætates tantum decem a Mose recitantur antediluvium : scilicet et ab Hebræis totidem successiones hominum singillatim scribuntur, à primo, qui apud eos fertur, homine usque ad diluvium (2). Sed enim Hebræorum historia decem ætatum annos intra numerum duorum fere millium cogit; Assyrii vero dum minutatim consequenterque ætates perscribunt, harum quidem numerum similem ejus, qui apud Mosem est, habent; sed tempora non item : nam decem ætates centum viginti saros complecti aiunt; tum ab his quadraginta tres myriades et duo millia annorum conflari dictitant.

9. Tandem ex prædictis, plane tibi exploratum fiet, si modo veram doctrinam consideraveris, Xisuthrum eumdem esse *hominem* qui ab Hebræis Noachus vocatur (3), in cujus ætatem incidit magnum illud diluvium : cujus sane *diluvii* Polyhistoris quoque historia notionem præbet. Is enim hoc pacto de illo scribit.

CAPUT III.

** *Alexandri Polyhistoris de diluvio. Ex eodem, de quo dictum est, libro.*

1. Defuncto, inquit, Otiarte, filium hujus Xisuthrum tenuisse regnum saris octodecim, sub eoque magnum diluvium esse conflatum. Sic autem accuratius narrationem scripto persequitur. Κρόνον (Saturnum) ait, illi in somnio prædixisse (qui *Saturnus* Jovis genitor fertur, et ab aliis dicitur Χρόνος (tempus) die quinta decima mensis Daesii (qui est mareri (4) *Maius*) fore ut homines a diluvio perirent. Mandavisse *itaque* ut libros omnes, primos nimirum medios et ultimos, terræ infossos in solis urbe Sipparis poneret; tum navim strueret, eamque cum consanguineis charisque familiaribus conscenderet : congestisque illuc esculentis atque poculentis, inductis etiam belluis et volatilibus ac quadrupedibus cunctaque supellectile, paratus esset ad navigandum. Quærenti autem quonam cursus dirigendus esset? respondisse, ad deos, ad orandum quo hominibus bene esset. Eum vero haud recusasse quominus navigium compingeret, longum stadia quinque (5), latum duo : cuncta, quæ mandata sibi fuerant, efficienda curasse : uxorem, filios charosque familiares eodem introduxisse.

2. Ingruente demum diluvio et mox decrescente, misisse Xisuthrum quædam volatilia, quæ cum

(*) Οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι, ἤγουν μηνιαίους τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐξ ἡμερῶν τριάκοντα συνεστῶτας· οἱ δὲ μετὰ τούτους ἡμίθεοι ὥρας ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς τριμηναίους. Καὶ ταῦτα μὲν Εὐσέβιος. *Ex Syncello, p. 40 D.*

(**) Λέγει ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὡς ἀπὸ τῆς γραφῆς τῶν Χαλδαίων, οὕτως.

1. Ἀρδάτου τελευτήσαντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα· ἐπὶ τοῦτον μέγαν κατακλυσμὸν γενέσθαι· ἀναγεγράφθαι δὲ τὸν λόγον οὕτως. Τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιστάντα φάναι, μηνὸς δαισίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ φθαρήσεσθαι. Κελεῦσαι οὖν διαγραμμάτων πάντων ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τελευτὰς ὀρύξαντα θεῖναι ἐν πόλει ἡλίου Σιππάροις, καὶ ναυπηγησάμενον σκάφος ἐμβῆναι μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων φίλων· ἐνθέσθαι δὲ βρώματα καὶ πόματα, ἐμβαλεῖν δὲ καὶ ζῶα πτηνὰ καὶ τετράποδα, καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον πλεῖν. Ἐρωτώμενον δὲ ποῦ πλεῖ; φάναι πρὸς τοὺς θεούς, εὐξάμενον ἀνθρώποις ἀγαθὰ γενέσθαι. Τὸν δὲ οὐ παρακούσαντα, ναυπηγήσαντα σκάφος, τὸ μὲν μῆκος σταδίων πέντε, τὸ δὲ πλάτος σταδίων δύο· τὰ δὲ συνταχθέντα πάντα συνθέσθαι, καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους ἐμβιβάσαι.

2. Γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος, τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Ξίσουθρον ἀφιέναι· τὰ δὲ οὐ τροφὴν εὑρόντα οὔτε τόπον ὅπου καθίσαι, πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξίσουθρον πάλιν μετά τινας ἡμέ-

(1) Juvat hic audire Syncellum, p. 17 : Ταῦτα δὲ ἔτη τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶν ἡμέρας ἐλογίσαντο στοχαστικῶς, μεμψάμενοι τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς μὴ νοήσαντα τὰ ἔτη τῶν σάρων, ἡμέρας· μάτην δὲ αὐτὸν ἐν τούτῳ μέμφονται· πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν εἶχε νοῆσαι πολυμαθὴς ὤν, κ. τ. λ. *Hosce autem annos historici aliquot recentiores opinantur esse dies, ideoque Eusebium Pamphili reprehendunt, qui sarorum annos haud senserit esse dies. Sed stulte hominem in hoc accusant. Qui enim fieri potest ut rei veritatem is, qui tanta doctrina abundavit, non noverit?* etc.

(2) Vide inferius cap. 16, 8.

(3) Id confirmat etiam Chorenensis *Hist.* I, 3.

(4) Glossa hæc est Armeniaci interpretis. Suidas ait Junium apud Macedones fuisse Δαίσιον. Hoc pacto MARERI, qui est Armeniorum mensis decimus, Junio responderet. Cum tamen Armeniaci menses in vetere Kalendario constent triginta omnino diebus, ideoque quotannis quinque aut sex supersint dies, prætereaque sex horæ; rationes mensium Armeniacorum et Romanorum processu temporis immutari necesse est.

(5) Cod. Arm., *quindecim*.

neque escam neque locum, in quo considerent, invenissent, reversa in navim recepta sunt. Rursus diebus aliquot post, emisisse aves alias, quæ item ad navim regressæ sunt pedibus luto infectis. Tertio denique demissæ *aves* cum ad navim non reverterentur, cognovisse Xisuthrum terram prorsus esse patefactam. Tunc navis tecto partim effracto, navim ipsam monti cuidam innitentem vidisse: moxque ipsum cum uxore filiaque una et navis architecto exscendisse, ac pronum terram esse veneratum, structaque ara diis sacrum obtulisse: quo facto, cum iis qui secum navi exierant nusquam comparuisse. Reliquos autem qui in navi substiterant, neque cum Xisuthri comitatu egressi erant (1), facta mox exscensione eum quæritasse, eumdemque oberrantes nomine inclamasse. At vero Xisuthrum haud ultra se conspiciendum dedisse; voce tantum ex aere missa, deos ut colerent mandavisse: nam et se religiosæ pietatis ergo ad deorum venisse habitacula, eodemque honore uxorem quoque suam et filiam et navis architectum frui. Tum iisdem imperasse, ut Babylonem redirent, et ex deorum mandato, qui in Sipparis urbe conditi fuerant, libros effoderent atque hominibus traderent. Locum autem, in quo nave egressi tunc insisterent, Armeniorum esse regionem. Hæc omnia edoctos, celebrato diis sacrificio, Babylonem pedestri itinere contendisse.

3. Ejus navigii, quod demum substitit in Armenia, fragmentum aliquod in Cordiæorum (2) Armeniaco monte nostra adhuc ætate reliquum esse aiunt. Quin et erasum bitumen quidam inde referunt remedii amuletique causa ad infausta quæque averruncanda. Illi autem Babylonem profecti, libros ex urbe Sipparis effodisse, oppida multa condidisse, fana deorum struxisse, Babylonemque restituisse feruntur. Quæ hactenus dicta sunt, prætereaque turris ædificium memorat Polyhistor pene ad litteram cum libris Mosis hoc pacto consentiens.

CAPUT IV.

Alexandri Polyhistoris de turris ædificio.

1. Sibylla ait, omnes homines una *lingua* utentes (3) turrim celsissimam exstruxisse, ut in cœlum conscenderent: Deum vero fortissimum vento afflato eamdem turrim dejecisse, peculiaremque singulis sermonem tribuisse, ideoque et urbem Babylonem esse appellatam. Mox post diluvium Titanum atque Prometheum exstitisse: tum etiam a Titano bello Saturnum esse appetitum (4). De turris ædificio hactenus.

2. Prædictis autem hæc addit idem Polyhistor: post diluvium imperitasse regioni Chaldæorum Evexium (5) neris quatuor: inde imperium exceptum

ρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα· ταῦτα δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τοὺς πόδας πεπηλωμένους ἔχοντα. Τὸ δὲ τρίτον ἀφεθέντα οὐκ ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξίσουθρον ἐννοηθῆναι γῆν ἀναπεφηνέναι· διελόντα τε τῶν τοῦ πλοίου ῥαφῶν μέρος τι, καὶ ἰδόντα προσωκεῖλαν τὸ πλοῖον ὄρει τινὶ, ἐκβῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κυβερνήτου, προσκυνήσαντα τὴν γῆν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενον, καὶ θυσιάσαντα τοῖς θεοῖς, γενέσθαι μετὰ τῶν ἐκβάντων τοῦ πλοίου ἀφανῆ. Τοὺς δὲ ὑπομείναντας ἐν τῷ πλοίῳ, μὴ εἰσπορευομένων τῶν περὶ τὸν Ξίσουθρον, ἐκβάντας ζητεῖν αὐτὸν ἐπὶ ὀνόματος βοῶντας· τὸν δὲ Ξίσουθρον αὐτὸν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ὀφθῆναι, φωνὴν δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος γενέσθαι κελεύουσαν, ὡς δέον αὐτοὺς εἶναι θεοσεβεῖς· καὶ γὰρ αὐτὸν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν θεῶν οἰκήσοντα· τῆς δὲ αὐτῆς τιμῆς καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα καὶ τὸν κυβερνήτην μετεσχηκέναι. Εἰπέν τε αὐτοῖς ὅτι ἐλεύσονται πάλιν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ ὡς εἵμαρται αὐτοῖς, ἐκ Σιππάρων ἀνελομένοις τὰ γράμματα διαδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ὅτι ὅπου εἰσὶν, ἡ χώρα Ἀρμενίας ἐστίν. Τοὺς δὲ ἀκούσαντας ταῦτα θῦσαί τε τοῖς θεοῖς, καὶ πεζῇ (6) πορευθῆναι εἰς Βαβυλῶνα.

3. Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ἔτι μέρος τι αὐτοῦ ἐν τοῖς Κορδυαίων ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον, χρᾶσθαι δὲ αὐτὴν πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Ἐλθόντας οὖν τούτους εἰς Βαβυλῶνα, τά τε ἐκ Σιππάρων γράμματα ἀνορύξαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυσαμένους πάλιν ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα. *Ex Syncello, p. 30 A seqq.*

Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος περὶ τῆς πυργοποιίας.

1. Σίβυλλα δέ φησι· ὁμοφώνων ὄντων πάντων ἀνθρώπων τινὰς τούτων πύργον ὑψηλότατον οἰκοδομῆσαι, ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῶσιν· τοῦ δὲ Θεοῦ ἀνέμους ἐμφυσήσαντος ἀνατρέψαι τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν δοῦναι· διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κληθῆναι. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Τιτᾶνα καὶ Προμηθέα γενέσθαι. *Ex Syncello, p. 44 C et Eusebio, Præp. ev.*, IX, 15.

2. Ἀλέξανδρος Πολυΐστωρ βούλεται πάλιν τὴν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν Χαλδαίων βασιλείαν κατάρξασθαι, μυθολογῶν διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων βεβασιλευκέναι Χαλδαίων καὶ Μήδων βασιλεῖς πς' ἐν

(1) Melius habet Græcus textus: *haud redeuntibus Xisuthri comitibus.*

(2) De *Cordiæis*, sive *Gordyæis*, vel *Cordyenis*, aut *Corduenis*, passim loquuntur antiqui geographi, quibus addendi Sallustius *Fragm. incert.* cap. 18, et Chorenensis *Hist.* I, 13; II, 33, 71, et *Geogr.* 71. Porro vocabula Armeniaca GORTVAZIK vel GORTIK significant *locorum arduorum incolas;* est enim GORT *arduus, incultus.* Hinc fortasse nomen hodiernæ gentis *Curdorum*, quorum præcipua sedes in provincia Armeniaca *Cordiæorum* est. Hinc etiam, ut videtur, appellatio regionis *Curdistan.* Jam et de arca, quæ in *Cordiæorum* monte substitit, Josephus *Antiq.* I, 3, cum pluribus barbaricarum rerum scriptoribus, tum et Epiphanius hæres. XVIII, aliique loquuntur.

(3) Interpres Arm. utitur hic et cap. 8 voce composita MIAPANEAL, cujus significatus si ad etymologiam exigatur, est *consentiens, conspirans*, nec fere usurpatur de consensu in eumdem sermonem, uti sonat Græca vox ὁμόφωνος.

(4) Consonant huic loco Josephus *Antiq.* I, 4; Eusebius *Præp. ev.* IX, 14; Epiphanius *hæres.* I; Cyrillus, I *in Julian.*, ed. Lips., p. 9; Cedrenus ed. Paris. an. 1647, p. 11, aliique scriptores, quos inter Chorenensis *Hist.* I, 8; Sibyll. lib. III, v. 35 sqq.

(5) Hic est Nembrotus, teste Cedreno p. 11, ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Νεβρὼδ καὶ Εὐήχιος. Idem fere ait Syncellus, cui p. 79 B est Εὐτύχιος, at p. 90 C est Εὐήχοος, manifestis codicum mendis.

(6) Textus Gr., περιξί.

a filio ejus Chomasbelo (1) neris quatuor cum sossis quinque. A Xisuthro et a diluvio, donec Medi Babylonem occuparunt, summam regum sex supra octoginta supputat Polyhistor, singulosque nominatim e Berosi libro recenset. Ex horum autem omnium ætatibus tres myriades annorum conficit, prætereaque annos ter mille et unum supra nonaginta (2). Post hos, qui successione inconcussa regnum obtinuerant, derepente Medos collectis copiis Babylonem cepisse *ait*, ibique de suis tyrannos constituisse. Hinc nomina quoque tyrannorum Medorum edisserit octo, annosque eorum viginti quatuor supra ducentos (3) : ac rursus undecim reges, et annos octo supra quadraginta (4) : tum et Chaldæos reges quadraginta novem, annosque quadringentos et octo supra quinquaginta : postea et Arabes * novem reges, annosque ducentos quadraginta quinque. Horum annorum recensione perscripta, de Semiramide quoque narrat quæ imperavit Assyriis. Rursumque distincte admodum nomina regum quadraginta quinque enumerat, iisque annos tribuit viginti sex supra quingentos. Post hos ait exstitisse Chaldæorum regem, cui nomen Phulus erat : quem Hebræorum quoque historia memorat, quemque item Phulum appellat (5). Hic Judæam invasisse dicitur. Deinde Polyhistor Senecherimum (6) regno potitum esse ait : quem quidem Hebræorum libri regnantem referunt imperante Ezechia et prophetante Isaia (7). Ait autem diserte divinus liber (8): « anno quartodecimo Ezechiæ regis ascendisse Senecherimum ad urbes Judææ munitas, easque cepisse. » Cujus rei peracta historia, subdit : « Et regnavit Asordanes filius ejus pro eo (9). » Rursusque pergens, « ea tempestate ait ægrotasse Ezechiam (10). » Tum etiam ordinatim « eodem tempore Marudachum Baldanem Babyloniorum regem misisse oratores cum litteris et muneribus ad Ezechiam (11). » Hæc tradunt Hebræorum Scripturæ. Et quidem Senecherimum, cum ejus filio Asordane nec non Marudacho Baldane, Chaldæorum quoque historiographus memorat : cum quibus etiam Nabuchodonosorum, uti mox dicetur. Hac autem ratione de iis scribit.

CAPUT V.

Ejusdem Alexandri de Senecherimo deque Nabuchodonosoro eorumque rebus gestis et strenuis facinoribus.

1. Postquam regno defunctus est Senecherimi frater, et post Hagisæ in Babylonios dominationem, qui quidem nondum expleto trigesimo imperii die a Marudacho Baldane interemptus est ; Marudachus ipse Baldanes tyrannidem invasit mensibus sex ; donec eum sustulit vir quidam nomine Elibus, qui et in regnum successit. Hoc postremo tertium jam annum regnante, Senecherimus rex Assyriorum copias adversum Babylonios contrahebat, prælioque cum iis conserto, superior evadebat : captumque Elibum cum familiaribus ejus in Assyriam transferri jubebat. Is *igitur*, Babyloniorum potitus, filium suum Asordanem eis regem imponebat , ipse autem in Assyriam reditum maturabat. Mox cum ad ejus aures rumor esset perlatus, Græcos in Ciliciam coactis copiis bellum transtulisse, eos protinus aggressus est, prælioque inito, multis suorum amissis, hostes nihilominus profligavit : suamque imaginem, ut esset victoriæ monumentum, eo loco erectam reliquit : cui Chaldaicis litteris res a se gestas insculpi mandavit ad memoriam temporum sempiternam. Tarsum quoque urbem ab eo structam ait ad Babylonis exemplar, eidemque nomen inditum Tharsin. Jam et reliquis Senecherimi gestis perscriptis, subdit eum annis vixisse *regnantem* octodecim, donec eidem structis a filio Ardumuzane (12) insidiis exstinctus est. Hæc Polyhistor.

2. Sane etiam tempora cum narratione divinorum librorum congruunt. Sub Ezechia enim Senecherimus regnavit, uti Polyhistor innuit, annis octodecim : post quem ejusdem filius annis octo : tum annis viginti et uno Samuges , itemque hujus frater viginti et uno : deinde Nabupalasarus annis viginti : denique Nabucodrossorus (13) tribus annis supra quadraginta : ita ut a Senecherimo ad Nabucodrossorum octoginta et octo anni excurrant. Jam si quis Hebræorum libros scrutetur, paria dictis in-

τρισμυρίοις ἔτεσιν καὶ δπ', τοῦτ' ἔστιν ἐν σάροις θ', καὶ νήροις β', καὶ σώσσοις η'. Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου τῶν πς' δύο μὲν Χαλδαίων βασιλέων Εὐηχίου καὶ Χωμασβήλου· πδ' δὲ Μήδων Ζωρόαστριν· καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ζ' Χαλδαίων βασιλεῖς εἰσάγει, ἔτη κρατήσαντας ἡλιακὰ ρυι' ὁ αὐτὸς Πολυΐστωρ, οὐκ ἔτι διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων καὶ τῆς λοιπῆς ἀλόγου μυθικῆς ἱστορίας, ἀλλὰ διὰ ἡλιακῶν ἐτῶν. *Hæc ex Syncello, p. 78 B, sed valde interpolata.*

(*) Διεδέξαντο τὴν Χαλδαίων βασιλείαν Ἄραβες ἐπὶ ἔτη σιε'. *Ex eodem, p. 90 D.*

Ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία διαδεξαμένη τὴν τῶν Χαλδαίων διήρκεσεν ἔτη σιε'. Ταύτην Ἀσσυρίων μα' διεδέξαντο Ἄραβες βασιλεῖς. *Ex eodem, p. 92 B.*

(1) Syncellus p. 90 C scribit Χοσμάσβολον, eumque ait regnavisse annis non plus septem cum dimidio.

(2) Græcus textus 34080.

(3) In margine CCXXXIV.

(4) Hunc numerum XLVIII supplevit amanuensis in margine, sed fortasse perperam. Idem amanuensis retro pro CCXXIV scripserat in margine XXXIV. AUCHERUS.

(5) IV Reg. XV, 19, quo loco Vaticanum exemplar Græcum Bibliorum nec non eorumdem interpretatio Armeniaca habent *Phua.*

(6) Cod. Arm. modo *Senecheribum*, modo *Senecherimum* habet.

(7) IV Reg. XVIII et XIX.

(8) IV Reg. XVIII, 13.

(9) Cap. XIX, 37

(10) IV Reg. XX, 1.

(11) Cap. XX, 12.

(12) In margine *Ardumuzane ;* et quidem apud IV *Reg.* XIX, 37, et Josephum , *Antiq.* X, 1, Senecherimus interficitur a filiis *Adremelecho* et *Sarasaro*, qui a Chorenensi *Hist.* I, 22, dicuntur *Adramelus* et *Sanasarus.*

(13) Ita sæpe *Nabucodrossorus*, alias tamen *Nabucodonosorus.*

veniet. Namque post Ezechiam residuis Judæis Manasses imperat Ezechiæ filius quinque annis et quinquaginta (1) : deinde Amosus (2) annis duodecim (3) : tum Josias triginta annis et uno (4) : postea (5) Joachimus, sub cujus regni primordiis occupaturus Hierosolyma Nabuchodonosorus supervenit, captivosque Judæos Babylonem transtulit (6). Atqui ab Ezechia ad Nabuchodonosorum anni octo excurrunt et octoginta, quot nimirum Polyhistor ex historia Chaldaica supputavit.

3. His omnibus absolutis, pergit denuo Polyhistor res aliquot etiam a Senecherimo gestas exponere : deque hujus filio (7) eadem plane ratione scribit qua libri Hebræorum, accurateque admodum cuncta edisserit. Pythagoras sapiens fertur ea tempestate sub his *regibus* exstitisse (8). Jam post Samugem imperavit Chaldæis Sardanapallus (9) viginti annis et uno. Is ad Astyagem (10), qui erat Medicæ gentis præses et satrapa, legationem misit*, ut filio suo Nabucodrossoro desponderet Amuhiam (11) e filiabus Astyagis unam. Deinde Nabucodrossorus dominatus est tribus annis supra quadraginta, qui et collecto exercitu impressionem faciens Ju- A dæos, Phœnices et Syros in servitutem redegit. Neque sane opus est me pluribus confirmare, Polyhistorem item in his cum Hebraica Historia congruere. Post Nabucodrossorum regnat ejus filius Amilmarudochus annis duodecim, quem Hebræorum litteræ Ilmarudochum (12) appellant. Mox Polyhistor ait imperavisse Chaldæis Neglisarum annis quatuor : deinde Nabodenum annis septemdecim. Eo regnante Cyrus Cambysis filius Babylonicam regionem copiis invasit, quicum Nabodenus certamine inito, victus se fuga proripuit. Regnavit autem Babylone Cyrus annis novem, donec in planitie Daharum (13) alio prælio conserto periit. Tum imperium tenuit Cambyses annis octo : exin Darius annis sex et triginta : deinde Xerxes cæterique Persarum B reges.

4. Jam vero de Chaldæorum regno uti breviter distincteque tractat Berosus, ita prorsus loquitur et Polyhistor : ex quibus manifestum est, Nabuchodonosorum armata manu cepisse Judæos. Ab hoc autem ad Cyrum Persarum regem anni septuaginta conflantur (14) : quare et Hebræorum historia consonat, nempe quod hi septuaginta annis in ca-

(*) Χαλδαίων ιϛ' ἐβασίλευσεν Ναβοπολάσαρος ἔτη κα', ὁ πατὴρ τοῦ Ναβουχοδονόσορ. Τοῦτον ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος Σαρδανάπαλον καλεῖ, πέμψαντα πρὸς Ἀστυάγην σατράπην Μηδίας, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀμυίτην λαβόντα νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορ. *Ex Syncello*, p. 210 A.

(1) IV *Reg*. xxi, 1.

(2) Armeniaca Biblia mss. omnia pro *Ammone* habent *Amosum*, quæ lectio Græce etiam occurrit in codicibus apud Biblia Breitingeri IV *Reg*. xxi, C 18, 19.

(3) Sic codex Armeniacus, non, ut vulgo, *duobus*. Reapse ita sensisse Eusebium, testis est luculentus Syncellus p. 214 C his verbis : ιβ' ἔτη Εὐσέβιος λέγει βασιλεῦσαι (τὸν Ἀμώς) κατὰ τοὺς O'· ψεύδεται δέ. *Duodecim annis ait Eusebius dominatum esse* (Amosum) *ex LXX virorum sententia ; quod falso ab eo dicitur*. Jam in ipso LXX virorum (IV *Reg*. xxi, 19) textu Alexandrino legitur δύο ; sed in Vaticano δώδεκα, quam sententiam Armeniacus quoque Bibliorum interpres secutus est : at contra Clemens Alexandrinus *Strom*. i, 21, ed. Oxon. p. 390 (quem super horum regum temporibus conferre juvabit) lectionem codicis Alexandrini retinet. Ipse tamen se mox emendat Eusebius cum annos LXXXVIII supputat. Quare veteris scribæ mendum id dicerem nisi in tabulis quoque regum Judæ deinceps addendis legeretur *duodecim*.

(4) Cap. xxii, 1.

(5) Cap. xxiii, 34.

(6) Cap. xxiv, 1.

(7) Asordane, de quo legesis IV Reg. xix 37 ; Tob. i, 21. Tum I Esd. iv, 2, 10 ; Syncellum p. 205 A. Quanquam nomen hoc sæpe corruptum est.

(8) De Pythagora rursum dicet Eusebius cap. 9.

(9) Ita constanter cum duabus *ll Sardanapallus*, quam scripturam perpetuam in Eusebio jampridem notavit Scaliger (*Animad. ad Euseb*. ed. Amstelod. p. 63, 64) et ex nominis etymologia sapienter asseruit. De duobus Sardanapallis Photius in *Lexico*. Duos Sardanapallos, quorum unum virum fortem, memorat etiam Callisthenes apud Suidam voc *Σαρδανάπαλος*. Porro Chorenensis *Hist*. i, 21, ait, quosdam existimasse Nabuchodonosorum vixisse imperante Armeniis Rhacia, successore Paraeri, æqualis Arbacis Medi. Igitur pater Nabuchodonosori Nabopalassarus, qui a Polyhistore dicitur Sardanapallus, incidisset in Arbacis ætatem. Sed enim hanc temporum rationem quis probet ? Syncellus p. 359 C ait Medos regnasse annis xxx. Id videtur ex Polyhistore dicere. Quare tempus valde contraheretur.

(10) De Astyage æquale Nabuchodonosori loquitur Eusebius, apud Syncellum p. 226 D. Interim juvat hic errorem Wistonorum Chorenensis interpretum obiter coarguere. Ait Chorenensis (*Hist*. i, 29) a Golthaniensibus (quæ est Armeniaca provincia cantilenis dedita) in carmine Artaxeris filiorumque ejus figurata dictione memorari etiam stirpem Astyagis, quam VISABAZUNOS (nempe *draconum genus*) appellant : quia nimirum ASDAHAGH in Persarum lingua significat idem quod apud Armenios VISAB, nempe *draconem*. Ea re non bene intellecta Wistoni aiunt in notis, nusquam sibi occurrisse in Armeniaca lingua vocem ASDAHAGH, quæ vim notionemque *draconis* subjectam haberet.

(11) Ita etiam inferius cap. 9, quanquam hic textus Græcus habet Ἀρωΐτην.

(12) IV Reg. xxv, 27 ; Hierem. lii, 31 ; sed paulo aliter.

(13) Cod. *in campo Daas*. Jam Daharum seu Massagetarum planitiem Cyrique ibidem interitum deD scribit Herodotus i, 204 seqq.

(14) Consonat apprime Clemens Alex. *Strom*. i, 21, p. 391 : Ναβουχοδονόσορ πρὸ τῶν Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὥς φησι Βηρωσσὸς ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις· *Nabuchodonosorus* LXX *annis ante principatum Persarum adversus Phœnices et Judæos expeditionem suscepit, ut Berosus tradit in Chaldaicis historiis*. Item Tatianus *Orat*. cap. 36 : Βηρωσσὸς τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖταί τινος αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους, ἅτινα ἴσμεν γεγονότα πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. *Berosus qui Chaldæorum historiam tribus libris complexus est, ac res gestas regum exposuit, quemdam ex iis commemorat nomine Nabuchodonosorum, a quo Phœnicibus et Judæis bellum illatum est. Id autem contigisse ante Persarum imperium annis* LXX *nobis exploratum est*.

ptivitate versati sint, si quidem Judaicæ captivitatis tempus a primo Nabuchodonosori anno ad Cyrum Persarum regem putemus.

Quæ hactenus dicta sunt, Abydenus etiam satis consentaneus in *Chaldæorum Historia* recitat : namque et ipse non absimilem Polyhistori narrationem ingreditur.

CAPUT VI.

Abydeni de primo Chaldæorum regno.

De Chaldæorum * sapientia hactenus. Jam ad ejusdem regionis dominium quod attinet, primum quidem Alorum *regnavisse* aiunt; de quo homine hæc tradita fama est, quod eum providentissimus Deus populorum pastorem creaverit. Is saris decem dominatum tenuit. Constat autem sarus annis ter mille sexcentis, nerus sexcentis, sossus sexaginta. Deinde Alaparus dominatus est : tum Almelon ex urbe Pantibiblis, sub quo secundus Annedotus mari emersit Oanni similis (1), cujus figura erat semidei (nempe progeniti ex Deo [2]). Tum Ammenon, tum Amegalarus, tum Daonus pastor, quo regnante quatuor biformes e mari in siccum semet ejecerunt, Iodocus, Eneugamus, Eneubulus et Anementus (3) : et sub Edorescho (4), qui postea regnavit, Anodaphus (5) : deinde et alii dominati sunt, demumque Xisuthrus. Qua narratione historicus hic Polyhistori consonat. Tum etiam de diluvio hac ratione scribit.

CAPUT VII.

Abydeni de diluvio **.

1. Deinde alii quidam dominati sunt, tandemque Xisuthrus; cui prædixit Saturnus futuram esse imbrium copiam die quinta (6) (decima) mensis Daesii (qui est Maius [7]) : mandavitque ut libros omnes in Solis urbe Sipparis conderet. Id ubi Sisithrus (8) præstitit, pansisque velis in Armeniam cursum direxit, statim Deo favente navim *illuc* appulit. Mox tertio die cum imbrium vis quiesceret, misit aves aliquot explorandi causa num tellus undis emergeret. Illæ immensum tranantes continuumque et fluctuans pelagus, nulla inventa sede qua pes subsisteret, ad Sisithrum flexo cursu reversæ sunt. Tres deinde dies moratus, denuo *easdem* mittebat (9) : quæ pedes (10) limo oblitos reversæ retulerunt. Continuoque illum dii ex hominum conspectu eripiebant : navis autem in Armenia consistebat, lignoque suo salutarem medelam regionis ejus incolis exhibebat.

2. Atque his, quæ dicta sunt, Abydenum, ad diluvium quod attinet, cum historia Hebræorum adamussim congruere, cunctis esse exploratum confido. Jam quod hi historici, gente Græci aut Chaldæi, Noachum alio nomine, id est Xisuthrum appellaverint, id quidem ne quæso miremur : itemque quod Deo more suo deorum nomen appinxerint, et columbam silentio presserint, proque ea indefinite aves dixerint; hæc, *inquam*, magnopere non sunt miranda (11). Sic de diluvio Abydenus *** in *Chaldæorum Historia*. Idem *homo* et de turris ædificio congruentia cum Mosis narratione hoc pacto scribit.

(*) Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα. Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγει Ἄλωρον· τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωϋτοῦ λόγον διαδοῦναι, ὅτι μιν τοῦ λεὼ ποιμένα ὁ Θεὸς ἀποδεῖξαι· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα· σάρος δέ ἐστι ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἑξακόσια, σῶσσος δὲ ἑξήκοντα. Μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀλάπαρον ἄρξαι σάρους τρεῖς· μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους ιγ'· ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδοτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὠάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα· μεθ' ὃν Ἄμμενων ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ιβ'· μεθ' ὃν Μεγάλαρος ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα· εἶτα Δαῶς ποιμὴν ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσεν σάρους δέκα, ἐφ' οὗ δ' διφυεῖς εἰς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος· ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐεδωρέσχου Ἀνώδαφος· μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τούτοις. *Ex Syncello*, p. 38 C.

(**) *Λέγει ὁ Ἀβυδηνὸς συνᾴδων τῷ Ἀλεξάνδρῳ·*

Μετὰ Εὐεδώρεσχον ἄλλοι τινὲς ἦρξαν καὶ Σείσιθρος· τῷ δὲ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα· κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωσε, καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Τρίτῃ δὲ ἡμερέῃ, ἔπειτα ὕων ἐκόπασε, μετῄει τῶν ὀρνίθων, πείρην ποιεύμενος εἴ που γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀμφιχάνεος, ἀπορεύουσαι ὅκῃ καθορμήσωνται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι. Ὡς δὲ τῇσι τριτῇσιν ἐτύχεεν (ἀπίκατο γὰρ δὲ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς) θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι· τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοις παρείχετο. *Ex Syncello*, p. 37 D, *et Eusebio*, Præp. ev. IX, 12.

(***) Ταῦτα μὲν οὗτος. *Ex Eusebio*, Præp. ev. IX, 12.

(1) In textu *simul*, at in margine *similis*.

(2) Hæc est glossa Armenii interpretis.

(3) Ita in margine codicis; quæ nomina in textu paulo corruptiora exhibentur, *Jodocus et Damosnes et Bolus et Anementus*.

(4) Post *Edorescho* lacuna est in codice unius vocabuli.

(5) *Anodaphus* bellua est; Goarus autem Syncelli interpres regem existimavit Edoreschi seu Evedoreschi successorem.

(6) Ita codex Arm.; at Græcus textus *quinta decima*, uti et Polyhistor superius cap. 3.

(7) Recole cap. 3, n. 1.

(8) Ita cod. hoc capite *Sisithrus*, uti est in Gr. exempl.

(9) Duo tantum memorantur hic in codice Arm., avium missus, at in Græco exemplari tres.

(10) Vox ταρσοί male convertitur *alæ* ab interprete Eusebii *De præp. ev.* IX, 12. Sane et vox Armeniaca MACHIL, quæ hic usurpatur, significat avium pedes unguibus armatos, ut in Armeniaca Bibliorum interpretatione Sap. v, 11. Quin etiam ferarum immanium pedes Dan. VII, 19.

(11) Eusebii verba *atque his... Abydenum* usque ad hunc locum tanquam parenthesi includenda sunt, propterea quod sequitur *sic Abydenus*, etc.

CAPUT VIII.

* *Abydeni de turris ædificio.*

Ea tempestate primi *homines* adeo viribus et proceritate sua tumuisse feruntur, ut etiam deos aspernarentur, floccique facerent, celsissimamque eam turrim niterentur exstruere quæ nunc Babylon appellatur. Cumque jam illam proxime ad deos cœlo æquassent, diis venti opem ferentes machinosum opus imbecillium impellebant, humique prosternebant : eaque rudera Babelis nomen contraxerunt. Quippe eatenus unius sermonis usura freti *homines* erant; tunc autem a diis confusio varia et dissona linguarum in eos qui una *lingua* utebantur (1) immissa est. Deinde et Saturnus cum Titano prælio certabat. Præterea idem vir Senecherimi quoque mentionem facit his verbis.

CAPUT IX.

Abydeni de Senecherimo.

1. His temporibus quintus denique et vicesimus rex fuit Senecherimus, qui Babylonem sibi subdidit, et in Cilicii maris littore classem Græcorum profligatam disjecit. Hic etiam templum Athenarum (2) struxit : ærea quoque signa facienda curavit, in quibus sua facinora traditur inscripsisse. Tarsum denique ea forma, qua Babylon utitur, condidit, ita ut media Tarso Cydnus amnis transiret, prorsus uti Babylonem dividit Euphrates. Proximus huic regnavit Nergilus, quem Adrameles filius occidit. Rursus hunc frater suus Axerdis interfecit, patre eodem alia tamen matre genitus, atque ejus exercitum eatenus persecutus est donec Byzautii mœnibus conclusit. Hic primus mercenarias copias contraxit, in quibus miles (3) erat Pythagoras Chaldææ sapientiæ assecla. Ægyptum præterea partesque inferiores Syriæ acquirebat Axerdis. Hinc Sardanapallus (4) exortus est.

Post quem (5) Saracus imperitabat Assyriis : qui quidem certior factus turmarum vulgi collectitiarum quæ a mari adversus se adventarent, continuo Busalussorum (6) militiæ ducem Babylonem mittebat. Sed enim ** hic capto rebellandi consilio, Amuhiam Astyagis Medorum principis filiam nato suo Nabuchodrossoro despondebat; moxque raptim contra Ninum (7) seu Ninivem, urbem impetum faciebat. Re omni cognita, rex Saracus regiam Evoritam (8) inflammabat. Tum vero Nabuchodrossorus summæ rerum potitus firmis mœnibus Babylonem cingebat. Hisce narratis, reliqua etiam Nabuchodrossori gesta ita persequitur Abydenus, ut a libris Hebræorum prorsus non abhorreat.

CAPUT X.

Abydeni de Nabuchodonosoro.

*** 1. Nabuchodrossorus (9) suscepto imperio Babylonem intra quindecim ferme dies cingebat mœnibus et triplici aggere, fluviumque Armacalem ab Euphrate promebat : puteum item excelso loco apud Sippara urbem fodiebat, quadraginta parasangas (10) latum, et ulnas viginti profundum. Huic autem claustra apponenda curavit, quibus reclusis universa planities rigaretur. Claustrorum nomen ἐχετογνώμονας (11) vocant, quasi ea voluntate quadam ingenitaque inclinatione sint prædita. Littus præterea Rubri maris adversus impetum fluctuum communivit : tum in limine Arabicæ regionis (12)

(*) Ἀβυδηνοῦ περὶ τῆς τοῦ πύργου κατασκευῆς.

Ἐντὶ δ' οἲ λέγουσι τοὺς πρώτους ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείμονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ᾗ νῦν Βαβυλὼν ἐστιν, ἤδη τε ἄσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δὴ τὰ ἐρίπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνέγκασθαι. Μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον. *Ex Syncello, p. 44 D, et Eusebio*, Præp. ev. IX, 14.

(**) Οὗτος στρατηγὸς ὑπὸ Σαράκου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως σταλεὶς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σαράκου εἰς Νῖνον ἐπιστρατεύει· οὗ τὴν ἔφοδον πτοηθεὶς ὁ Σάρακος, ἑαυτὸν σὺν τοῖς βασιλείοις ἐνέπρησε· καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων καὶ Βαβυλῶνος παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπαλάσσαρος ὁ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ πατήρ. *Ex Syncello, p. 210 B, sed interpolata.*

(***) 1. Ναβουχοδονόσωρ δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέω. Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας

(1) De voce Armenia MIAPANEAL, quæ hoc in loco rursus occurrit, recole dicta superius cap 4, n. 1.

(2) Ita prorsus codex Arm. ; sed error est interpretis qui legit Ἀθηνῶν pro Ἀθηνᾶς. Scribe igitur *templum Minervæ*.

(3) Armeniaca locutio ejusmodi est, ut plane videatur Pythagoras in eo exercitu militavisse.

(4) De Sardanapallo diximus cap. 5, n. 10. Discrepat tamen hic locus a nuper laudato.

(5) In margine codicis Arm. pro *post quem* scribitur *post quos*.

(6) Hic Syncello p. 210 A, B (seu potius Alexandro Polyhistori) est *Nabopolasarus* pater Nabuchodonosori.

(7) Ninus profanis scriptoribus est ea quæ sacris *Ninive*.

(8) In Armeniaco textu est RHOK ABNER ZARCHUNIS EVORIDA. Jamvero RHOK vox est hactenus nobis inaudita, cujus etymologiam vestigantibus occurrebat NUR, *ignis*. Dicendum est ergo *incendio tradebat regiam Evoritam* vel *Everitæ*. Tum de postremo hoc vocabulo *Evorita* dum cogitabamus, veniebat nobis in mentem *Aroitæ* nominis pro *Amuhia*, quod vidimus in textu Græco cap. 5. Græcus locus longe hic apertior, *inflammata regia, se ipsum incendio absumebat.*

(9) Ita nomen legebat hoc loco, et alibi, Armenius interpres, pro veriore lectione *Nabuchodonosorus*.

(10) Parasanga a Chorenensi, *Geograph.* cap. 6, dicitur ter mille passuum spatium.

(11) Cl. Leopardus primum corrigebat ἐχεγνώμονας, deinde malebat ὀχετογνώμονας. Utrumque melius quam ἐχετογνώμονας.

(12) Ita prorsus codex Arm. Græcus tamen textus rectius explicatur ab interprete Eusebii (*Præp. ev.* IX, 41) *adversus Arabum irruptiones*.

Teredonem urbem fundavit : regia palatia recentibus arborum surculis exornavit, nomenque his fecit viridaria pensilia. Mox accurate etiam edisserit quænam dicta sint viridaria pensilia, eademque ait a Græcis quoque in septem speciosissimis miraculis numerari.

2. Rursus alio loco idem homo sic loquitur. Cuncta, inquit, olim aquis tenebantur; idque mare dicebatur : quod quidem Belus compescuit, et suum cuique rei locum tribuit. Idem Babylonem mœnibus ambiens communivit, quæ diuturnitate temporis diruta Nabuchodrossorus demum restituit : eaque superant usque ad imperium Macedonum non sine valvis aere conflatis. Omnia Abydenus Danieli consona narrat, apud quem Nabuchodonosorus superbia tumidus ita inducitur loquens (1) : « Nonne hæc B est Babylon magna, quam ego ædificavi ut sit regni sedes, virtute fortitudinis meæ, in honorem gloriæ meæ? »

3. Jam quod imperii ejus felicitatem testetur Daniel his verbis, quibus de Nabuchodonosoro loquitur (2), audi Abydenum : Hercule, inquit, fortior erat; idque exponit hac ratione sermonis. Megasthenes (3) ait : Nabuchodrossorus, qui ipsi Herculi fortitudine præstitit, in Libyam atque Iberiam magnis copiis expeditionem suscepit : quibus regionibus debellatis, incolarum partem in Ponti dexteram (4) oram transtulit. Deinde Chaldæi tradunt, mentem ejus ad regiam reducis deorum quorumdam afflatu fuisse occupatam, ita ut in hæc verba erumperet : Ego Nabuchodrossorus, o strenui Babylonii, superventuras vobis ærumnas prædicam. Tum alia A id genus accurate narrat. Rursusque idem scriptor addit : eum, qui tanto elatus fastu imperabat, e conspectu repente ereptum evanuisse. Hinc filius ejus Amilmarodachus regnavit, quem brevi Niglisares levir (5) occidit, filium habens unicum superstitem Labossoracum; qui violento item fato cum sublatus fuisset, Nabonedochus nullo jure fretus ad regni sedem accedere jussus est (6) : is nempe cui Cyrus, capta dein Babylone, Carmaniæ præfecturam concessit : a Dario autem rege eadem provincia pulsus est.

4. Atque hæc omnia cum Hebraicis litteris congruunt : namque in Danielis historia traditur quare quave ratione Nabuchodonosorus mente exciderit (7). Græci autem Chaldæive scriptores vitium illud ad bonum sensum trahunt, illumque a Deo obsessum aiunt, Deumque appellant furorem quo correptus est : vel genium (8) quemdam arbitrantur in eum irruisse. Neque id mirum : cuncta enim ejusmodi solent in Deum conferre, genio-rumque nomine deos designare. Hæc omnia Abydenus. Sed et Flavius Josephus Judæorum historicus in priore priscorum historia (9) congruentia his memorans ita scribit.

CAPUT XI.

Ex Josephi priore priscorum Historia. De Nabuchodonosoro.

1. Age vero, inquit, nunc ea dicam quæ de nobis in Chaldæorum historiis perquam accurate C feruntur, quarum cum nostris litteris in aliis quoque multa est conspiratio. Testis equidem hujusce rei

ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ' αὐτὰς ἐχετογνώμονας. Ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βασιλήια δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας.

2. Ὁ αὐτὸς ταῦτ' γράφει· Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην· Βῆλον δὲ σφέα παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τὸ δὲ χρόνῳ τῷ ἱκνευμένῳ ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον. Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης κείσθω γραφῆς, διὰ τὸ φέρεσθαι ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ προφητείᾳ, ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσωρ ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τῷ ἐν Βαβυλῶνι, περιπατῶν, μεγαφρονήσας, ἀπηυθαδίσατο εἰπών· « Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας, ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου; »

3. Εὗρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ, περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα. Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀποδασμὸν αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ, ὅτε ὧδε φθεγξάμενος δὴ εἶπεν· Οὗτος ἐγὼ Ναβουχοδρόσωρ, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν, κ. τ. λ. Ὁ μὲν θεσπίσας, παραχρῆμα ἠφάνιστο. Ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε· τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης, λεῖπε παῖδα Λαβασσοάρασκον· τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν· τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. *Ex Eusebio*, Præp. ev. IX, 41.

1. Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. Μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσός, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν

(1) Cap. IV, 27.

(2) Locus videbatur perplexus in codice Arm.

(3) Locum ex Abydeno laudat etiam Chorenensis Hist. II, 7, his verbis : *Potentissimus ille Nabuchodonosorus Hercule Libyco fortior erat. Exercitu coacto in Iberiam venit, quam profligatam afflictamque sibi subdidit, partemque populi ad oram Pontici maris dexteram*, nempe *occidentalem*, *transtulit collocavitque*. Scilicet Chorenensis vocabulum ΜΕΓΑΣΘΕΝΗΣ haud proprium viri nomen, sed adjectivum putavit, et *potentissimus* interpretatus est.

(4) In codice Eusebii Arm. IARACIAGOGMEN, *anteriorem*, sed mendum est pro ACIAGOGMEN, *dexteram*.

D (5) Cod. Arm. *gener*, sed corrigitur infra a Josepho.

(6) Ita Armeniacus interpres *jussit*, nempe Neglissares, quia legit ἀποδείκνυσι singulari numero.

(7) Dan. IV, 28 seqq.

(8) Codex Arm. TEV, *dæmonem;* sed intellige *genium*.

(9) Nempe libro I, cap. 19, *contra Apionem*, quod opus appellatur Ἀρχαιότης vel Ἀρχαιολογία Ἰουδαίων, *De antiquitate Judæorum*, apud eumdem Eusebium *Præp. ev.* X, 13, nec non in Josephi codicibus.

Berosus est, vir gente Chaldæus, atque nobilis inter A eos qui scientiarum disciplinas coluerunt. Quippe is et astronomiæ libros, et quidquid Chaldæorum ingenia philosophata sunt, ad Græcam linguam transtulit. Hic ergo Berosus priscorum scripturas presse secutus, de diluvio et de hominum supremo exterminio, eadem ratione qua Moses, historiam contexuit : itemque de arca instar capsæ adornata, in qua Noachus generis nostri auctor servatus est, quæque ad cacumen Armeniaci montis adhæsit. Deinde Noachi posteros singillatim enumerans, et sua cuique tempora tribuens, ad Nabupalassarum Babylonis et Chaldæorum regem delabitur, resque ab eo fortiter gestas persequens, ait quo pacto quove consilio filium suum (1) Nabuchodrossorum cum innumeris copiis ingentique apparatu in Ægyptum nostramque regionem miserit, postquam fama ad ejus aures venit, provinciarum harum incolas seditionem moliri. Jam hic eo profectus omnes ditione sua pressit, Hierosolymitanum templum inflammavit, universumque gentis nostræ populum laribus eversum ad Babylonicum agrum traduxit. Atque ita contigit urbi destrui, temploque in ruinis considere septuaginta annis ad Cyrum usque Persarum regem primum. Ait autem, Babylonium hunc regem dominatum esse Ægypto, Syriæ, Phœniciæ et Arabiæ, præcellentem omnibus vi et strenuitate qui ante eum Chaldæis et Babyloniis imperaverant.

2. Ipsa vero Berosi verba attexam, cujuscemodi ea se mihi obtulerunt. Ut pater illius Nabupalassarus edoctus est, summum satrapam, quem procuratorem Ægypto, Syriæ Phœniciæque præfecerat, conversis armis fidem mutasse, cum ipse per se jam ad pœnas expetendas (2) non valeret, partem copiarum quamdam filio suo Nabuchodrossoro, valida tunc ætate juveni, tradidit, eumque satrapam bello persequi jussit. Nabuchodrossorus (3) statim ac eo venit manusque conseruit, superior rebelli evasit, illasque denuo regiones imperio suo subjunxit. Accidit autem ut pater ejus Nabupalassarus per id tempus in morbum implicitus mortem cum vita Babylone commutaret, postquam anno uno supra viginti regnasset. At Nabuchodrossorus, B cognito non (4) diu post parentis obitu, res Ægypti cæterarumque regionum rite composuit : tum captivos Judæos, Phœnices, Syros, et Ægyptios jussit cum gravis armaturæ exercitu ab aliquot amicis suis, itemque reliquas manubias et supellectilem, Babylonem deduci, quo et ipse reversus est (5).

3. Ibi vero rem publicam in Chaldæorum potestate esse offendit, sibique regnum ab optimate quodam asservari. Universæ igitur ditionis patriæ potitus, captivos in Babylonici agri partibus opportunissimis collocari jussit; tum belli manubiis Beli templum et reliqua affluenter exornavit, atque in ipsam urbem extra vagantes adduxit aquas (6), C munivitque locos, ne in posterum obsessores am-

τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. Εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχου καταλέγων, καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει, τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας, εἰς Βαβυλῶνα μετῴκισεν· συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν ἑβδομήκοντα, μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως· κρατῆσαι δέ φησι τὸν Βαβυλώνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας.

2. Εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγον ὁ Βηρωσσὸς, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ· αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τοῦ Βηρωσσοῦ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. Τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀῤῥωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἰκοσιέν (7). Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα.

3. Καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενόμενος συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας, πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς

(1) Codex arm. ZIVBURVIN ORTIN, quod significat D quodammodo *unicum suum filium*.

(2) Patet Armenium interpretem legisse κακοποιεῖν pro κακοπαθεῖν.

(3) His, quæ sequuntur, utitur Eusebius etiam in *Præp. ev.* IX, 40.

(4) Particula *non* excidit ab Armenio codice.

(5) Paulo aliter Gr. textus.

(6) Nihil de aquis textus Græcus Josephi, qui et paulo aliter se habet.

(7) Hoc loco Josephus habet εἴκοσι ἐννέα, sed in *Antiq.* X, 11, εἰκοσιέν, cui lectioni suffragatur Syncellus, p. 210 A.

nem contra urbem immittere possent. Excitavit et A triplicem murorum ambitum internæ urbi, triplicem item externæ : et partim quidem cocto latere ac bitumine, partim latere solo conficiebat. Jam egregie vallata urbe portisque divinitus exornatis, paternæ regiæ aliam proxime addidit, cujus rationem, pulchritudinem variumque apparatum vix narrare quis possit. Tantummodo dixerim, cum adeo elaboratum mirificum et modum excedens fuerit opus, id tamen intra quindecim dies esse absolutum. Præterea in palatio lapideos obeliscos altissimos statuisque decoros eduxit, speciemque montium simillimam exhibuit. Consevit et varias arbores, et ea quæ dicuntur pensilia viridaria construxit, montani instar ventosique loci, ad uxoris suæ lubentiam, qua ventosæ Medorum regioni consueverat.

4. Atque hæc omnia adamussim Berosus de prædicto rege scripsit. Sed et alia plurima tertio Chaldaicarum rerum libro, in quo Græcos historicos reprehendit, qui in cassum opinati sunt, a Semiramide Assyria conditam esse Babylonem; ab eademque miranda illa opera exstructa falso scripserunt. Atque in his Chaldæorum historiæ fidem adjungere par est. Præsertim cum in Phœnicum quoque tabulariis suffragantia Berosi dictis scripta exstent, quibus diserte Babyloniorum rex universam Syriam atque Phœniciam perdomuisse traditur. Sed et Philostrati historia consentit, quo loco Tyri obsidionem memorat : tum denique quarto *Indicarum rerum* libro Megasthenes, ubi ostendere nititur, a prædicto Babyloniorum rege Herculem ipsum fortitudine rerumque gestarum magnitudine fuisse superatum, magnamque Libyæ partem atque Iberiæ (1) internecive debellatam,

5. Jam quod supra memoratum Hierosolymorum templum bello Babyloniorum inflammatum fuerit, quodque idem instaurari cœptum sit quo tempore Cyrus Asiæ imperium obtinuit, ex *Historia* item Berosi perspicue constabit. Tertio enim libro hæc recitat : Nabuchodrossorus, cœpto ante dictorum mœnium ædificio, morbo correptus vita excessit, cum tribus annis et quadraginta regnasset : regnumque obtinebat filius ejus Evilmarudochus. Hic intemperanter injusteque regia auctoritate uti visus, a marito sororis suæ Neriglassare insidiis appetitus interiit altero regni anno. Eo sublato, exceptum est imperium a Neriglassare insidiatore, B quatuorque annis administratum. Deinde filius Labesorachus puerili ætate dominatus est mensibus novem : moxque a familiaribus, propter pravi ingenii specimina, excruciatus interiit. Hoc necato, regnum insidiatores ejus communi consilio ad Nabonnedum quemdam Babylonium detulerunt, qui in eadem fuerat inimica conjuratione. Sub hoc Babylonis mœnia ad amnis ripam coctis lateribus et bitumine condita sunt. Cumque ejus regnum decimo jam et septimo anno vigeret, Cyrus e Perside cum maximis copiis irruens, post cætera regna subversa, Babylonem aggressus est. Nabonnedus ubi adventantem sensit, aciem in eum eduxit, prælioque superatus fugit, seque cum paucis in Borsippenorum urbe conclusit. Capta Babylone, Cyrus C externa urbis mœnia funditus subfodi jussit, quia nimirum videbatur ei nimis valida urbs captuque difficilis : tum Borsippum ad obsidendum Nabon-

ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύακεν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπεραίροντα ἀνάστημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν· μακρὰ δ' ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγῆται, πλὴν ὄντα γε εἰς ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα, συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε· ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο, καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τόποις.

4. Ταῦτα μὲν οὕτως ἱστόρησε περὶ τοῦ προειρημένου βασιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλδαϊκῶν, ἐν ᾗ μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμεως τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ' ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφόσι. Καὶ κατὰ ταῦτα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀν τοῖς ἀρχείοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς ὑπὸ Βηρωσσοῦ λεγομένοις ἀναγέγραπται περὶ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἅπασαν ἐκεῖνος κατεστρέψατο. Περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας· καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν *Ἰνδικῶν*, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων, Ἡρακλέους ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει πράξεων διενηνοχέναι· καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι καὶ Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν.

5. Τὰ δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι, Κύρου τῆς Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρειληφότος, ἐκ τῶν Βηρωσσοῦ σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. Λέγει γὰρ οὕτω διὰ τῆς τρίτης· Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία· τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος· οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο· μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νεριγλισσόορος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα· τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας

(1) Cod. Arm., *Zybeorum* pro *Iberiæ*, quod manifestum mendum explodere placuit.

nedum contendit. Is vero obsidionem non sustinens, manus dedit; quo Cyrus perquam clementer usus est; concessa enim ad incolendum Carmania, Babylone eum emisit. Reliqua ætate Nabonnedus illic exacta supremum diem obiit. Hæc omnia consentientem præferunt cum nostris libris veritatem. Nempe Nabuchodonosorus decimo octavo regni sui anno templum nostrum diruit: idque excidium annis quinquaginta mansit. Deinde annum alterum regnante Cyro jacta sunt fundamenta templi resurgentis; idemque anno Darii imperantis sexto (1) absolutum.

6. Addam etiam Phœnicum scriptores; neque enim sunt inepti ad veritatem magnopere confirmandam (2); hique ita tempora explicant. Sub Ethobalo sacerdote obsedit Nabuchodonosorus Tyrum annis tredecim. Post illum regnavit Balla decem annis. Hinc judices constituti sunt magistratuque functi Ethnibalus Basechi mensibus duobus, Chelbes Abdæi mensibus decem, Abalus pontifex maximus mensibus tribus. Cumque Sibunosthus, et Gerastartas Abdelimi filius, judicia exercuissent annis sex, Balatorus hujus filius anno uno regnavit (3). Quo obeunte, evocatus est e Babylone Merbalus, qui regnavit annis quatuor. Hoc item mortuo ascitus est frater Hiromus, qui regnavit annis viginti. Sub eo Cyrus Persa dynastes factus est. Quæ cum ita sint, summa temporum, anni quinquaginta quatuor sunt cum mensibus tribus, prout ipsi supputant (4). Nimirum septimo regni sui anno Nabuchodonosorus obsidere Tyrum

A cœpit: tum quarto (5) anno ex quo regnabat Hiromus, imperium Cyrus Persa occupavit. Atque ita consentanea nostris litteris Chaldæorum Tyriorumque libri recitant.

De his hoc pacto Josephus. Sed enim et Abydenus Chaldaici regni rationem Polyhistori concordem evolvit, regesque Assyriorum singillatim diligenterque ita recenset.

CAPUT XII.

Abydeni de regno Assyriorum.

Chaldæi regionis suæ reges ab Aloro usque ad Alexandrum hoc pacto enumerant. Nini quidem et Semiramidis nullam rationem habent. His autem dictis, ita historiam suam exorditur. Fuit *, inquit,
B Ninus qui Arbeli, qui Chaali, qui Arbeli, qui Anebi, qui Babii, qui Beli regis Assyriorum (6). Deinde accurate reges enumerat a Nino et a Semiramide ad Sardanapallum, qui omnium extremus fuit: a quo ad primam olympiadem sexaginta et septem anni putantur (7). De Assyriorum regno hac diligentia scripsit Abydenus. Nihilominus et Castor primo libro *Summarii chronicorum* (8) eadem plane ad litteram narrat de regno Assyriorum.

CAPUT XIII.

E Castoris summario. De regno Assyriorum.

Belus erat, inquit, Assyriorum rex, et sub eo Cyclopes fulguribus fulminibusque micantibus Jovi cum Titanis prælianti opem ferebant. Reges quoque
C Titanorum eo tempore cognoscebantur, quorum e numero erat Ogygus rex. Mox paucis interjectis,

μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρήσαντος αὐτὸν, πρότερον χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν, τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν· γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα· δευτέρῳ δὲ τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη.

6. Προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινίκων ἀναγραφάς· οὐ γὰρ παραλειπτέον τῶν ἀποδείξεων τὴν περιουσίαν· ἔστι δὲ τοιαύτη τῶν χρόνων ἡ καταρίθμησις. Ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη δεκατρία. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα. Μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν. Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλέμου δικασταὶ ἔτη ἕξ. Ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα. Τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου τελευτήσαντος, μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. Ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. Οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. Ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον· τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. Καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων. *Ex Josepho* contra Apionem, I, 19-21.

(*) Ἀσσυρίων ἐβασίλευσαν Ἀραβῆλος, Χάλαος, Ἄνεβος, Βάβιος. *Ex Syncello, p.* 151 *B*, 154 *D*, 155 *A*.

(1) Notemus præclaram lectionem codicis Armeniaci *sexto* pro *secundo*, quam nunc præferunt vitiata Josephi exemplaria. Sane dicendum esse *sexto* constat evidenter e libro primo divini Esdræ VI, 15, idque confirmat etiam Syncellus p. 245 A. At Eusebii *Præp. ev.* IX, 40, vitiata item exemplaria habent δεκάτῳ, *decimo*.

(2) Ita codex Arm. aliquantulum differt a Græco textu.

(3) Locus in Armeniaco codice videbatur perplexus.

(4) Ita interpres Arm. Sed revera πρὸς αὐτοῖς nihil aliud significat quam *insuper*, nempe *anni* LIV,
D *insuperque menses* III.

(5) Textus Græcus, *quarto decimo*.

(6) Locum exscripsit etiam Chorenensis. *Hist.* I, 4: *Abydenus, auctor certus, ita dicit: Ninus ortus Arbeelo, Chaalus Arbeelo, is Anebo, is Babio, is Belo*.

(7) Infra cap. 15, 7 putantur *quadraginta*.

(8) Hoc *Summarium* Castoris idem est atque ejusdem *Canon*, de quo in sequenti capite sermo fit. Sane et Eusebii nostri liber posterior, qui vulgo dicitur *Canon*, ab Hieronymo *De viris ill.* cap. 81, dicitur *epitome*.

subdit gigantes bellum diis intulisse atque occidione esse cæsos : strenuos deorum adjutores fuisse Herculem et Bacchum (1), qui et ipsi erant Titani : Belum, de quo antea diximus, mortem obiisse, qui etiam Deus existimatus sit. Post hunc Assyriis dominatum esse Ninum annis quinquaginta duobus, qui uxorem duxit Semiramidem. Post eum, Semiramidem rexisse Assyrios annis quadraginta duobus. Zamem, qui et Ninyas, successisse. Deinceps Assyriorum, qui consecuti sunt, reges singillatim ordinatimque numerat usque ad Sardanapallum, nominatim quemque compellans : quorum etiam nos paulo post et nomina et tempora dominationis ponemus. Profecto et ille * in eo, quem digessit, canone sic de his loquitur : Primo Assyriorum reges disposuimus, exordiumque a Belo duximus : et quoniam haud traditum certo est quot hic annis regnaverit (2), nihil præter nomen ascripsimus. A Nino autem principium chronologiæ fecimus, et in alterum Ninum ** qui Sardanapallo successit, desivimus : prorsus ut perspicue definiteque tum summa temporum, tum singulorum regum anni patefierent. Sic videlicet annorum mille octoginta supra ducentum summa exsurgit. Hæc Castor. Cæterum et Siculus *** Diodorus, qui *Bibliothecam* coacervavit, eadem fere narratione utitur.

CAPUT XIV.

E Diodori libro. De regno Assyriorum.

1. Principio **** Asiam imperio tenuere reges indigenæ quorum nec illustre aliquod factum nec nomina memorantur. Primus autem historiæ commendatione et memoria dignus, Ninus fuit rex Assyriorum, maximorum insigniumque facinorum auctor, de quo nos particulatim scribere aggredimur. Mox pluribus interpositis, ait ***** eum suscepisse de Semiramide filium Ninyam : cumque mortem obiret, uxorem reliquisse imperantem. Ninum a Semiramide in sua regia fuisse sepultum. Rursus paucis aliis narratis addit ******, Semiramidem omnibus Asianis, exceptis Indis, præfuisse reginam, atque obiisse eo, qui prædictus est, modo, annos natam duos et sexaginta, regni anno secundo supra quadragesimum. Deinceps ex ordine narrat *******, post illius obitum a Ninya filio Nini et Semiramidis occupatum esse imperium et pacifice administratum : quippe qui martium indefessumque matris suæ animum haud æmulatus sit. Denique aliis intermediis addit ********, prorsus ut Ninyam alios quoque reges, filios videlicet a patre, excepisse imperium, successivosque (3) regnavisse usque ad Sardanapallum : sub hoc enim ad Medos imperium Assyriorum devolutum est, quod quidem manserat annis plus mille et trecentis (4), uti Ctesias Cnidius secundo libro tradit.

2. Age vero ********* regum nomina, numerumque annorum quibus regnaverunt, perscribere, nihil interest ; quandoquidem nil memoria dignum ab iis actum est : excepta illa auxiliari vi Trojanis sup-

(*) Κάστωρ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ φησὶν ὧδε· Πρώτους μὲν εἶναι τοὺς Ἀσσυρίους βασιλεῖς κατετάξαμεν, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Βήλου πεποιημένους. Τῷ δὲ, τὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτη μὴ παραδεδόσθαι σαφῶς, τοῦ μὲν ὀνόματος μνημονεύομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήμεθα, καὶ καταλήγομεν ἐπὶ Νῖνον τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν ἀπὸ Σαρδαναπάλλου. *Ex Syncello*, p. 205 *D sqq.*

(**) Ἕτεροί φασι μετὰ Σαρδανάπαλλον κρατῆσαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νῖνον, ὥς που καὶ Κάστωρ. *Ex eodem*, p. 205 *D.*

(***) Ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ὁ συναγηοχὼς τὴν βιβλιοθήκην. *Ex Eusebio*, Præp. ev. I, 6.

(****) Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. Πρῶτος δὲ τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων Νῖνος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων μεγάλας πράξεις ἐπετελέσατο· περὶ οὗ τὰ κατὰ μέρος ἀναγράφειν πειρασόμεθα. *Ex Diodoro*, II, 1.

(*****) Μετὰ δὲ ταῦτα γεννήσας ἐκ Σεμιράμεως υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. Τὸν δὲ Νῖνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις. *Ex eodem Diodoro*, II. 7.

(******) Αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης, πλὴν Ἰνδῶν, ἐτελεύτησε τὸν προειρημένον τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ἑξήκοντα καὶ δύο, βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. *Ex eodem*, II, 20.

(*******) Μετὰ δὲ τὸν ταύτης θάνατον Νινύας ὁ Νίνου καὶ Σεμιράμεως υἱὸς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἦρχον εἰρηνικῶς, τὸ φιλοπόλεμον καὶ κεκινδυνευμένον τῆς μητρὸς οὐδαμῶς ζηλώσας. *Ex eodem*, II, 21.

(********) Παραπλήσιον δὲ τούτῳ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς, παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα ἐβασίλευσαν, μέχρι Σαρδαναπάλου. Ἐπὶ τούτου γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους, ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων, ἔτι δ' ἑξήκοντα, καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ. *Ex eodem*, II. 21.

(*********) Τὰ δ' ὀνόματα πάντων τῶν βασιλέων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, οὐ κατεπείγει

(1) De Bacchi et Herculis pugna cum gigantibus legantur Apollodorus *Biblioth.* I, 6; II, 7; itemque Nonnus *Dionys.* XXV et XLVIII.

(2) Id tamen diserte tradit Augustinus *De civ. D.* XVI, 17 : *Babylone jam Ninus regnabat post mortem patris sui Beli, qui primus illic regnaverat sexaginta quinque annos.*

(3) Semiramidis tamen stirpem ante Sardanapallum defecisse tradunt quidam historici apud Syncellum p. 359 C, et Agathiam p. 63 C : Ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Βελεοῦν τὸν Δελκετάδου. Εἰς τοῦτον χρόνον τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρᾶν κηπουργὸς ἐβασίλευσεν, καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἑξῆς μέχρι Σαρδαναπάλου, καθὰ Βίωνι καὶ Ἀλεξάνδρῳ δοκεῖ τῷ Πολυΐστορι. Ἐβασίλευσαν οὖν Ἀσσύριοι ἔτη ͵ατϛʹ· *A Nino et a Semiramide ad Beleum usque Delcetadæ filium regnum tenuerunt Assyrii : in eo quippe deficiente Semiramidis genere Belitaras quidam ejusque posteri dominati sunt usque ad Sardanapallum, prout Bionis et Alexandri Polyhistoris sententia est. Regnaverunt itaque Assyrii annis* MCCCVI.

(4) Græcus textus Diodori editus et tres codices Ambrosiani habent MCCCLX. Hæc est autem illa celeberrima tantoque opere apud veteres recentesque criticos ventilata controversia de Assyrii imperii diuturnitate. Herodotus I, 95, quingentis et viginti annis id imperium mansisse docet. Ctesias apud Diodorum II, 21, annis mille et trecentis cum sexaginta ; vel, ut cap. 28, plus mille et trecentis ; vel, ut apud Syncellum, p. 359, sex et trecentis supra mille ; vel etiam paulo amplius, uti apud Agathiam p. 63 (sane et Justinus I, 2, omnino mille trecentis). Hinc criticorum facta divortia.

pahtata ab Assyriis, quæ quidem historiam promeruit, duce exercitus Memnone Tithoni (1) filio. Namque Asiæ regnum tenente Tautano (2), qui erat vigesimus sextus (3) a Ninya Semiramidis filio, feruntur Græci cum Agamemnone adversus Trojam expeditionem suscepisse, cum jam Assyrii plus mille annis Asiæ præfuissent. Priamus vero Trojanorum rex bello graviter pressus regi Assyriorum semet commendabat (4), missisque oratoribus opem rogabat: qui ei concessit Æthiopas decem mille totidemque Susianos (5) cum ducentis curribus et Memnone Tithoni filio copiarum duce. His dictis, mox addit: has Memnonis strenuitates barbaros in regiis codicibus narratas affirmare (6).

3. Sardanapallus * tricesimus quintus (7) a Nino fundatore imperii fuit, et Assyriorum regum extremus, cunctosque, qui eum præcesserant, mollitia ignaviaque superavit. Et paulo post ait **, eum adeo in luxuriam fuisse projectum, ut non solum ipse turpiter vitam amiserit, verum etiam universum Assyriorum imperium everterit, cujus incolumitas, præ cæteris, quæ memorantur, diutissime manserat. Arbaces quidam genere Medus, vir insignis virtute et strenuus, dux Medicæ militiæ, quæ in urbem Ninum quotannis submittebatur, ea occasione amicitiam iniit cum exercitus Babylonici duce, ab eoque rogatus imperium sustulit Assyriorum. Hæc Diodorus secundo *Bibliothecæ historicæ* libro. De Assyriorum imperio eadem quoque Cephalion his verbis refert (8).

CAPUT XV.

*** *Cephalionis historici. — De regno Assyriorum.*

1. Ea scribere aggredior, quorum alii quoque meminerunt, in primis Hellanicus Lesbius et Ctesias Cnidius (9) nec non Herodotus Halicarnassensis (10). Principio Assyrii dominati sunt Asiæ, ex quibus (11) erat Ninus Belides: quo regnante multæ res et facinora maxima contigerunt. Deinde loquitur de Semiramidis natalibus, nec non Zoroastri (12) magni Bactrianorum regis, et de bello quo hic a Semiramide superatus est (13); de annis denique quibus Ninus regnavit, duobus videlicet supra quinquaginta, nec non de ejus obitu. Postea regnantem Semiramin Babylonis mœnia excitavisse *ait* ea ratione, quæ a multis dicta est, nempe a Ctesia, a Zenone, ab Herodoto, aliisque deinceps. Præterea Semiramidis narrat expeditionem in Indiam, ejusque cladem et fugam; cædem etiam

γράφειν, διὰ τὸ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπράχθαι μνήμης ἄξιον. Μόνη γὰρ τετύχηκεν ἀναγραφῆς ἡ πεμφθεῖσα συμμαχία τοῖς Τρωσὶν ὑπ' Ἀσσυρίων, ἧς ἐστρατήγει Μέμνων ὁ Τιθωνοῦ. Τευτάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου τοῦ Σεμιράμεως, φασὶ τοὺς μετ' Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροίαν στρατεῦσαι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας τῶν Ἀσσυρίων ἔτη πλείω τῶν χιλίων. Καὶ τὸν μὲν Πρίαμον βαρυνόμενον τῷ πολέμῳ καὶ βασιλεύοντα τῆς Τρωάδος, ὑπήκοον δ' ὄντα τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, πέμψαι πρὸς αὐτὸν πρεσβευτὰς περὶ βοηθείας· τὸν δὲ Τεύταμον μυρίους μὲν Αἰθίοπας, ἄλλους δὲ τοσούτους Σουσιανοὺς σὺν ἅρμασι διακοσίοις ἐξαποστεῖλαι, στρατηγὸν καταστήσαντα Μέμνονα τὸν Τιθωνοῦ. Περὶ μὲν οὖν τοῦ Μέμνονος τοιαῦτ' ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀναγραφαῖς ἱστορεῖσθαί φασιν οἱ βάρβαροι. *Ex eodem Diodoro*, II, 22.

(*) Σαρδανάπαλος δὲ, τριακοστὸς μὲν ὢν ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν, ἔσχατος δὲ γενόμενος Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ὑπερῆρεν ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ τρυφῇ καὶ ῥαθυμίᾳ. *Ex eodem Diodoro*, II, 23.

(**) Τοιοῦτος δ' ὢν τὸν τρόπον, οὐ μόνον αὐτὸς αἰσχρῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέτρεψε, πολυχρονιωτάτην γενομένην τῶν μνημονευομένων. Ἀρβάκης γάρ τις, Μῆδος μὲν τὸ γένος, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἐστρατήγει Μήδων τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐκπεμπομένων εἰς τὴν Νῖνον. Κατὰ δὲ τὴν στρατείαν, γενόμενος συνήθης τῷ στρατηγῷ τῶν Βαβυλωνίων, ὑπ' ἐκείνου παρεκλήθη καταλῦσαι τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν. *Ex eodem Diodoro*, II, 23, 24.

(***) Παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν, οὕτω φάσκων· Ἄρχομαι γράφειν ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν, καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος, καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. Τὸ παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν οἱ Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νῖνος. Εἶτ' ἐπάγει γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου, ἔτη τε νβ' τῆς Νίνου βασιλείας. Μεθ' ὃν Βαβυλῶνα, φησὶν, ἡ Σεμίραμις ἐτείχισε τρόπον, ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Ζήνωνι, Ἡροδότῳ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς, στρατείην τε αὐτῆς κατὰ

(1) Hunc Tithonum Memnonis patrem, eumdem esse atque Babium regem Assyriorum putat Syncellus p. 155 A.

(2) Ita scribit hoc nomen etiam Syncellus, p. 168 A.

(3) In Diodori textu edito est *vicesimus*, eamque lectionem confirmant tres Diodori codices Ambrosiani. Ab Eusebio tamen scribitur *vicesimus sextus*, etiam sequente capite in tabulis: necnon a Syncello, p. 168 B.

(4) Ita codex Arm. paulo aliter atque est in Græco.

(5) Cod. Arm., perperam, *Nusianos*.

(6) Memnonis expeditio resque apud Trojam gestæ narrantur prolixe apud Quintum Calabrum, II, v. 99 sqq.

(7) Ita legebat Eusebius apud Diodorum, nunc autem in Græco Diodori textu edito legitur *tricesimus*, necnon in codicibus tribus Ambrosianis. In tabulis mox addendis Sardanapallus *tricesimum sextum* locum obtinet.

(8) Hoc in capitulo non semel erravit Armenius interpres, quem nos ex Græcis reliquiis corrigendum esse putavimus.

(9) Apud Diodorum Sic., lib. II. Recole superius caput.

(10) Lib. I.

(11) Ita codex Arm.; non ut Græcus textus *his autem*.

(12) In Chorenensis *Historia* I, 5, 16, itemque apud Eznichium cap. 33, scribitur *Zeradastes*. Apud Agathiam autem, p. 62 B, etiam Ζωράδαδος et Ζαράδης. Diodorus II, 6, appellat *Oxyarten*: tum et stratagema narrat quo hic magus Bactrianus a Semiramide (Nino adhuc regnante) superatus est.

(13) Nihil de hoc bello est in Græco textu, uti nunc se habet, Cephalionis. Verumtamen Chorenensis quoque *Hist.* I, 17, eumdem hunc Cephalionis locum refert dicentis, a Semiramide jam regnante Zoroastrum fuisse superatum. Quanquam idem Chorenensis tum hoc tum priore laudati libri capite contrariam item sententiam innuit, secundum quam Semiramis cladem a Zoroastro passa traditur.

filiorum suorum ab ipsamet patratam : utque eadem a filio item suo Ninya interempta sit postquam annis duobus supra quadraginta regnasset. Hic vero, qui in imperium successit, a Cephalione dicitur nihil dignum memoria gessisse.

2. Tum reges alios singillatim recenset, quorum dominationem mille annis mansisse docet (1), potestate a patre ad filium manante : neminemque eorum minus viginti annis *sceptrum* tenuisse (2). Nam imbellis et quieta et feminea eorum indoles tutos cautosque servabat : quippe qui penetralibus se continebant, nihilque agebant, atque a nemine, præterquam a pellicibus et a viris effeminatis conspiciebantur. Si quis tamen avet hos reges cognoscere, Ctesias diserte eos nominatimque recenset, quod ego quidem sciam, tres supra viginti. Sed enim B qua ego voluptate vel animi jucunditate barbara nomina appellem, cassa omnino gestis præclaris, tyrannorum, inquam, illorum imbecillium et mollium et prope silvestrium?

3. Deinde addit : anno istius dominationis quadra- A gesimo supra sexcentesimum, rege Assyriorum Belimo (3), Perseum Danaes *filium* centum naves ad illorum regionem appulisse. Fugam scilicet arripuerat Perseus a Baccho victus Semeles filio (4). Deinde omisso Perseo Bacchique triumpho, ait, sequiore ætate, imperante apud Assyrios Panya, classem Argonautarum venisse ad Phasim amnem et ad Colchicam Medeam : tum et Herculem insano Hylæ amore correptum, navi relicta Cappadociam (5) versus, ut aiunt, errabundum contendisse. Dicit præterea : si quis mille annos a Semiramide ad Mithræum numeret, eum rationes constare deprehensurum.

4. Ab Ægeo rege discessit Medea Colchis, femina saga (6). Hujus filius erat Medus, unde Medi (id est Mari) (7); et regio Media dicta (nempe Marastan). Mithræi, inquit, imperium excipiebat successor Teutamus, qui ad mores legesque Assyriorum vitam suam exigebat; nihilque novi sub hoc rege accidebat, nisi quod Agamemnon atque Menelaus Mycenæi expeditionem cum Argivis fecerunt adver-

τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἧττον, καὶ ὅτι τοὺς ἰδίους ἀνεῖλεν υἱοὺς, καὶ ὑπὸ Νίνου τῶν παίδων ἑνὸς ἀνῃρέθη τοῦ ἐκδεξαμένου τὴν ἀρχήν.

2. Καὶ μεθ' ἕτερα· Καὶ τῶν λοιπῶν εἰς ͵α ἐτῶν ἀριθμὸν ἦρχον, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ ἔχων ἧττον αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἐτελεύτησεν ἐτῶν κ'· τὸ γὰρ ἀπόλεμόν τε καὶ ἀφιλοκίνδυνον καὶ γυναικῶδες ἦν αὐτοῖς ἀσφαλές· ἔνδον γὰρ ἔμενον, οὐδὲ αὐτοῖς ἓν ἔργον ἐπρήσσετο, οὐδὲ ἑώρα τις αὐτοὺς, πλὴν αἵ τε παλλακίδες καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ γυναικώδεις. Τοὺς δὲ βασιλεῖς τούσδε, εἴτις εἰδῆσαι βούλεται, Κτησίας ἐστὶν ὁ λέγων ὀνόματα αὐτῶν κ', οἶμαι, καὶ γ'. Ἐμοὶ δὲ ἡ γραφὴ τί τερπνὸν ἢ τί χαρίεν ἤμελλεν ἕξειν, ὀνομακλήτην ἄνευ πράξεων βαρβάρους φωνέοντι τυράννους δειλοὺς καὶ μαλακούς;

3. Πρὸς οἷς ἐπάγει τὰ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτῶν. Ἐτέων δὲ ὄντων ἀπὸ Νίνου τεσσαράκοντά που καὶ χ', Βέλιμος ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων· καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, ναῦς ἄγων ρ'· ἔφυγε δὲ Περσεὺς τὸν Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα. Καὶ μετέπειτα· Ὑστέρῃ δὲ γενεῇ κατὰ Πανύαν ἄρχοντα ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν ἐπί τε Φᾶσιν καὶ Μηδείην τὴν Κολχίδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεὼς διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ Ὕλα, λέγουσι περὶ τοὺς Καππαδόκας ἀληθῆναι. Καὶ αὖθις, ͵α δὲ ἐτῶν ἀπὸ Σεμιράμεως εἰς Μητραῖον βασιλέα ἂν ἀριθμοῖ τὸ περιτελλόμενον.

4. Μήδεια Κολχὶς ἀνεχώρησεν Αἰγέως· ἧς υἱὸς Μῆδος, ἐξ οὗ Μῆδοι, καὶ ἡ χώρα ἐκλήθη Μήδεια. Εἶτά φησιν· Μητραίου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται Ταύτανος, ζῶν καὶ αὐτὸς κατὰ ἔθη τὰ Ἀσσυρίων καὶ νόμους· καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγένετο οὐδὲ ἐπὶ τούτου καινὸν ἔργον. Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος οἱ Μυκηναῖοι ἐστρατεύσαντο σὺν Ἀργείοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισιν Ἀχαιοῖς εἰς Ἴλιον πόλιν, τῆς Πριάμου τοῦ Φρυγὸς στρατηγίης. *Ex Syncello* p. 167-168.

(1) Lege ad cap. XIV, num. 1, notam 4.

(2) Locum Græcum, qui vel corruptus vel ambiguus est, Goarus Syncelli interpres, p. 167 C, convertit, *adeo ut vicennalis obiret nullus*. Sed enim ex XXIII regibus (quot mox dicuntur) quorum nemo obierit vicennalis, quonam pacto conflabitur mille annorum summa? Vox etiam ἐτελεύτησεν ejicienda videtur a Græco textu. Locum igitur egregie intellexit tuitusque est Armenius noster interpres.

(3) Hic in tabulis mox subdendis dicitur *Belochus*.

(4) Bacchi certamen cum Perseo innuit Nonnus *Dionys.* XXV, prolixe autem canit XLVII.

(5) Apud Armenios scriptores *Cappadocia* plerumque dicitur GAMIRK, uti etiam hoc loco, et in Bibliorum interpretatione Deut. II, 23; Amos IX, 7; Jerem. XLVII, 4; Act. apost. II, 9. Chorenensis tamen in *Geographia* utitur nomine *Cappadocia*.

(6) Locus hic percommodam nobis ansam præbet edendi cujusdam summarii Euripideæ tragœdiæ *Peliades*, quod (deperdita apud Græcos tragœdia) Armenii incolume servaverunt. Mosis Chorenensis, qui non historica solum, verum etiam rhetorica laude claruit, decem libri *Progymnasmatum* exstant. Jam vero tertio ejus *rhetoricæ* libro, qui est *De confutatione*, prædictam Euripidis fabulam Moses ad exemplum sibi proponit oratoriæ confutationis. En autem ejus verba :

C *Medeæ confutatio.*

Si cuiquam liceret fructum victoriæ ex mendacio adipisci, aut laudis honorem apud omnes consequi; cunctis equidem Euripides tragicus antecelleret, qui fabulosæ orationis copia classem universam poetarum superavit. Hic tamen in iis, quæ de Medea refert, extremos mentiendi fines attingit.

Ait enim « *ipsam, societate cum Jasone quodam inita, e Scythia in Thessaliam navigavisse, atque magicas hic professam, regem, qui terræ imperabat, dolosis consiliis perdere decrevisse. Idcirco apud ejusdem filias commemorata diu patris devexa senectute masculæque prolis defectu, quæ in paternum regnum succederet, ultro opem suam obtulisse qua illum, siquidem ipsæ vellent, in juvenilem ætatem denuo restitueret. His dictis, pergit porro singillatim narrare qua ratione res patrata fuerit : nempe ut Medea laniatum arietem in lebetem conjecerit, ignemque subdiderit : utque fervente cum motibus lebete* D *viventis arietis speciem ostenderit : eoque modo illusis filiabus Peliam laniandum curaverit. Eratque, inquit, in lebete;* » *et præterea nihil addit.*

Exin Moses Euripideæ fabulæ capita singula diligenter refutat, eaque prorsus incredibilia coarguit (quanquam alibi Moses Euripidem vehementer admiratur). Jam hoc Medeæ facinus nemo fere copiosius narrat Diodoro Siculo IV, 50-52.

(7) *Medos* nimirum Armenii dicunt MARI, Mediam MARASTAN.

sus Ilium urbem, in qua Priamus Phryx militarem præfecturam gerebat.

5. Priami * exemplar quoque litterarum ad Teutamum circumfertur ejusmodi (1). « Militari vi, inquit, in regione tua (2) a Græcis irruentibus appetitus sum, belloque certatum est varia fortuna. Nunc vero et filius meus Hector exstinctus est, et aliorum multa proles ac strenua. Copiarum igitur valido sub duce nobis suppetias mitte. » Hinc diserte ait, missum esse a Teutamo auxilium, ducemque exercitus Memnonem Tithoni filium, quem insidiis exceptum Thessali interemerunt. Ait postea diserte, Sardanapallum anno tertio decimo supra millesimum Assyriorum regem esse creatum (3) : cujus et exitium memorat. Tum sublato Sardanapallo, Assyriorum imperium ab Arbace eversum et ad Medos esse translatum. Hæc omnia Cephalion.

6. Qui vero in libris feruntur Assyriorum reges, secundum emendata exemplaria, hi sunt.

ASSYRIORUM REGES (4).

I. Ninus, quem primum aiunt universæ Asiæ, demptis Indis, imperavisse annis LII. Sub hoc constat vixisse Abrahamum Hebrææ gentis patriarcham.
II. Semiramis annis XLII.
III. Zames idemque Ninyas annis XXXVIII.
IV. Arius annis XXX.
V. Aralius, qui Amyrus, annis LX.
VI. Xerxes, qui et Balæus, annis XXX.
VII. Amramithes (5) annis XXXVIII.
VIII Belochus annis XXXV.
IX. Balæas annis XII (6).
X. Aladas (7) annis XXXII.
XI. Mamythus annis XXX.
XII. Macchaleus (8) annis XXX.
XIII. Sphærus annis XXII (9).
XIV. Mamylus annis XXX.
A XV. Sparæthus annis XL.
XVI. Ascatades annis XL.

Sub hoc fuit Moses Hebræorum legislator.

XVII. Amyntas annis XLV.
XVIII. Belochus annis XLV.

Hujus filia Tratres (10), quæ Achurardisla vocitata est, regnavit cum eo annis XVII. Bacchus et Perseus hac ætate fuerunt.

XIX. Balatores annis XXX.
XX. Lamprides annis XXXII.
XXI. Sosares (11) annis VIII (12).
XXII Lampares, annis XXX.
XXIII. Panyas annis XLII (13).

Sub hoc Argonautarum (14) classis atque Hercules cognoscebantur.

B XXIV. Sosarmus annis XIX.
XXV. Mithræus annis XXVII.
XXVI. Teutamus annis XXXII.

Sub quo Ilium captum est **.

XXVII. Teutæus annis XL.
XXVIII. Thinæus annis XXX.
XXIX. Dercylus (15) annis XL.
XXX. Eupalmeus annis XXXVIII.

Sub hoc Hebræorum illustris rex David vixit, cujus filius Salomon Hierosolymis templum fundavit.

XXXI. Laosthenes annis XLV.
XXXII. Peritiades annis XXX.
XXXIII. Ophratæus annis XXI
C XXXIV. Ophratanes annis L.
XXXV. Acrazanes annis XLII
XXXVI. Sardanapallus annis XX.

Sub hoc Lycurgus (16) leges Lacedæmoniis ferebat.

7. Hæc finis fuit regum Assyriorum, imperante Athenis Tespieo Ariphronis filio. Tempus imperii Assyriorum, secundum accuratos scriptores, anni mille ducenti quadraginta (17) : secundum vero alios

(*) Φέρεται καὶ ἀντίγραφος τῆς Πριάμου ἐπιστολῆς. *Ex Syncello, p.* 1, 55, *A.*

(**) Ἐπὶ Τευτάμου Ἴλιον Εὐσέβιός φησιν ἁλῶναι. *Syncellus, p.* 151 *B.*

(1) Lacunam codicis Armeniaci sic explet Syncellus, apud quem tamen ipsa epistola desideratur.

(2) In Græcis fragmentis supra dicitur Priamus Assyriorum regi subditus.

(3) Errorem Cephalionis, qui reges Assyrios tantummodo XXIII dixerit, et quidem Teutami successorem Sardanapallum, tum universam imperii ejus ætatem intra mille annos concluserit, merito coarguit Syncellus, p. 168 B, his verbis : Ὁ δὲ Κεφαλίων τοὺς πάντας κγʹ ἀπὸ Βήλου, καὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν, καὶ μετὰ ταῦτα ͵α ἔτη· ὅπερ ἀδύνατον· ἵνα γὰρ κβʹ ἀπὸ Βήλου τις ὑπολάβοι τὸν Ταύτανον πρὸ τοῦ ἐσχάτου Σαρδαναπάλου... *Cephalion a Beli exordiis spatium omne (etiam eo, quod Trojæ cladem secutum est, incluso) annis mille duntaxat, quod a ratione alienum est, sub regibus tantum* XXIII *metitur. Tautanum quippe regem secundum et vigesimum a Belo numeraturus, ante Sardanapalum Assyriis postremo loco imperantem locandum putavit.*

(4) Operæ pretium erit conferre Assyriorum regum quæ sequuntur nomina et numerum cum Chorenensis tabula satis discrepante eorumdem regum *Hist.* I, 18, qui reges tantum XXIX post Semiramin ponit in editione (at ms. XXXII), ita tamen ut et ipse desinat in Sardanapallum.

(5) Choren. ms. *Armamithris.*

D (6) Lege XLII, ut habet Samuel Aniensis.

(7) In secundo libro *Altadas*, uti etiam hic habet Chorenensis.

(8) Choren. ms., *Aschaleus.*

(9) In secundo Eusebii libro multa annorum discrepantia est ab hoc catalogo.

(10) Recte suspicatur cl. Aucherus *Tratres* videri corruptum ex Græco θυγάτηρ. Hæc enim in secundo libro dicitur *Badossa* vel *Atossa.*

(11) Codex hic *Sumares.* Sed *Sosares* in secundo libro, et in Syncello atque Chorenensi.

(12) Samuel XX.

(13) Samuel XLV.

(14) Codex Arm. *Argivorum.*

(15) Codex hic *Derusus*, sed emendatur in secundo libro et in Chorenensi.

(16) Codex Arm. *Lacoriges.*

(17) Ita prorsus apud Augustinum *De civ. Dei*, XVIII, 6 : *Sicut scribunt qui chronicam historiam persecuti sunt, mille ducentos et quadraginta annos ab anni*

mille trecenti. Thonnus Concolerus, qui Græce dicitur Sardanapallus, ab Arbace et Belesi victus, se ipsum igni tradidit. Ab eo ad primam olympiadem anni sunt quadraginta. A Sardanapallo autem Assyriorum imperium * Arbaces auferens, Belesim quidem constituit regem Babyloniorum; ipse vero ad Medos transtulit Assyriorum imperium, cujus longævitas hæc.

MEDORUM REGES.

I. Arbaces annis XXVIII.
II. Maudaces (1) annis XX.
III Sosarmus annis XXX.
IV. Artycas annis XXX.
V. Dejoces (2) annis LIV.
VI. Phraortes (3) annis XXIV.
VII. Cyaxares annis XXXII.
VIII. Astyages (4) annis XXXVIII.

Sub hoc Cyrus Persis dominabatur, qui, dejecto Astyage, Medorum imperium exstinxit, quod quidem annis ducentis nonaginta octo viguerat (5). Nonnulli tamen alios reges Medorum in codicibus scribunt (6).

LYDORUM REGES.

I. Ardysus Alyatæ annis XXXVI.
II. Alyates annis XIV.
III. Meles (7) annis XII.
IV. Candaules annis XVII.
V. Gyges annis XXXV (8).

A VI. Ardys annis XXXVII (9).
VII. Sadyates (10) annis V (11).
VIII. Otiartes annis IL.
IX. Crœsus annis XV.

Crœso interfecto, Cyrus Lydorum imperio finem imposuit.

PERSARUM REGES.

I. Cyrus annis XXXI **.
II. Cambyses annis VIII.
III. Zmerdis Magus mensibus VII.
IV. Darius Hystaspis annis XXXVI.

Sub hoc instaurabatur templum Hierosolymis, postquam Babylonii priscum inflammaverant.

V. Xerxes Darii annis XX.
B VI. Artaxerxes, cognomento Longimanus, an XLI.

Sub hoc Ezdras et Nehemias Hebræorum duces cognoscebantur.

VII. Darius annis VII (12).
VIII. Artaxerxes annis XL.
IX. Ochus annis XXVI.
X. Arses annis IV.
XI. Darius annis VI (13).

8. Hunc interfecit (14) Alexander Philippi, qui in Persas simul et Assyrios annis duodecim dominatus est. Hinc sequuntur Macedones annis ducentis nonaginta quinque (15) usque ad feminæ cujusdam Cleopatræ interitum, quæ centesima et septima olympiade supra octogesimam regnum tenebat. Ea

(*) Ἀρβάκης τὴν βασιλικὴν προσηγορίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰς Μήδους μετήγαγεν. Ἀσσυρίων δὲ βασιλέα κατέστησε Βέλεσιν. *Ex Syncello*, p. 205 *D*.

(**) Εὐσέβιος Κύρου λʹ ἐστοιχείωσε, Καμβύσου ἔτη ηʹ, Μάγων ἀδελφῶν μῆνας ζʹ. *Ex Syncello*, p. 227 *A*.

primo quo Ninus regnare cœpit permansit Assyriorum regnum, donec transferretur ad Medos. Ita Eusebius etiam in secundo libro, teste Hieronymo, ubi de obitu Sardanapali. Sed enim Syncellus, p. 168 C, paulo diversam ipsius Eusebii sententiam refert: Ὁ μέντοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτῃ τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμνύνας, τάς τε προκειμένας χρήσεις Διοδώρου καὶ Κεφαλίωνος προθεὶς, ἐν λϛʹ βασιλεῦσιν τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν περιέλαβεν, ἔτεσι δὲ ͵ατʹ, τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὗ καὶ μαρτυρίαν προήγαγεν, ͵ασπʹ ἔτη φάσκουσαν τοὺς Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἄρξαι: *Eusebius pretiosam licet materiam studioso conatu collegerit, eaque Chronicon suum ditaverit, prædictasque et Diodori Cephalionis sententias protulerit; tamen Assyriorum imperio reges* XXXVI, *annosque* MCCC *attribuit, ad sententiam inclinans Castoris, cujus et testimonium protulit* (cap. 13, in quo tamen Eusebius ad Castorem non inclinat) *annos* MCCLXXX *Assyriorum imperio tribuentis*. D Denique Alexander Magnus, teste Augustino *De civ. Dei* XII, 10, in epistola ad Olympiadem matrem ex fabulosis Ægyptiorum narrationibus aiebat, regnum Assyriorum quinque millia excessisse annorum.

(1) Chorenensis *Hist.* I, 21, *Mandauces*.

(2) Codex hic *Dejoes*; sed *Dejoces* Chorenensis, et secundus Eusebii liber. Vide Diodori Excerpta p. Lat. 231.

(3) Consonat Chorenensis in ms.

(4) *Asdahagis* seu *Astyagis* alia etiam nomina recitantur a Syncello, p. 205 D et 226 D, nempe *Darius*, *Nabonnidus*, *Assuerus*.

(5) Atqui hæc summa ex prædictis numeris non exsurgit. Sed parum abludit sententia Agathiæ di- C centis p. 63 64: Ἔτη Μήδων ἐν τῇ ἀρχῇ διανυσάντων οὐ μεῖον ἢ τριακόσια, *Medi rerum potiti sunt annis haud minus trecentis*. Apud Syncellum p. 235 C in margine scribuntur anni CCLXXVI, tum p. 359 C mendose anni XXX. Medici imperii diuturnitas e Ctesia etiam apud Diodorum mox laudandum cognoscitur.

(6) Et quidem apud Diodorum II, 32-34 (ut alios auctores mittamus) reges Medorum hi ponuntur a Ctesia: *Arbaces* annis XXVIII, *Madauces* annis L, *Sosarmus* annis XXX, *Artycas* annis L, *Arbianes* annis XXII, *Arteus* annis XL, *Artynes* annis XXII, *Astibaras* annis XL, denique *Aspadas* seu *Astyages*. Moses item Chorenensis novem Medorum reges enumerat: namque inter *Artycam* et *Dejocem* interponit regem *Cardiceam*.

(7) Codex, mendose, *Seles*. Sed *Meles* est in secundo libro: tum et in Syncello p. 239 D, *Miles*.

(8) Syncell. XXXVI.

(9) Syncell., XXXVIII.

(10) Codex *Sardiartes*.

(11) Secundus Eusebii liber et Syncellus XV.

(12) In secundo libro annis XIX.

(13) Aliter Clemens Alex. (ut hujus unius comparatione utamur) *Strom.* I, 21, p. 395 *Cyrus* annis XXX, *Cambyses* annis XIX, *Darius* annis XLVI, *Xerxes* annis XXVI, *Artaxerxes* annis XLI, *Darius* annis VIII, *Artaxerxes* annis XLII, *Ochus vel Arses* annis III.

(14) Etiam Agathias p. 64 A, diserte ait: Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου Δαρεῖον ἀποκτείνας, *Alexander Philippi filius, Darium interficiens*; quanquam reapse Darius a suis percussus est.

(15) Clemens Alex. *Strom.* I, 21, p. 396, alia ratione inita scribit CCCXII.

ætate imperavit Romanis Augustus (cognomento Sebastus (1), quæ vox sonat *adorabilem*); isque tunc anno jam quinto decimo Romanum imperium regebat. A quo *anno* ad ducentesimam secundam olympiadem, in quam Tiberii decimus quintus annus incidit, conflantur anni duo supra quinquaginta. Hinc ad Constantini vicennalia sunt anni trecenti. De his hactenus. Nunc ad Hebræorum chronologiam pergendum est.

CAPUT XVI.

Qua ratione ab Hebræis chronologia tradatur.

1. Res Hebraicas consequenter en addimus ex Mose, et ex iis, qui post eum apud Hebræos feruntur, libris : tum ex Flavii Josephi Judaica priscorum historia : tum denique ex Africani *Chronicis*.

Chaldæorum, Assyriorum, Medorum Persarumque tempora, itemque regum historia, ea prorsus ratione se habent quam nos præcedente sectione diximus. Quin adeo Hebræorum progeniem ab origine manare Chaldaica satis exploratum est : namque Chaldæum fuisse Abrahamum, ejusque majores Chaldæam incoluisse liquido constat (2). Id etiam Moses scripto commendans narrat * : « Tulitque, ait, Thara Abramum filium suum, et Lotum filium Arani nepotem suum, et Saram nurum suam uxorem Abrami filii sui, eduxitque eos e terra Chaldæorum (3). » Itaque juxta chronica Chaldæorum opportunissime ascribitur Hebræorum priscorum historia. Quæ tamen ab istis de diluvio traduntur,

A ea abs Græcis fabulationibus vehementer abhorrent, quod quidem attinet ad diluvium quod hæ sub Deucalione contigisse aiunt. Imo et illud grande diluvium, quod Græci in Ogygi ætatem incidisse tradunt, procul abest ab ejus diluvii temporibus, cujus notitia apud Hebræos vulgata est : nimirum hoc accidit mille fere et ducentis annis ante Ogygi tempora (4); quamvis Ogygeum diluvium quinquaginta et ducentis annis (5) Deucalioneo vetustius sit. Porro Assyriorum chronicorum, quibus diluvii historia continetur, non modica est affinitas cum Hebræorum oraculis, quibus denæ ante diluvium successiones procreationum diligenter expensæ traduntur.

2. Post diluvium vero a tribus viris toto orbe genus humanum disseminatum est. Namque a Ja-
B pheto cunctam Europam, et *regionem* ab Amano monte usque ad occidentalem oceanum aiunt incolis frequentatam : a Chamo Ægyptum, Libyam universamque ultra ad occidentem solem plagam : a Semo denique fratrum natu maximo Assyriam et reliquas Orientis partes. Primi quoque Babylonis conditus Nebrodum aiunt auctorem litteræ Hebræorum his verbis : « Chus Nebrodum genuit (6), qui, ut ait Scriptura, cœpit esse gigas in terra. Is erat gigas venator coram Deo. Unde dictum illud manavit : Quasi Nebrodus gigas coram Deo. Fuit autem principium regni ejus Babylon et Ored et Achad et
C Chalane in terra Senaar. Ex eadem regione egressus est Assur qui Ninivem condidit **. » Ninives

(*) Καὶ ἔλαβε Θάρα τὸν Ἄβραμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν Ἀῤῥὰν υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν Σάραν τὴν νύμφην αὐτοῦ, γυναῖκα Ἄβραμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων. *Ex Genesi*, XI, 31.

(**) Χοῦς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ· οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς· οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, Ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου. Καὶ ἐγένετο ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλὼν καὶ Ὀρὲχ καὶ Ἀρχὰδ καὶ Χαλάννη ἐν τῇ γῇ Σενναάρ. Ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν Ἀσσούρ. *Ex Gen.* x, 8-11.

(1) Scribendum erat : *Græcis dictus* Σεβαστός, *quæ vox*, etc. Hæc autem videtur glossa. Sed *Augustum* idem sonare ac Σεβαστόν fatetur ipse Græcus Pausanias *Lacon*. cap. 11.

(2) Rem ex Philone, Josepho ac Polyhistore confirmat ipse Eusebius *Præp. ev.* VIII, 6, IX, 16, 17.

(3) Sic quidem scribit Eusebius ex vulgato LXX Interpretum textu, sed in Bibliis Armeniacis *Nachorus* quoque additur : *Tulitque Thara Abramum filium suum, et Nachorum filium suum, et Lotum filium Arani filii sui*, etc. Ergo jam licet feliciter expedire quæstionem, quam aliter solvebat Augustinus *De civ. Dei* XVI, 13 : *Narratur quemadmodum Thara cum suis regionem reliquerit Chaldæorum, et venerit in Mesopotamiam, et habitaverit in Charra. Tacetur autem de uno ejus filio Nachor, tanquam eum non duxerit secum. Sed invenimus postea, cum servum suum mitteret Abraham ad accipiendam uxorem filio suo Isaac, ita scriptum : « Et accepit puer*, etc., *et profectus est in Mesopotamiam in civitatem Nachor. » Isto et aliis sacræ historiæ testimoniis ostenditur, etiam Nachor frater Abrahæ exisse de regione Chaldæorum, sedesque constituisse in Mesopotamia. Cur ergo Scriptura eum non commemoravit? Cur, putamus, nisi forte quod a paterna et fraterna pietate desciverat, et superstitioni adhæserat Chaldæorum, et postea inde, sive pœnitendo, sive persecutionem passus, quod suspectus haberetur, et ipse emigravit?* Nihil tamen de profectione Nachori est in textibus sive Hebraico sive Samaritano.

(4) A diluvio Noachico ad Abrahami ortum putaturus est infra Eusebius noster annos DCCCCXLII. Nunc dicit, inter Noachicum et Ogygeum diluvium interpositos esse annos mille circiter et ducentos. Hinc est colligendum in quem fere Abrahami annum ab Eusebio Ogygeum diluvium collatum sit : is enim locus secundi Eusebiani libri desideratur in mutilo codice Armeniaco. Sed enim quid Eusebius in Chronicis tradiderit de Ogygei Deucalioneique diluvii temporibus commode docet Augustinus
D *De civ. Dei* XVIII, 8 et 10 : *Nostri qui chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique præcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos, jam secundo Argivorum Phoroneo reqe regnante, Ogygii diluvium fuisse commemorant... Ut nostri Eusebius et Hieronymus scribunt, adhuc Cecrope permanente, diluvium fuit quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum est.*

(5) In codicis Arm. margine CCX. Retinemus autem textus lectionem; nam et Cedrenus p. 14, B, ait : Ὅτι δύο κατακλυσμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβοημένοι γεγόνασι· πρῶτος ἐπὶ Ὠγύγου ἐν τῇ Ἀττικῇ· χρόνοις δὲ ὕστερον σμη' ἐν Θετταλίᾳ ἐπὶ Δευκαλίωνος. *Duo diluvia in Græcia celebri fama fuerunt : prius sub Ogygo; alterum post annos* CCXLVIII *sub Deucalione in Thessalia.*

(6) Hoc loco scribitur in codice Arm. glossa quædam seu nota quæ ita se habet : *Chus est Æthiops a quo procreatus creditur Nebrodus.*

nomine Ninum appellatam aiunt, quæ erat prima Assyriorum urbs regia, quæque Assurum auctorem agnoscit. Erat autem hic de filiis Semi, a quo diximus occupatas omnes plagas Orientis. Nati ex Semo feruntur (1) etiam Elamus et Assurus et Arphaxades et Aramus et Ludus. At ex Elamo orti sunt Elamitæ, gens prima Persarum (2) : ab his Elymais urbs condebatur. Assuro Assyrii *progeniti sunt :* condebatque Assurus urbem Ninum, quæ *mox* Ninive dicta est. Ex Arphaxade Arphaxadæi, qui et Chaldæi vocitati sunt (3). Ex Aramo Aramæi, quibus est nomen etiam Syri. Ex Ludo denique Lydi (4). Arphaxadis autem filius fuit Sala; hujus Heberus, a quo Hebræorum nomen et gens propagabatur. Hebero successit sexto loco Abrahamus Judaicæ gentis patriarcha, decima post diluvium generatione. Hæc hactenus. Quippe multa paucis diximus ad demonstrandam Hebræorum cum Chaldæis et Assyriis affinitatem. Nunc operæ pretium est, re paulo altius repetita, principium facere chronologiæ Hebræorum.

3. Jam hujus initio statim ea narrat *Moses* quæ primigeniam nostram creationem spectant : post bonitatem autem amissam, primam humanarum stirpium evolvit historiam, quarum patriarcham prædicat Adamum, qui quidem generi universo homonymus est : namque Adam in Hebræorum loquela cunctos homines universim significat. Ævum igitur, quo hic paradiso pulsus vitam protelavit, divinus per Mosem Spiritus edisserit : tum recta serie posterorum ejus successionem enumerat, itemque tempora pro singulorum ætatibus : prorsus ut jam inde ab Adamo contexere nobis liceat atque ordinare Hebræorum chronologiam.

4. Nam tempora *, quibus habitatum est in illo, qui Dei dictus est, paradiso, nemo est qui effari queat. Imo mihi videtur mirabilis ille Moses, divino Spiritu usus, nescio quod diversorium orbe nostro melius, et beatissimum aliquem Deo dilectæ vitæ incolatum innuere, cum primas humani generis sedes paradisum appellat (5) : nempe Adamum in paradiso suaviorem dulcioremque vitam agita- A visse, quam hominis est : quod prorsus de universa hominum stirpe designavisse exploratum est (6).

5. Sed enim nostra hæc chronologia nullam ejus incolatus rationem habebit : neque *ordietur* a cœlo terraque conditis, uti nonnulli *sibi faciendum* existimaverunt; sed ab eo tempore quo natura nostra cœpit esse, uti nunc se habet, mortalis; atque ejusmodi vitæ conditio a prisco illo parente nobis oborta est : illo, inquam, qui paradiso excidit, dulcique ac feliciore vita depulsus est, et nomine dictus Adamus. Hujus ego annos, quibus fatalem mortalemque vitam conclusit, ex Hebraicis codicibus colligam, sequentique sermone recitabo. Id videlicet Hebraicæ chronologiæ caput est, unde etiam Mosaicus liber hoc pacto auspicatur.

B 6. « ** Et emisit eum, inquit, scilicet primum hominem, Dominus Deus e paradiso deliciarum, ut terram excoleret de qua sumptus erat. Et ejecit Adamum, eumque e regione paradisi deliciarum collocavit. » Tum addit *** : « Ingressus Adamus ad Evam uxorem suam est, quæ concepit peperitque Cainum. » Atque hinc omnino nostra hæc chronologia exordium capiat : superioris autem temporis, si qua est, historia, ea prorsus ut ineffabilis a posteris temporibus sejuncta habeatur. Age vero ipsi Hebræi in suis temporibus supputandis valde dissident inter se : quare operæ pretium est textuum apud ipsos exstantium notitiam habere, ut ex instituta rite comparatione veritas elucescat. C Porro Mosaici quinque libri orbis opificium, ætates tum viventium ante diluvium tum priscorum hominum post illud, nec non Hebraicas propagines, et denique Mosis ex hac vita excessum recitant.

7. Sed enim Legis Volumen apud Judæorum successores aliter se habet, atque apud Samaritanos qui fuerunt Judæorum proselyti. Quin adeo ipsæ litteræ alia forma præditæ sunt apud Hebræos, alia apud Samaritanos : atqui Samaritanas genuinas et primigenias habendas esse, ne Judæorum quidem hæredes infitias ibunt ****. Igitur ante mutatas litteras nullum inter eos discidium fuit. Rursus quod attinet ad chronologiam manifestus est partium dis-

(*) Τὴν μὲν ποσότητα τοῦ χρόνου τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τῶν πρωτοπλάστων ἀτράνωτον ἡμῖν ὁ θεόπτης Μωϋσῆς καταλέλοιπε. *Ex Syncello, p.* 4 *B.*

(**) Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. Καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδὰμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. *Ex Gen.* III, 23, 24.

(***) Ἀδὰμ δὲ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Κάϊν. *Ex Gen.* IV, 1.

(****) Διαφωνοῦσι τὰ Ἑβραϊκὰ ἀντίγραφα πρὸς τὸ Σαμαρειτῶν ἀρχαιότατον καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διαλλάττον, ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι καθομολογοῦσι. *Ex Syncello, p.* 83 *C.*

(1) Gen. x, 22.

(2) Suffragatur diserte Josephus *Antiq.* I, 6 : Ἔλαμος Ἐλαμαίους, Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας, κατέλιπεν· *Elamus Elamæos, qui sunt Persarum progenitores, procreavit.*

(3) Idem plane tradit Josephus loco prædicto : Ἀρφαξάδης τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν· *Arphaxades nomen Arphaxadæis fecit, quorum princeps* (vel pater) *fuit.*

D (4) Imo hi *Ludi* olim dicebantur teste Josepho loco nuper laudato : Λυδοὺς νῦν καλοῦσι, Λούδου δὲ τότε, Λούδας ἔκτισε.

(5) De paradiso, in quo Moses collocatum Adamum narrat, haud absimili modo loquitur Eusebius *Præp. ev.* XII, 11, 13, qui et Mosaicam narrationem opportunis Platonis locis confirmat.

(6) Subobscurus vel perplexus et ambiguus in Armeniaco textu locus.

sensus, quem mox comparatio a nobis instituenda vel apprime coarguet. Verumtamen Græcæ interpretationis editio quibusdam in locis a Judaica quidem vehementer abludit, ab Hebraico - Samaritana autem non æque : ita ut ad diluvium usque cum hac non congruat; inde tamen usque ad tempora Abrahami consentientem habeat traditionem. Qui apud nos fertur textus Septuaginta Virorum, is sub Philadelpho Ptolemæo in Græcanicum sermonem, *Ægypti* vernaculum, ex Hebræo conversus, miroque verborum ac sententiarum consensu in Alexandrina urbe elaboratus est (1); idemque in bibliotheca conditus et diligentissime conservatus. Nunc vero accurate perscribam* singulorum textuum tenorem, ut quivis facile prædictæ historiæ differentias intelligere queat.

8. Ergo primo ** videamus, Septuaginta Virorum interpretatio ab Adamo ad ortum Abrahami cujusmodi habeat chronologiam.

SEPTUAGINTA VIRORUM.

I. *** Primus homo Adamus anno ætatis CCXXX genuit Sethum : vixitque adhuc annis DCC usque ad CXXXV annum Malalaelis.

II. Sethus annos natus CCV genuit Enosum : vixitque adhuc annis DCCVII usque ad XX annum Enochi.

III. Enosus annos natus CXC genuit Cainanum : vixitque adhuc annis DCCXV usque ad LIII annum Mathusalæ.

IV. Cainanus annos natus CLXX genuit Malalaelem : vixitque adhuc annis DCCXL usque ad LXXXI annum Lamechi.

V. Malalael annos natus CLXV genuit Jaredum ; vixitque adhuc annis DCCXXX usque ad XLVIII annum Noachi.

VI. Jaredus annos natus CLXII genuit Enochum : vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCLXXX annum Noachi.

VII. Enochus annos natus CLXV genuit Mathusalam : vixitque adhuc annis CC, translatusque est anno trigesimo tertio Lamechi.

VIII. Mathusala annos natus CLXVII genuit Lamechum : vixitque adhuc annis DCCCII. Sub eo contigit diluvium annis ante obitum viginti duobus (2), unde et summa *reliquæ* ejus vitæ cognoscitur. Secundum vero alia exemplaria vixit *genito Lamecho* adhuc annis DCCLXXXII (3) et ingruente diluvio obiit.

IX. Lamechus annos natus CLXXXVIII genuit Noachum : vixitque adhuc annis DXXXV. Ante patrem suum Mathusalam Lamechus obiit, producta vita usque ad DXXXV annum Noachi.

(*) Εἶθ' οὕτω καὶ τὰ παρὰ Εὐσεβίου τριχῶς ἐκτεθέντα, ὡς ἐκεῖνός φησι, κατά τε τοὺς ἑβδομήκοντα σοφοὺς ἑρμηνέας, καὶ κατὰ τὸ παρ' Ἑβραίοις, καὶ ἔτι κατὰ τὸ παρὰ Σαμαρείταις ἀντίγραφον. *Ex eodem*, p. 80 *C*.

(**) Εἴδωμεν οὖν πρῶτον πῶς ἡ τῶν Ο' ἑρμηνεία τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Ἀβραὰμ γενέσεως χρονογραφίαν παρείληφεν. *Ex Syncello*, p. 81 *D*.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ.

(***) Πρῶτος ἀνθρώπων Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλ' γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψ' μέχρις ρλε' ἔτους Μαλαλεήλ.
Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σε' γεννᾷ τὸν Ἐνώς· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψζ' μέχρις εἰκοστοῦ ἔτους Ἐνώχ.
Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ρς' γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψιε' μέχρις νγ' ἔτους Μαθουσάλα.
Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ρο' γεννᾷ τὸν Μαλαλεήλ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψμ' μέχρις πα' ἔτους Λάμεχ.
Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ρξε' γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψλ' μέχρις μη' ἔτους Νῶε.
Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ' γεννᾷ τὸν Ἐνώχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω' μέχρι σπ' ἔτους Νῶε.
Ἐνὼχ γενόμενος ρξε' γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ', καὶ μετετέθη ἐν ἔτει λγ' τοῦ Λάμεχ.
Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ' γεννᾷ τὸν Λάμεχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωβ'.
Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπη' γεννᾷ τὸν Νῶε· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φλε'. Πρῶτος Λάμεχ πρὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς τελευτᾷ τοῦ Μαθουσάλα· ἐπέζησε δὲ μέχρις φλε' ἔτους Νῶε. *Ex Syncello*, p. 81, 82.

(1) Rem notissimam notis illustrari quis ferat? Id unum monemus, Irenæum scilicet *Adv. hæres.* III, 25 (cujus sententiam refert etiam Clemens Alex. *Strom.* I, 22, p. 409, 410), Bibliorum interpretationem curatam tradere sub Ptolemæo Lagi filio, Philadelphi parente; hoc autem discidium componi quodammodo apud Eusebium *Hist. eccl.* VII, 32, ab Anatolio dicente eam interpretationem utrique regi oblatam ; ex quo dicto intelligimus utrumque Ptolemæum per id tempus regnavisse, nempe extrema Ptolemæi Lagi ætate. Sic fere opinatur Vossius *De historic. Gr.* I, 12. Eusebius tamen non solum hoc loco, verum etiam posteriore libro, et *Præp. ev.* VIII, 1, Philadelphum unice hac in re commemorat.

(2) Dicendum est *quatuordecim*. Erant enim gignentis Mathusalæ anni CLXVII ; quibus addendi sunt CLXXXVIII Lamechi gignentis Noachum His rursus addendi DC Noachi usque ad diluvium, quæ est summa annorum DCCCCLV. Vixit autem Mathusala annis DCCCCLXIX ; ergo annis XIV diluvium excessit. Atque hæc est famosa quæstio, ut verbis Hieronymi *Quæst. in Gen.* V, 25, utamur, et disputatione omnium Ecclesiarum ventilata, quod nimirum juxta diligentem supputationem quatuordecim annos post diluvium Mathusala vixisse referatur. Sed enim Augustinus *De civ. Dei*, XV, 13, et *Quæst.* II *in Gen.*, itemque *De peccato orig.* II, 27, ait, in quibusdam Græcis LXX Virorum codicibus nec non in uno Latino et uno Syro inveniri Mathusalam sex annis ante diluvium fuisse defunctum.

(3) Biblia sane Armeniaca aiunt Mathusalam post genitum Lamechum superfuisse annis DCCLXXXII ; verum eadem docent Mathusalam genuisse anno ætatis CLXXXVII : quare et de sententia Armeniorum Mathusala diluvio superfuit.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum et Japhethum: vixit adhuc usque ad diluvium annis C. Sexcentesimo Noachi anno supervenit diluvium. Vixitque Noachus post diluvium cum filiis suis annis CCCL usque ad annum octogesimum tertium (1) Heberi.

Summa annorum MMCCXLII. Hæc secundum Septuaginta Virorum interpretationem.

9. HEBRAICUM VERO JUDÆORUM EXEMPLAR ITA SE HABET.

I. Adamus anno ætatis CXXX genuit Sethum : vixitque adhuc annis DCCC usque ad LVI annum Lamechi.

II. Sethus annos natus CV genuit Enosum : vixitque adhuc annis DCCCVII usque ad CLXVIII annum Lamechi.

III. Enosus annos natus XC genuit Cainanum : vixitque adhuc annis DCCCXV usque ad LXXXIV annum Noachi.

IV. Cainanus annos natus LXX genuit Malalaelem ; vixitque adhuc annis DCCCXL usque ad CLXXIX annum Noachi.

V. Malalael annos natus LXV genuit Jaredum : vixitque adhuc annis DCCCXXX usque ad CCXXXIV annum Noachi.

VI. Jaredus annos natus CLXII (2) genuit Enochum : vixitque annis DCCC usque ad CCCLXVI (3) annum Noachi.

VII. Enochus annos natus LXV genuit Mathusalam : vixitque adhuc annis CCC, translatusque est anno centesimo decimo tertio Lamechi.

VIII. Mathusala annos natus CLXXXVII (4) genuit Lamechum : vixitque adhuc annis DCCLXXXII usque ad ipsum diluvium (5).

IX. Lamechus (6) annos natus CLXXXII genuit Noachum : vixitque adhuc annis DXCV. Is obiit quinquennio ante diluvium.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum et Japhethum : vixitque adhuc annis C usque ad diluvium. Anno sexcentesimo Noachi diluvium fuit. Vixitque adhuc post diluvium annis CCCL usque ad annum LVIII Abrahami.

Summa annorum MDCLVI. Dissentit a Septuaginta Virorum interpretatione annis octoginta sex supra quingentos.

10. Hoc annorum numero, aliorum quidem patriarcharum ab Adamo ad Noachum tempora, antequam quisque procreare liberos inciperet, differunt a Septuaginta Virorum interpretatione: cum eadem autem consentiunt Jaredi, Mathusalæ et Lamechi tempora (7). Jam ex trium horum concordia pronum est conjicere, lectionem nostram etiam in præcedentibus melius se habere. Namque e copia tem-

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ' γεννᾷ τὸν Σήμ, τὸν Χάμ, τὸν Ἰάφεθ· καὶ ἐπέζησεν μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ρ'. Ἐν ἔτει χ' τοῦ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν' μέχρις πγ' ἔτους Ἔβερ.

Ὁμοῦ τὰ πάντα ,βσμβ'. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν Ο' ἑρμηνείαν. *Ex Syncello*, p. 83 D.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΕΒΡΑΙΚΟΥ.

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Σήθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω' ἕως νς' ἔτους Λάμεχ.
Σήθ γενόμενος ἐτῶν ρε' γεννᾷ τὸν Ἐνώς· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωζ' μέχρι ρξη' ἔτους Λάμεχ.
Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν υι' γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωιε' μέχρις πδ' ἔτους Νῶε.
Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν σ' γεννᾷ τὸν Μαλαλεήλ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωμ' μέχρις ρσ' ἔτους Νῶε.
Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ξε' γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωλ' μέχρις σλδ' ἔτους Νῶε.
Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ' γεννᾷ τὸν Ἐνώχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω' μέχρις τξς' ἔτους Νῶε.
Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξε' γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τ', καὶ μετετέθη ἐν ἔτει ριγ' Λάμεχ.
Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπζ' γεννᾷ τὸν Λάμεχ· καὶ ἐπέζησεν ψπβ' ἕως αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ.
Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ' γεννᾷ τὸν Σήμ, τὸν Χάμ, τὸν Ἰάφεθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ' μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἐν ἔτει χ' τοῦ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς ἐγενήθη· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν' μέχρι νη' ἔτους Ἀβραάμ.

Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ,αχνς'. Διαφωνεῖ πρὸς τὴν τῶν Ο' ἑρμηνείαν ἐν ἔτεσι φπς'.

Ἐν τούτοις οἱ μὲν τῶν ἄλλων τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ Νῶε χρόνοι πρὸ τῆς ἑκάστου παιδοποιίας διεστήκασι πρὸς τὴν τῶν Ο' ἑρμηνείαν· συμφωνοῦσι δὲ αὐτῇ οἱ τοῦ Ἰάρεδ καὶ τοῦ Μαθουσάλα καὶ τοῦ Λάμεχ· ἐκ δὲ τῆς τούτων συμφωνίας πάρεστι λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι καὶ τὰ πρὸ τούτων βέλτιον ἡ παρ' ἡμῖν ἀνάγνωσις ἔχει. Ἀπὸ

(1) Codex Arm. LXXX, sed mendum tollitur tum a Græco textu, tum supputatis annis CCCL Noachi, qui pertingunt ad annum LXXXIII Heberi.

(2) Codex Arm. tantum LXII; sed contra est inferius. Veram lectionem tuetur etiam Augustinus *De civ. Dei*, XV, 10, qui ait : *In sexta generatione nusquam utrique codices* (Græcus et Hebraicus) *discrepant*.

(3) Codex Arm. tantum LXVI.

(4) Hinc corrigendus Augustini locus *De civ. Dei* XV, 13, in quo mendose scribitur CLXXXII.

(5) Etiam in Hebraicis codicibus exhiberi Mathusalam diluvio superstitem, ait diserte Hieronymus *Quæst. in Gen.* V, 25. At Augustinus *De civ. Dei* XV, 11, et *Quæst.* II *in Gen.*, existimabat in Hebraicis dici Mathusalam præmortuum diluvio. Num ergo Augustinus designat potius codices Hebraico-Samaritanos?

(6) Lamechi generatio desideratur nunc in Eusebii textu Græco apud Syncellum.

(7) Recole superiores locos, tum Latinos ex Armeniacis, tum Græcos cum notis. Neque enim tantas componere lites nostrum est.

poris Jaredi aliorumque duorum, palam fit, præcedentium quoque *tempora* cum Septuaginta Virorum editione consentire debere. Sane si juniorum natuque minorum tempora (1), propter auctas annorum centurias, in Hebraico textu respondent Septuaginta Virorum interpretationi; multo magis oportet vetustiores illos et progenitores copia temporis posteris suis antecelluisse. Nunc cum videam, facta summa temporum cujusque viri, tempus ante nuptias cum illo post nuptias copulatum, eumdem numerum conficere tum in Hebraico textu tum in A Græco LXX Virorum; tempus autem tantummodo ante nuptias in Hebraico textu contractum; ego equidem suspicione percutior, id Judæorum opera curatum esse, qui ausi sint tempora nuptias præcedentia mutilare atque subtrahere, ob studium accelerandi sibi conjugii liberosque gignendi. Quippe si ii vetustissimi et longævi et annosi adeo præmature ad nuptias gignendumque accesserunt, uti lectio Judæorum demonstrat, quis eum morem præcocium nuptiarum sedulo imitari nollet?

II. SECUNDUM HEBRAICUM SAMARITANORUM EXEMPLAR.

I. Adamus anno ætatis CXXX (2) genuit Sethum : vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCXXIII annum Noachi.

II. Sethus annos natus CV genuit Enosum : vixitque adhuc annis DCCCVII usque ad CCCXXXV annum Noachi.

III. Enosus annos natus XC genuit Cainanum : vixitque adhuc annis DCCCXV usque ad CCCCXXXIII annum Noachi.

IV. Cainanus annos natus LXX genuit Malalaelem : vixitque adhuc annis DCCCXL usque ad DXXVIII annum Noachi.

V. Malalael annos natus LXV genuit Jaredum : vixitque adhuc annis DCCCXXX usque ad DLXXXIII annum Noachi.

VI. Jaredus annos natus LXII genuit Enochum : vixitque adhuc annis DCCLXXXV usque ad ipsum diluvium.

VII. Enochus annos natus LXV genuit Mathusalam : vixitque adhuc annis CCC, translatusque est anno centesimo octogesimo Noachi.

VIII. Mathusala annos natus LXVII genuit Lamechum : vixitque adhuc annis DCLIII (3) usque ad diluvium.

IX. Lamechus annos natus LIII genuit Noachum : vixitque adhuc annis DC usque ad ipsum diluvium.

γὰρ τοῦ πλείονος χρόνου τοῦ περὶ τὸν Ἰάρεδ δῆλος ἂν γένοιτο καὶ ὁ τῶν προαγόντων συντρέχειν ὀφείλων τῇ τῶν Ο' ἐκδόσει. Εἰ γὰρ οἱ νεώτεροι καὶ μεταγενέστεροι τοῖς χρόνοις ταῖς τῶν ἑκατοντάδων προσθήκαις εὕρηνται κατὰ τὴν τοῦ Ἑβραϊκοῦ γραφὴν σύμφωνοι τῇ τῶν Ο' ἑρμηνείᾳ, πόσῳ πλέον εἰκὸς ἦν τοὺς ἀρχαιοτέρους καὶ αὐτῶν ἐκείνων προπάτορας, μᾶλλον τῶν μετέπειτα, πολυχρονιωτέρους γενέσθαι; Ὁρῶν δὲ ἐν τῇ συγκεφαλαιώσει τῆς ἑκάστου ἀνδρὸς ζωῆς, τὸν πρὸ τῆς παιδοποιίας χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τὴν παιδοποιίαν ἅμα συναγόμενον τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν σώζοντα, κατά τε τὴν τῶν Ἑβραίων ἀνάγνωσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν Ο' ἑρμηνείαν, μόνα δὲ τὰ πρὸ τῆς τεκνογονίας ἔτη παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφων συνεσταλμένα, κινοῦμαι μήποτε Ἰουδαίων ἔργον ἦν τοῦτο τολμησάντων συστεῖλαι καὶ ἐπιταχῦναι τοὺς πρὸ τῆς παιδοποιίας χρόνους ἐπιτροπῇ ταχυγαμίας. Τῶν γὰρ παλαιοτάτων ἀνδρῶν μακροβίων ὄντων καὶ πολυχρονίων, οὕτω δὲ κατὰ τούτους θᾶττον ἐπὶ τοὺς γάμους καὶ παιδοποιίας ἐλθόντων, ὡς ἡ παρ' αὐτοῖς ἀνάγνωσις δηλοῖ, τίς οὐκ ἂν αὐτῶν τῆς ταχυγαμίας τὸν ὅμοιον τρόπον ἐζήλωσεν;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΡΑ ΣΑΜΑΡΕΙΤΑΙΣ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Σήθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω' μέχρι σκγ' ἔτους Νῶε.
Σὴθ γενόμενος ἐτῶν ρε' γεννᾷ τὸν Ἐνώς· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωζ' ἕως τλε' ἔτους Νῶε.
Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν υι' γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωιε' μέχρι υλγ' ἔτους Νῶε.
Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν σ' γεννᾷ τὸν Μαλαλεήλ· καὶ ἐπέζησεν ωμ' μέχρι φκη' ἔτους Νῶε.
Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ξε' γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωλ' μέχρι φπγ' (4) ἔτους Νῶε.
Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ξϐ' γεννᾷ τὸν Ἐνώχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψπε' μέχρις αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ.
Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξε' (5) γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τ'· μετετέθη ἐν ἔτει ρπ' τοῦ Νῶε.
Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ξζ' γεννᾷ τὸν Λάμεχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη χνγ' ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ.
Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν νγ' γεννᾷ τὸν Νῶε· καὶ ἐπέζησεν ἔτη χ' μέχρις αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ.

(1) Nempe post diluvium.

(2) Codex Arm. CXC.

(3) Mirari subit quod Hieronymus *Quæst. in Gen.* V, 25, dicat: *In Hebræis et Samaritanorum libris ita scriptum reperi: « Et vixit Mathusala centum octoginta septem annis et genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech septingentos octoginta duos annos,»* etc. Atqui textus editus Samaritanus ita se habet uti scribit Eusebius. Est autem in Ambrosiana satis vetus et pretiosissimus Pentateuchi Samaritani codex membraneus, quem in urbe Sichem invenit olim Frater ille Thomas Novariensis, cujus in Arabicis studiis non obscura laus est. Jam et hic codex, quantum in detritis pagellis legere nobis licuit, edito textui Samaritano suffragatur. Certe ab Eusebio τῶν LXX sententiæ adhærente existimatum esse Mathusalam diluvio su- B perstitem confirmat Syncellus p. 20 C : Ὁ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησὶν ὅτι, τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμόν. Quot autem annis Mathusala diluvium de Eusebii sententia excesserit, vide superius col. 147. Denique cum ibidem dicat Eusebius Mathusalam in aliquot exemplaribus tradi superstitem post gignendum annis DCCLXXXII, notandum est egregium testimonium Syncelli p. 114 A, qui id apud Eusebium legerat : Τινὲς δὲ φασὶν, ὧν εἷς ὁ Εὐσέβιος, ἔχειν τινὰ τῶν ἀντιγράφων ὅτι ψπϐ' ἐπέζησεν Μαθουσάλα μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτόν.

(4) Mendose Syncellus in edd. φλγ'.

(5) Græcus textus Eusebii apud Syncellum habet LX; sed sunt LXV in Biblicis exemplaribus : idque confirmatur a summa, quæ subditur, annorum MCCCVII. Nunc autem Armenius interpres demonstrat, ab ipso quoque Eusebio scriptos fuisse LXV.

X. Noachus annos natus D genuit Semum : vixitque adhuc annis C usque ad diluvium. Anno Noachi sexcentesimo accidit diluvium : vixitque adhuc Noachus post diluvium annis CCCL usque ad octogesimum tertium annum Heberi.

Summa annorum MCCCVII. Differt ab Hebraico Judæorum exemplari annis CCCXLIX ; a Septuaginta autem Virorum interpretatione annis DCCCCXXXV. Atque hæc ante diluvium.

12. Nunc age ad tempora quæ consecuta sunt, accedamus. Atque illud in primis menti nostræ consignatum habeamus, quod nimirum Hebraicæ de diluvio narrationi Chaldæorum quoque codices adsonent, itemque de arca a Noacho condita. Equidem post commemoratam a me diligenter Chaldæorum historiam, superfluum duco eosdem denuo sermones oggerere. Cæterum quod illa aquarum alluvies celsissimum quemque montem excesserit, nos ipsi, qui hæc scribimus, rei veritatem oculis speculati sumus. Nostra enim ætate pisces aliquot A in excelsis Libani montis fastigiis reperti sunt. Nam cum lapides ædificiorum causa e summis jugorum latomiis exciderentur, varia maritimorum piscium genera in montanis cavernis petasonum instar deprehensa sunt, ad hanc usque diem utcunque incolumia : atque adeo nobis contigit antiquæ illius historiæ perspicuum testimonium oculis contemplari. Sed hæc qui audiunt pro suo quisque libito comprobent; nos instituta persequamur.

13. Post diluvium anno altero

SECUNDUM SEPTUAGINTA VIRORUM INTERPRETATIONEM.

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem : vixitque adhuc annis D usque ad CI annum Phaleci.

II. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam : vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad IX annum Ragavi.

III. Sala (1) annos natus CXXX genuit Heberum : vixitque adhuc annis CCCCVI, usque ad VII annum Seruchi.

IV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum : vixitque adhuc annis CCCCXXXIII usque ad XXXVIII annum Nachori.

V. Phalecus annos natus CXXX genuit Ragavum : vixitque adhuc annis CCIX usque LXXV annum Seruchi.

Illius (2) ætate terra divisa est : ideoque Phalecus in Hebræorum sermone significat divisionem. Is patri suo præmortuus est. Sub eodem consurrexit turris ædificium : tum ex una eatenus lingua plurimi sermones propagati sunt, et suum cuique genti idioma tributum. Rem divini libri memorant, B eidemque sententiæ suffragantur exterarum etiam gentium scripta, nempe ita tradit Polyhistor Alexander in *Chaldaicarum rerum* volumine, itidemque Abydenus : quorum verba superius in Chaldaicis monumentis protuli (3). Jam post Phalecum

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ' γεννᾷ τὸν Σήμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ' μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἐν ἔτει τοῦ Νῶε χ' ὁ κατακλυσμὸς ἐγενήθη· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν' μέχρις πγ' ἔτους Ἔβερ.

Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ,ατζ'. Διαφωνεῖ πρὸς μὲν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔτεσι τμθ' πρὸς δὲ τὴν τῶν Ο' ἑρμηνείαν ἔτεσιν ϡλε'. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ.

Ἐπίωμεν δὲ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα χρόνους, πρῶτον ἐκεῖνο σημειωσάμενοι, τὸ συμφώνως τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἱστορουμένου κατακλυσμοῦ, καὶ τὴν Χαλδαίων μνημονεῦσαι γραφὴν τῆς τε κατασκευασθείσης ὑπὸ τοῦ Νῶε κιβωτοῦ. Τὸ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἀρθῆναι ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων, καὶ ἡμῖν τοῖς μετὰ ταῦτα γράφουσιν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο αὐτοψία τινῶν ἰχθύων καθ' ἡμᾶς εὑρημένων ἄνω πρὸς αὐταῖς τοῦ Λιβάνου ταῖς ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις· λίθους γὰρ ἐνθένδε εἰς οἰκοδομάς τινὲς ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐκτέμνοντες, θαλαττίων ἰχθύων εὗρον διάφορα γένη, ἃ δὴ ἐπὶ τῶν κατὰ ὄρη κοιλωμάτων συναποπαγῆναι τῇ ἰλύϊ, καὶ ταριχευμένων δίκην εἰς δεῦρο διαμεῖναι συνέβη, ὥστε ἡμῖν, δι' αὐτῆς τῆς ὄψεως, τὴν τοῦ παλαιοῦ λόγου σωθῆναι μαρτυρίαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΩΝ Ο' ΕΡΜΗΝΕΙΑΝ.

Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτους δευτέρου.
Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ' μέχρι ρα' ἔτους Φαλέκ.
Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε' γεννᾷ τὸν Σαλά· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ' μέχρις θ' ἔτους Ῥαγαῦ.
Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ἔβερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υς' μέχρις ζ' ἔτους Σερούχ.
Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ' γεννᾷ τὸν Φαλέκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υλγ' μέχρι λη' ἔτους Ναχώρ.
Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ῥαγάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σθ' μέχρις οε' ἔτους Σερούχ.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ διεμερίσθη ἡ γῆ· δι' ὃ καὶ σημαίνει τὸ *Φαλὲκ* τῇ Ἑβραίων φωνῇ *μερισμόν*· καὶ οὗτος πρὸ τοῦ πατρὸς τελευτᾷ· κατὰ τοῦτον ἡ πυργοποιία συνέστη, καὶ ἀπὸ μιᾶς τῆς πάλαι διαλέκτου πολυφωνία γέγονε καὶ ἡ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῶν γλωσσῶν διαφορά. Μετὰ δὲ τὸν Φαλὲκ

(1) Salam filium Cainani, non autem Arphaxadis, tradit Lucas III, 36. Jam hunc Cainanum ab omnibus chronographis in ordinem procreationum fuisse relatum, dicit Moses Chorenensis *Hist.* I, 4. At Eusebius omisit; ergo Chorenensis Eusebii *Chronicon* ignorabat, cum alioqui ejus *Historiam ecclesiasticam* in Armeniacam linguam translatam legeret II, 9. Ob Cainanum prætermissum sæpe reprehendit Eusebium Syncellus pp. 36, 42, 79, 92, 115, 168. Hac super re disputat etiam Samuel in *Chronologia*.

(2) Nempe *Phaleci*. In textu Arm. est *Seruchi*, quod mendum tollitur in margine codicis scribendo *illius*. Id autem mendum similitudine vocum Armeniacarum SORA *illius* et SERUCA *Seruchi* generatum fuerat.

(3) Capp. 4 et 8.

VI. Ragavus annos natus CXXXV genuit Seruchum : vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII (1) annum Nachori.

VII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum : vixitque adhuc annis CC usque ad LI annum Abrahami.

VIII. Nachorus annos natus LXXIX genuit Tharam : vixitque adhuc annis CXIX usque ad XLIX annum Abrahami.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum : vixitque adhuc annis CXXXV usque ad XXXV annum Isaaci.

X. Abrahami annus primus. Is est Judææ gentis progenitor. Ejus ætate Assyriis cunctisque Asiaticis dominati sunt Ninus atque Semiramis. A diluvio ad primum annum Abrahami congeruntur anni DCCCCXLII. Erant autem ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII (2); summa igitur est annorum MMMCLXXXIV (3).

14. Attamen anno post diluvium altero

SECUNDUM HEBRAICUM JUDÆORUM EXEMPLAR

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem : vixitque adhuc annis D usque ad L annum Jacobi.

II. Arphaxades annos natus XXXV genuit Salam, vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad XLVIII annum Isaaci.

III. Sala annos natus XXX genuit Heberum : vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad XVIII annum Jacobi.

IV. Heberus annos natus XXXIV genuit Phalecum : vixitque adhuc annis CCCCXXX usque ad LXXIX annum Jacobi.

V. Phalecus annos natus XXX genuit Ragavum : vixitque adhuc annis CCIX usque ad XLVIII annum Abrahami.

VI. Ragavus annos natus XXXII genuit Seruchum : vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVIII annum Abrahami.

VII. Seruchus annos natus XXX genuit Nachorum : vixitque adhuc annis CC usque ad primum annum Isaaci.

VIII. Nachorus annos natus XXIX genuit Tharam : vixitque adhuc annis CXIX usque ad XLIX annum Abrahami.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum : vixitque adhuc annis CXXXV (4) usque ad XXXV annum Isaaci.

X. Abrahami annus primus. A diluvio ad primum annum Abrahami conficiuntur anni CCLXXXXII. Ab Adamo autem summa est annorum MDCCCCXXXXVIII. Differt a Septuaginta Virorum interpretatione annis MCCXXXV.

15. Attamen anno post diluvium altero

Ῥαγαῦ γενόμενος ρλε' γεννᾷ τὸν Σερούχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ' μέχρις οζ'. ἔτους Ναχώρ.
Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ναχώρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ' μέχρι να' ἔτους Ἀβραάμ.
Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν οθ' γεννᾷ τὸν Θάῤῥα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ριθ' μέχρις οζ' (5) ἔτους Ἀβραάμ.
Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ο' γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρλε' μέχρι λε' ἔτους Ἰσαάκ.
Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον. Οὗτος ἦν ὁ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προπάτωρ. Κατὰ τοῦτον Ἀσσυρίας καὶ τῆς Ἀσίας πάσης ἐβασίλευσεν Νῖνος καὶ Σεμίραμις. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμϐ'. Ἦν δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,βσμϐ'· τὰ πάντα συνάγεται ἔτη ,γρπδ'.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΡΑ ΙΟΥΔΑΙΟΙΣ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἔτους δευτέρου μετὰ τὸν κατακλυσμὸν
Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ' μέχρι νε' (6) ἔτους Ἰακώϐ.
Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν λε' γεννᾷ τὸν Σαλά· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ' μέχρι μη' ἔτους Ἰσαάκ.
Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν λ' γεννᾷ τὸν Ἔϐερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ' μέχρι ιη' ἔτους Ἰακώϐ.
Ἔϐερ γενόμενος ἐτῶν λδ' γεννᾷ τὸν Φαλέκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υλ' μέχρις οθ' ἔτους Ἰακώϐ.
Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν λ' γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σθ' μέχρι μη' ἔτους Ἀβραάμ.
Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν λϐ' γεννᾷ τὸν Σερούχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ' μέχρις οη' ἔτους Ἀβραάμ.
Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν λ' γεννᾷ τὸν Ναχώρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ' μέχρι πρώτου ἔτους Ἰσαάκ.
Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν κθ' γεννᾷ τὸν Θάῤῥα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ριθ' μέχρι μθ' ἔτους Ἀβραάμ
Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ο' γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρλε' μέχρι λε' ἔτους Ἰσαάκ.
Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ α' ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη σϟϐ'. Τὰ δὲ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ,αϡμη'. Διαφωνεῖ πρὸς τὴν τῶν Ο' ἑρμηνείαν ἔτεσι ,ασλε'.

(1) Textus Arm. LXX, sed ibidem in margine LXXVII.

(2) Hanc summam recte definitam ab Eusebio censet Syncellus p. 54 A : Εὐσέϐιος ,βσμϐ' ὑγιῶς ἔθετο καὶ ὁμοφώνως τῇ Γραφῇ. Idem ait p. 83 C.

(3) Hunc diserte annorum numerum definitum fuisse apud Eusebium ab Adamo ad Abrahamum docet Syncellus pp. 55, 54, 92, 111.

(4) Codex Arm. CV, quem numerum aliosque deinceps nonnullos putatis annorum rationibus emendandos censuimus.

(5) Ita nunc se habet Græcus textus; sed mendum corrigitur ab Armenio interprete, qui meliore lectione usus est.

(6) Ita nunc textus; sed veram lectionem exhibet Armenius interpres, L. Sic enim colliguntur anni reliqui Semi quingenti, quandoquidem Jacobus natus est anno Isaaci LX (*Gen.* XXV, 26).

SECUNDUM HEBRAICUM SAMARITANORUM EXEMPLAR

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem : vixitque adhuc annis D usque ad CI annum Phaleci.

II. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam : vixitque adhuc annis CCCIII (1) usque ad XXXIX annum Phaleci.

III. Sala annos natus CXXX genuit Heberum : vixitque adhuc annis CCCIII (2) usque ad XXXIX annum Ragavi.

IV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum : vixitque adhuc annis CCLXX (3) usque ad CXL annum Ragavi.

V. Phalecus annos natus CXXX genuit Ragavum : vixitque adhuc annis CIX usque ad CIX annum Ragavi.

VI. Ragavus annos natus CXXXII genuit Seruchum : vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII annum Nachori.

VII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum : vixitque adhuc annis C usque ad XXI annum Abrahami.

VIII. Nachorus annos natus LXXIX genuit Tharam : vixitque adhuc annis LXIX usque ad LXIX annum Tharæ.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum : vixitque adhuc annis LXXV usque ad LXXV annum Abrahami.

X. Abrahami primus annus. A diluvio ad primum annum Abrahami conficiuntur anni DCCCCXLII, quot videlicet etiam in Septuaginta Virorum editione habentur (4).

Ergo cum nostra lectione congruunt Hebraicæ, quæ apud Samaritanos feruntur, litteræ, quod attinet ad priorum annorum ante gignendum designationes : differuntque ab Hebraico Judæorum exemplari annis DCL. Namque a diluvio ad primum annum Abrahami in libris Judæorum anni sunt CCLXXXXII.

16. Quandoquidem igitur antiquissimus Hebræorum textus, qui apud Samaritanos ad hanc usque diem incolumis superest, cum LXX Virorum interpretatione congruens, patriarchas exhibet a diluvio ad Abrahamum generantes post prædictas annorum centurias, et quod supra est ; quonam pacto dicere licet, majores illos natu multoque longiore vita, quam ipsorum posteris usuvenit, utentes, tam cito ad procreandum accessisse, et non potius eo tempore quod Septuaginta Viri designant? Prudens (5) præterea ratiocinium suadet, ut prorsus fateamur, Judaicum scriptum peccare in recensendis ab Adamo ad Abrahamum temporibus, tribus exceptis quæ circa Jaredum vertuntur (6); scriptum autem Samaritanum tantummodo usque ad diluvium in errore versari ; namque a diluvio ad Abrahamum consensus est cum annorum perscripto a Septuaginta Viris catalogo. Evidentissime (7) igitur Judaicum Hebræorum exemplar in mendo cubat : quippe quod

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΣΑΜΑΡΕΙΤΩΝ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἔτους β' μετὰ τὸν κατακλυσμὸν

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ' μέχρις ρα' ἔτους Φαλέκ.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε' γεννᾷ τὸν Σαλά· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ' μέχρι λθ' ἔτους Φαλέκ.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ἔβερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ' μέχρις ἔτους λθ' Ῥαγαῦ.

Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ' γεννᾷ τὸν Φαλέκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σο' μέχρις ρμ' ἔτους Ῥαγαῦ.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρθ' μέχρις ρθ' ἔτους Ῥαγαῦ.

Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν ρλβ' γεννᾷ τὸν Σερούχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ' μέχρις οζ' ἔτους Ναχώρ.

Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ναχώρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ' μέχρις κα' ἔτους Ἀβραάμ.

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν οθ' γεννᾷ τὸν Θάῤῥα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ξθ' μέχρις ξθ' ἔτους Θάῤῥα.

Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ο' γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη οε' μέχρις οε' ἔτους Ἀβραάμ.

Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμβ', ὁπόσα ἦν καὶ κατὰ τῶν Ο' ἑρμηνείαν.

Συνᾴδει τοίνυν τῇ παρ' ἡμῖν ἀναγνώσει ἡ παρὰ Σαμαρείταις φερομένη Ἑβραϊκὴ γραφὴ κατὰ τὰς πρώτας τῶν ἐτῶν ἀποδόσεις τὰς πρὸ τῆς παιδοποιίας· διαφωνεῖ δὲ πρὸς τὸ Ἰουδαίων Ἑβραϊκὸν ἔτεσι χν'· ἦν γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων γραφὴν ἔτη σϟβ'.

Ἐπεὶ τοίνυν φαίνονται κατὰ τὸ παλαιότατον Ἑβραϊκὸν, ὃ δὴ παρὰ Σαμαρείταις ἔτι καὶ νῦν σώζεται, τῇ τῶν Ο' ἑρμηνείᾳ συμφώνως οἱ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ μετὰ τὰς προκειμένας τῶν ἐτῶν ἑκατοντάδας καὶ τὸν ἐπὶ τούτοις ἀριθμὸν παῖδας ποιησάμενοι, ποῖος ἐρεῖ λόγος τοὺς τούτων πρεσβυτέρους, καίπερ ἔτεσι πολὺ πλείοσι τῶν μετὰ ταῦτα βεβιωκότας, τάχιστα ἐπὶ τὴν παιδοποιίαν ἐλθεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον κατὰ τοὺς παρὰ τοῖς Ο' σεσημειωμένους χρόνους; Τοῦτο δ' οὖν καὶ ὁ σώφρων λογισμὸς ἐπιβάλλει νοεῖν, ὥστε ἀνάγκη διημαρτῆσθαι ὁμολογεῖν τὴν μὲν παρὰ Ἰουδαίοις γραφὴν ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ χρόνοις, ἐκτὸς τριῶν περὶ τὸν Ἰάρεδ· τὴν δὲ παρὰ Σαμαρείταις ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν μόνοις· τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἔτη σύμφωνα εὕρηται τῇ παρὰ τοῖς Ο' φερομένῃ τῶν ἐτῶν σημειώσει. Ἄντικρυς δὲ φαίνεται διημαρτημένως ἔχειν τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκόν· συνάγει γὰρ κατὰ τὸ

(1) Codex Arm., LXXX.

(2) Codex Arm., LXXX.

(3) Codex Arm., CC.

(4) Vide superius col. 155.

(5) Armenius interpres pro *prudens* habet *demissum*, nimirum quia σώφρων interdum est *demissus, modestus*, qui sensus Armeniacæ interpretationis haud nobis hoc loco placebat.

(6) Lege col. 149.

(7) Vocabulum ἄντικρυς, quod hoc loco in Græco textu occurrit, Goarus Syncelli interpres vertit *oppositum* ; sed melius Armenius interpres *evidentissime;* neque enim hic induci oppositio videtur.

sub unum idemque tempus ætates Abrahami Noachique cogit, quam rem nulla historia confirmat. Reapse si, ut est in Judæorum scripto, a diluvio ad Abrahamum excurrunt anni CCXCII, quoniam Noachus, prout ipsi tradunt, diluvio annis CCCL superstes fuit; plane constat, ab eo usque ad Abrahami LVIII annum vitam esse protractam.

17. Sed enim et alio ex capite Judaicorum exemplarium absurditatem cognoscere licet; quod ibi nimirum homines ante Abrahamum dicantur genuisse tricenarii, cum contra vel Abrahami posteros nonnisi post annum trigesimum dedisse operam liberis relatum sit. Ergo quaquaversus manifestum est, Septuaginta Virorum interpretationem ab antiquioribus nulloque errore vitiatis Hebræorum exemplaribus fluere. Ideoque et nos merito ad hanc chronologiam construendam eadem utimur: præsertim cum Ecclesia quoque Christi toto orbe diffusa huic uni adhæreat, cujus usus a Servatoris nostri tum apostolis tum discipulis nobis commendatus est.

18. Itaque, secundum Septuaginta Interpretes, ab Adamo ad diluvium anni numerantur MMCCXLII. A diluvio ad primum annum Abrahami anni CMXLII; quorum summa anni MMMCLXXXIV. Secundum autem Hebraicam Judæorum scripturam ab Adamo ad diluvium anni sunt MDCLVI: tum a diluvio ad primum annum Abrahami anni CCLXXXXII; quorum summa anni MDCCCCXLVIII. Denique secundum Hebraicum Samaritanorum textum ab Adamo ad diluvium anni sunt MCCCVII; deinde a diluvio ad primum annum Abrahami anni DCCCCXLII; quorum summa anni MMCCXLIX.

19. Jam a primo anno Abrahami ad Mosem

A egressumque Judæorum ab Ægypto, consensu omnium interpretum (1), anni fiunt DV, quorum est hujusmodi supputatio. Abrahamo vitæ annum septuagesimum quintum agenti Deus conspiciendum se præbuit, recepitque se proli ejus daturum terram repromissionis. Sane monumentis litterarum consignatum est, annos quinque supra septuaginta natum exiisse Abrahamum e Charan: (*) « tulitque Abrahamus Saram uxorem suam, Lotumque fratris sui filium. » Præterea diserte ait mox Scriptura (**): « Et apparuit Deus Abrahamo, dixitque ei: Semini tuo terram hanc dabo. » Itaque a primordio ætatis Abrahami conficiuntur anni LXXV: deinde (***) a LXXV anno Abrahami usque ad exitum Judæorum ab Ægypto anni sunt CCCCXXX. Profecto ei rei Paulus

B quoque apostolus testis accedit (****): « Testamentum, inquit, quod antea confirmatum erat a Deo, quæ post CDXXX annos facta est lex haud irritum facit ad destruendam repromissionem. » Additque (*****): « Per repromissionem autem donavit Deus Abrahamo. »

20. Nascitur Abrahamo Filius Isaacus in ejus centesimo anno, repromissionis autem divinæ vicesimo quinto. Desiderantur ad exitum ab Ægypto anni præterea CDV, ut a repromissione ad id tempus conflentur anni CDXXX. Jam qui se Abrahamo revelaverat Deus, rursus eidem apparens ait (******): « Sciendo scias, prolem tuam peregrinam esse futuram in aliena regione, eamdemque in servitutem redactum ac male habitum iri annis CD. » Nimis diuturnam dicit prolem, ut ne de Isaaci cogitemus

C temporibus. Porro sub exitu filiorum Israelis ab Ægypto commemoratur spatium annorum CDXXX. Ait enim Scriptura (*******); « habitatam esse ab ipsis patribusque eorum Ægyptum et Chananæam

αὐτὸ τοῖς χρόνοις τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε, ὅπερ οὐδεμία παρίστησιν ἱστορία. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν Ἰουδαίων γραφὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἔτη τυγχάνει σϙϐ', ἔζησε δὲ Νῶε κατὰ τοὺς αὐτοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν', δῆλός ἐστι παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι νη' ἔτους Ἀβραάμ.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως τὴν ἀτοπίαν συνιδεῖν τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἀντιγράφων, ἀπὸ τοῦ τριακονταετεῖς ἀναγράψαι τοὺς πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ πεπαιδοποιημένους· ὁπότε οἱ μετὰ τὸν Ἀβραὰμ ἱστοροῦνται πρεσβύτεροι τῶν λ' ἐτῶν ἐπὶ τὴν παιδοποιίαν ἐλθεῖν. Πανταχόθεν τοιγαροῦν τῆς τῶν Ο' ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἔοικε, καὶ ἀδιαστρόφου Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παροῦσαν χρονογραφίαν· ὅτε μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡπλωμένη Χριστοῦ Ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει, τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν ταύτῃ χρῆσθαι παραδεδωκότων.

Ἔστι τοίνυν κατὰ τοὺς Ο' τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵βσμϐ'· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη ϡμϐ'· τὰ πάντα ἔτη ͵γρπδ'. Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵αχνϛ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη σϙϐ'· τὰ πάντα ἔτη ͵αϡμη'. Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵ατζ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμϐ'· ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ͵βσμθ'. *Ex Syncello p.* 89 *D.*

(*) Καὶ ἔλαβεν Ἄβραμ τὴν Σάρα γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. *Ex Genesi*, x, 5.

(**) Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἄβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τῷ σπέρματί σου δώσω γῆν ταύτην. *Ex Genesi*, x, 7.

(***) Εὐσέβιος τὰ υλ' ἀπὸ τοῦ ε' καὶ ο' ἔτους Ἀβραάμ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς παροικίας αὐτοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἕως τοῦ πα' ἔτους Μωϋσέως καὶ ἀπ' Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἀπαριθμεῖ. *Ex Syncello*, *p.* 99 *D, sed interpolata.*

(****) Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, ὁ μετ' ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. *Ad Galatas*, III, 17.

(*****) Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. *Ibidem* 18.

(******) Καὶ ἐρρήθη πρὸς Ἄβραμ· Γινώσκων γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς τετρακόσια ἔτη. *Ex Gen.* xv, 13, et *Act. Apost.* VII, 6.

(*******) Ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτου καὶ ἐν γῇ Χαναὰν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. Ἐγένετο δὲ μετὰ τὰ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη, ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις Κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου νυκτός. *Ab Exodo*, XII, 40, 41.

(1) Conferatur Scaliger *Euseb. Chron. Gr.*, ed. Amstelod., p. 23.

annis CDXXX : tum denique contigisse ut post annum tricesimum supra quadringentesimum exercitus Domini ex Ægypto noctu discederent. » Age vero cum anni cumulentur CDXXX post Dei repromissionem, quæ anno Abrahami septuagesimo quinto facta est; prorsus sequitur, ut a primo Abrahami anno ad Mosem exitumque ab Ægypto numerentur anni DV. Quos quidem nonnulli minutatim ita percensent *. Scilicet Abrahamus, aiunt, annos natus C genuit Isaacum. Isaacus annos natus LX genuit Jacobum. Jacobus annos natus LXXXVI genuit Levinum (1). Levinus annos natus XLVI genuit Cahathum. Cahathus annos natus LXIII genuit Amramum. Amramus annos natus LXX genuit Mosem. Moses annos natus LXXX populum eduxit ex Ægypto. Conficiuntur a primo anno Abrahami ad egressum ex Ægypto anni DV. Summa autem ab Adamo ad egressum ex Ægypto, secundum Septuaginta Viros, annorum est MMMDCLXXXIX (2); secundum Judæos annorum MMCDLIII; secundum denique Samaritanos annorum MMDCCLIII.

21. Verumtamen ** ab obitu Mosis ad Salomonem templique ædificium liber quidem Judicum (quicum etiam præco (3) apostolus Paulus in apostolicis Actis consentit) doctrinam temporum traditaliter ac Regnorum historia (4) et Hebræorum traditio discrepans. Operæ pretium erit monumenta hæc sigillatim percurrere, et, quæ recta videbitur, sententiam amplecti.

22. Atque interim inconsulte non est prætermittendum, ab Africano item *Chronologiæ* quinque libros esse confectos, qui, meo quidem judicio, in his de quibus nunc agimus, crasso errore vagatur. Namque ab exitu Mosis ad Salomonem templique Hierosolymitani ædificium suis quidem peculiaribus calculis supputat annos DCCXLIV : cujus temporis magnam partem sine testimonio statuens, peccat; non eo solum nomine quod divini sermonis libro adversatur, verum etiam quod a se temere fictos centum annos obtrudit ***. Quippe auget annos seniorum, qui post Josuam fuerunt, quos annos scribit XXX : deinde post Samsonem popularis potestatis (5) annos XL rursusque pacis annos XXX. Atque tot annorum excessum sine debita confirmatione tacite constituens, multorum annorum vim marte proprio inter Mosis tempora regnumque Salomonis inserit, quod spatium annis plus septingentis et quadraginta definit. Sed enim quot antea procreationes exstiterint inspiciendum est, atque indidem cognoscendum, quam infirmo verborum artificio Africanus utatur. Enimvero (6) quoniam ab Abrahamo ad Davidem XIV numerantur procreationes (7); sub Mose autem nona jam procreatio agebatur (8), sub quo videlicet Naason filius Aminadabi cognoscebatur, tribus Judæ princeps, qui et in deserto obiit : erat enim ex iis qui Ægypto excesserant, atque in primum numerorum censum relati sunt (9); satis constat ne a reliquis quidem quinque post Naasonem usque ad Davidem procreationibus eum numerum annorum expleri. Naason enim genuit Salmonem; hic Boosum; hic Obedum; hic Jessem; hic Davidem (10). Qui ergo fieri potest, ut intra quinque procreationum fines post Mosem septingentorum annorum spatium contineatur? Si enim aliquis æquis partibus tempus in singulas procreationes dispertiat, anni hominum

(*) Καὶ κατὰ μέρος δὲ οὕτως ἔχει· Ἀβραὰμ γενόμενος ἐτῶν ρ' γεννᾷ τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ γενόμενος ἐτῶν ξ' γεννᾷ τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ γενόμενος ἐτῶν πς' γεννᾷ Λευΐ. Λευῒ γενόμενος ἐτῶν μθ' γεννᾷ τὸν Καάθ. Καὰθ γενόμενος ἐτῶν ξ' γεννᾷ τὸν Ἀμράμ. Ἀμρὰμ γενόμενος ἐτῶν οε' γεννᾷ τὸν Μωϋσῆν. Μωϋσῆς γενόμενος ἐτῶν π' ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Συνάγεται οὖν τὰ πάντα ἀπὸ μὲν πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἔτη φϐ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ͵αφπ'· ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ κατὰ τοὺς Ο' ἔτη ͵αχπθ', κατὰ δὲ ἄλλους.... *Ex Nicephori* Chronographia, *p.* 396-397.

(**) Ὁ δὲ Εὐσέβιος τὰ παρὰ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ἐν ταῖς Πράξεσι, τῶν Κριτῶν ἔτη υν' συστῆσαι βουληθεὶς, συνεχρήσατο τούτων τισίν· διαπορεῖ μέντοι λέγων τὰ μετὰ τοῦ Μωϋσέως τελευτὴν ἄλλως κεῖσθαι μέχρι Σολομῶνος καὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Βασιλειῶν. *Ex Syncello, p.* 174 *D, sed interpolata.*

(***) Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ Καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων οὐ παρέλαβεν. Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ' αὐτοῖς ἀπένειμεν, ᾧ πλεῖστα κατεγκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος ὡς μεγάλα, φησὶ, διαμαρτόντι, καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι, πρὸς τούτοις ἄλλα σ' ἔτη, μ' μὲν τὰ τῆς ἀναρχίας, λ' δὲ τὰ τῆς εἰρήνης οἴκοθεν παρεμβαλόντι, τὰ ὅλα ρ'. *Ex Syncello, p.* 174 *C, sed interpolata.*

(1) Syncellus, p. 116 C, reapse docet, apud Eusebium tradi Levinum genitum anno Jacobi LXXXVI. Est autem mendosa lectio ejusdem Syncelli p. 106 A; quo loco, tanquam ex ipso Eusebio, scribuntur anni LXXXVII, quæ fuit potius sententia Africani.

(2) In margine codicis, MDCLXXXIX.

(3) In Armenio textu NUIRAGAN, quod vocabulum cl. Zohrabus, linguæ suæ Armeniacæ peritissimus ac veteranus magister, mihi interpretabatur *nuntius*, sed cl. Aucherus in adnotationibus explicabat *sacratus*. Interpretationem *nuntius* vituperabat cl. Leopardus, propterea quod *nuntius* idem sit fere atque consequens *apostolus*. Sed enim Ephræmius chronographus a me editus v. 2653, ait : κήρυκες ἀπόστολοι, *nuntii* vel potius *præcones apostoli*. Et sic haud raro loquuntur Græci, qui epithetis mire abundant ac delectantur. Ergo vocabulum Arm. NUIRAGAN recte nos olim explicavisse videmur *nuntius*, vel certe, ut nunc scribo, *præco*.

(4) Lib. III.

(5) Vox Armeniaca ENCHERASDUTHIUN componitur ex ENGHER, *socius*, et HASDUTHIUN, *conciliatio*; sed ἀναρχία vel δημοκρατία intelligenda est. En autem Clementis *Strom.* I, 21, p. 385, hac eadem de re verba : Καὶ μετὰ τοῦτον ἀναρχίας οὔσης, διέκρινε τὸν λαὸν Ἡλὶ ὁ ἱερεὺς τεσσαράκοντα ἔτη· *Et post eum* (Sampsonem) *cum nullus esset qui præsideret, jus populo dixit Heli sacerdos quadraginta annis.*

(6) Confer, in his quæ sequuntur, Syncellum p. 175 B-D.

(7) Luc. III, 31-34.

(8) Luc. III, 33.

(9) Num. I, 7.

(10) Luc. III, 31, 32.

singulorum ante nuptias CXL emergent, cui rei nemo sapiens fidem adjunget. Quippe et ipse Moses anno ætatis CXX obiit (1), itemque ejus successor Josua anno centesimo decimo naturæ concessit (2) : ante quos Josephus vitam suam omnino intra CX annos conclusit (3). Adde his antiquiorem quoque illum Jacobum, alio nomine Israelem, Judæorum omnium patriarcham, qui et ipse plus annis CXLV non vixit (4). Ergo absurde dicitur quisquam sequiore tempore, nempe post Mosem, tam longævus fuisse, quam superius innuimus : adeoque Africanus hac in re hallucinatus est (5).

23. At Clemens a Josua successore Mosis ad templi ædificium (6) annos congerit DLXXIV, quod e primo licet ejus libro (7) cognoscere. Divus autem apostolus Paulus in apostolorum Actis Judæos publice alloquens ait : * « Septem gentes in Chananæorum regione delevit Deus (8), illosque (9) in terræ possessionem immisit. Deinde annis quadringentis et quinquaginta sub Judicum potestate continuit usque ad Samuelem prophetam. Cumque ex eo tempore regem sibi præfici postulassent, concessit eis Saulem filium Cisi, Benjamiticæ tribus hominem, annis quadraginta : quo amoto, Davidem apud eos exaltavit. » Hæc Apostolus, de cujus sententia anni sunt post Josuam DXXXIV. Nempe Judicum anni omnino CDL sunt usque ad Samuelis, ut ipse ait, ætatem : ad hos cum Samuelianis implicili adjungantur anni XL Saulis : itidem et XL Davidis : denique Salomonis quatuor usque ad templi ædificium. Summa annorum est DXXXIV, secundum Apostolum, a Josua Mosis successore ad Salomonem. Quod si his addas Mosis quoque in deserto exactos XL annos ; tum et Josuæ filii Navi XXVII, summa consurgit ad Apostoli calculos annorum DC.

24. Quin adeo Judicum quoque liber Apostolo suffragatur : namque et ibi anni Judicum usque ad Samuelem CDL comperiuntur singillatim hac ratione perscripti (10).

EX LIBRO JUDICUM.

Post Josuam dominati sunt
Alienigenæ annis VIII.
Gothoniel annis LX (11).
Alienigenæ annis XVIII.
Aodus et Samegarus annis LXXX.
Alienigenæ annis XX.
Barachus et Debora annis XL.
Alienigenæ annis VII.
Gedeon annis XL.
Abimelechus annis III.
Thola annis XXIII.
Jairus annis XXII (12).
Alienigenæ annis XVIII.
Jephtæus annis VI.
Esebon annis VII.
Æglon annis X (13).
Labdon annis XXX (14).
Alienigenæ annis XX (15).

(*) Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα. *Ex Act. apost.* XIII, 19-21.

(1) Deut. XXXIV, 7.
(2) Jos. XXIV, 29.
(3) Gen. L, 26.
(4) Gen. XLVII, 28.
(5) Ab Eusebio reprehensum magnopere Africanum propter annos plures justo invectos, narrat Syncellus etiam p. 79 D.
(6) Vel potius ad Salomonis obitum. LEOPARDUS.
(7) Lib. I, cap. 21, p. 386, *Stromatum;* ubi tamen paulo aliter legitur. Theophilus vero *ad Autol.* III, 22, ex Tyriorum memoriis ait ædificatum templum anno post exitum ab Ægypto DLXVI.
(8) In textu Armeniaco pro *Deus* est *Josua*, manifesto mendo. In biblico textu nihil est, sed plane subintelligitur *Deus*.
(9) Nempe *Hebræos*.
(10) Sequentem temporum tabulam Græce paucis mutatis exhibet Eusebius *Præp. ev.* X, 14 : Μετὰ Μωσέα προέστη τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἰησοῦς, ὥς τινες, ἔτεσι λ'· εἶθ', ὥς φησιν ἡ Γραφὴ, ἐκράτησαν ἀλλόφυλοι ἔτεσιν ὀκτώ· ἔπειτα Γοθονιὴλ ἔτεσι πεντήκοντα· μεθ' ὃν Ἐγλὼμ βασιλεὺς Μωὰβ ἔτη ιη'· μεθ' ὃν Ἀὼδ ἔτη π'· μεθ' ὃν πάλιν ἀλλόφυλοι ἔτη κ'· ἔπειτα Δεβώρα καὶ Βαρὰκ ἔτη μ'· ἔπειτα Μαδιηναῖοι ἔτη ζ'· ἔπειτα Γεδεὼν ἔτη μ'· Ἀβιμέλεχ ἔτη γ'· Θωλὰ κγ'· Ἰαεὶρ κβ'· Ἀμμανῖται ιη'· Ἰεφθάε ἔτη ς'· Ἐσβὼν ἔτη ζ'· Αἰαλὼν ἔτη ι'· Λαβδὼν ἔτη η'· ἀλλόφυλοι, ἔτη μ'· Σαμψὼν ἔτη κ'· ἔπειτα Ἡλὶ ἱερεὺς, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν, ἔτη μ'. *Post Mosem Judaicæ genti præfuit Josua annis, ut quidam aiunt,* XXX. *Deinde, uti docent sacræ Litteræ, dominati sunt alienigenæ annis* VIII. *Tum Gothoniel annis* L. *Postea Æglon rex Moab annis* XVIII. *Exin Aodus annis* LXXX. *Rursus alienigenæ annis* XX. *Hinc Debora et Baracus annis* XL. *Mox Madianitæ annis* VII. *Gedeon annis* XL. *Abimelechus annis* III. *Thola annis* XXIII. *Jairus annis* XXII. *Ammanitæ annis* XVIII. *Jephtaus annis* VI. *Esbon annis* VII. *Æalon annis* X. *Labdon annis* VIII. *Alienigenæ annis* XL. *Sampson annis* XX. *Denique Heli sacerdos annis, uti est in Hebraico exemplari,* XL.
(11) Græcus Eusebii Clementisque textus, *quinquaginta*.
(12) Jairi magistratus prætermittitur a Clemente; est tamen in libro Judicum X, 3.
(13) Clemens, *octo* : qui etiam inter hunc et Esebonem collocat Ebronis cujusdam annos *octo*. Sane et Eusebio putamus scriptos *octo;* sic enim consurgit summa infra dicenda CCCCL.
(14) Eusebius in *Præp. ev.*, itemque in tabulis et in canone ponit VIII. Ita se habet textus quoque Armeniacus Aucheri. Mea vero editio Mediolanensis XXX, dictante ut puto Zohrabo. Reapse nisi XXX pro VIII ponamus, summa annorum CCCL confici nequit. Labdonis magistratus omittitur a Clemente.
(15) In textu codicis Arm., XL, sed in ejusdem margine XX. Sane et Eusebius in *Præp. ev.* nec non Clemens scribunt XL. Sed Eusebium hoc loco scripsisse annos XX alienigenarum, totidemque Sampsonis, præclare testatur Syncellus, p. 165 B, his verbis : Εὐσέβιος τοῦ Παμφίλου τὰ μ' ἔτη ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων τοῖς τοῦ Σαμψὼν συναριθμεῖ ἀλόγως καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ Κριτῶν ἔτεσι, μὴ στοιχειώσας αὐτὰ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ, μηδὲ τῶν λοιπῶν ἀλλοφύλων, κατά τινα, φησὶν, Ἑβραίων παράδοσιν· *Eusebius Pamphili immerito annos Samsonis Judicumque post eum*

Sampson annis xx (1).

Heli, sub quo Samuel, annis XL.

25. Summa temporis, quo judices magistratum gesserunt, anni omnino CDL usque ad Samuelem, suffragante etiam præcone nostro Apostolo. Sunt tamen extra hunc censum ætates Mosis, itemque Josuæ successoris, nec non Samuelis et Saulis. Age vero Samuelis et Saulis et Josuæ tempora apponamus. Ex testimonio, inquam, Apostoli anni Saulis XL accenseantur Judicum annis CDL : cui numero additis XL annis Davidis, et IV annis Solomonis, consurgit annorum summa DXXXIV, quæ videlicet apostolica traditio est. Jam additis XL annis quos Moses in deserto traduxit, rursusque annis XXVII Josuæ filii Navi, astipulantibus ipsis Hebræis, congeruntur anni DC.

26. Nunc si hæc tempora in quinque procreationes, quæ fuerunt a Naasone ad Davidem, conferas; ita ut singulis hominibus ratam temporis partem impertias, profecto antequam quisque ad nuptias accesserit, annos plus centum ac quindecim (2) unicuique attributum iri constat : quod a fide prorsus abhorret. Cum enim in comperto sit, Mosem ultra annum CXX non vixisse, nunquid ejus posteri illa ferme ætate nuptias celebraverint?

27. Quid ergo jam superest, nisi ut ad testimonium, quod e libris Regnorum (3) petitur, progrediamur? Jam vero Regnorum libri vehementer affirmant spatium temporis universum, ab excessu filiorum Israelis ex Ægypto ad Salomonem templique ædificium, annis constare CDXL; quanquam Hebraica exemplaria habent CDLXXX. Ait * enim tertius liber Regnorum (4) : anno quadragesimo supra quadringentesimum, post discessum ab Ægypto, cœptam esse a Salomone divinæ domus structuram : in Hebraicis autem anno octogesimo supra quadringentesimum legitur. Id vero ævum annorum CDLXXX doctores Judæorum accurate colligi affir-

A mant (5), si anni quibus alienigenæ potiti sunt Hebræorum haud separatim æstimentur, sed dominatio tantummodo Judicum populi supputetur, in quam tempora quoque externæ tyrannidis conferantur : quo facto, quadringentos diserte et octoginta annos conflari aiunt. Porro præco Apostolus haud mihi videtur aliquam chronologiam voluisse proponere, neque definita sententia supputationem aliquam tradere prædictorum annorum, neque, seposita salutaris verbi doctrina, dare operam tractationibus temporum; verum communi *videtur* usus libri lectione Judicum qui jus dixerunt. Sed tamen Regnorum liber evidenter tradit ab exitu ad Solomonem annorum CDXL vel CDLXXX congeriem. Atqui nihilominus si tempora Judicum singillatim ponamus, rursusque singillatim annos quos liber Judicum dominationi alienigenarum concedit, summa temporis a Mose ad Salomonem in sexcentos annos consurget. Nimirum Mosis in deserto agentis sunt anni XL; tum Josuæ XXVII; postea Judicum et alienigenarum CDL, teste Apostolo, Judicumque libro in idem conspirante; deinceps Samuelis et Saulis anni XL; demum Davidis XL, ac Salomonis IV usque ad templum constructum; summa annorum DC est. Si enimvero sententia illa, in qua prædictarum quinque procreationum singuli homines annos CXX nati nuptias demum faciunt, ea, inquam, toto cœlo a veritate fideque aberrat.

28. Sed enim quanquam nos in libro Regnorum insistimus, secundum quem anni congeruntur CDLXXX sepositis CXX annis servitutis Hebræorum (tanti enim temporis spatio hi fuerunt in alienigenarum potestate); quanquam præterea populi libertatem servitutemque indiscretim supputamus, uti Hebræorum calculus tradit (quem nos quoque in his nostris rationibus secuturi sumus, quibus tempora alienigenarum in annis judicum claudemus [6]); nondum tamen persuaderi nobis potest intervallum

(*) Λέγει γὰρ (Εὐσέβιος ἐκ τοῦ τρίτου τῶν Βασιλειῶν)· Καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ υμ' ἔτει τῆς ἐξόδου τῆς ἀπ' Αἰγύπτου ἤρξατο οἰκοδομεῖν Σολομὼν τὸν ναόν. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν, καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ υ' καὶ π' ἔτει. Ταῦτα δὲ, φησὶν, οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι ἀκριβῶς συνάγεσθαι ἔλεγον μόνης τῆς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ Κριτῶν χρονοκρατίας ἀριθμουμένης, καὶ μὴ λογιζομένης ἰδίως τῆς τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ τῆς τῶν Κριτῶν συννοουμένης. Τόν γε μὴν ἱερὸν Ἀπόστολον, φησὶν, υν' ἔτη τῶν Κριτῶν οὐκ ἀπακριβολογούμενον εἰπεῖν, ἀλλ' ἐκδοχῇ κοινοτέρᾳ. Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὰ τῶν Κριτῶν υν' ἔτη, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μ' ἔτη Μωϋσέως, Ἰησοῦ τε κζ', καὶ τῶν μετὰ Ἰησοῦν πρεσβυτέρων ιη', καὶ ἔτι Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως κ', Σαμουὴλ κ', καὶ Σαοὺλ μ', Δαβὶδ τε μ', καὶ Σολομῶνος δ' συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χιθ', κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ', κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ'. Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν τούτων ἀριθμὸν, αἵ τε ἐκ φυλῆς Ἰούδα, αἵ τε ἐκ φυλῆς Λευῒ διαγενόμεναι γενεαὶ, ἢ καὶ μεριζόμεναι, ἀπίθανον ἕξουσι τὴν παιδοποιίαν. Ἀπὸ γὰρ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ιδ'· τούτων ἐννάτη ἦν ἐπὶ Μωϋσέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθ' ἣν ἐγνωρίζετο Ναασσὼν υἱὸς Ἀμιναδὰβ ἄρχων φυλῆς Ἰούδα, ὃς ἐν τῇ ἐρήμῳ τελευτᾷ. Ἀπὸ Ναασσὼν δὲ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ε' οὕτως· Σαλμὼν υἱὸς Ναασσὼν ἐγέννησε τὸν Βοὸζ, Βοὸζ δὲ τὸν Ὠβὴδ, Ὠβὴδ δὲ τὸν Ἰεσσαὶ, καὶ Ἰεσσαὶ τὸν Δαβίδ. Πῶς οὖν δυνατὸν τὰς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Μωϋσέως θ' διαγενέσθαι γενεὰς ἐν υο' ἔτεσιν, πέντε δὲ μόνας ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν χ' ἔτεσιν ἕως Δαβίδ; ἔσται γὰρ ἕκαστος ρκ' ἐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς παιδοποιίας, ἵνα τὰ χ' τυχὸν ἐξ ἐφίσης μερίσωμεν. *Ex Syncello, p. 175 A seqq., sed valde interpolata.*

eosdem censet qui alienigenarum ; ideoque et e suo canone exclusit cum reliquis item alienigenarum annis, Hebræorum quamdam, ut ait, traditionem secutus.

(1) In textu codicis XL, sed in margine XX.

(2) Syncellus p. 175 C habet *centum viginti* : atque ita dicet mox ipse Eusebius § 27.

(3) Ita etiam Armenii cum Græcis dicunt libros *Regnorum* quos Latini *Libros Regum*.

(4) Cap. VI, 1.

(5) Præter textum Græcum hic subjectum, recole etiam col. 164, not. 10.

(6) Locum hunc Eusebii lectum a se testatur Syncellus p. 36 C : Εὐσέβιος τὰ τῆς ἐπικρατήσεως τῶν ἐν τοῖς Κριταῖς σποράδην βασιλευσάντων ἐξ ἀλλοφύλων ἔτη ρια' (dic ρκ') οὐκ ἐψηφίσατο, λογισάμενος ἐν τοῖς Κριταῖς λελογίσθαι αὐτά· *Eusebius tempora alienigenarum qui ex intervallo potiti rerum sunt annis* CXI (dic CXX) *non supputavit, sed cum Judicum temporibus conjuncta esse censuit.*

illud quinque procreationum, quod a Naasone ad Davidem pertinet, nisi ab annis CDLXXX detrahantur anni XL Mosis in deserto degentis ; tum et quatuor Salomonis, ita ut reliqui sint CDXXXVI usque ad Davidis obitum ; hique in quinque procreationes ita tribuantur, ut cuique viro cum gigneret, annus ætatis LXXXV (1) assignetur : quam si quis paulo perspicacior consideret, doctrinam veram agnoscet ; præsertim si ad Davidis etiam natalia respiciat. Seni quippe Jessæ natus est octavo loco David, post septem fratres natu majores (2). Hinc quoque, inquimus, ratio ætatis præcedentium æstimanda est. Igitur de sententia nostri Regnorum libri a relicta Ægypto ad Salomonem templumque constructum anni labuntur CDLXXX : ita tamen ut tempora quoque alienigenarum in his comprehendantur, seriei interposita Judicum qui rerum ex ordine potiti sunt.

29. Sed enim et alio modo ex ipso libro Judicum res lucidius innotescit. Jus populo reddebat Jephtæus, contraque eum Amorrhæorum bellum conflatum est Jordanis fluvii incolarum. Is autem nuntium ad hostem misit his verbis : * « Num tu melior Balaco, filio Sephoris (3), rege Moabitarum ? Hic autem num forte cum Israele rixatus est manusve conseruit quo tempore Israel incolebat Esebonem ejusque suburbana, Azerum cum suis pagis ad amnem Jordanem ab annis trecentis ? Quidni eos per id tempus in libertatem vindicaverunt ? » Atqui his docet *Jephtæus*, a Mosis temporibus Balacoque Sephoris filio usque ad suam ætatem annos interjacere trecentos. Id autem ævi spatium nullo pacto conficitur, nisi tempora alienigenarum, ut diximus, eadem esse putentur quæ Judicum potestate fungentium. Revera si annos, quibus populus alienigenarum vi pressus servivit, seorsim supputes, tempora mehercule trecentesimi anni fines satis excedent. Contra si annos dominantium Judicum tantummodo numeres, a definito Mosis tempore ad Jephtæum anni tibi trecenti consurgent (4), quod ipsius Jephtæi testimonio firmatur.

30. Nostra igitur chronologia hac ratione explicatur.

A MOSE USQUE AD SALOMONEM.

Mosis anni XL.
Josuæ anni XXVII.
Alienigenarum et
Gothonielis judicis anni LXXX (5).
Alienigenarum nec non
Deboræ et Baraci anni XL.
Gedeonis anni XL.
Abimelechi anni III.
Tholæ anni XXII.
Jairi anni XXII.
Alienigenarum et
Jephtæ judicis anni VI.
Sebegonis (6) anni VII.
Labdonis (7) anni VIII.
Alienigenarum et
Samsonis anni XX (8).
Eo tempore gestum est bellum Iliacum.
Heli anni XL.
Samuelis et Saulis anni XL.
Davidis anni XL.
Salomonis anni IV usque ad templi ædificium.

Summa a Mose egressuque ab Ægypto usque ad templi structuram, anni CDLXXX (9).

31. De Josua Mosis successore liber illius homonymus nihil narrat, præterquam quod anno ætatis centesimo decimo obiit. Hebræi tamen annis septem supra viginti ducatum ab eo gestum confirmant, adeo ut ipse annum agens ætatis quadragesimum tertium ex Ægypto cum Mose discesserit. Jam vel ipsius Samuelis tempora quandoquidem *sacri* libri perspicue non tradunt, ego quidem quod a divo apostolo de Saule dictum est, id Sauli æque et Samueli communem esse putem. Certe Samuelem plurimis annis præfuisse populo apparet : Saulis vero

(*) Καὶ νῦν μὴ κρείσσων εἶ σὺ τοῦ Βαλὰκ υἱοῦ Σεπφὼρ βασιλέως Μωάβ ; μὴ μάχῃ ἐμαχήσατο μετὰ Ἰσραὴλ, ἢ πολεμῶν ἐπολέμησεν ἐν αὐτοῖς ; ἐν τῷ οἰκῆσαι Ἰσραὴλ ἐν Ἐσεβὼ καὶ ἐν ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς· καὶ ἐν Ἀροὴρ καὶ ἐν ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς, καὶ ἐν πάσαις ταῖς παρὰ τὸν Ἰορδάνην, τριακόσια ἔτη ; τί ὅτι οὐκ ἐρύσαντο αὐτοὺς ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ; *Ex Judic.* XI 25,26.

(1) Corrigit LXXXVII Aucherus.

(2) I Reg. XVI, 10,11.

(3) In codicis Arm. textu *Soporis*, in margine *Beoris*.

(4) Atqui nonnisi CCLXXX, uti nunc se habent apud codicem Arm. numeri in tabula proxime addenda. Jam in hac universa quæstione constituenda magnopere laborasse Eusebium tradit Syncellus p. 174 D.

(5) Prætermissum posthinc ab Eusebio Aodum, decem annis judicem, criminatur Syncellus p. 26 B : Εὐσέβιος Ἀὼδ τὸν κριτὴν οὐκ ἐστοιχείωσεν κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη δέκα.

(6) Idem ac *Esephon* vel *Esebon*. Deinde omittitur *Æglon* vel *Ælon*, qui Eusebio omittitur etiam in tabulis infra addendis judicum, et in secundo libro dicitur abesse a textu τῶν LXX, quod testatur etiam Samuel historicus. Nunc autem plane occurrit hic *Æglon* apud τοὺς LXX, non apud Biblia Arm. ex eorumdem fonte deducta.

(7) Ita Eusebius constanter *Labdon* toto hoc opere et *Præp. ev.* X, 14, uti etiam Græca Biblia : quanquam Armeniaca ab his derivata habent *Abdon*, uti et Latina Vulgata.

(8) Audiendus hic rursus Syncellus, p. 36 : Εὐσέβιος μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ, τῆς ἀναρχίας, ἤτοι εἰρήνης τοῦ λαοῦ μ' ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν· *Eusebius post Sampsonis judicis obitum annos* XL *libertatis, seu publicæ pacis in diffusiore chronographiæ parte non recensuit.* Rursus Eusebius quod annos Sampsonis cum annis alienigenarum permiscuit reprehenditur a Syncello, p. 165 B.

(9) Atqui hæc summa e prædictis numeris non conflatur. Videbatur tamen esse lacuna in codice Arm. inter Labdonem et Sampsonem.

biennium tantummodo *sacer* sermo confirmat. Namque primo capite Regni sic ait Scriptura * : « Filius, inquit, anniculus erat Saul cum regnum iniit; et duobus præterea annis dominatus est Israeli. » Quanquam Symmachus eum locum illuminat, quem ita interpretatur : « ** Filius, inquit, tanquam anniculus erat Saul cum regni habenas accepit. » Quibus verbis hominem simplicem vitiique expertem significat sub regni primordiis, qui tamen in eo vitæ habitu ultra biennium non manserit; posteaque depravatum, et a Deo rejectum, adeo ut a dæmone suffocaretur. Hinc et illius reliqui anni in Samuelis ætate censentur, ita ut quadraginta anni scribantur Samuelis et Saulis.

A

32. Sed tamen non apostolico solum testimonio tempora Saulis in tot annos excrescunt, sed diligenti atque accurata etiam Librorum *sacrorum* consideratione. Saule quippe mortuo, ait historia ***, Jebusthem Saulis filium quadraginta annos natum Israelis regno potitum esse, idque biennio retinuisse, dempta Judæ domo quæ partes Davidis sequebatur. Jam hunc Jebusthem Saule recenter ad regnum provecto natum esse vel inde constat, quod *sacri* libri, filiis tribus Saulis regnum non ita pridem exorsi commemoratis (1), hunc, de quo sermo est, *Jebusthem* silentio premunt : quæ res natum postea coarguit : tantumque Saulis regnum, quanta post ejus obitum ætas filii deprehenditur.

B

33. Post hactenus dicta, id omnino tenendum est quod tertio Regnorum (2) scribitur, nempe ab egressu ex Ægypto usque ad Salomonem templique ædificium annos effluxisse CDLXXX. Jam ab Abrahamo ad exitum duce Moyse anni erant DV. Et a diluvio ad primum annum Abrahami anni CMXLII. Denique ab Adam ad diluvium anni MMCCXLII. Summa autem ab Adamo ad Salomonem templumque conditum, annorum est MMMMCLXX (3).

C

De temporibus Salomonis, ejusque ad condendum templum collatis curis, Josephus historiographus primo Judæorum priscorum libro Phœnicios homines testes invocat. Haud inutile mihi videtur memoratorum ab eo virorum suffragium. In laudata igitur *Historia* sic ille scribit.

CAPUT XVII.

Josephi, ex Phœnicum testimonio de templo Hierosolymis condito.

1. Nunc juvat hinc progredi ad Phœnicum de gente nostra scripturas, atque ex his testimonia proferre. Quippe apud Tyrios ex omni antiquitate supersunt præteritorum annorum monumenta regiis scriptis commendata diligentissimeque servata, in quibus res ab ipsis sive secum sive cum aliis populis gestæ, quæcunque memoria dignæ sunt, continentur. In his perscriptum est templum Hierosolymis a Salomone rege fuisse constructum antiquitus, nempe annis CXLIII cum mensibus octo antequam Tyrii Carthaginem conderent. Quin adeo templi nostri structura non obscuris verbis a Phœnicibus historiæ commendata est. Namque Hiromus (4), Tyriorum rex, regis nostri Salomonis familiaris, patriæque amicitiæ hæres, munifico studio ductus Salomonis in eo ædificio juvandi, talenta auri CXX ad templi ornatum contulit, materiemque optimam in monte, cui nomen Libano, cæsam ad tecti contignationem submisit. Huic autem Salomon remunerandi causa tum alia multa, tum loca aliquot in provincia Galilæa possidenda concessit, nomine Chabula. Maxime vero amicitiam eorum auxit sapientiæ studium. Nam problemata inter se missitabant solvique jubebant (5) : porro in his eminebat Salomon, et in aliis etiam plurimis sapientia præstabat. Multæ adhuc apud Tyrios supersunt epistolæ, quas illi mutuo scripserunt (6).

(*) Υἱὸς ἐνιαυτοῦ ἦν Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐπὶ Ἰσραήλ. *I Reg.* XIII, 1.
(**) Υἱὸς ὡς ἐνιαύσιος Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. *Ab Hexaplis.*
(***) Τεσσαράκοντα ἐτῶν Ἰεβοσθὲ υἱὸς Σαοὺλ, ὅτε ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσε, πλὴν τοῦ οἴκου Ἰούδα, οἳ ἦσαν ὀπίσω Δαυΐδ. *Ex II Reg.* II, 10.

1. Βούλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρασχεῖν. Ἔστι τοίνυν παρὰ Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσίᾳ γεγραμμένα, καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους (7) πραχθέντων μνήμης ἀξίων. Ἐν τούτοις γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως, ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα· ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. Εἴρωμος γὰρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διαδεδεγμένος· αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὴν τοῦ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσίου μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα· τεμὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὴν ὄροφον ἀπέστειλεν. Ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτῷ ὁ Σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβουλῶν λεγομένῃ. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ Σολομὼν, καὶ τἄλλα σοφώτερος. Σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν.

(1) I Reg. II, XIV, 49.
(2) Cap. VI, 1.
(3) Codex Arm. MMMMCL; sed Eusebius, apud Syncellum p. 181 D, habet, ut hic, MMMMCLXX : et hanc summam, uno dempto, prædicti numeri conflant.
(4) Qui hic dicitur *Hiromus*, is scribitur *Hiram* II Reg. V, 11, in Latina Vulgata; Χειράμ apud LXX et apud Biblia Armeniaca; Σούρων apud Eusebium *Præp. ev.* IX, 33 et 34; Ἱέρωμος denique apud Theophilum *ad Autolyc.* III, 22.
(5) Vel potius *rogabant*. Sic enim in disputatione Theoriani a me edita, εἰ κελεύεις, εἰ κελεύετε, significat *si tibi, si vobis placet*.
(6) Ex his epistolis supersunt binæ III Reg. V, tum apud Josephum *Antiq.* VIII, 2, quas verbis sæpe immutatis recitat etiam Eusebius *Præp. ev.* IX, 33-34. Easdem epistolas commemorat Theophilus quoque *ad Autolyc.* III, 22. Clemens autem *Strom.* I, 21, p. 396, easdem exstitisse ait apud Polyhistorem, quam rem innuit ipse Eusebius. *Præp. ev.* IX, 37.
(7) Perperam Armenius interpres vel legit vel intellexit ἄλλους pro ἀλλήλους.

2. Jam quæ hactenus de Tyriorum commentariis dixi, hæc a me non esse conficta, testem gravissimum excitabo hominem, qui Phœnicum historiam summa fide scripsisse putatur; Dium, inquam, qui in Phœnicia Historia sic ait: — Mortuo Abibalo, regnum filius ejus Hiromus obtinuit. Hic orientalem urbis regionem circumvallavit, ipsamque urbem ampliorem effecit, et Olympici Jovis fanum, quod erat sejunctum in insula, interjectis locis aggere oppletis, urbi admiscuit, oblatisque ex auro signis ornavit. Tum et in Libanum montem cedris abundantem conscendens, ligna per operarios cædebat ad fanorum ædificium. Salomon autem Hierosolymorum tyrannus misisse ad Hiromum ænigmata fertur, vicissimque ab hoc scripta ejusmodi repoposcisse (1): ea lege ut qui minus ænigma, pecuniam certe solveret. Ei conditioni cum acquievisset Hiromus, moxque ænigmata haud potuisset exsolvere, magnas opes multæ nomine pendebat. Postremo autem eruditus quidam vir sagax, Abdemonus dictus, et ænigmata a Salomone proposita explicuit, et alia invicem exhibuit; quæ cum Salomon non expedivisset, multas opes Hiromo persolvit. — Atque ita Dius testimonio suo dicta nostra comprobat.

3. Ei tamen et Menandrum Ephesium addam: nam et hic singulorum regnorum res præclare gestas apud Græcos et Barbaros scripsit, adhibito studio ad historiam e cujusque regionis monumentis cognoscendam. Scribens autem de Tyri regibus, ubi devenit ad Hiromum, hæc ait: — Mortuo Abibalo regnum excepit filius ejus Hiromus, qui annis vixit LIII, regnavitque XXXIV. Is humo opplevit spatium quod inter urbem fanumque Jovis interjacebat: in eodemque Jovis fano auream columnam dicavit: pergensque in cedrinam montis, qui Libanus dicitur, silvam ligna per operarios cædebat, quibus fanorum tecta construerentur. Tum antiquis delubris sublatis, nova ædificavit (2), templa scilicet Herculis Astartæque dedicavit. Primum Herculi condidit mense Peritio (3), bello moto adversus Tityos, qui tributum mutata fide non solvebant. Hos quidem ille perdomitos ad obedientiam revocavit. Eo tempore inclaruit puer quidam Abdemonus, qui in cunctis abs Hierosolymorum rege Salomone propositis sibi problematibus superior evadebat.

4. Ac tempus ab hoc rege ad Carthaginem conditam hac ratione supputatur. Exstincto Hiromo, potitus est regno filius ejus Babalbazerus, qui vixit annis XLIII, regnavit XVII (4). Post hunc Abdastartus ejus filius, qui vixit annis XXXIX (5), regnavitque IX. Hunc quatuor nutricis filii (6) insidiis exceptum interemerunt, quorum natu maximus regnum occupavit annis XII (7). Deinde Astartus Elæastarti filius, qui vixit annis LIV, regnavitque XII. Postea frater ejus Astharimus, qui vixit annis LVIII, regnavitque IX. Hic a fratre suo Phelite occisus est, qui et dominationem obtinuit mensibus octo, et ad quinquagesimum (8) annum vitam pro-

2. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενος, ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων, παραθήσομαι μάρτυρα Δῖον, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικὴν Ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον. Οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον· Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν. Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσεν, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκεν, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. Τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι, τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν· ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι· καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτίσαι χρήματα. Δῖος μὲν οὕτω περὶ προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

3. Ἀλλὰ πρὸς τούτῳ παραθήσομαι Μένανδρον τὸν Ἐφέσιον· γέγραφε δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις γενομένας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Γράφων δὴ περὶ τῶν βεβασιλευκότων ἐν Τύρῳ, ἔπειτα γενόμενος κατὰ τὸν Εἴρωμον ταῦτά φησι· Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. Οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον, τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν, ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας· καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε, τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρευσεν, καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς ἐπεστράτευσεν μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. Ἐπὶ τούτου δέ τις ἦν Ἀβδήμονος (9) παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς.

4. Ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τούτου τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς Καρχηδόνος κτίσεως οὕτως· Τελευτήσαντος

(1) Interpres Arm. explicat verbum ἀξιοῦν, *dignatum esse;* nobis tamen paulo aliter interpretandum videbatur.

(2) *Nova ædificavit* deest apud interpretem Arm.

(3) Nempe *Februario*, ut docet Suidas.

(4) Græce VII. Sed etiam Theophilus (III, 21) habet XVII; et, quod pluris est, idem Josephus apud Syncellum p. 183 C.

(5) Græce XXIX.

(6) Interpres Arm. utitur hic voce TAIAGORTI, quæ componitur ex TAIAG *nutrix*, et ORTI *filius*. In Actis autem apost. XIII, 1, quo loco Græce est σύντροφος et Latine *collactaneus*, Armenii scribunt TAIAGORTI. Ita etiam I Machab. I, 6 et II Machab. IX, 29. Videtur igitur Abdastartus occisus a pueris cum eo nutritis. Sed enim Græce quoque est, uti nos scripsimus, *nutricis filii*.

(7) *Annis* XII deest apud Arm. interpretem.

(8) Ita Græce *quinquagesimum*, quæ est vera lectio, confirmaturque a Theophilo. At codex Arm. habet *decimum* mendose propter numeralium harum notarum in ea lingua levem differentiam.

(9) Textus Arm., *Abdemonis minor natu filius*, quia Ἀβδήμονος hoc loco visus est Armenio interpreti casus genitivus, sed immerito.

duxit. Hunc interfecit Ithobalus Astartæ sacerdos (1), qui annis XXXII regnavit, vixitque XLVIII (2). Huic Balezorus filius successit, qui annis vixit XLV, et regnavit VIII (3). Hunc excepit Metenus filius, qui annis XXXII vixit, et XXIX imperavit. Successit in hujus locum Physmanon (4), qui annis LVIII vixit, et XLVII dominatus est. Septimo ejus regni anno soror ejusdem, fuga arrepta, Carthaginem in Libya condidit.

5. Summa temporis ab Hiromi regno ad Carthaginem conditam, anni sunt CLV mensesque VIII. Anno Hiromi duodecimo templum Hierosolymis fundatum est. Igitur a templi conditione ad Carthaginis ædificium anni CXLIII mensesque octo elapsi sunt. Jam vero Phœnicum testimonio plura aggerere quid interest? Porro patrum nostrorum in eam regionem adventus ædificio templi antiquior est. Quippe hi regione universa in potestatem suam redacta, tum demum templo condendo operam dederunt. Id autem ego e sacris libris perspicue, ut arbitror, in *Antiquitatibus* (5) ostendi.

6. Hactenus Josephus. Nostra vero chronologia, quam subteximus, a quarto Salomonis anno videlicet temploque condito usque ad eum locum a Babyloniis eversum, annos colligit CCCCXXXII, qui ita recensentur.

I. Salomon reliquis, post tres prædictos, annis XXXVII.

II. Roboamus annis XVI.

III. Abias annis III.

IV. Asa annis XLI.

V. Josaphatus annis XXV (6).

VI. Joramus annis VIII.

VII. Ochozias anno I.

VIII. Gotholia mater annis VII.

IX. Joasus annis XL.

X. Amesias annis XXVIII.

XI. Ozias annis LII.

Sub hoc prima olympias Græcorum instituta est.

XII. Joathamus annis XVI.

XIII. Achazus annis XVI.

XIV. Ezechias annis XXIX.

XV. Manasses annis LV.

XVI. Amosus annis II (7)

XVII. Josias annis XXXI.

XVIII. Joachazus mensibus III.

XIX. Joachimus annis XI.

XX. Joachimus filius ejus, idem qui Jechonias, mensibus III.

XXI. Matthanias, idem qui Sedechias, annis XIV (8).

Summa annorum CDXXXII (9).

CAPUT XVIII.

De Babylonica captivitate Judæorum reliquisque eorumdem temporibus (10).

1. Subsecuta est Judæorum captivitas Babylonica, locique *sancti* vastitas annis LXX, qui circa alterum annum Darii regis Persarum et sexagesima quinta olympiade expliciunt, cujus rei testes sunt divinæ Scripturæ. Nobiscum de his sentit etiam Clemens, qui primo *Stromatum* hæc scribit*: et captivitas quidem ad LXX usque annum protracta est, alteroque demum anno Darii Hystaspis qui Persis, Assyriis et Ægyptiis regia auctoritate imperavit,

Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Μετὰ τοῦτον Ἀβδάσταρτος, ὁ αὐτοῦ υἱὸς, βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο. Μεθ' οὓς Ἄσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. Μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ. Τοῦτον διεδέξατο Βαδέζωρος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. Τούτου διάδοχος γέγονε Μάττηνος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά. Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.

5. Συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ρνε', μῆνες η'. Ἐπὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας, ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναός. Γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ. Τῆς μὲν οὖν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; Βλέπεται γὰρ τἀληθὲς ἰσχυρῶς ὡμολογημένον. Καὶ πολὺ δήπου προάγει τῆς τοῦ νεὼ κατασκευῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἄφιξις. Ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν νεὼν κατεσκεύασαν· καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμοῦ δεδήλωται διὰ τῆς ἀρχαιολογίας. *Ex opere contra Apionem*, I, 17 18.

(*) Καὶ ἔμεινεν ἡ αἰχμαλωσία ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα, καταλήξασα εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, τοῦ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων γεγενημένου βασιλέως· ἐφ' οὗ Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καὶ ὁ ἐκ τῶν δώδεκα Ἄγγελος, προφητεύουσι· καὶ ἦν ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ. *Ex Clemente*, Strom. I, 21, *p.* 393.

(1) Codex Arm., *Astartorum rex* pro *Astartæ sacerdos*.

(2) Græce LXVIII.

(3) Ita Josephus etiam apud Syncellum p. 183 C. At hic Græce VI; Theophilus autem VII. In sequentibus etiam a Græco textu discrepat Armenius.

(4) Scilicet *Pygmalion*.

(5) Lib. VIII, 2-3. Jam vero hic Armenius interpres dicit *in priscorum oraculo*, quasi ἀρχαιολογία componatur ex ἀρχαίων, *priscorum* et λόγιον *oraculum*; quod secus est.

(6) Codex Arm. XLV, sed error est propter notarum similitudinem. Confer tabulas et posteriorem librum.

(7) De annis quibus regnavit Amosus recole cap. 5, n. 5.

(8) Horum regum anni sæpe aliter se habent in tabulis deinceps addendis, et in posteriore libro.

(9) Ita se habet numerus in codice Arm., quem nos intactum relinquimus.

(10) Hunc capitis titulum nos supplemus. Nam in codice Arm., nihil aliud scribitur nisi vox CLEMENTIS, quam nos omittendam putavimus.

antiquata est. Tunc Aggæus et Zacharias e prophetarum duodecim ordine vaticinia canebant, itemque Angelus, nimirum Malachias, qui explicatur *nuntius* : pontificatum autem Jesus Josedechi filius gerebat. Hæc prædictus vir ait. Sed enim, quod usque ad alterum Darii annum septuagenarium illud templi exitium manserit, testis contemporalis adest Zacharias propheta, qui anno Darii secundo in hæc verba erumpebat : « * Quousque te, Domine omnipotens, Hierosolymorum non miseret cæterarumque Judææ urbium, quas abhinc annis septuaginta contemnis? » Quæ tu reputans, rogabis, cur nam initio librorum Esdræ dictum sit : « ** Anno primo Cyri Persarum regis, ut Dei verba, Jeremiæ ore prolata, in rem conferrentur, excitavit Dominus Cyri regis Persarum spiritum, qui jussa ejusmodi scriptis litteris universo regno proposuit? » Jam et ea, quæ ibi sequuntur, liberationem Judæorum declarant, et Cyri de instaurando templo mandatum. Atqui hæc nonne persuadeant, septuagenariam captivitatis periodum sub Cyro potius quam sub Dario fuisse conclusam?

2. His ego occurrens aio : duo tempora septuagenaria prophetico sermone esse prænuntiata, quorum primum a templo everso exordiens, desinit in annum secundum Darii, quod diserte dicitur a Zacharia ; alterum a Judæis in servitutem redactis usque ad captam Babylonem Chaldæorumque regnum sublatum, cujus temporis periodus ab ipso vaticinio initium capit, et sub Cyro concluditur, secundum Jeremiæ dictum, qui futura præsagiens aiebat : « *** Hæc inquit Dominus : Postquam annos septuaginta Babylone exegeritis, ego quidem vos invisam, meique oraculi tenax ad hunc locum reducam. » Rursusque vaticinans : « **** Universa, inquit, regio hæc ad excidium vastitatemque voca- A bitur, *ejusque incolæ* inter ethnicos Babylonio regi servient. Tum et illam gentem, inquit Dominus, et Chaldæorum regionem subvertam. » Quæ omnia sub Cyro evenerunt. Captivitatis tamen tempus haudquaquam a templo everso percensendum est, sed paulo altius repetendum, nempe ab altero Joachimi Judæorum regis anno (1), quo regnante prima captivitas a Nabuchodonosoro rege Babyloniorum invecta est ; imo vero ab eo tempore, quo Jeremias vaticinandi initium fecit. Inde enim usque ad *urbem* obsessam templumque inflammatum, anni XL excurrunt ; ad primum vero Cyri annum, septuaginta. Ex eo spatio quod abs Jeremia vaticinium exorso ad Cyrum interjacet, prior periodus septuagenaria conflatur. Rursus a templo sublato B ad Cyrum anni sunt XXX, ita ut altero Darii anno septuaginta item anni exsistant (2). Denique octavo (3) Darii *anno templum* restitutum est.

3. ***** Deinceps Judæis nullus indigena rex fuit : pontificibus suis tanquam principibus ducibusve utebantur : cæterum Persarum regibus obtemperabant, quandiu Persidis regnum mansit (4). Exin in Macedonum potestate fuerunt, qui post Alexandrum regia auctoritate præfulserunt, usque ad Antiochum Epiphanem, qui Syriæ regno potitus Judæam gentem vexare cœpit ut ad ethnicam superstitionem traduceret. Sub hoc videlicet Matathias Asamonis filius Hierosolymitanus sacerdos, ejusdemque filius Judas, cognomento Machabæus, tum et horum successores principatum Judaicum C redintegrarunt, eumdemque ad Augustum usque retinuerunt ; cujus ætate regnum alienigena, Romanorum jussu, obtinuit Herodes. Atque eo demum tempore Servatoris nostri Jesu Christi natalia fuerunt, relatæque a Moyse prophetiæ finis impositus,****** « Nunquam scilicet desideratum iri prin-

(*) Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος ; *Ex Zacharia* I, 12.

(**) Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, τοῦ τελεσθῆναι λόγον Κυρίου ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου, ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Κύρου βασιλέως Περσῶν, καὶ παρήγγειλε φωνὴν ἐν πάσῃ βασιλείᾳ αὐτοῦ καί γε ἐν γραπτῷ λέγων. *Ex Esdra* I, 1.

(***) Ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι Βαβυλῶνι ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω τοὺς λόγους μου ἐφ' ὑμᾶς τοῦ ἀποστρέψαι τὸν λαὸν ὑμῶν εἰς τὸν τόπον τοῦτον. *Ex Jeremia* XXXVI *seu* XXIX, 10.

(****) Καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς ἐρήμωσιν, καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. Ἐκδικήσω καὶ ἐπὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο, φησὶ Κύριος, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν Χαλδαίων, καὶ θήσομαι αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν αἰώνιον. *Ex Jeremia* XXV, 11, 12.

(*****) Διέμεινάν τε ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Ἰουδαῖοι ἀβασίλευτοι, ὅσα ἐπὶ ἰδίοις βασιλεῦσιν, ἄρχουσι μὲν καὶ ἡγεμόσι χρώμενοι τοῖς οἰκείοις ἀρχιερεῦσι, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων βασιλεῦσι τὸ πρῶτον ἢ τοῖς Περσῶν ὑπακούοντες, καὶ μετ' ἐκείνους τοῖς μετ' Ἀλέξανδρον ἄρξασι Μακεδόσι, μέχρις Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς, ὃς τῆς Συρίας βασιλεύσας ἑλληνίζειν ἐξηνάγκασε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος. *Ab excerptis Scaligeri, ed. Amstel.*, *p.* 51.

(******) Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. *Ex Genesi* XLIX, 10.

(1) Ita codex Arm. *anno* ; sed confer posteriorem librum. De hebdomadis septuaginta Eusebius apud Syncellum p. 249 D.

(2) Audiendus Syncellus p. 217 B-C, apud quem Eusebius paulo aliter loquitur : Ἀπὸ ιγ' ἔτους Ἰωσίου τινὲς τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, τὸ ἑβδομηκονταετηρικὸν τῆς αἰχμαλωσίας χρόνον βούλονται μετρεῖσθαι ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Κύρου γινόμενον ἔτη ἑβδομήκοντα. Κατὰ δὲ δεύτερον τρόπον, ὁ αὐτὸς ἑβδομηκονταετὴς χρόνος συνάγεται ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος δ' ἔτους Ἰωακεὶμ, ἀφ' οὗ καὶ Θεὸς διὰ προφήτου ἐγκαλεῖ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰούδα περὶ τῆς ἀπει- D θείας, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τοῦ αὐτοῦ Κύρου. Κατὰ δὲ γ' καὶ τελευταῖον ἀπὸ τοῦ ια' ἔτους Σεδεκίου, ἕως τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου. Τισὶν δὲ ἀκριβέστερον δοκεῖ ἀπὸ τοῦ ε' ἔτους τῆς προφητείας Ἱερεμίου, ὥς φησιν Εὐσέβιος, τὰ ο' ἐπὶ τὸ α' ἔτος Κύρου ἀριθμεῖν. Sed enim hoc loco Syncellus præ oculis habebat potius Eusebii nostri verba libri II, ad annum Abrahami 1457.

(3) Atqui cap. 11, n. 5, dictum est *sexto*.

(4) Textus Græcus, *Assyriis primo regibus seu Persis obtemperabant ; exin*, etc.

cipem ex Juda, ducemque e femore ejus, donec is adventaret cui servatum est, in quo gentes spem suam collocaverunt. » Atque hæc ita se habent.

4. Summa vero temporis a Salomone templique primordiis usque ad annum Darii Persæ secundum templique instaurationem, anni sunt DII. Tum a Moyse egressuque ex Ægypto ad Salomonem et conditum templum, anni sunt CCCCLXXX. A primo autem anno Abrahami ad exitum anni DV. Et a diluvio ad primum annum Abrahami, anni DCCCCXLII. Et ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII. Denique ab Adamo ad Darii alterum annum secundumque Hierosolymitani templi ædificium cumulantur anni MMMMDCLXXX (1). Reliqua tempora post alterum Darii annum, qui fuit sexagesimæ quintæ olympiadis annus primus, efficiunt olympiadas CXXXVII, annos DXLVIII. Quæ *tempora* singillatim ita supputantur.

5. Post Cyrum regem primum Persarum, diadema ad Cambysem recidit; ab hoc ad Darium, qui annis omnino regnavit VI supra XXX. Hujus anno altero templum Hierosolymis instauratum est (2). Reliqui sunt Darii XXXIV. Teneantur igitur Darii anni XXXIV. Tum Xerxis anni XX (3), sub quo Estheris res agebantur. Deinde Artaxerxis anni XLI. Sub hoc Esdras sacrorum apud Judæos librorum peritus scriba florebat. Is etiam fertur cunctas a Deo dictas Scripturas in mentem sibi revocasse, easque Judæis tradidisse novis Hebraicarum litterarum formis expressas (4): idque post bella quæ regionem illam vastaverant. Præterea et Nehemias pincerna cognoscebatur, qui mandante rege in Judæam progressus Hierosolyma excitabat, urbemque mœnibus ambiebat: eatenus enim urbs in ruinis consederat, templo excepto, quod sub Dario revixerat. Post Artaxerxem dominati sunt Persis hi: Darius annis XIX (5). Artaxerxes Mnemon annis XL. Ochus annis XXVI. Arses annis IV. Darius annis VI. Post hos Alexander Macedo Persarum imperium delevit, regnavitque ipse annis VI; qui quidem et antequam Darium interimeret jam regnaverat annis VI. Summa temporis ab altero Darii anno ad Alexandri obitum, qui in primum annum incidit olympiadis centesimæ quartæ decimæ, anni sunt CXCVII.

6. Post Alexandri obitum, Ægypti et Alexandrinæ urbis imperium tenuerunt hi:

I. Ptolemæus Lagi annis XL.

II. Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII (6)

Sub hoc Hebræorum sacri Libri ad Græcam linguam translati sunt, et in Alexandrinæ urbis bibliothecam recepti.

III. Ptolemæus Evergetes annis XXIV.

IV. Ptolemæus Philopator annis XXI.

V. Ptolemæus Epiphanes annis XXII.

VI. Ptolemæus Philometor annis XXXIV.

7. Hujus ætate regnavit in Syria Antiochus, cognomento Epiphanes, sub quo ea contigerunt quæ in libro (7) Machabæorum narrantur; nempe, quod Antiochus Judæam gentem ad superstitiones ethnicas relabi coegerit, templumque dedicatis ibi signis temeraverit, tum et sacram supellectilem olympiade centesima quinquagesima prima (8) diripuerit. Interjacent autem inter Macedonis Alexandri obitum primumque annum Epiphanis Antiochi anni CL (9): et inter alterum Darii annum atque *ipsum* Antiochum anni CCCXLVII (10). Hujus * Antiochi temporibus Matathias, Asamonæi filius, patriorum sacrorum zelum præ se ferens, dux gentilis exercitus exstitit. Huic successit Judas filius, cognomento Machabæus. Post hunc rursus frater Jonathas: post quem frater item Simon, in quo liber (11) Machabæorum finem facit, annorum quadraginta (12) res complexus, nempe usque ad olympiadem centesimam sexagesimam primam expletam: a qua ad Augustum Romanorum imperatorem anni LXXXVIII supersunt.

8. Post Simonem, testibus Africano et Josepho (13), Judæorum ductavit exercitum Jonathas (14), qui et

(*) Κατὰ δὲ Ἀντίοχον τουτονὶ Ματταθίας Ἀσαμωναίου παῖς ζῆλον τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίου θρησκείας ἀναλαβὼν, τὴν Ἰουδαίων ἀρχὴν ἀνεκτήσατο, καὶ ἡγήσατο τοῦ λαοῦ. Μεθ' ὃν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος. Ἰωνάθης μετὰ τοῦτον. Σίμων τουτονὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδέχεται. Εἰς τοῦτον ἡ βίβλος τῶν Μακκαβαίων περαιοῦται περιέχουσα χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα μέχρι τέλους ρξα' ὀλυμπιάδος.

Μετὰ δὲ Σίμωνα Ἰουδαίων ἡγεῖται, καθὼς Ἀφρικανὸς καὶ Ἰώσηππος ἱστοροῦσιν, Ἰωνάθης, ὁ καὶ Ὑρκανὸς,

(1) Syncellus p. 181 D ait: Εἰσὶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως η' ἔτους Σολομῶνος κατὰ Εὐσέβιον, ͵δρό· *Ab Adamo ad octavum Salomonis annum Eusebius annos* MMMMCLXX *ponit*. Templum conditum est anno IV Salomonis. Ergo a MMMMDCLXXX, subductis DCII et IV, supersunt anni MMMMLXXIV.

(2) Nempe anno altero instaurari cœptum, octavo vel potius sexto absolutum est.

(3) In codicis textu XI, at in margine XX.

(4) Rem hanc celeberrimam rursus attingit Eusebius in secundo libro, quod facit etiam in præfatione Psalmorum, itemque in *Commentario ad psalmum* LXII. Et quidem de Esdra librorum sacrorum instauratore, itemque de litterarum apud Hebræos mutatione, judicia veterum Patrum nec non Judæorum commode coacervavit Calmetus in perdoctis dissertationibus Esdræ præpositis, ad quas lectores ablegamus.

(5) Ita etiam in tabulis et in posteriore libro. At superius cap. 15 scribuntur anni VII.

(6) Codex Arm. XXVIII, sed inferius XXXVIII.

(7) Nempe *primo*.

(8) In secundo libro dicuntur hæc ab Eusebio contigisse olympiade CLIII.

(9) Vide posteriorem librum.

(10) Vide rursus posteriorem librum.

(11) Scilicet *primus*.

(12) Ergo mendose scribitur apud Syncellum *triginta*. En autem ejus verba p. 288 A. Ὁ ἀπὸ Ματταθίου τοῦ πατρὸς τῶν Μακκαβαίων Ἰούδα καὶ Ἰωνάθου καὶ Σίμωνος χρόνος κατὰ Εὐσέβιον ἐτῶν ἐστι λ'· *Summa temporis, quo Mattathias Machabæorum pater, nec non filii Judas, Jonathas et Simon rem publicam administrarunt, anni sunt* XXX *ad Eusebii rationes*. Dicendum erat igitur *quadraginta*, uti est in Græco textu, utque a posteriore Eusebii libro confirmari videtur.

(13) *Antiq.* XIII, 8.

(14) Ita *Jonathas* in textu Armenio et Græco; quin etiam in Armeniacis Bibliis I Machab. XIII,

Hyrcanus, annis XXVI. Deinde Aristobulus anno uno. Is regium primus diadema gestavit, regem una pontificemque Judææ genti se præbens (1) post Babylonicam captivitatem anno CDLXXXIV. Post eum Alexander, qui et Jannæus, Judæorum regnum tenuit annis XXV (2). Deinde uxor ejus Alexandra, quæ et Messalina (3) annis IX. Denique Aristobulus atque Hyrcanus (4). Hac ætate Pompeius Romani exercitus dux Judæos stipendiarios fecit Romanorum; Hyrcanoque imposito eis rege, vinctum Aristobulum Romam transtulit. Tunc Romanorum principatum invadit olympiade centesima octogesima quarta (5) Julius Cæsar solus imperans annis IV et mensibus V. Post eum Augustus, qui et Sebastus (6), annis LVI et mensibus VI. Sub hoc Herodes primus ex alienigenis, cui, homini scilicet genere Ascalonio, jus nullum in Judaicum regnum erat, a Romanis potestate insignitus est. Sub eo UNCTUS DEI nascitur Bethlehemi in Judæa (7). Post Augustum Romanorum imperator fuit Tibe-

A rius. Hujus anno quinto decimo DOMINUS NOSTER JESUS UNCTUS DEI in humana vita manifestatus est (8) olympiadis ducentesimæ primæ anno quarto.

9. Quare fiunt ab Epiphane Antiocho ad quintum decimum annum Tiberii, anni CCI. Tum ab Alexandro Macedone ad eumdem annum Tiberii, anni CCCLII. Et ab altero anno Darii, anni DXLVIII. Rursus a quinto decimo anno Tiberii ad supremam Hierosolymorum obsidionem, quæ in alterum Vespasiani annum incidit, conficiuntur anni XLII. Erant * autem ab Adamo ad alterum annum Darii, anni MMMMDCLXXX (9): tum ab altero Darii anno ad quintum decimum Tiberii, anni DXLVIII; ergo ab Adamo ad quintum decimum Tiberii annum, summa annorum MMMMMCCXXVIII (10) est. Jamvero a quinto
B decimo Tiberii anno ad Constantini victoris Augusti vicennalia anni excurrunt CCC. Summa ergo temporum Hebraicorum consurgit in annos MMMMMDXXVIII (11), secundum Septuaginta virorum interpretationem: nam secundum quidem Hebraica

ἔτη κς'. Μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος ἔτος α'· οὗτος πρῶτος διάδημα περιέθετο, ὁμοῦ καὶ βασιλεὺς καὶ ἀρχιερεὺς γενονὼς τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, μετὰ ἔτη υπδ' τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας. Μεθ' ὃν Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ Ἰανναῖος, ἔτη κϐ'. Μεθ' ὃν Ἀλεξάνδρα, ἡ καὶ Σααλίνα, γυνὴ αὐτοῦ, ἔτη θ'. Μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος καὶ Ὑρκανός· καθ' οὓς Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ὑποφόρους Ῥωμαίοις ἐποιήσατο Ἰουδαίους, Ὑρκανὸν μὲν ἐπιστήσας αὐτῶν βασιλέα, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δέσμιον εἰς Ῥώμην ἀγαγών. Κατὰ τοῦτον τὸν Ὑρκανὸν, Ῥωμαίων βασιλεύει ἐπὶ τῆς ρπδ' ὀλυμπιάδος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη δ', μῆνας ζ'. Μεθ' ὃν Αὔγουστος, ὁ καὶ Σεβαστὸς, ἔτη νς', μῆνας ς', καθ' ὃν Ἡρώδης πρῶτος ἀλλόφυλος οὐδὲν προσήκουσαν αὐτῷ τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων χειρίζεται, γένος ὢν Ἀσκαλωνίτης. Ἐπὶ τούτῳ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς (12) τοῦ Θεοῦ ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας. Μετὰ δὲ Αὔγουστον Ῥωμαίων ἐβασίλευσε Τιβέριος· τούτου ἔτος ἦν πεντεκαιδέκατον, ἐν ᾧ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς (13) ἀνεφάνη ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. *Ab excerptis Scaligeri*, p. 51-52.

(*) Ἦν δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη δχπ. Καὶ τὰ ἀπὸ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη φμη'. Ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου ἔτη (,εσκη'). Ἀπὸ δὲ πεντεκαιδεκάτου ἔτους

53. Ab Eusebio tamen in posteriore libro scribitur *Joannes*, quæ est longe communior lectio, occurritque etiam in Bibliis Arm. I Machab. XVI, 1 et 2.

(1) Confer Josephum *Antiq.* XIII, 11.

(2) Ita codex Arm.; sed idem in posteriore libro XXVII.

(3) Hæc dicitur *Messalina* etiam a Chorenensi *Hist.* II, 13. Armenius tamen Samuel scribit *Salina*, Epiphanius hær. XXIX, cap. 3, *Saalina*.

(4) Codex Arm., mendose, *qui et Hyrcanus*.

(5) Lib. II, olymp. 183.

(6) Recole cap. 15, n. 8, col. 143, not. 1.

(7) Hæc Hebræorum tempora a soluta captivitate usque ad Christum perspicue exponit, præter alios historicos, etiam Augustinus *De civ. Dei*, XVIII, 45.

(8) Hæc est illa *Theophania*, seu publica Christi vita (Luc. cap. III) quam Eusebius noster quinque voluminibus narraverat; cujus deperditi operis fragmenta XVIII ego edidi in hac collectione Scriptorum veterum tomo I repetitæ editionis. Nuper vero aliud fragmentum in Vaticano quodam codice reperi, quod ita se habet.

Εὐσεβίου β' τῆς θεοφανείας.

Ἑβδομήκοντα δὲ ἀνεδείκνυ μαθητὰς, ὁπόσα λέγεται καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη τυγχάνειν· τοῦτο δὲ καὶ ἡ Μωσέως δηλοῖ Γραφὴ τὸν κατάλογον ποιουμένη τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τοῦ Νῶε γενομένων παίδων· ἐξ ὧν τοὺς πάντας ἑβδομήκοντα φῦναι, οὓς προπάτορας τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν λόγος ἀληθὴς γεγονέναι κατέχει.

(9) Ita codex Arm. in textu; at in margine MMMMDCLXX.

(10) Pressius sic conficitur summa secundum Septuaginta interpretes: ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII; a diluvio ad Abrahamum anni DCCCCXLII;

C ab Abrahamo ad Tiberii decimum quintum, ut videre est in posteriore libro, anni MMXLIV; quæ est summa annorum VMCCXXVIII.

(11) Codex Arm. hic MMMMMDXVIII. Jam opere pretium est huic loco verba Syncelli, p. 35 D, subjungere: Μέμφονται τὸν Εὐσέβιον Ἀνιανὸς καὶ Πανόδωρος εὐλόγως, ὅτι ἐν τῇ ἀνακεφαλαιώσει τοῦ χρονογραφίου σϙ' ἔτη ἐσφάλη· ἀντὶ γὰρ ,εωις' ἔγραψε ,εφκς'. Ἐστοιχείωσε δὲ οὕτως· ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς γεννήσεως Ἀβραὰμ συνῆξεν ἔτη ,γρπδ'· καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου ἐν τῷ κατὰ πλάτος συνῆξε χρόνον ἐτῶν ,βτμϐ', ἃ γίνεται ἔτη ,εφκς'· *Anianus et Panodorus* (chronographi) *Eusebium merito incusant, quod in temporum definienda summa, nonaginta annos et ducentos omiserit. Pro annis enim* VMDCCCXVI, *scripsit annos* VMDXXVI (dic XXVIII). *Sic autem rationes duxit: ab Adamo ad Abrahami natalia confecit annos* MMMCLXXXIV; *ab Abrahamo autem ad Constantini vicennalia in am-*
D *pliore historia* (primo Chronicorum libro) *annos numeravit* MMCCCXLII; *unde summa consurgit annorum* MMMMMDXXVI. Pergit autem ibidem Syncellus exponere, quo pacto ab Eusebio anni CCXC (seu CCXCI) prætermissi sint, nempe quia non scripserit Cainani Arphaxadæi annos ante procreandum CXXX, deinde Aodi judicis annos X, tum alienigenarum ex intervallo dominantium annos CXI, denique post Samsonis obitum annos libertatis seu pacis XL. Conferatur Syncellus etiam pp. 92 C, 111 B, 169 B. Jam de Syncelli ipsius rationibus et de ejusdem sæpe iniquo judicio super Eusebii calculis nihil nos disserendum putamus.

(12) Ὁ υἱός, *filius*, abest hic a codice Arm. Est tamen in Eusebii posteriore libro.

(13) Armenius interpres legebat Χριστὸς Θεοῦ.

Judæorum exemplaria detrahuntur anni MCCXXXVII (1); secundum autem Hebraica item exemplaria Samaritanorum detrahuntur anni CMXXXV (2). Atque apud Hebræos ratio temporum prædicto modo se habet (3).

CAPUT XIX.

Quomodo in Ægyptiorum chronologia tempora *quoque Æthiopum contineantur.* Quomodo item *Ptolemæi Ægyptum Alexandriamque tenuerint. De ratione chronologiæ apud Ægyptios.*

Peractis Chaldæorum et Assyriorum atque Hebræorum chronologiis, res postulat, ut ad fastorum Ægyptiacorum tractationem accedamus. Diodorus primo *historicæ Bibliothecæ* suæ libro hæc verba scribit. Fabulantur * apud eos quidam, initio deos et heroas dominatos esse in Ægypto annis paulo minus sexdecim millibus (4): postremum autem deorum regnavisse Isidis filium Orum. Aiunt deinde potitos esse regionis homines, ducto initio a Myride, annis paulo minus quinque millibus usque ad olympiadem octogesimam supra centesimam (5), qua ætate nos in Ægyptum venimus, potiente regni Ptolemæo, qui novus Dionysus appellabatur. Cæterum eorum qui regioni cum imperio præfuerunt, plurimi numerantur indigenæ; minima pars Æthiopum, Persarum atque Macedonum. Æthiopes dominati sunt quatuor, et hi quidem haud continua serie sed ex intervallo, annis paulo minus XXXVI. Persæ autem nationi huic Cambysis regis armis subactæ imperaverunt annis CXXXV, computatis etiam temporibus, quibus Ægyptii rebellaverunt, propter gravissimæ tyrannidis impatientiam, *Persarumque* impietatem in indigenas deos. Extremi Macedones gubernacula tenuerunt, eorumque successores annis CCLXXVI. Reliquo omni tempore regibus indigenis usi sunt, viris quidem CDLXX, feminis autem V.

A Horum omnium consignatas litteris memorias sacerdotes tenebant in templis (6), ab ultima ætate perpetuo ordine traditas, quantus nimirum quisque rex fuisset viribus, strenuitate, indole, victoriis, rebusque cæteris sua ætate perpetratis. Sed enim singulorum actus scribi a nobis plane nullius usus est atque supervacaneum, præsertim cum multi ex his nihil admodum utile sua ætate aggressi sint. Hactenus Diodorus. Opportunum commodumque est etiam ex Manethone res Ægyptiacas hic subnectere, in quo præsertim *auctore* historia ista niti videtur.

CAPUT XX.

B *Ex Ægyptiacis Manethonis monumentis, qui in tres libros historiam suam tribuit. De diis et de heroibus, de manibus et de mortalibus regibus qui Ægypto præfuerunt usque ad regem Persarum Darium.*

1. Primus Ægyptiorum deus (7) Vulcanus fuit, qui etiam ignis repertor apud eos celebratur. Ex eo Sol (8); postea Agathodæmon; deinde Saturnus; tum Osiris; exin Osiridis frater Typhon; ad extremum Orus Osiridis et Isidis filius. Hi primi inter Ægyptios rerum potiti sunt. Deinceps continuata successione delapsa est regia auctoritas usque ad Bytin per annos tredecim mille ac nongentos. Lunarem tamen annum intelligo, videlicet triginta diebus constantem: quem enim nunc mensem dicimus, Ægyptii olim anni nomine indigitabant. Post deos regnaverunt heroes annis MCCLV: rursusque alii reges dominati sunt annis MDCCCXVII: tum alii triginta reges Memphitæ annis MDCCXC: deinde alii Thynitæ decem reges annis CCCL. Secuta est manium heroumque dominatio annis MMMMMDCCCXIII. Summa temporum in undecim millia consurgit annorum (9), qui tamen lunares, nempe menstrui, sunt. Sed revera dominatio, quam narrant Ægy-

Τιβερίου ἐπὶ τὴν εἰκοσαετηρίδα Κωνσταντίνου τοῦ νικητοῦ σεβαστοῦ ἔτη τ'. Συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος εἰς ἔτη (,εφχη') κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν. *Ab excerptis Scaligeri p.* 52.

(*) Μυθολογοῦσι δ' αὐτῶν τινες τὸ μὲν πρῶτον ἄρξαι τῆς Αἰγύπτου θεούς τε καὶ ἥρωας ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, καὶ θεῶν ἔσχατον βασιλεῦσαι τὸν Ἴσιδος Ὦρον· ὑπ' ἀνθρώπων δὲ τὴν χώραν βεβασιλεῦσθαί φασιν ἀπὸ Μύριδος (10) ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν πεντακισχιλίων, μέχρι τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ἡμεῖς μὲν παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, ἐβασίλευε δὲ Πτολεμαῖος, ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων. Τούτων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν ἐγχωρίους βασιλεῖς, ὀλίγα δὲ Αἰθίοπας καὶ Πέρσας καὶ Μακεδόνας. Αἰθίοπας μὲν οὖν ἄρξαι τέσσαρας, οὐ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλ' ἐκ διαστήματος, ἔτη τὰ πάντα βραχὺ λείποντα τῶν ἓξ καὶ τριάκοντα. Πέρσας δ' ἡγήσασθαι, Καμβύσου τοῦ βασιλέως τοῖς ὅπλοις καταστρεψαμένου τὸ ἔθνος, πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτεσι, σὺν ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀποστάσεσιν, ἃς ἐποιήσαντο, φέρειν οὐ δυνάμενοι τὴν τραχύτητα τῆς ἐπιστασίας καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐγχωρίους θεοὺς ἀσέβειαν. Ἐσχάτους δὲ Μακεδόνας ἄρξαι καὶ τοὺς ἀπὸ Μακεδόνων ἓξ ἔτη πρὸς τοῖς διακοσίοις καὶ ἑβδομήκοντα. Τοὺς δὲ λοιποὺς χρόνους ἅπαντας διατελέσαι βασιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους, ἄνδρας μὲν ἑβδομήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, γυναῖκας δὲ πέντε. Περὶ ὧν ἁπάντων οἱ μὲν ἱερεῖς εἶχον ἀναγραφὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀεὶ τοῖς διαδόχοις παραδεδομένας, ὁπηλίκον ἕκαστος τῶν βασιλευσάντων ἐγένετο τῷ μεγέθει, καὶ ὁποῖός τις τῇ φύσει, καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ἑκάστῳ πραχθέντα. Ἡμῖν δὲ περὶ ἑκάστου τὰ κατὰ μέρος μακρὸν ἂν εἴη καὶ περίεργον γράφειν, ὡς ἂν τῶν πλείστων ἀχρήστων περιειλημμένων. *Ex Diodoro Sic.*, I, 44.

(1) Confer cap. 16, n. 14. Sed hic textus Arm., XXXVII pro XXXV.

(2) Confer cap. 16, n. 11.

(3) Lege etiam Suidæ calculum voc. Ἀδάμ.

(4) Græce XVIIIM.

(5) Codex Arm. CLXX.

(6) Ergo Armenius interpres, seu potius Eusebius, legebat in Diodoro ἱεροῖς templis. non ἱεραῖς βίβλοις. LEOPARDUS.

(7) Codex Arm., *homo*; et sic etiam Chorenensis D *Hist.* I, 6. Sed *deus* apud Syncellum, p. 18. Reapse hic agitur de Ægyptiaca deorum dynastia. ID.

(8) Confer Syncellum pp. 19, 51, et Suidam voc. ἥλιος.

(9) De his immanibus Ægyptiorum antiquitatibus confer Syncellum p. 51-52 apud quem Sol Vulcani filius myriadibus tribus annorum regnat.

(10) Græcus textus vulgo corruptus, ἀπὸ μυριάδος, sed restituitur a codice Vaticano ἀπὸ Μύριδος. Codex Arm., *sub Myride.*

ptii, deorum, heroum et manium tenuisse putatur lunares annos omnino viginti quatuor mille et nongentos, ex quibus fiunt solares anni MMCCVI.

2. Atque hæc quidem si cum Hebræorum chronologia conferre volueris, in eamdem plane conspirare sententiam videbis. Namque Ægyptus ab Hebræis Mezraimus appellatur : Mezraimus autem multis post diluvium annis exstitit (1). Quippe e Chamo Noachi filio post diluvium ortus est Ægyptus sive Mezraimus, qui primus ad Ægypti incolatum profectus est, qua tempestate gentes hac illac spargi cœperunt. Erat autem summa temporis ab Adamo ad diluvium, secundum Hebræos, annorum MMCCXLII (2).

(7) Nempe annis vi regnaverat Alexandriæ cum fratre: tum annis xvii solus in Cyrenaica; denique annis xxx (seu xxix cum mensibus aliquot) Alexandriæ solus post fratris obitum. Verum Diodorus apud Syncellum p. 284 A, tradit annos xv post fratris obitum.

(8) Græce lxiv. Vide supra notam 4.

(9) Anni Philometoris hi: solus regnat annis xi; cum fratre annis vi; solus iterum xviii; summa C xxxv. Nam tricesimum sextum Philometoris inceptum Evergetes sibi scribi jussit.

(10) Codex Arm., mendose, direr, *dominabatur*, pro sirer, *amabatur*. Prior enim littera utriusque vocis præ se fert quamdam similitudinem in Arm. scriptura. Legesis autem de his et sequentibus cl. Letronnium *Recherches pour servir à l'histoire de l'Egypte*, p. 108 seqq.

(11) Armenius interpres, perperam, *sexto*. Sane hic Ptolemæus Soter decem annis ante exsilium regnavit, septem vero cum dimidio post exsilium, omnino annis xvii cum dimidio. Hinc corrigendus Eusebius noster in Ptolemæorum summa, quæ extremo hoc capite scribitur, ubi Soterem hunc ab exsilio reducem appellat mendosissime *Philadelphum*, ita ut alius homo videatur. Corrigendus rursum Eusebius in regum tabulis secundo libro præpositis, et in ipso Canone ad Abrahami annum 1902. Leopardus.

que suæ familiares occidisset, ob hanc animi crudelitatem matris jussu dejectus imperio est, fugaque in Cyprum evasit. Minorem natu accivit mater Pelusio urbe, secumque regem constituit. Regnavit ergo cum matre minor, communicato utrique imperii nomine : et Cleopatræ quidem dictus est annus xi (1). Ptolemæi vero Alexandri octavus : namque et hic fratris quoque tempora sibi sumpsit, a quarto illius regnantis anno, quo tempore ipsemet (2) Cypriis dominari cœperat. Atque hæc consuetudo viguit vivente Cleopatra : qua exstincta, ad unum Alexandrum signa honoris deferri cœperunt. Hic annis omnino octodecim, postquam Alexandriam venerat, imperium retinuit : dicebatur tamen annum jam sextum supra vicesimum imperare. Decimo nono anno adversus milites *suos* ira concepta, vires contra eos contrahebat in Ægypto; hi vero eum persecuti sunt, duce Tyrrho regum consanguineo. Mox navali quoque prælio conserto, ipse summo discrimine elapsus cum uxore et filia in Lyciorum urbem Myram fuga se proripuit. Inde etiam cum Cyprum aufugeret, bello appetitus a Cherea navarcho periit.

4. Interim post hujus fugam Alexandrini, missis oratoribus, seniori ejusdem fratri Ptolemæo Soteri denuo regnum offerebant, qui Cypro reversus est. Hinc septem anni sexque menses labuntur : totidem enim is superfuit post reditum. Tempus autem universum post patris obitum in ipsum confertur, A ascripto integro numero annorum xxxv, mensiumque vi. Sane Ptolemæo Soteri tribuendi essent ex intervallo anni xvii mensesque vi; alteri autem, scilicet Alexandro, anni octodecim, iis videlicet interjecti quibus major natu regnavit : quos etsi de albo *Ægyptii* tollere non poterant, pro viribus tamen delebant; propterea quod ipsis Alexander obstiterat (3), Judæorum quibusdam fretus auxiliis (4). Idcirco temporum *Alexandri* rationem non habent, cunctosque annos xxxvi de majore fratre recitant.

5. Sex præterea menses ab obitu senioris *fratris* reliquos, quibus annus tricesimus sextus absolvitur, haud conferunt in senioris filiam Cleopatram, uxorem minoris, quæ patre exstincto regia negotia procuravit : neque item Alexandro, qui regnavit B cum ea diebus xix, hos ipsos dies xix tribuunt. Porro hic *Alexander* filius erat minoris Ptolemæi sive Alexandri, privignus autem Cleopatræ, atque in urbe Roma habitabat : cumque ea tempestate stirps regia virilis in Ægypto deficeret, accitus venit Alexandriam, sibique uxorem copulavit quam antea dixi Cleopatram, invitaque (5) muliere imperium sibi vindicavit. Mox et illam post novemdecim dies interfecit : tum ipse quoque turbæ armatorum in gymnasio implicitus propter nefandum suum parricidium interemptus est (6)

6. Huic Alexandro successit Ptolemæus, cui cognomentum fuit novus Dionysus (7), Ptolemæi Soteris filius, prædictæ Cleopatræ frater. Hujus imperantis

τοῦ ἀδελφοῦ βασιλείας εἰς ἑαυτὸν τοὺς χρόνους, ἀφ' οὗ τῆς Κύπρου ἐβασίλευσε. Καὶ τοῦτο ζώσης Κλεοπάτρας τὸ ἔθος περιῆν· εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον τὰ συμβόλαια· [οὗτος] ὀκτωκαίδεκα τοὺς πάντας ἀντιλαβόμενος τῶν σκήπτρων ἐνιαυτοὺς, ἀφ' οὗ κατῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἓξ καὶ εἴκοσι βεβασιλευκὼς ἐχρημάτισε. Τῷ δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ τοῖς στρατεύμασιν (8) ὀργισθεὶς, ἐξῆλθε συλλέξων ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν εἰς Αἴγυπτον. Οἱ δ' ἐπιδιώξαντες, ἡγουμένου Τύῤῥου συγγενοῦς τῶν βασιλέων, κατεναυμάχησαν αὐτὸν, καὶ φεύγειν ἠνάγκασαν, μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρὸς, τῆς Λυκίας εἰς πόλιν Μύρας. Ὅθεν εἰς Κύπρον μεταπηδηθεὶς, καὶ καταπολεμηθεὶς ὑπὸ ναυάρχου Χαιρέου, θνήσκει.

4. Μετὰ δὲ τὴν τούτου φυγὴν, πρὸς τὸν πρεσβύτερον Πτολεμαῖον τὸν Σωτῆρα οἱ Ἀλεξανδρεῖς πρεσβευσάμενοι παραδιδόασι πάλιν τὴν βασιλείαν αὐτῷ ἐκ Κύπρου καταπλεύσαντι. Διαγενομένων δὲ ἄλλων ἐτῶν ἑπτὰ, πρὸς μησὶν ἓξ (τοσαῦτα γὰρ ἐπέζησε μετὰ τὴν κάθοδον) ὁ πᾶς χρόνος ὁ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς ἀμφοτέρων θάνατον εἰς τοῦτον ἀναφέρεται, τὸν μὲν ἀριθμὸν σώζων λε' ἐνιαυτων πρὸς μησὶν ἓξ, διῳκηκὼς δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς μὲν τὸν Σωτῆρα Πτολεμαῖον κατὰ διαφόρους χρόνους δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἓξ, εἰς δὲ τὸν δεύτερον, τὸν καὶ Ἀλέξανδρον, τοὺς μέσους, ὧν ἦρξεν ὁ πρεσβύτερος, ἐνιαυτοὺς δεκαοκτὼ, οὓς καίτοι μὴ δυνηθέντες ἐκ τῆς ἀναγραφῆς ἀφανίσαι, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀπαλείφουσι· προσέκρουσε γὰρ αὐτοῖς διά τινας ἐπικουρίας Ἰουδαϊκάς· οὐ γὰρ ἀριθμοῦσι τούτους τοὺς χρόνους, τοὺς δὲ πάντας τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη τῷ πρεσβυτέρῳ προσνέμουσι.

5. Πάλιν τοὺς ἓξ μῆνας τοὺς μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου, οἳ συνεπλήρουν τὰ τριάκοντα ἓξ ἔτη, μὴ ἀποδόντες Κλεοπάτρᾳ τῇ θυγατρὶ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου, γυναικὶ δὲ τοῦ νεωτέρου, ἥτις μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς ἀντελάβετο τῶν πραγμάτων· οὐδὲ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ τῷ μετ' αὐτῆς ἡμέρας ἄρξαντι ιθ' τὰς ιθ' ἡμέρας ἀποδιδόασιν. Οὗτος δὲ υἱὸς μὲν ἦν τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, πρόγονος δὲ Κλεοπάτρας, καταμένων δὲ ἐν Ῥώμῃ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας ἀνδρῶν ἐρήμου γενομένης, μετάκλητος ἦλθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ γήμας τὴν προειρημένην Κλεοπάτραν, παραλαβών τε παρ' ἐκούσης τὴν ἐξουσίαν, ἐννεακαίδεκα διαγενομένων ἡμερῶν ἀνεῖλεν αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐνόπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενος ἀπώλετο.

6. Τοῦτον τὸν Ἀλέξανδρον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς νέος Διόνυσος, υἱὸς μὲν ὢν Πτολεμαίου

(1) Quia decem annis regnaverat cum filio Philometore.

(2) Nempe *Alexander*.

(3) Malim Græcum προσέκρουσε interpretari *invisus erat*. L.

(4) Nota res ex Joseph. *Antiq. Jud.* lib. xiii, 12. L.

(5) Armenius interpres legit ἀκούσης pro ἐκούσης. L.

(6) Rem perspicue narrant Appianus *Bell. civ.* i, 102, itemque Cicero in fragmentis orationis *De rege Alexandrino* a me editis inter classicos auctores t. II, p. 235, quo in loco satis super hac re disputavi.

(7) Hunc Ptolemæum dictum esse *novum Dionysum*, id est *Bacchum*, sive per assentationem sive ob formæ illecebras arbitrantur magni duumviri Vaillantius et Eckhelius. Verumtamen, considerato Theophili (*ad Autolyc.* ii, 7) loco, in quo scriptor quidam Satyrus gentes Alexandrinas describens, *Bacchum* auctorem generis Ptolemæorum diligenti genealogia demonstrat; nobis quidem hinc potius *novi Dionysi*, seu *Bacchi* appellatio repetenda videbatur. Imo vero propius fortasse accersenda est. Namque Clemens Alex. *Protreptic.* t. 1, p. 47-48, Ptolemæum quartum ait vocatum fuisse etiam Bacchum.

(8) Videtur dicendum στρατηγοῖς.

numerantur anni xxix (1). Filia ejusdem Cleopatra A Lagidarum generis postrema fuit; ejusque imperantis recitantur anni xxii. Neque tamen hæ dominationes continentem temporis seriem ab initio ad finem per se seorsimque descriptæ tenent; verum inter se implicitæ aliæ alias vicissim occupant. Nam sub novo Dionyso, filiabus ejus Cleopatræ, quæ et Tryphæna (2), atque Berenici regni triennium attributum est; duabus quidem annus unus; post obitum vero Cleopatræ seu Tryphænæ biennium uni Berenici. Nimirum accidit, ut Ptolemæus Romam proficisceretur, ibique aliquandiu subsisteret; filiæ autem, cum pater rediturus non videretur, regni gubernaculum sibi vindicarent; tum aliquot consanguinei Berenici opem ferentes (3), cum ea rebus præessent : donec Ptolemæus Roma reversus est, B qui mox pietatis affectuumque erga filiam oblitus, resque ab ea gestas exosus, eamdem morte multavit.

7. Regnante Cleopatra, primos quidem imperii annos ipsi fratrique ejus natu maximo Ptolemæo tribuebant : deinceps aliis ob ejusmodi causam. Novus videlicet Dionysus vita excessit, quatuor liberis relictis Ptolemæis, nempe duobus, et Cleopatra atque Arsinoe. Idem majoribus natu (4) liberis imperium legavit Ptolemæo atque Cleopatræ : quibus conjunctim regnantibus quadriennium exactum est. Id vero institutum mansisset, nisi Ptolemæum, qui, neglecto patris mandato, uni sibi regnum asserere nisus est, fatalis necessitas vita orbasset navali prælio implicitum in Ægypto adversus Julium Cæsarem qui Cleopatræ suppetias tulit.

8. Post necem Ptolemæi, minor frater, dictus *item* Ptolemæus, cum Cleopatra sorore consors regni fuit, jussu Cæsaris. Scribebatur autem quintus annus Cleopatræ et primus Ptolemæi. Hinc alii consecuti sunt usque ad hujus necem anni duo.

9. Quo Cleopatræ insidiis perempto quarto sui anno et Cleopatræ octavo, reliquum tempus Cleopatræ uni ascriptum est ad quintum decimum usque annum. Sextus autem decimus nuncupabatur simul primus. Namque in Syria mortuo Lysimacho rege Chalcidis (5), Marcus Antonius imperator Chalcidem cum adjacentibus provinciis Cleopatræ attribuit (6). Exin anni quoque reliqui usque ad vicesi-

τοῦ Σωτῆρος, ἀδελφὸς δὲ τῆς εἰρημένης Κλεοπάτρας, οὗ τῆς ἀρχῆς ἔτη κθ' λογίζονται. Τούτου θυγάτηρ Κλεοπάτρα ὑστάτη τῆς Λαγιδῶν γενεᾶς, ἧς ἔτη ἀριθμεῖται τῆς ἀρχῆς δύο εἴκοσι. Οὐδ' αὐταὶ αἵδε αἱ βασιλεῖαι τὸν εἱρμὸν τῶν χρόνων ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀναγραφόμενον ἔσχον, ἀλλ' ἐγένετό τις αὐτῶν ἐν ἑκατέρῳ διὰ μέσου παρένθεσις εἰς ἄλλους. Ἐπὶ γὰρ τοῦ νέου Διονύσου εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας Κλεοπάτραν, τὴν καὶ Τρύφαιναν, καὶ Βερενίκην, τριετὴς ὡς βεβασιλευκυίας ἀνεγράφη χρόνος, εἰς μὲν ἀμφοτέρας ἐνιαυτὸς εἷς, ἡ δ' ἑξῆς μετὰ τὸν Κλεοπάτρας, τῆς καὶ Τρυφαίνης, θάνατον διετία εἰς μόνην Βερενίκην, ἕνεκα τοῦ τὸν μὲν Πτολεμαῖον εἰς Ῥώμην ἀπηρχέναι, καὶ τοῦτον ἐκεῖ διατετριφέναι τὸν χρόνον, τὰς δὲ θυγατέρας ὡς οὐκέτι ἐπανήξοντος τοῦ πατρὸς, ἀντειλῆφθαι τῶν πραγμάτων, συνεπισπωμένης ἑαυτῇ κατὰ (τούτους) χρόνους τῆς Βερενίκης ἄνδρας τινὰς συγγενεῖς τοὺς συνάρξαντας· μέχρι ὅτου παραγενόμενος ὁ Πτολεμαῖος ἀπὸ Ῥώμης τῆς μὲν πρὸς τὴν θυγατέρα διαθέσεως ἐπελάθετο, στυγήσας δ' αὐτὴν διὰ τὰ πραχθέντα, τοῦ ζῆν ἐστέρησεν.

7. Ἐπί γε τῆς Κλεοπάτρας τὰ πρῶτα τῆς δυναστείας ἔτη εἰς ἐκείνην τε καὶ τὸν πρεσβύτερον αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνενέχθη Πτολεμαῖον, τὰ δ' ἑξῆς εἰς ἑτέρας (7), διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τελευτῶν ὁ νέος Διόνυσος ἐπὶ παισὶ τέτρασι, Πτολεμαίοις δυσὶ, καὶ Κλεοπάτρᾳ καὶ Ἀρσινόῃ, διέταξε τοῖς προγενεστέροις αὐτοῦ παισὶ Πτολεμαίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ τὴν ἀρχήν. Ὧν συμβασιλευόντων τετραετὴς διεγένετο χρόνος. Καὶ τοῦτο διέμεινεν ἂν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ ἔθος, εἰ μὴ Πτολεμαῖον παραβάντα τὰς τοῦ πατρὸς ἐντολὰς, καὶ μόνον τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιεῖσθαι βουλόμενον, ἡ μοῖρα τοῦ ζῆν μετέστησεν ἐν Αἰγύπτῳ καταναυμαχηθέντα ὑπὸ Ἰουλίου Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ συλλαμβανομένου.

8. Μετὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν Πτολεμαίου, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς Κλεοπάτρας συνεθρονίσθη τῇ ἀδελφῇ, Πτολεμαῖος καλούμενος, γνώμῃ Καίσαρος, καὶ ἐχρημάτισε τὸ πέμπτον ἔτος Κλεοπάτρας τὸ καὶ πρῶτον Πτολεμαίου, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, μέχρι τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ, ἄλλα δύο.

9. Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου ταῖς Κλεοπάτρας ἀπάταις τῷ τετάρτῳ μὲν αὐτοῦ, τῆς δὲ Κλεοπάτρας ὀγδόῳ, ὁ μεταγενέστερος εἰς μόνην Κλεοπάτραν ἀνεγράφη χρόνος, ἕως ἐτῶν πεντεκαίδεκα. Τὸ δ' ἑκκαιδέκατον ὠνομάσθη τὸ καὶ πρῶτον, ἐπειδὴ τελευτήσαντος Λυσιμάχου τῆς ἐν Συρίᾳ Χαλκίδος βασιλέως, Μάρκος Ἀντώνιος ὁ αὐτοκράτωρ τήν τε Χαλκίδα καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν τόπους παρέδωκε τῇ Κλεοπάτρᾳ. Καὶ ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰ τούτων ἕτερα ἔτη μέχρι τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου, ὃ καὶ τελευταῖον ἐγένετο Κλεοπάτρας, κατὰ

(1) Cod. Arm. hic xxix, sed inferius c. 208, xxx. C

(2) Interpres Arm. hic et infra *atque Tryphæna*, quia non agnovit *Tryphænam*, id est *luxuriosam*, cognomentum fuisse Cleopatræ. Locum hunc sive Eusebii a me anno 1818 editi, sive excerptorum Scaligeri multo ante typis impressorum præ oculis non habebat vir clarissimus F. Champollionius cum in catalogo Ægyptiacorum monumentorum, quem Parisiis anno 1826 impressit, p. 6, duas memoraret syngraphas demoticis litteris linguaque scriptas, in quibus Cleopatræ cognomentum *Tryphænæ* tribuitur. Scribit itaque vir clarissimus : *deux contrats de l'an* viii *du règne de Ptolémée et de Cléopâtre, surnommée* Tryphæne, *et le surnom de cette dernière reine d'Egypte est un fait nouveau et à expliquer dans les annales des Ptolémées*. Hæc autem ego verba non idcirco retuli ut doctissimum mihique amicissimum reprehenderem virum, sed ut ejus potius Ægyptiacæ litteraturæ peritiam summam novo documento demonstrarem, qui *Tryphænæ* vocabulum in demotica scriptura verissime legit, etiamsi loci Eusebiani non meminerat. Illud denique corrigendum est apud Champollionium, quod nempe Cleopatra Tryphæna non fuit ultima Lagidarum regina, sed postremæ Cleopatræ soror natu major, quæ quidem ante Dionysum patrem et ante ipsam Berenicem sororem aliam obiit. Neque Cleopatra illa postrema patri socia in imperio fuit sed successit.

(3) Paulo aliter in Græco textu : *Berenice per id tempus consanguineos aliquot sibi copulante, qui secum rebus præessent.*

(4) In textu Arm., *tribus liberis* pro *majoribus liberis*. Est autem mendum amanuensis qui scripsit ierits, *tribus*, pro ierets, *majoribus natu*.

(5) Intellige Chalcidem ad Libanum.

(6) Conferendus Josephus *Antiq.* xv, 4.

(7) Malim ἑτέρους.

mum secundum, qui fuit postremus Cleopatræ, eadem ratione aucto numero scribebantur, uti Cleopatræ annus secundus supra vicesimum idem esset et septimus.

10. Porro autem Octavianus Cæsar, qui et Augustus, Actiaco prælio Ægypti regnum a Cleopatra abstulit anno altero olympiadis octogesimæ quartæ supra centesimam. Nunc inter centesimæ undecimæ olympiadis annum primum, quo Aridæus idemque Philippus successit in imperium (1), et centesimæ octogesimæ quartæ olympiadis annum alterum, septuaginta tres olympiades annusque unus interjacent, nempe anni CCXCIII (2). Totidem vero supputantur anni regum urbis Alexandriæ usque ad Cleopatræ excessum.

11. Tempora igitur Ptolemæorum sic omnino se habent. Alexander Macedo primo anno olympiadis centesimæ undecimæ regnum auspicatur. Is Alexandriam in Ægypto condit. Diuturnitas imperii

A ejus anni XII, mensesque VII. Post eum Alexandriæ totique Ægypto dominati sunt hi :

Ptolemæus Lagi annis XL ;

Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII ;

Ptolemæus Evergetes annis XXIV ;

Ptolemæus Philopator annis XXI ;

Ptolemæus Epiphanes annis XXIV (3) ;

Ptolemæus Philometor annis XXX (4) ;

Ptolemæus junior, cognomento item Evergetes, annis XXIX,

Ptolemæus Physcon, cognomento Soter, annis XVII (5) cum mensibus VI ;

Ptolemæus, idemque Alexander, qui a patris sui matre (6) expulsus fuit, annis III (7) ;

Ptolemæus Philadelphus, ab exsilio redux, post

B Alexandrum ejectum, annis VIII (8) ;

Ptolemæus Dionysus, idemque Philadelphus (9), annis XXX ;

Ptolemæi filia Cleopatra annis XX (10).

τὸν αὐτὸν τρόπον προστιθεμένου τοῦ ἀριθμοῦ, ἐγράφετο, ὡς γενέσθαι τὸ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν αὐτῆς τὸ καὶ ἕβδομον.

10. Ἀπὸ δὲ Κλεοπάτρας Ὀκτάουιος Καῖσαρ, ὁ καὶ Αὔγουστος, τὴν ἀρχὴν διαδέχεται κρατήσας Αἰγύπτου τῇ ἐπ' Ἀκτίῳ μάχῃ, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα, ἐν ἔτει δευτέρῳ. Ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτους πρώτου, ἀφ' οὗ Ἀριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος, διεδέξατο τὴν ἀρχήν, ἐπὶ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος δεύτερον, ὀλυμπιάδες γίνονται ἑβδομήκοντα τρεῖς, καὶ ἐνιαυτός· τούτων, ἔτη σϙγ'. Τοσαῦτα δὲ καὶ ἀριθμεῖται τὰ ἔτη τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλευσάντων ἐπὶ τῆς Κλεοπάτρας τελευτῆς.

11. Οἱ Πτολεμαίων χρόνοι τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλευσάντων Αἰγύπτου. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης ὀλυμπιάδος βασιλεύει, κτίζει τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνος ἔτη ιϐ', μῆνες ζ'.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἔτη μ'.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἔτη λη'.
Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης ἔτη κδ'.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη κα'.
Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη κδ'
Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ ἔτη λα'.
Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος Εὐεργέτης ἔτη κθ'.

Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων, ὁ καὶ Σωτήρ, ἔτη ις', μῆνας ς'.
Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος, ἐξωσθέντος μὴν τοῦ πρὸ αὐτοῦ. . . .
Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος κατελθὼν ἀπὸ τῆς φυγῆς, ἐξωσθέντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἔτη η'.
Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος ἔτη λ'.
Πτολεμαίου θυγάτηρ Κλεοπάτρα ἔτη κθ'.

(1) Magnus auctoris error; etenim hoc anno non Aridæus Alexandro fratri, sed ipse Alexander Philippo patri successit, teste ipso mox Eusebio § 11. Tum in aliis Chronicorum Eusebii locis Aridæus regnare incipit anno II olympiadis CXIV : L.

(2) Aliter Epiphanius *De mens. et pond.* cap. 12, ait : Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ Λάγου, μέχρι Κλεοπάτρας, ἔτη τριακόσια ἕξ· *A primo Ptolemæo Lagi filio ad Cleopatram anni sunt* CCCVI.

(3) Ita in margine codicis Arm. et Græce. At in textu codicis Arm. XXII.

(4) Græce, XXXI.

(5) Græce, XVI.

(6) Hæc erat Cleopatra, uxor Epiphanis ; nam Alexander filius erat Evergetæ, hic autem frater Philometoris et filius Epiphanis. Sed locus fortasse mendosus.

(7) Dicendum videtur : *Ptolemæus, idemque Alexander, majore fratre pulso matris jussu,* etc. Numerum quidem annorum trium regnantis Alexandri quis probet? Recole superius, col. 202-203 Huic Epiphanius tribuit annos XII.

(8) Ita scribit Eusebius etiam in tabulis regum et in Canone seu posteriore libro. Sed enim paulo ante dixit idem Eusebius Ptolemæo Alexandro successisse Soterem ab exsilio reducem ; huic autem filium Alexandri primi Alexandrum secundum, qui ob occisam statim uxorem, ipse quoque parricidii

C ejus causa trucidatus sit : isti autem Alexandro successisse novum Dionysum. Ipse igitur aliam quodammodo rationem nunc inire videtur Eusebius ; et fortasse merito. Cum enim satis constet, regem qui Novum Dionysum præcessit mortuum esse in exsilio Tyri, legato Romanis regno (Cic. II, *in Rull.* 16), qui fieri potest ut Novus Dionysus Alexandro II, qui Alexandriæ interfectus est, successerit? Profecto hæc est illa in Lagidarum successione famigerata quæstio in qua tantopere critici æstuant, quamque nuper sapientissimus quoque Vicecomes denuo sibi versandam putavit (*Iconogr. Gr.* t. III, p. 600). Alexandrum tertium quemdam Manutios secutus scribebat in albo Petavius (*De doctrin. temp.* lib. X, 48). Vicecomes hunc Philadelphum existimabat eumdem esse Ptolemæum octavum secundo regnantem, neque Alexandrum II occisum Alexandriæ, sed exsilio tantummodo multatum. Jam quod in hoc catalogo Eusebius

D Alexandrum II omittat, non est mirum, quandoquidem superius col. 204 dixit ejusdem regnum XIX dierum ab Ægyptiis in seriem non fuisse relatum.

(9) Inauditum videtur hoc Philadelphi cognomen, et certe in Græco textu non legitur. L.

(10) Scribendi sunt prorsus XXII, uti est in margine codicis Arm. et in Græco textu : quanquam etiam Tertullianus *Adv. Jud.* cap. 8, scribit annos Cleopatræ XX, tum alios ejusdem annos XIII narrat conregnante Augusto.

Ea regnante Caius Julius Cæsar summum principatum Romanorum invasit. Post hunc Cæsar Sebastus Octavianus, qui et Augustus (1), interfecta (2) Cleopatra, Ptolemæorum imperium sustulit, qui annis CCXCV (3) regnaverant.

CAPUT XXIII.

GRÆCORUM.

Qua ratione Græci antiquitates suas scribant.

Atheniensium reges; Argivorum reges; Sicyoniorum reges; Lacedæmonum reges; Corinthiorum reges; quinam et quandiu maris imperium tenuerint; olympiades quoque Græcorum prout singillatim scribuntur; tum Macedonum priores reges, et qui post Alexandrum Macedonem; Thessalorum, Syrorum et Asianorum reges.

CAPUT XXIV.

Græcorum tempora.

1. Omnium Græcorum * antiquissima prorsus feruntur Sicyoniorum tempora, et reges qui Sicyoni præfuerunt, quorum dominationem primus auspicatus est Nini Belique ætate (qui primi Assyriorum in Asia regnavisse memorantur) Ægialeus; a quo Ægialea vocitata olim est, quæ nunc dicitur Peloponnesus. Argivorum primus rex scribitur Inachus, Sicyoniorum imperio junior annis CCXCV. Atheniensibus primus imperitat Cecrops, cognomento Diphyes, Argivorum imperio trecentis fere annis posterior, Sicyoniorum autem junior triginta tribus supra quingentos.

2. Age jam ab antiquioribus nostra hæc chronologia exordiatur, Sicyonios primum reges singillatim recensens. Et quoniam multa est ambiguitas apud veteres qui Græcanicæ historiæ tempora congesserunt, nos quidem pro viribus ex illo cinno ea deligemus in quibus auctores sibi invicem consonant. Sicyoniorum quoque regum tempora chronicis libris non sine recto ordine explicavit Castor **, eaque brevi scripto hisce ipsis verbis complexus est. — Sicyonios reges adjungimus, quorum princeps Ægialeus, postremus Zeuxippus. Et reges quidem dominati sunt annis CMLIX (4); post reges autem præfuerunt Carnii (5) sacerdotes sex, qui pontificatum gesserunt annis XXXIII: quorum postremus Charidemus sacerdos lectus, cum impensæ ferendæ impar esset, fugam arripuit. Hæc ad verbum Castor. Est autem Sicyoniorum regum albus ejusmodi.

CAPUT XXV.

Sicyoniorum reges.

1. Primus Ægialeus annis LII, ex quo etiam Ægialea, quæ nunc est Peloponnesus, vocabatur. Initium regnandi Sicyone ab hoc factum aiunt circa decimum quintum annum Beli, ejus qui primus regnum Assyriæ tenuit Neptunique et Libyæ filius dictitatur (6).

Secundus Europs annis XLV. Hic Nino Beli filio coætaneus regnat.

Tertius Telchin annis XX. Is ætate Semiramidis regnat.

Quartus Apis annis XV, ex quo Apia, quæ nunc dicitur Peloponnesus.

Quintus Thelxion annis LII.

Κατὰ ταύτην Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρῶτος ἐμονάρχησε Ῥωμαίων. Μεθ' ὃν Καῖσαρ Σεβαστὸς Ὀκτάουιος, ὁ καὶ Αὔγουστος, Κλεοπάτραν ἑλὼν, καθεῖλε τὴν τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴν, οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη σϟγ'. Ταῦτα καὶ τὰ παρ' Αἰγυπτίοις. *E Scaligeri excerptis p.* 59-61.

1. (*) Πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι βασιλεῖς, οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς κατὰ Βῆλον καὶ Νῖνον γεγονὼς, τοὺς πρῶτον Ἀσσυρίων βασιλεῦσαι καὶ τῆς Ἀσίας μνημονευομένους, ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν, ἡ νῦν Πελοπόννησος, ἐκαλεῖτο. *Ex Syncello, p.* 97. *D.*

2. (**) Κάστορος περὶ τῆς βασιλείας τῶν Σικυωνίων.

Παρατίθεμεν δὲ καὶ τοὺς Σικυῶνος βασιλεύσαντας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, λήγοντας δὲ ἐπὶ Ζεύξιππον. Οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς κατέσχον ἐτῶν χρόνον ϡνθ'. Μετὰ δὲ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνίου ἕξ· οὗτοι δ' ἱεράτευσαν ἔτη λγ'· μεθ' οὓς κατεστάθη ἱερεὺς Χαρίδημος, ὃς καὶ οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγεν. *Ex Syncello, p.* 97. *C.*

Εἰσὶ Σικυῶνος βασιλεῖς κατὰ τὴν τοῦ χρονογράφου Κάστορος ἔκθεσιν ὧδε·

1. Πρῶτος Αἰγιαλεὺς ἔτη νϐ', ἀφ' οὗ καὶ Αἰγιάλεια, ἡ νῦν Πελοπόννησος, τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο. Οὗτος λέγεται βασιλεῦσαι Σικυῶνος κατὰ τὸ ιε' ἔτος Βήλου τοῦ πρώτου τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς ἡγησαμένου, ὃν Ποσειδῶνος υἱὸν εἶναι καὶ Λιϐύης μυθεύουσι.

Δεύτερος Εὔρωψ ἔτη με'.

Τρίτος. . . . . (7).

Τέταρτος Πέλοψ (8) ἔτη κε' [ἀφ' οὗ] Πελοπόννησος ἐκλήθη.

Πέμπτος Θελξίων ἔτη νϐ'.

(1) Vide cap. 15, n. 8, cum nota.

(2) Græce, *capta*.

(3) Ita etiam cap. 15, n. 8. Neque tamen hæc adamussim summa e prædictis numeris exsurgit. Superius dicuntur anni CCXCIII, itemque hic in margine codicis Arm., et Græce. Ergo locus universus cubare in mendis videtur. De Ptolemæorum temporibus consulendi Clemens Alex. *Strom.* I, 21, Tertullianus *adv. Jud.* cap. 8; Epiphanius *De mens. et pond.*, cap. 12, atque alii, qui satis differunt ab Eusebio. Tum et Joannis Malalæ Antiocheni hac de re lucubratio (*Chronogr.* p. 250-251) non mediocribus mendis laborat.

(4) In posteriore libro ad an. DCCCLXXXVIII dicuntur anni CMLVIII.

(5) Nempe *Apollinis* ita appellati. Jam adversus hanc Eusebii de Sicyoniorum dynastia doctrinam disputat Marshamus in *Chronico*, pp. 16 et 336. Rectene an secus, alii dispiciant.

(6) Apollodorus *Bibl.* II, 1, ait : Λιϐύης καὶ Ποσειδῶνος γίνονται παῖδες δίδυμοι, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος· *E Libya et Neptuno nati sunt gemini, Agenor et Belus.*

(7) Scaliger tantum τρίτος. . . cum lacuna. Syncellus p. 102. B huic regi Telchini tribuit annos XXIX.

(8) Ita apud Scaligerum, *Pelops.* Sed etiam

Sextus Ægydrus annis XXXIV.

Septimus Thurimachus annis XLV. Hujus ætate primus Argivis imperat Inachus.

Octavus Leucippus annis LIII.

Nonus Messappus annis XLVII. Hujus ætate contigit (1) ut in Ægypto dominaretur Josephus, de quo Hebræi loquuntur.

Decimus Eratus annis XLVI.

Undecimus Plemnæus annis XLVIII.

Duodecimus Orthopolis annis LXIII.

Decimus tertius Marathonius annis XXX, quo tempore in Attica primus regnavit Cecrops diphyes.

Decimus quartus Marathon annis XX. Ea tempestate Hebræis Ægypto excedentibus dux Moses fuit, uti suo tempore comprobabitur.

Decimus quintus Chyreus (2) annis LV. Eo tempore Argivis imperabat Danaus.

Decimus sextus Corax annis XXX.

Decimus septimus Epopeus annis XXXV.

Decimus octavus Laomedon annis XL.

Decimus nonus Sicyon annis XLV. Hujus ætate desiverunt Argivorum reges, qui annis DXL permanserant.

Vicesimus Polybus annis XL.

Vicesimus primus Inachus annis XL.

Vicesimus secundus Phæstus (3) annis VIII.

Vicesimus tertius Adrastus annis IV.

Vicesimus quartus Polyphides annis XXXI. Hujus ætate Ilium captum est.

Vicesimus quintus Pelasgus annis XX. Hujus ætate Æneas Latinorum regnum tenuit.

Vicesimus sextus Zeuxippus annis XXXI.

Summa regum Sicyoniorum XXVI, a quibus regnatum est annis CMLIX.

2. Exin jam non reges, sed Carnii sacerdotes, quorum

Primus pontificatu functus est Archelaus anno I.

Secundus Automedon anno I.

Tertius Theoclytus annis IV.

Quartus Euneus annis VI.

Quintus Theonomus annis IX.

Sextus Amphichyes annis XII (4).

Septimus denique Charidemus, qui impensis exhaustus fugit. Ab hoc ad primam olympiadem anni labuntur CCCLII (5). Sicyoniorum regum et sacerdotum temporibus anni conflantur CMXCVIII (6).

* Post Sicyoniorum præsides, par est et reges Argivorum presse percurrere, prout hi in certioribus veterum historiis occurrunt. Castor quoque hos commemorat, ejusmodi ratione scribendi utens.

CAPUT XXVI.

Castoris de Argivorum regno.

His addamus ordinatim etiam Argivorum reges, qui orsi ab Inacho in Sthenelum Crotopi filium desiverunt, quorum temporibus confluunt anni CCCLXXXII. Pulso Sthenelo, Danaus Argos ipse obtinuit, ejusque posteri usque ad Eurystheum Stheneli qui Perseo natus erat. Exin Pelopidæ regno potiti sunt. Cæterum tempora Danaidarum annos CLXII conficiunt; Pelopidarum autem, qui ducto

Ἕκτος Αἴγυδρος ἔτη λδʹ.
Ἕβδομος Θουρίμαχος ἔτη μεʹ. Κατὰ τοῦτον πρῶτος βασιλεύει [Ἀργείων] Ἴναχος.
Ὄγδοος Λεύκιππος ἔτη νγʹ.
Ἔννατος Μέσσαππος ἔτη μζʹ. Κατὰ τοῦτον συνίσταται ἄρξας τῆς Αἰγύπτου Ἰωσὴφ ὁ παρ' Ἑβραίοις μνημονευόμενος.
Δέκατος Ἐρατὸς ἔτη μςʹ.
Ἑνδέκατος Πλημναῖος ἔτη μηʹ.
Δωδέκατος Ὀρθόπολις ἔτη ξγʹ.
Τρισκαιδέκατος Μαραθώνιος ἔτη λʹ. Κατὰ τοῦτον πρῶτος τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε Κέκροψ ὁ διφυής.
Τεσσαρεσκαιδέκατος Μαράθιος (7) ἔτη κʹ. Κατὰ τοῦτον συνίσταται τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἑβραίων ἡγησάμενος Μωϋσῆς, ὡς κατὰ καιρὸν δειχθήσεται.
Πεντεκαιδέκατος Ἐχυρεὺς ἔτη νεʹ. Κατὰ τοῦτον Ἀργείων βασιλεύει Δαναός.
Ἑκκαιδέκατος Κόραξ ἔτη λʹ.
Ἑπτακαιδέκατος Ἐποπεὺς ἔτη λεʹ.
Ὀκτωκαιδέκατος Λαομέδων ἔτη μʹ.
Ἐννεακαιδέκατος Σικυὼν ἔτη μεʹ. Κατὰ τοῦτον οἱ Ἀργείων βασιλεῖς ἐπαύσαντο διαρκέσαντες ἔτη φμʹ.
Εἰκοστὸς Πόλυβος ἔτη μʹ.
Εἰκοστὸς πρῶτος Ἴναχος ἔτη μʹ.
Εἰκοστὸς δεύτερος Φαῖστος ἔτη ηʹ.
Εἰκοστὸς τρίτος Ἄδραστος ἔτη δʹ.
Εἰκοστὸς τέταρτος Πολυφείδης ἔτη λαʹ. Κατὰ τοῦτον Ἴλιον ἥλω.
Εἰκοστὸς πέμπτος Πελασγὸς ἔτη κʹ. Κατὰ τοῦτον Αἰνείας Λατίνων ἐβασίλευσεν.
Εἰκοστὸς ἕκτος Ζεύξιππος ἔτη λαʹ.
Ὁμοῦ γίνονται Σικυῶνος βασιλεῖς οἱ πάντες κςʹ βασιλεύουσι δὲ χρόνον ἐτῶν ϡνθʹ.
2. Μετὰ Ζεύξιππον βασιλεῖς μὲν οὐκέτι, ἱερεῖς δὲ τοῦ Καρνίου.
Ὧν πρῶτος ἱερεύσατο Ἀρχέλαος ἔτος αʹ.
Δεύτερος Αὐτομέδων ἔτος αʹ.
Τρίτος Θεόκλυτος ἔτη δʹ.
Τέταρτος Εὔνεος ἔτη ςʹ.
Πέμπτος Θεόνομος ἔτη θʹ.
Ἕκτος Ἀμφιγύης ἔτη ιηʹ.
Ἕβδομος Χαρίδημος τελευταῖος. Οὗτος οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγεν· ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα ἔτη τναʹ. Ὁμοῦ Σικυωνίων βασιλέων τε καὶ ἱερέων ἔτη ϡϞηʹ. *Ab excerptis Scaligeri*, p. 19-20.

(*) Μετὰ τοὺς Σικυῶνος ἡγησαμένους, εὖ ἂν ἔχοι καὶ τοὺς Ἀργείων βασιλεῖς ἐν ἐπιτομῇ διελθεῖν, καθὼς τὰ ἀκριβῆ τῶν παλαιῶν περιέχει. Μνημονεύει δὲ καὶ τούτων ὁ Κάστωρ ὧδέ πως γράφων.

Syncellus p. 102 B habet *Apin* ut hoc loco Eusebius. *Apin* omnino scribit quartum Sicyoniorum regem etiam Pausanias II, 5, quem auctorem pretium est consulere super cæteris quoque regibus Sicyoniorum.

(1) Græce *demonstratur* L.

(2) *Chyreus* sive *Echyreus* est tertius decimus apud Syncellum p. 109 C.

(3) Apud Syncellum p. 148 A est Ἥφαιστος, nempe *Vulcanus*.

(4) Græce XVIII, nisi est mendum ιηʹ pro ιϐʹ.

(5) Græce CCCLI.

(6) Eumdem fere numerum tradit Eusebius etiam apud Syncellum p. 97 B.

(7) Ita Syncellus, at Scaliger, Μάρασος.

initio ab Atreo regnaverunt (1), quique dignitatem A usque ad Penthilum et Tisamenum et Cometem Orestis filium retinuerunt (sub quo Heraclidarum descensus (2) accidit) feruntur anni CV. Age vero singulorum regum Argivorum tempora hæc sunt (3).

CAPUT XXVII.

Argivorum reges.

1. Primus Inachus, a quo nomen regioni Inachiæ, annis L. Inachus Argivum imperium auspicatus est imperante septimo loco Thurimacho apud Sicyonios (4).

Secundus Phoroneus annis LX. Hujus ætate Ogygus Eleusin condidit.

Tertius Apis, de quo regio illa Apia dicta est, annis XXXV. Ea tempestate apud Ægyptios dominatum tenuit Josephus, quem Hebræi memorant.

Quartus Argus Jovis (5) et Niobes filius; ex quo regionis nomen mutatum est, dictaque Argia, annis LXX.

Quintus Criasus annis LIV.

Sextus Phorbas annis XXXV (6). Hujus ætate Cecrops Diphyes imperabat Atheniensibus.

Septimus Triopas annis XLVI. Eo regnante Moses Hebræis exeuntibus ab Ægypto dux erat.

Octavus Crotopus annis XXI.

Nonus Sthenelus annis XI.

Summa annorum CCCLXXXII.

2. Sthenelum Danaus pepulit, Argosque ipse tenuit, et ejusdem deinceps posteri: quorum et successio et regnantium tempora ita se habent.

Decimus Danaus annis L (7).

Undecimus Lynceus XLI.

Duodecimus Abas annis XXIII.

Decimus tertius Prœtus annis XVII.

Decimus quartus Acrisius annis XXXI.

Argivorum imperii summa annorum DXLIV (8). Hucusque Danaidæ.

3. Post Acrisium (9), Mycenas translatum est Argivorum imperium sub Eurystheo Stheneli filio, Pelopidæque dominium obtinuerunt: primus autem B regnavit in Peloponneso Pelops, qui olympiorum curator fuit. Translato Mycenas Argivorum imperio, post Acrisium regnavit

Eurystheus annis XLV.

Deinde Pelopidæ Atreus et Thyestes annis LXV.

Post hos Agamemnon annis XXX, cujus anno octavo decimo Ilium captum est.

Ægisthus annis XVII (10).

Orestes, Tisamenus, Penthilus et Cometes annis LVIII, usque ad Heraclidarum descensum qui Peloponnesum occupaverunt: a quo us- C que ad Ionum e suis terris migrationem (11) anni

Περὶ τῶν Ἀργείων βασιλέων ὡς ἐν ἐπιτομῇ.

Πρῶτος Ἴναχος Ἀργείων, κατὰ Θουρίμαχον ὃς ἕβδομος ἦν τῆς Σικυωνίων ἀρχῆς.

Δεύτερος Φορωνεὺς ἔτη ξ'. Κατὰ τοῦτον Ὤγυγος Ἐλευσῖνα ἔκτισε.

Τρίτος Ἆπις ἔτη λε'.

Τέταρτος Ἄργος ὁ Διὸς καὶ Νιόβης, ἀφ' οὗ ἡ χώρα μετωνομάσθη Ἀργεία, ἔτη ο'.

Πέμπτος Κρίασος ἔτη νδ'.

Ἕκτος Φόρβας ἔτη λε'.

Ἕβδομος Τριόπας ἔτη μς'.

Ὄγδοος Κροτωπὸς ἔτη κα'.

Ἔννατος Σθένελος ἔτη ια'.

2. Τοῦτον δὲ Δαναὸς ἐκβαλὼν ἐκράτησεν Ἄργους καὶ οἱ τούτου ἀπόγονοι.

Δέκατος Δαναὸς ἔτη ν'.

Ἑνδέκατος Λυγκεὺς ἔτη μα'.

Δωδέκατος Ἄβας ἔτη κγ'

Τρισκαδέκατος Προῖτος ἔτη ιζ'.

Τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀκρίσιος ἔτη λα'.

Ὁμοῦ τὰ πάντα τῆς Ἀργείων ἀρχῆς ἔτη φμε'. Μέχρι τούτων οἱ Δαναΐδαι.

3. Μετὰ δὲ Ἀκρίσιον, εἰς Μυκήνας μετατεθείσης τῆς Ἀργείων ἀρχῆς κατὰ Εὐρυσθέα τοῦ Σθενέλου, οἱ Πελοπίδαι διεδέξαντο. Βασιλεύει δὲ πρῶτος Πελοποννήσου Πέλοψ. Πέλοψ ὀλυμπίων προέστη. Εἰς Μυκήνας μετατεθείσης τῆς Ἀργείων ἀρχῆς, μετὰ Ἀκρίσιον ἐβασίλευσεν.

Εὐρυσθεὺς ἔτη με'.

Ἔπειτα οἱ Πελοπίδαι Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης ἔτη ξε'.

Ἀγαμέμνων μετὰ τούτους ἔτη λ'.

Αἴγισθος ἔτη ιζ'.

Ὀρέστης καὶ Τισαμενὸς καὶ Πένθις καὶ Κομήτης ἔτη νη'; μέχρις Ἡρακλειδῶν καθόδου ὅτε Πελοπόν-

(1) Syncellus quoque p. 155 C primum e Pelopidis regem *Atreum* recitat. D

(2) Sive potius *reditus*; Heraclidæ enim Peloponneso ab Eurystheo pulsi, in eamdem regionem multo tempore post reversi sunt. In textu Arm. est *incursio*.

(3) Castoris hunc locum, multis partim interpositis, partim immutatis, exhibet Græce Syncellus p. 124-125.

(4) Recole col. 211. Syncellus tamen p. 124 C dicit Inachum regnavisse ætate Plemnæi Sicyonii.

(5) Interpres Arm. *Argus Odii et Niobes*, etc. Nimirum ex Græco ὁ Διὸς hæc illi absurditas nata est. Similiter et Hieronymus in secundo libro ex παρὰ Διὸς fecit *Paradium*.

(6) Codex noster Arm. hic XXV, sed bis in posteriore libro legitur XXXV, Græce item XXXV.

(7) Syncellus, p. 155 D, scribit LVIII.

(8) Græce, DXLV.

(9) Eusebii hunc locum nominatim appellat Syncellus p. 156.

(10) Apud Syncellum p. 170 D scribuntur V.

(11) De hac migratione hisce verbis Velleius l. IV loquitur: *Subsequenti tempore magna vis Græcæ juventutis abundantia virium sedes quæritans, in Asiam se effudit. Nam Iones, duce Ione, profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam*, etc.

excurrunt LXXX (1), et a migratione Ionica usque ad primam olympiadem anni sunt CCLXVII.

CAPUT XXVIII.

Summatim de Atheniensium regibus (2).

1. Hic dextrum est catalogum etiam Atheniensium regum attexere, e certioribus veterum memoriis prælibata summatim historia. Primus ab Atheniensibus memoratur Ogygus, in cujus ætatem ingens illud et perantiquum diluvium incurrisse fertur. Hujus æqualis habetur Phoroneus, Inachi filius, Argivorum rex, quem ipse Plato in *Timæo* suo (3) commemorat his verbis : « Cum eos commovere studeret (4) ad sermonem de hujus urbis antiquitatibus, vetustissima narrare aggressus est de primo illo Phoroneo, de Niobe, deque rebus quæ diluvium consecutæ sunt. » Ogygus autem incidit in ætatem Messappi regis noni Sicyoniorum, Belochique regis octavi Assyriorum. Jam post Ogygum, quia diluvium vasta omnia fecisset, regnatum esse negant in ea regione, quæ nunc dicitur Attica, annis CXC (5) usque ad Cecropem.

2. Jam hi anni ex Argivorum quoque regno supputantur, quod ante Ogygi ætatem initium cepit. Nimirum a fine Phoronei Argivorum regis (sub quo Ogygeum diluvium contigisse relatum est) ad Phorbantem, cui coætaneus Cecrops Diphyes hodiernæ Atticæ primus præfuit, congeruntur anni CXC (6). Tum a Cecrope ad primam olympiadem numerantur reges XVII, et principes, quos mors finiebat, XII : sub quibus fabulosa portenta inter Græcos celebrantur. Hinc Græci Atticorum reges digerere incipiunt : vetustiorum enim certas rationes non tenent. Id ipsum Castor quoque in *historiæ Epitome* narrat.

CAPUT XXIX.

Castoris de Athenarum regno.

Athenarum quoque reges ex ordine exponemus, ducto initio a Cecrope, cognomento Diphye; atque in Thymoeten desinemus. Regum quidem, qui Erechthidæ dicti sunt, tempora annis constant CCCCL. Deinde regnum delapsum est ad Melanthum Andropompi Pyliensem, atque ad ejus filium Codrum, quorum amborum dominatio annos occupat LII (7). Sublato regno, proxime consecuti sunt principes quos mors finiebat. Horum initium est a Medonte Codri, finis in Alcmæone Æschyli: tempora autem annorum CCIX. Deinde qui decennalem potestatem gerebant secuti sunt VII; hique annis LXX viguerunt. Tandem annui principes a Creonte orsi in Theophimum desiverunt, sub quo penitus terræ nostræ (8) rebus et facinoribus finis est impositus. Hæc Castor. Nos autem singulorum regum catalogum persequamur.

CAPUT XXX.

Athenarum reges.

* 1. Primus Cecrops Diphyes annis L (9), sub quo Prometheus, Epimetheus et Atlas. Is quidem regnat Athenis æqualis Triopæ regis septimi Argivorum, nec non Marathonii qui decimo tertio loco Sicyone dominatus est. Sub eodem Moses quoque apud Hebræos cognoscebatur, quod opportune deinceps demonstrabimus (10). Sub eodem item, nempe Deucalionæa ætate, Thessalia diluvio obruta traditur : tum sub Phaethonte Æthiopia ardentis ignis furore correpta est.

νησον εἷλον· ἀφ' οὗ ἐπὶ τὴν Ἰώνων ἀποικίαν ἔτη ξ'· ἀπὸ δὲ τῆς Ἰώνων ἀποικίας ἐπὶ ὀλυμπιάδα πρώτην ἔτη σξζ'. *Ab excerptis Scaligeri p.* 24.

Περὶ τῶν Ἀθηναίων βασιλέων ὡς ἐν ἐπιτομῇ.

1. Ἑξῆς δ' ἂν εἴη τούτοις καὶ τὸν τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων κατάλογον συνάψαι. Πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις μνημονεύεται Ὤγυγος, καθ' ὃν παρ' Ἕλλησιν ὁ μέγας καὶ παλαιὸς ἱστορεῖται κατακλυσμός. Τούτῳ λέγεται συγχρονίσαι Φορωνεὺς ὁ Ἰνάχου Ἀργείων βασιλεύς. Τούτων τοῦ Φορωνέως χρόνων Πλάτων ἐν *Τιμαίῳ* τῷ διαλόγῳ ἐπιμέμνηται, ὡς πάνυ παλαιῶν, λέγων· « Καί ποτε παραγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τῇ πόλει, τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμόν. » Γίνεται δὲ Ὤγυγος κατὰ Μέσσαππον ἔννατον Σικυῶνος βασιλέα, καὶ κατὰ Βήλοχον Ἀσσυρίων ὄγδοον βασιλέα. Μετὰ δὲ Ὤγυγον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθοράν φασιν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν νῦν Ἀττικὴν, μέχρι Κέκροπος ἔτη ρι'.

2. Ταῦτα δὲ διαριθμεῖται τὰ ἔτη καὶ ἀπὸ τῆς Ἀργείων βασιλείας πρὸ Ὠγύγου ἀρξαμένης. Ἀπὸ γὰρ τῶν τελευταίων Φορωνέως Ἀργείων βασιλέως (11), καθ' ὃν μνημονεύεται ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμὸς, ἐπὶ Φόρβαντα, ἐφ' οὗ τῆς Ἀττικῆς πρῶτος ἐβασίλευσε Κέκροψ ὁ διφυὴς, συνάγεται ἔτη ρ' (12). Ἀπὸ δὲ Κέκροπος ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα καταριθμοῦνται βασιλεῖς μὲν ἑπτακαίδεκα, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου δώδεκα, ἐφ' ὧν λέγεται γεγονέναι τὰ ἐν Ἕλλησι θαυμάσια μυθολογούμενα. Οἱ δ' οὖν μετὰ τὸν Ὤγυγον καὶ τὸν κατακλυσμὸν Ἀθηναίων βασιλεῖς εἰσὶν οἵδε. *Ab excerptis Sculigeri, non sine varietate*, p. 24-27.

(*) 1. Πρῶτος Κέκροψ ὁ διφυὴς, κατὰ Μαραθώνιον βασιλεύσας ὃς ἦρξε Σικυῶνος τρισκαιδέκατος, ἔτη ν'. Κατὰ δὲ τοῦτον Μωϋσῆς παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἥ τε ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις ἐν Αἰθιοπίᾳ.

(1) Græce LX. De hac re videsis Marshamum *Chron.*, pp. 334, 343, 344.

(2) Hunc titulum de Græco exemplari expressimus.

(3) Edit. Ficini p. 1043 B. Meminit Platonici hujus loci etiam Syncellus p. 126 B.

(4) Solon videlicet Ægyptios sacerdotes.

(5) Codex Arm. hic mendose *centum et novem*.

(6) Nimirum Apidis anni sunt XXXV, Argi LXX, Criasi LIV, Phorbantis XXXI (hoc enim Phorbantis anno regnum a Cecrope initum dicitur in posteriore Eusebii libro); summa annorum CXC.

(7) Castoris hic locus recurrit in posteriore libro ad annum 889 non sine varietate. Conferendus etiam Syncellus p. 178 B.

(8) Hinc Athenæ videntur Castoris patria ; de qua varie traditur apud Vossium in *Gr. historicis*.

(9) Exemplar nostrum Arm. hic V; sed L bis in posteriore libro.

(10) In posterioris libri proœmio. Jam ob hanc de Mosis sequiore ætate sententiam sexcenties vapulat apud Syncellum Eusebius.

(11) Ita lego pro βασίλεων.

(12) Dic ρι'

Secundus Cranaus indigena annis IX.

Tertius Amphictyon Deucalionis (filius), Cranai gener, sub quo Danaidum res narrantur, annis IX (1).

Quartus Erichthonius Vulcani, qui ab Homero (2) Erechtheus appellatur, annis L. Sub hoc Idæi Dactyli (3).

Quintus Pandion Erichthonii annis XL, sub quo raptus Proserpinæ atque Triptolemus.

Sextus Erechtheus Pandionis annis L, sub quo res Persei.

Septimus Cecrops (4), frater Erecthei, annis XL (5), sub quo res Bacchi.

Octavus Pandion Erechthei annis XXV. Hic fuga arrepta Megaris regnavit. Sub eodem Europa et Cadmus et quæ de Spartis (6) narrantur.

Nonus Ægeus Pandionis annis XLVIII, sub quo Argonautæ, (7) et Centauri (8). Hercules item sua certamina peragebat.

Decimus Theseus Ægei annis XXX, sub quo Minos legislator cognoscebatur.

Undecimus Menestheus Petei, qui Ornei, qui Erechthei, annis XXIII, sub quo Ilium captum est.

Duodecimus Demophoon Thesei annis XXXIII, sub quo res Ulyxis et Orestis, item que Æneas Anchisæ regnat Lavinii (9).

Decimus tertius Oxyntes Demophoontis annis A XII, sub quo Amazones fanum Ephesi inflammaverunt.

Decimus quartus Aphidas Oxyntæ anno I.

Decimus quintus Thymoetes frater Aphidantis annis VIII.

Decimus sextus Melanthus Andropompi Pyliensis annis XXXVII, sub quo Heraclidæ descenderunt, et Peloponnesus subacta est.

Decimus septimus Codrus Melanthi annis XXI, sub quo Iones amissa Achaia Athenas confugerunt.

2. ATHENARUM PRINCIPES QUOAD VIVERENT.

Decimus octavus Medon Codri dominatus est annis XX (10).

Decimus nonus Acastus Medontis annis XXXVI, B cujus ætate migratio Ionica fuit, in qua Homerum quoque fuisse traditum est. Eodem tempore Salomon item templum Hierosolymis condebat, quod ubi res feret demonstrabimus.

Vicesimus Archippus Acasti annis XIX.

Vicesimus primus Thersippus Archippi annis XLI.

Vicesimus secundus Phorbas Thersippi annis XXX.

Vicesimus tertius Megacles Phorbantis annis XXX.

Vicesimus quartus Diognetus Megaclis annis XXVIII, (sub quo) Lycurgus cognoscebatur.

Vicesimus quintus Pherecles Diogneti annis XIX

Δεύτερος Κραναὸς αὐτόχθων ἔτη θ'.

Τρίτος Ἀμφικτύων Δευκαλίωνος, γαμβρὸς Κραναοῦ (11) ἔτη ι'.

Τέταρτος Ἐριχθόνιος Ἡφαίστου, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεχθεὺς, ἐφ' οὗ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι, ἔτη ν'.

Πέμπτος Πανδίων Ἐριχθονίου ἐφ' οὗ Κόρης ἁρπαγὴ καὶ τὰ περὶ Τριπτόλεμον ἔτη μ'.

Ἕκτος Ἐρεχθεὺς Πανδίονος, ἐφ' οὗ τὰ περὶ Περσέα, ἔτη ν'.

Ἕβδομος Κέκροψ ἀδελφὸς Ἐρεχθέως ἐφ' οὗ τὰ περὶ Διόνυσον, ἔτη μ'.

Ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως ἔτη κε', ὃς φεύγων ἐν Μεγάροις ἐβασίλευσεν· ἐφ' οὗ Εὐρώπη, Κάδμος, καὶ τὰ περὶ Σπάρτους.

Ἔννατος Αἰγεὺς Πανδίονος ἔτη μη', ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ Κενταύρους, Ἡρακλῆς τε τοὺς ἄθλους ἐτέλει.

Δέκατος Θησεὺς Αἰγέως ἔτη λ', ἐφ' οὗ Μίνως ἐνομοθέτει.

Ἑνδέκατος Μενεσθεὺς Πετεῶ τοῦ Ὀρνέως (12) τοῦ Ἐρεχθέως, ἐφ' οὗ Ἴλιον ἑάλω, ἔτη κγ'.

Δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη λγ', ἐφ' οὗ τὰ περὶ Ὀδυσσέα καὶ Ὀρέστην, καὶ Αἰνείας ἐβασίλευσε Λαβινίου.

C Τρισκαιδέκατος Ὀξύντης Δημοφῶντος ἔτη ιβ', ἐφ' οὗ τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν ἐνέπρησαν Ἀμαζόνες.

Τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀφείδας Ὀξύντου ἔτος α'.

Πεντεκαιδέκατος Θυμοίτης Ἀφείδαντος ἀδελφὸς ἔτη η'.

Ἑκκαιδέκατος Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος ἔτη λζ', ἐφ' οὗ Ἡρακλειδῶν κάθοδος, καὶ κράτησις Πελοποννήσου.

Ἑπτακαιδέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κα', ἐφ' οὗ Ἴωνες ἐξ Ἀχαΐας ἐκπεσόντες εἰς Ἀθήνας κατέφυγον.

2. Ὀκτωκαιδέκατος Μέδων Κόδρου ἔτη η'.

Ἐννεακαιδέκατος Ἄκαστος Μέδοντος ἔτη λς'. ἐφ' οὗ Ἰώνων ἀποικία, ἐν οἷς Ὅμηρον ἱστοροῦσι. Κατὰ τοῦτον παρ' Ἑβραίοις Σολομῶν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμει ναὸν, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν.

Εἰκοστὸς Ἄρχιππος Ἀκάστου ἔτη ιθ'.

Εἰκοστὸς πρῶτος Θέρσιππος Ἀχίππου ἔτη μα'.

D Εἰκοστὸς δεύτερος Φόρβας Θερσίππου ἔτη. . . .

Εἰκοστὸς τρίτος Μαγακλῆς Φόρβαντος ἔτη. . .

Εἰκοστὸς τέταρτος Διόγνητος Μεγακλέους ἔτη. . . ἐφ' οὗ Λυκοῦργος ἐγνωρίζετο.

Εἰκοστὸς πέμπτος Φερεκλῆς Διογνήτου ἔτη ιθ'.

(1) Græce X.

(2) *Iliad.* II, 547, *Odyss.* VII, 81.

(3) Dactyli Idæi traduntur ferri inventores ab Hesiodo, apud Plinium VII, sect. 57, et Clementem Alex. *Strom.* I, 16, p. 362, ne aliorum testimonia frustra invocem.

(4) Alterum nunc Cecropem memorat etiam Clemens Alex. *Strom.* I, 21, p. 381.

(5) Exemplar nostrum Arm. XX; sed sunt XL bis in posteriore Eusebii libro, et hic Græce, et apud Syncellum p. 161 A.

(6) De Spartis lege posteriorem librum in Pandionis temporibus.

(7) Græce tantum *Argonautæ*. Armenius interpres addit *rei superfluæ studiosi*, quibus verbis etymologiam ejus nominis rimari videtur ex ἀργόν, *otiosum* et fortasse αἰτέω.

(8) Interpres Arm. utitur voce JUSCHABARIGH, de qua locuti sumus supra.

(9) Interpres Arm., perperam, *Lavinii filius*.

(10) Græce VIII. Verum in margine codicis Arm. XX, uti apud Syncellum p. 178 C. Et quidem in posteriore Eusebii libro bis occurrit XX, in tabulis nempe et in Canone.

(11) Duo hæc verba ex Syncello p. 157 C supplentur.

(12) Vocem τοῦ Ὀρνέως restituimus Græco textui Scaligeriano ex Syncello p. 172 D, et ex Armeniaca interpretatione.

Vicesimus sextus Ariphron Pherectis annis xx, cujus ætate imperium Assyriorum interempto Sardanapallo finitum est (1). A

Vicesimus septimus Thespieus Ariphronis annis VII (2), cujus ætate leges scribebat Lacedæmoniis Lycurgus.

Vicesimus octavus Agamestor Thespiei annis XVII.

Vicesimus nonus Æschylus Agamestoris annis XXIII, cujus anno duodecimo prima olympias instituta est, qua vicit stadium Chorœbus Eleus. Summa *temporum* Atheniensium ad primam olympiadem a Cecrope, cognomento Diphye, anni sunt DCCLXXX, ab Ogygo anni CMLXX (3). Posthinc olympiades notandis temporibus observandæ sunt.

Post Æschylum (autem tricesimus) imperat Athenis Alcmæon annis II (4).

B Post hunc visum est decennales esse principes.

Charops annis X.

Æsimedes annis X.

Clidicus annis X.

Hippomenes annis X.

Leocrates annis X.

Apsander annis X.

Eryxias annis X.

3. Mox placuit annuum principem creare. Et primus quidem annuus princeps fuit Creon vicesima quarta olympiade. Deinde singuli uno anno dominati sunt, quorum nomina scribere tanti non est. Hæc sunt tempora, quæ in antiquitatibus Atheniensibus recensentur, atque instar gravis historiæ ac vetustate firmatæ habentur. Quanquam revera tempus ante captum Ilium, et quidquid in eo memorabile actum est, cum diligenti historiæ non esset traditum, id nos, prout licuit, e pluribus memoriis summatim congessimus. Rursus ne tempora quidem ab Ilio capto ad primam olympiadem certis monumentis consignata fuerunt. Hæc tamen Porphyrius primo suo philosophicæ historiæ *libro* his adamussim breviterque verbis complectitur.

CAPUT XXXI.

Ex Porphyrii primo philosophicæ historiæ libro.

* A capto Ilio ad Heraclidarum in Peloponnesum descensum ait Apollodorus elapsos esse annos LXXX : tum a descensu, ad Ioniam *urbibus* frequentatam (5) annos LX : exinde ad Lycurgum annos CLIX (a Lycurgo usque ad primam olympiadem annos CVIII) : summam autem temporis a capto Ilio ad primam olympiadem annorum esse CCCCVII (6).

Εἰκοστὸς ἕκτος Ἀρίφρων Φερεκλέους ἔτη κ', ἐφ' οὗ ἡ Ἀσσυρίων ἀρχὴ κατελύθη, καὶ Σαρδανάπαλλος ἀνῃρέθη.

Εἰκοστὸς ἕβδομος Θεσπιεὺς Ἀρίφρονος ἔτη κζ', ἐφ' οὗ Λυκοῦργος ἐνομοθέτει Λακεδαιμονίοις.

Εἰκοστὸς ὄγδοος Ἀγαμήστωρ Θεσπιέως ἔτη ιζ'.

Εἰκοστὸς ἔννατος Αἰσχύλος Ἀγαμήστορος ἔτη κγ', ἐφ' οὗ ἔτει δωδεκάτῳ πρώτη ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα Κόροιβος Ἠλεῖος στάδιον. Ὁμοῦ συνάγεται ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἀπὸ μὲν Κέκροπος τοῦ διφυοῦς, ἔτη ψπ' (7), ἀπὸ δὲ Ὠγύγου ἔτη ϡο'. Ἐντεῦθεν δὲ κατὰ τὰς ὀλυμπιάδας ἀριθμητέον τοὺς χρόνους.

Τριακοστὸς δὲ μετὰ Αἰσχύλον Ἀθηναίων βασιλεύει Ἀλκμαίων ἔτη ιβ'.

Μετὰ τοῦτον ἔδοξεν εἶναι τὰς ἀρχὰς δεκαετεῖς.

Χάροψ ἔτη ι'.

C Αἰσιμήδης ἔτη ι'.

Κλείδικος ἔτη ι'.

Ἱππομένης ἔτη ι'.

Λεωκράτης ἔτη ι'.

Ἄψανδρος ἔτη ι'.

Ἐρυξίας ἔτη ι'.

Ἔδοξεν αἱρεῖσθαι ἄρχοντα κατ' ἐνιαυτόν. Καὶ πρῶτος ἡγήσατο ἐνιαύσιος ἄρχων Κρέων ἐπὶ τῆς εἰκοστῆς τετάρτης ὀλυμπιάδος. Μεθ' ὃν καὶ ἕκαστον ἔτος εἷς τις παρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον νῦν τὰ ὀνόματα παρατίθεσθαι. Οὗτοι οἱ τῆς Ἀθηναίων ἀρχαιότητος ἐν ἐπιτομῇ μνημονευόμενοι χρόνοι, καὶ οἱ (8) ἐν ταῖς παλαιαῖς καὶ μᾶλλον ἀκριβεστέραις ἱστορίαις ἀναφέρονται. Τοὺς μὲν οὖν ἔμπροσθεν χρόνους τῆς Ἰλίου ἁλώσεως καὶ τὰς ἐν τούτοις πραχθείσας ἱστορίας οὐκ ἀκριβεῖς ἀναγραφὰς ἐχούσας, ὡς οἷόν τε ἦν ἐκ τῶν διαφόρως μνημονευομένων ἐπετεμόμεθα. Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος οὐδ' αὐτὰ μὲν ἠξιώθη μνήμης ἐντελοῦς· ὅμως δ' ὁ Πορφύριος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φιλοσόφου ἱστορίας ὧδέ πως ἐπιτέμνεται πρὸς λέξιν.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

(*) Ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου, ἐπὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη π' φησὶν εἶναι ὁ Ἀπολλόδωρος· ἀπὸ δὲ τῆς καθόδου, εἰς τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ξ' (9)· ἐντεῦθεν εἰς Λυκοῦργον ἔτη θ' καὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· ἀπὸ δὲ Λυκούργου εἰς τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ὀκτὼ καὶ ἑκατόν· τὰ δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου, ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἔτη ἑπτὰ καὶ υ'. *Ab excerptis Scaligeri*, *p.* 27-28.

(1) Cap. 15, n. 7, Sardanapallus dicitur exstinctus imperante Athenis Thespieo Ariphronis. In posteriore tamen Eusebii libro utraque sententia refertur. Imperium Assyriorum deletum esse sub Ariphrone videbatur communis auctorum sententia Syncello p. 185 B.

(2) Græce XXVII. Ita bis in posteriore Eusebii libro, nec non apud Syncellum p. 185 C.

(3) Lege cap. 28.

(4) Græce XII ; sed II in posteriore libro bis, et apud Syncellum p. 211 C.

(5) Recole c. 214, n. 2. Interpres Arm. *usque ad ædificationem Ioniæ.*

(6) Hunc annorum numerum prorsus tradiderat Eratosthenes, cujus locum juvat hic exscribere ex Clemente Alex. *Strom.* I, 21, p. 402, qui hæc scribit : Ἐρατοσθένης τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει· Ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθο- D δον, ἔτη ὀγδοήκοντα· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ἑξήκοντα· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς, ἐπὶ μὲν ἐπιτροπίαν τὴν Λυκούργου, ἔτη ἑκατὸν πεντηκονταεννέα, ἐπὶ δὲ προηγούμενον ἔτος τῶν πρώτων ὀλυμπίων ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. *Eratosthenes sic tempora scribit : a Troja capta ad reditum Heraclidarum, anni sunt octoginta ; hinc ad Ioniam incolis frequentatam, anni sexaginta ; reliqua quæ consecuta sunt tempora usque ad Lycurgi tutelam, anni sunt novem et quinquaginta supra centum ; tum ad annum primæ olympiadis primum, anni centum et octo.* Jam Censorini *De die nat.* cap. 21 locus, in quo Eratosthenes annos

(7) Ita emendo editionem scribendo ψπ' pro ψη'.

(8) Textus Scaligerianus, ὧν. Tum et Armeniaca interpretatio aliquantum abludit. L.

(9) Ed., ς'.

Operæ pretium mihi videor facturus, si olympiades etiam, quæ a Græcis celebratæ sunt, libro meo complectar.

CAPUT XXXII.

Græcorum olympiades.

*Prima olympias, qua vicit stadium Corœbus Eleus. Hinc ratio temporum apud Græcos videtur certo posse constitui : nam antea quidem ex sua quisque sententia rem definiebat (1).

**De institutione agonis (quæ est certantium exercitatio (2)).

(4) Ita Græce. Sed enim Arm. interpres ἐξαίρετον *optimam* seu *præcipuam* intellexit. ID.

(5) Corr. παρ' αὐτοῦ. ID.

VIII. Aristomedes annis XXXV.
IX. Agemon annis XVI.
X. Alexander annis XXV.
XI. Telestes annis XII.
XII. Automenes anno I.
Exin annui præsides fuerunt.

CAPUT XXXV.

Lacedæmoniorum reges e Diodori libris.

* 1. Quoniam a rebus Trojanis usque ad primam olympiadem difficilis temporum notatio est, propterea quod eo intervallo neque Athenis neque aliis in urbibus annui magistratus fuerunt; idcirco nos ad eam rem utemur Lacedæmoniorum regibus. A Trojæ exitio ad primam olympiadem lapsi sunt, uti Atheniensis Apollodorus ait, anni CDVIII (1): quorum LXXX numerantur usque ad Heraclidarum descensum, reliqui occupantur a Lacedæmoniorum regibus, Procle, Eurystheo (2), horumque posteris. Nos vero singulos ex his familiis *reges* percenseamus usque ad primam olympiadem.

2. Eurystheus regnum exorsus est anno post res Trojanas octogesimo, tenuitque duobus supra quadraginta. Post eum Agis anno uno; Echestratus annis triginta et uno (3): quem excepit Labotas annis septem cum triginta; tum Dorysthus (4) annis undetriginta: his successit Agesilaus annis quatuor cum quadraginta; Archesilaus annis sexaginta; Teleclus annis quadraginta; Alcamenes denique annis octo cum triginta (5). In hujus imperantis anno decimo prima olympias comperitur, qua vicit stadium Corœbus Eleus (6). Ex altera pariter domo regnaverunt, Procles primo annis quinquaginta uno minus (7): tum Prytanis (8) annis quinquaginta uno minus: deinde Eunomius (9) annis quinque cum quadraginta: deinde Chariclus (10),

A annis sexaginta: postea Nicander annis duobus de quadraginta; Theopompus annis septem et quadraginta. In hujus item decimo anno prima olympias comperitur. Summa temporis a Troja capta usque ad descensum Heraclidarum anni sunt LXXX.

Subsequuntur Lacedæmoniorum reges.
I. Eurystheus annis XLII.
II. Agis anno I.
III. Echestratus annis XXXVII.
IV. Labotas annis XXXVII.
V. Dorysthus annis XXIX.
VI. Agesilaus annis XLIV.
VII. Archelaus annis LX.
VIII. Teleclus annis XL.
IX. Alcamenes annis XXXVII, cujus decimo anno
B prima olympias acta est.
Summa annorum CCCXXV.
Ex altera vero familia regnaverunt.
I. Procles annis LI.
II. Prytanis annis XLIX.
III. Eunomius annis XLV.
IV. Charicles (11) annis LX.
V. Nicander annis XXXVIII.
VI. Theopompus annis XLVII, cujus decimo anno acta est prima olympias.
Summa annorum CCXC.

CAPUT XXXVI.

Ex Diodori libris breviter de temporibus maria imperio tenentium (12).

Maris imperium post Trojanum bellum tenue-
C runt
I. ** Lydi et Mæones (13) annis XCII.
II. Pelasgi annis LXXXV.
III. Thraces annis LXXIX.
IV. Rhodii annis XXIII.

Ἀριστομήδης ἔτη λε'.
Ἀγήμων ἔτη ις'.
Ἀλέξανδρος ἔτη κε'.
Τελεστὴς ἔτη ιβ'.
Αὐτομενὴς ἔτος ἕν.
Μεθ' οὓς ἐνιαύσιοι πρυτάνεις. *Ex Syncello, p.* 170.

(*) Τῶν δὲ χρόνων τούτων περιειλημμένων ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ, τοὺς μὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐ διοριζόμεθα βεβαίως, διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειληφέναι περὶ τούτων πιστευόμενον. Ἀπὸ δὲ τῶν Τρωϊκῶν, ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ, τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη πρὸς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, δυσὶ λείποντα τῶν τριακοσίων καὶ τριάκοντα, συλλογιζόμενοι τοὺς χρόνους ἀπὸ τῶν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων. *Ex Diodori præfatione* § 4, *sed cum varietate.*

(**) Λυδοὶ οἱ καὶ Μαίονες ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ϞΒ'. *Syncellus p.* 172 *C.*

Πελασγοὶ β' ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη πε'. *Idem p.* 180 *D.*

Τρίτοι ἐθαλασσοκράτησαν Θρᾷκες ἔτη οθ'. *Idem p.* 181 *B.*

Τέταρτοι ἐθαλασσοκράτησαν Ῥόδιοι, κατὰ δέ τινας πέμπτοι, ἔτη κγ'. *Idem ibidem.*

(1) Codex Arm., CCCVIII, mendosa scriptura propter notarum similitudinem. Superius tamen cap. 34 scribuntur CCCCVII.

(2) Ita scribit Eusebius bis etiam in posteriore libro. Sed *Eurysthenes* dicitur a Pausania III, 1, apud quem geminorum fratrum Proclis et Eurysthenis historia legenda est.

(3) Eusebius ter inferius XXXVII.

(4) Pausanias, *Doryssus.*

(5) Eusebius ter inferius XXXVII.

(6) Eusebius tamen in posteriore libro ad annum MCCXL primam olympiadem collocat in anno Alcamenis XXXVII.

(7) Eusebius inferius LI.

(8) Pausanias III, 7, inter Proclem et Prytanim
D collocat *Soum* Proclis filium, itemque Soi filium *Eurypontem.*

(9) Pausanias scribit *Eunomum.* Jam inter hunc et Chariclum Pausanias III, 7, statuit *Polydecten* regem.

(10) Pausanias scribit *Charillum.*

(11) Ita hic codex Arm. At superius *Chariclus.*

(12) De iis, qui maris imperium obtinuerunt, opus conscripserat etiam Castor historicus teste Suida voc. Κάστωρ.

(13) Distinguit codex Arm. Lydos a Mæonibus; Græcus textus unum populum dicit. Utramque sententiam tuentur auctores apud Cellarium *Geogr. vet.* lib. III, cap. 4.

V. Phryges annis xxv.
VI. Cyprii annis xxxiii (1).
VII. Phœnices annis xlv (2).
VIII. Ægyptii ann. . . (3).
IX. Milesii annis xviii (4).
X. *Cares* annis lxi (5).
XI. Lesbii annis lxviii (6).
XII. Phocenses annis xliv.
XIII. Samii ann. . . (7)
XIV. Lacedæmonii annis ii (8).
XV. Naxii annis x.
XVI. Eretrienses annis xv (9).
XVII. Æginetæ annis x (10) usque ad Xerxis (11) transmissionem.

CAPUT XXXVII.

Macedonum reges [*ex Diodori libris*] (12).

1. Postquam Assyriorum opes corruerunt, exstincto Sardanapallo rege ultimo Assyriæ, Macedonum sic tempora sistunt (13). Ante primam olympiadem Caranus rei acquirendæ cupidus copias ex Argivis aliisque partibus Peloponnesi contraxit, atque in Macedonum fines expeditionem suscepit. Eadem tempestate bellum gerens Orestarum rex cum finitimis suis, nomine Eordæis (14), Carani opem imploravit ea conditione ut ei mediam regni sui partem concederet. Rebus Orestarum ita compositis, cum rex promissa fecisset, regionem illam Cara- A nus obtinuit, ibique annis triginta dominatus est. Huic grandi ætate confecto successit filius nomine Cœnus, regnavitque annis duobus de triginta. Deinde Tyrimmas annis tribus cum quadraginta; Perdiccas annis quadraginta duobus. Hic * proferendi regni studiosus, legationem Delphos misit. Tum paucis verbis interpositis, subdit (15) regnavisse Perdiccam annis octo et quadraginta, ab eoque dignitatem ad Argeum devenisse : quem regno annis triginta unoque (16) perfunctum excepit Philippus, cujus regnantis habentur anni triginta tres. Huic successit Æropas annis viginti. Mox Alcetas annis octodecim sceptro potitus est. Postea Amyntas annis novem cum quadraginta. Exin Alexander annis quatuor et quadraginta. Hinc re- B gnavit Perdiccas annis viginti duobus ; Archelaus (17) annis septemdecim ; Æropas annis sex ; Pausanias anno uno ; Ptolemæus annis tribus ; Perdiccas annis quinque ; Philippus annis viginti quatuor ; Alexander, is qui cum Persis certavit, annis duodecim.

2. Et Macedonum quidem regum genus hac ratione a probatæ fidei historicis ad Herculem usque refertur **. Jam a Carano qui primus Macedonicum regnum conflavit ac tenuit, ad Alexandrum qui Asiam subegit, censentur reges xxiv, anni vero cdliii (18), hique singillatim ita se habent.

Φρύγες πέμπτοι ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη κε', κατὰ δέ τινας ἔτη ς'. *Idem ibidem.*

Δωδέκατοι Φωκεῖς ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη μδ'. *Idem p.* 239 *B.*

Λακεδαιμόνιοι ιδ' ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ιβ'. *Idem* C *p.* 238 *C.*

Νάξιοι ἐθαλασσοκράτησαν ιε', ἔτη ι'. Καὶ μετ' αὐτούς.

Ἐρετριεῖς ις', ἔτη ζ'. *Idem p.* 247 *B.*

Ἐθαλασσοκράτησαν Αἰγεινῆται ἔτη ι'. *Idem p.* 247 *B.*

* Περδίκκας τὴν ἰδίαν βασιλείαν αὐξῆσαι βουλόμενος ἠρώτησεν εἰς Δελφούς. *Ab excerptis Vaticanis Diodori Siculi, p.* 3, *editore A. Maio. Sequitur autem prædicto in loco Delphicum ipsum oraculum, quod Eusebius prætermisit.*

(**) Οὗτος ὁ Κάρανος ἀπὸ μὲν Ἡρακλέους ια' ἦν, ἀπὸ δὲ Τημένου τοῦ μετὰ τῶν ἄλλων Ἡρακλειδῶν κατελθόντος εἰς Πελοπόννησον ἕβδομος· γενεαλογοῦσι δ' αὐτὸν οὕτως, ὥς φησι Διόδωρος καὶ οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, κ. τ. λ. *Ex Syncello, p.* 262 *A.*

(1) Hieronymus ad annum mcl scribit annos xxxii Cypriorum maria tenentium.

(2) Ita et Hieronymus ad annum mclxxiv.

(3) Ne apud Hieronymum quidem ad annum mccxxxii scribitur quot annis Ægyptii mari potiti sint. Est ergo lacuna vetus.

(4) Notam numeralem xviii, qua caret codex Arm., supplemus hic ex Hieronymo ad annum mcclxviii.

(5) Lacuna est in codice hoc loco, nec quidquam superfuit præter vocabulum *annis*. Supplementa sumpsimus e posteriore libro ad annum mcclxxxvi.

(6) Nota numerali caret codex Arm. quam supplemus ex Hieronymo ad annum mcccxliv.

(7) Ne in posteriore quidem libro ad annum mcccclxxxvi scribitur numerus annorum, quibus Samii maria tenuerunt.

(8) Ita etiam in posteriore libro ad annum mdiii. Verum Syncellus scribit *annos* xii.

(9) Sic etiam in posteriore libro ad annum mdxiv. At Syncellus scribit *annos* vii.

(10) *Decem anni* scribuntur etiam in posteriore libro ad annum mdxxxi, et a Syncello. Textus tamen Hieronymi editus habet *annos* xx.

(11) Codex Arm. hic *Alexandri*, sed idem in posteriore libro *Xerxis*, quæ vera lectio est.

(12) Reticuit hic Diodori nomen Eusebius, quia in præcedentibus id jam expresserat. Cæteroquin Diodorum reapse hic ab Eusebio expilari, perspicue nos mox docebimus. Futuri igitur editores Diodori hanc quoque partem inter eclogas collocent.

(13) Nimirum Carani tempora prope absunt a Sardanapalli obitu. Consule posteriorem librum.

D (14) De his regni Macedonici primordiis legendi sunt saltem Justinus lib. vii, et Solinus cap. 9. Eordæos quidem memorat Livius lib. xlv, 30.

(15) Videlicet Diodorus; quam rem Vaticanum fragmentum luce meridiana facit evidentiorem. Conferatur autem Syncellus, p. 198 et 262.

(16) Exin hi reges eorumque anni cum sequente catalogo sæpe non consentiunt.

(17) Ad hunc Archelaum exstant aliquot Euripidis Tragici epistolæ. Vide Syncellum, p. 262 A-C.

(18) Attamen si ineas mox rationem, habebis usque ad Alexandrum annos ccclxxv. Est autem plane corrupta lectio Malalæ qui in fine libri vii scribit : Κατέσχεν ἡ βασιλεία ἤτοι τοπαρχία Μακεδόνων ἔτη χβ' ἕως τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Φιλίππου, καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου χρονογραφεῖ· *Macedonum dynastia usque ad Philippi regnum annos occupavit* dcii. Jam præter quam quod Malala abundat erroribus, jamdiu monuit Hodius (*prolegom. ad Malal.* cap. 25) eumdem falso quodam Eusebio usum

I. Caranus regnavit annis xxx.
II. Cœnus annis xxviii.
III. Tyrimmas annis xliii.
IV. Perdiccas annis xlviii.
V. Argeus annis xxxviii.
VI. Philippus annis xxxiii.
VII. Æropas annis xx.
VIII. Alcetas annis xviii.
Hujus ætate Cyrus Persis imperavit.
IX. Amyntas annis xlii.
X. Alexander annis xliv.
XI. Perdiccas annis xxiii.
XII. Archelaus annis xxiv.
XIII. Orestes annis iii.
XIV. Archelaus annis iv.
XV. Amyntas anno i.
XVI. Pausanias anno i.
XVII. Amyntas annis vi.
XVIII. Argeus annis ii.
XIX. Amyntas annis xviii.
XX. Alexander anno i.
XXI. Ptolemæus Alorites annis iii.
XXII. Perdiccas annis vi.
XXIII. Philippus annis xxvii.
XXIV. Alexander Philippi annis xii.

CAPUT XXXVIII.

Macedonum post Alexandrum reges (1).

* Porphyrii æqualis nostri qui adversus nos philosophus erat (2).

A 1. Post Alexandrum Philippi Macedonibus dominati sunt hi, Macedoniæ nimirum et Græciæ. Macedonici regni ante quam id Romani exstinguerent, hæc ratio fuit.

Aridæus Philippi et Philinnæ Thessalæ, quem Macedones ob Philippicæ familiæ studium Philippum nuncupaverunt, regemque post Alexandrum constituerunt, licet is ex alia (3) muliere natus esset, ejusdemque dementiam exploratam haberent; hic, ut diximus, in imperium successit centesimæ ac quartæ decimæ olympiadis anno altero. Numerantur ejus anni septem (4): regnatum enim ab eo est usque ad centesimæ quintæ decimæ olympiadis annum quartum. Porro Alexander filios reliquerat, Herculem e Marsine (5) Pharnabazi filia, et Alexandrum e Roxane Oxiartæ Bactrianorum regis filia, qui obeunte Alexandro (6) Philippi, statim in regno *Aridæi* lucem aspexit. B

2. Aridæum Olympias occidit mater Alexandri Hanc autem, quæ Macedonibus imperabat, nec non utrumque Alexandri filium, sustulit Cassander Antipatri: et alterum quidem ipse per se confecit, alterum vero, qui erat e Marsine (7), a Polysperchonte occidendum curavit: Olympiadem vero insepultam projecit, seque in Macedoniæ regno magnopere confirmavit. Ex eo tempore cæteri quoque præfecti, sublato jam Alexandri genere, regna sibi asseruerunt. *Cassander* uxorem sibi copulavit Thessalonicam Philippi: exegitque regnans annos xix, C

(*) Ἡ Μακεδονικὴ βασιλεία ἀπὸ τῶν Πορφυρίου τοῦ καθ' ἡμῶν φιλοσόφου.

1. Μετὰ δὲ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, Μακεδόνων ἐβασίλευσαν οἵδε τῆς Μακεδονίας καὶ Ἑλλάδος. Ἡ τῶν Μακεδόνων ἀρχὴ, ἄχρι τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων καταλύσεως, τοῦτον διήρχησε τὸν τρόπον.

Ἀριδαῖος ὁ Φιλίππου καὶ Φιλίννης τῆς Θετταλῆς, ὃν οἱ Μακεδόνες πόθῳ τοῦ Φιλίππου γένους Φίλιππον προσαγορεύσαντες βασιλέα ἀνέδειξαν μετ' Ἀλέξανδρον, καίπερ ἐξ ἑταίρας γεγονότα, καὶ ἄφρονα συνειδότες εἶναι, διαδέχεται τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἔφαμεν, ὀλυμπιάδος τῆς ριδ' ἔτει δευτέρῳ. Λογίζεται δὲ αὐτῷ ἔτη ζ'· ἐπέζησε γὰρ ἄχρι ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου. Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσίνης τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τῶν Βάκτρων βασιλέως.

2. Ἀριδαῖον μὲν οὖν Ὀλυμπιὰς ἔκτεινεν ἡ μήτηρ Ἀλεξάνδρου. Αὐτὴν δὲ, καὶ τοὺς δύο παῖδας Ἀλεξάνδρου Κάσσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου ἀναιρεῖ, τὸν μὲν αὐτὸς φονεύσας, τὸν δὲ Μαρσίνης Πολυσπέρχοντα πείσας, Ὀλυμπιάδα δὲ καὶ ἄταφον ἐκρίψας, ἀνεῖπεν ἑαυτὸν Μακεδόνων βασιλέα. Καὶ ἀπὸ τοῦδε καὶ τῶν ἄλλων

fuisse, uti et nonnullos præterea sequioris ætatis Græcos, qua super re lege Hieronymum de Prato *De Chron. Euseb.* Dissert. part. iii, § 5. Sane et Cedrenus p. 193 hæc scribit: Ὁ τοίνυν πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος, ἐν τοῖς χρονικοῖς κανόσι, περὶ τῶν Ἀντιόχων καὶ Σελεύκων καὶ Πτολεμαίων, καὶ τῶν μετὰ τὴν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καθηγησαμένων ἀρχιερέων διεξιὼν ἐν ἐπιτομῇ τάδε φησίν· Ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ἕκτον ἔτος ἄγων τῆς βασιλείας, Δαρεῖον τὸν Ἀρσάμου χειρωσάμενος, καθεῖλε τὴν Περσῶν δυναστείαν, διαμείνασαν ἀπὸ Κύρου μέχρι Δαρείου ἔτη σλ'. Τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φιη', καὶ τούτου τελευτήσαντος, ἐν Βαβυλῶνι, διαδέχονται τὴν ἀρχὴν τῆς μὲν Μακεδονίας Φίλιππος, τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος, τῆς δὲ Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, τῆς δὲ Συρίας Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, κ. τ. λ. *Eusebius, vir eruditissimus, multarumque rerum cognitione nobilis, in chronicis canonibus, de Antiochis, Seleucis, Ptolemæis, nec non de pontificibus* (Judæorum) *post reditum Babylone ducatum gerentibus, breviter disserens, hæc ait: Igitur Alexander Macedonum rex sexto regni sui anno, victo Dario Arsami filio, Persarum imperium delevit, quod a Cyro ad Darium annis manserat* ccxxx. *Jam ipsum Macedonum regnum a Cranao* (sive Carano) *usque ad Alexandrum annos* dxviii *duraverat. Hoc autem Babylone mortuo, dominationem excipiunt, Macedoniæ quidem Philippus, Asiæ autem Antigonus,* D *Ægypti Ptolemæus Lagi, Syriæ Seleucus Nicanor,* etc.

(1) Hunc titulum nos supplemus.

(2) Eusebius *Præp. ev.* ix, 10, scribit, τοῦ Πορφυρίου τοῦ καθ' ἡμᾶς, *Porphyrii æqualis nostri*. Hoc autem loco Græce est Πορφυρίου τοῦ καθ' ἡμῶν φιλοσόφου, *Porphyrii philosophi adversarii nostri*. Armeniacus interpres utrumque expressit. Philosophicam Porphyrii chronographiam memorat Malala sub finem libri secundi, p. 67.

(3) Interpres Arm. legisse videtur ἑτέρας, *altera*, pro ἑταίρας, *scorto*.

(4) Codex Arm. hic *octo*, sed deinde *septem*.

(5) In textu Arm. *Pharsine*, at in margine codicis, *Marsine*, uti Græce est. Vulgo dicitur *Barsine*.

(6) Codex Arm., *prope obitum Alexandri*, etc.

(7) Codex Arm. *Pharsine*.

donec tabido morbo consumptus obiit. Hujus tempora protenduntur (computato illo item anno quo post Aridæum Olympias regnavit) ab olympiadis sextæ decimæ supra centesimam anno primo usque ad olympiadis centesimæ et vicesimæ annum tertium.

3. Huic succedunt liberi sui Philippus, Alexander, atque Antipater, qui annis tribus mensibusque sex post parentem regnaverunt. Et primus quidem Philippus, qui Elatiæ mortem cum vita commutavit. Tum antipater faventem Alexandro filio (1) Thessalonicam matrem interemit, confugitque ad Lysimachum, a quo etsi unam e filiabus in matrimonium acceperat, nihilominus pari neci traditus est (2). Alexander autem, uxore ducta Lysandra Ptolemæi, coorto sibi bello cum minore fratre Antipatro (3), auxiliatorem invocavit Demetrium Antigoni (4), cognomento obsessorem, a quo etiam occisus est; regnavitque apud Macedones Demetrius. Igitur anni, quibus a Cassandri liberis regnatum est, numerantur ab olympiadis centesimæ et vicesimæ quarto anno usque ad centesimæ et vicesimæ primæ tertium.

4. Jam Demetrius postquam regnasset annis sex a centesimæ et vicesimæ primæ olympiadis anno quarto, usque ad olympiadis centesimæ et vicesimæ tertiæ annum primum, Pyrrhi Epirotarum regis viribus dejectus est. Regnabat hic vicesimus tertius post Achillem Thetidis filium, censebatque a Philippi genere ad se imperium *Macedoniæ* recidere, propter Olympiadem Alexandri matrem, quæ

A Pyrrho cognomento Neoptolemo (5) orianda erat. Is septem mensibus Macedonia potitus est, centesimæ et vicesimæ tertiæ olympiadis anno secundo: octavo autem *mense* successit Lysimachus Agathoclis filius, ex Cranone Thessalus, atque *olim* Alexandri satelles. Hic autem cum Thraciæ et Chersonesi regno jam potiretur, proximæ finitimæque regionis Macedonicæ tyrannidem vi subita invasit (6). *Is et* Arsinoæ uxoris instinctu Agathoclem filium suum vita exuit, regnavitque a centesimæ et vicesimæ tertiæ olympiadis anni alterius mense quinto usque ad centesimæ et vicesimæ quartæ olympiadis annum tertium, nempe annis quinque mensibusque sex, donec in Cori planitie prælio cæsus est a Seleuco Asiæ rege, cognomento Nicanore.

B 5. Sed enim illico post eam victoriam Ptolemæus e Lago et Eurydice filia Antipatri natus, cognomento Ceraunus [id est *iracundia* (7)], Seleucum, cujus beneficiis usus erat et ad quem extorris confugerat, de medio tollit (8), et Macedoniam sibi vindicat. Idem tamen in prælio adversus Gallos obit (9), postquam anno uno et mensibus quinque regnaverat. Ejus ergo regnantis tempora a quarto anno centesimæ et vicesimæ quartæ olympiadis pertinent usque ad mensem quintum anni primi centesimæ et vicesimæ quintæ olympiadis.

6. Ptolemæo successit frater ejusdem Meleager, cui tamen Macedones binis mensibus exactis potestatem, qua indignus visus est, abrogaverunt, accito rege Antipatro ex Cassandri fratre nato, filio nempe

σατραπῶν ἕκαστος ἐβασίλευσε, τῆς Ἀλεξάνδρου γενεᾶς διεφθαρμένης. Γήμας δὲ Θεσσαλονίκην τὴν Φιλίππου, βασιλεύων ἐπεβίω ἔτη ιθʹ, καὶ φθινάδι νόσῳ ἐπιπόνῳ (10) διελύθη.

3. Τοῦτον διαδέχονται οἱ παῖδες, Φίλιππος, [Ἀλέξανδρος], καὶ Ἀντίπατρος, οἵτινες ἔτη τρία καὶ μῆνας ϛʹ ἐβασίλευσαν μετὰ τὸν πατέρα· πρῶτος μὲν Φίλιππος, καὶ ἐν Ἐλατείᾳ ἀποθνήσκει. Ἀντίπατρος δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ παιδὶ συμπράττουσαν ἀνελὼν τὴν μητέρα Θεσσαλονίκην εἰς Λυσίμαχον ἔφυγε, καὶ τῶν ἐκείνου θυγατέρων γήμας τινὰ, ὁμοίως ἀνῃρέθη πρὸς αὐτοῦ Λυσιμάχου. Ἀλέξανδρος δὲ γαμεῖ μὲν Λυσάνδραν τὴν τοῦ Πτολεμαίου, πρός τε τὸν νεώτερον (11) ἀδελφὸν εἰς συμμαχίαν ἐπικαλεῖται Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, ὅτῳ *Πολιορκητὴς* ἦν ἐπώνυμον, ἀναιρεῖταί τε ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ Μακεδόσιν αὐτὸς ἄρχει Δημήτριος. Τῶν οὖν παίδων Κασσάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς [εἰκοστῆς ἄχρι] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς εἰκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος.

4. Δημήτριον δὲ ἓξ ἔτη βασιλεύσαντα Μακεδονίας Πύῤῥος ἐκβάλλει τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς, τρίτος καὶ εἰκοστὸς ἀπ' Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος ὢν, ὡς ἂν αὐτῷ προσηκούσης τῆς ἀρχῆς μετὰ τὸ Φιλίππου γένος δι' Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα, κἀκείνην ἐκ Πύῤῥου τοῦ Νεοπτολέμου γενομένην. Ἑπτὰ δὲ μῆνας ἄρχει Μακεδόνων· τῷ δὲ ὀγδόῳ τοῦτον Λυσίμαχος διαδέχεται ὁ Ἀγαθοκλέους Θετταλὸς ὢν ἐκ Κρανῶνος, καὶ Ἀλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος, Θράκης δὲ τότε καὶ Χεῤῥονήσου βασιλεύων, εἰς γείτονα καὶ ὅμορον τὴν Μακεδονίαν ἐπιδραμὼν, διεδέξατο. Οὗτος Ἀρσινόῃ πεισθεὶς τῇ γυναικὶ, Ἀγαθοκλέα τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἦρε, βασιλεύει δὲ Μακεδονίας ἔτη εʹ, καὶ μῆνας ϛʹ· ἡττᾶται δὲ ἐν τῇ περὶ Κόρου πεδίον μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα, ὅτῳ Νικάτωρ ἐπίκλησις ἦν, ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται.

5. Εὐθὺς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ Σέλευκον Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου, ᾧ *Κεραυνὸς* ἐπίκλησις ἦν, εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον ἀνελὼν, ἦρξεν αὐτὸς Μακεδόσιν· ὅσπερ Γαλάταις πολεμῶν ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας εʹ.

6 Τὸν δὲ Πτολεμαῖον Μελέαγρος ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο· Μακεδόνες δ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα δύο μῆνας, ὡς ἀνάξιον φανέντα· καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιοῦνται βασιλέα Ἀντίπατρον ἀδελφιδοῦν μὲν ὄντα Κασσάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου, κατ' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. Πέντε δ' αὐτὸν καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας

(1) Græce παιδί, Armeniace *puero*. Sed *filio* dicendum, quia Alexander puer non erat. L.

(2) Ita etiam Justinus XVI, 2; sed Pausanias IX, 7, Antipatrum cæsum ab ipso Alexandro tradit; Diodorus *Ecl.* XXI, a Demetrio.

(3) In textu Arm. codicis nostri nullum nomen est; at in ejus margine scribitur *Ptolemæo* perperam pro *Antipatro*, ut rei veritas postulat, et Syncellus comprobat.

(4) Codex Arm., mendose, *Antipatri*.

(5) Perperam Arm. cod., *filio Neoptolemi*.

(6) Ita Græce se habet locus cum historia con-C sentiens. Lege et cap. 40, n. 3. At Armeniacus interpres ait hic: *cum neque Thraciæ neque Chersonesi regno adhuc potiretur*.

(7) Dic potius *fulmen*.

(8) Lege Appianum *Syriac.* 62.

(9) Ita et Diodorus *Eclog.* XXII, 3, nec non Memnon apud Photium cod. CCXXIV, 15.

(10) Non legebat vocabulum ἐπιπόνῳ Arm. interpres. L.

(11) Græce hic additur Πτολεμαῖον, quod recte abest a codice Armeniaco.

Philippi (1) : neque enim alius e regia stirpe repertus est. Is rerum potitur diebus quadraginta et quinque, donec a Sosthene quodam pulsus est, quia ductando exercitui impar videretur, Brenno Gallo adventante hoste maximo (2). Illum (3) vero Macedones Etesiam (4) vocitaverunt, quia nempe etesiæ altero tanto temporis spatio flant. Sosthenes Brennum quoque profligavit, rerumque summa duobus omnino annis administrata obiit.

7. Exin Macedonia rege carebat, propterea quod Antipater et Ptolemæus et Aridæus rerum curam gerebant, ita tamen ut nemo supremam potestatem obtineret; scilicet a Ptolemæo (5) usque ad interregni finem, nempe a centesimæ et vicesimæ quartæ olympiadis anno quarto usque ad sextam et vicesimam supra centesimam. Hinc cognoscimus regnavisse Ptolemæum Ceraunum anno uno cum mensibus quinque, Meleagrum mensibus duobus, Antipatrum quinque et quadraginta diebus, Sosthenem duobus annis, reliquum vero tempus interregno esse occupatum.

8. Cum autem Antipater reipublicæ insidias moliretur, Antigonus natus e Demetrio obsessore Philaque Antipatri filia imperii cepit habenas. Huic Gonis Thessalis educato, ideoque Gonatæ dicto, ascribuntur *regni* anni omnino quatuor supra quadraginta. Is enim Macedonia nondum sibi asserta, decimo jam anno regnabat, rex nimirum appellatus anno altero olympiadis vicesimæ tertiæ supra centesimam : tum Macedoniam primo anno centesimæ et vicesimæ sextæ olympiadis *obtinuit*. Hic est qui Græciam valida manu sibi subdidit. Idem vitam prorsus ad tertium supra octogesimum annum produxit ; exstinctusque est centesimæ et tricesimæ quintæ olympiadis anno primo.

9. Huic successit filius Demetrius, qui Libyam quoque universam subegit, Cyrenemque obtinuit ; bisque patriæ ditioni additis, monarchiam fecit, atque annis decem dominatus est, ducta uxore captiva quadam cui nomen fecit Aureolæ, de qua filium suscepit Philippum, illum scilicet qui primus cum Romanis bello certavit, et Macedonicæ calamitatis causa fuit.

10. Jam vero Philippi patre orbati tutelam gessit quidam ex regali genere, cognomento Phuscus (6), qui mox propter tutelam æquo jure administratam rex constitutus est, Aureola quoque collocata eidem in matrimonium. Is tamen filios, quos ex Aureola suscepit, haud aluit, ut imperium Philippo fraude procul asservaret, quod vita excedens in eum transtulit. Demetrius (7) cognomento Pulcher mortuus est anno altero olympiadis tricesimæ *sextæ* supra centesimam. Regnum deinde perveniebat ad Philippum, cujus curator et custos prædictus Antigonus erat, qui quidem centesimæ tricesimæ nonæ olympiadis anno quarto diem supremum obiit, postquam annis duodecim (8) curatorem egerat, et duobus vixerat cum quadraginta. Jam Philippus custode remoto regnum auspicatus est centesima et quadragesima olympiade, tenuitque annis

ἄρχοντα Σωσθένης τις τῶν δημοτικῶν ἐξελαύνει ὡς ἀδύνατον στρατηγεῖν, Βρέννου τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος τοσούτου πολεμίου. Καὶ αὐτὸν οἱ Μακεδόνες Ἐτησίαν ἐκάλεσαν, ὅτι χρόνῳ τοσῷδε οἱ ἐτησίαι πνέουσι. Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας, καὶ ὅλων δύω ἐτῶν προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει.

7. Καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσι, διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι· ἀπὸ δὲ τοῦ Πτολεμαίου ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀναρχίας, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ ρκδ' ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου, ἄχρι τῆς ρκς', Πτολεμαίου μὲν τοῦ Κεραυνοῦ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε' ἄρξαντος, Μελεάγρου δὲ μῆνας β', Ἀντιπάτρου δὲ ἡμέρας με', Σωσθένους δὲ ἔτη β', καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος.

8. Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος, Ἀντίγονος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ Φίλας τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρὸς υἱὸς, μεταποιεῖται τῆς ἀρχῆς, ὃς ἐν Γόνοις τῆς Θετταλίας γενόμενός τε καὶ τραφεὶς Γονάτας ἐπεκαλεῖτο. Λογίζεται δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα· ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι, ὅλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος. Καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα, τελευτᾷ δὲ τῆς ρλε' ὀλυμπιάδος ἔτει πρώτῳ.

9. Ὃν διαδέχεται υἱὸς Δημήτριος, ὃς καὶ πᾶσαν τὴν Λιβύην ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, καὶ κατέσχεν ἐτῶν δέκα. Γήμας δέ τινα τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσηΐδα προσειπὼν, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχεν τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ῥωμαίοις, καὶ κακῶν αἴτιον Μακεδόσι γενόμενον.

10. Φίλιππον μὲν οὖν ὀρφανευόμενον ἐπετρόπευεν Ἀντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκος ἐπώνυμον ἦν. Δίκαιον δὲ Φοῦσκον εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὁρῶντες οἱ Μακεδόνες ἐστήσαντο βασιλεύειν, καὶ τὴν Χρυσηΐδα αὐτῷ ἥρμοσαν. Ὁ δὲ, παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσηΐδος, οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ παρασώζων, ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ', ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'.

(1) Hic Philippus Alexandro Magno venenum propinasse fertur. Vide Justinum XII, 14.

(2) Lege Diodorum *Ecl.* XXII, 13. Interpres Arm., perperam, *dum Brennus Galata ejusmodi bello imminens supervenit.*

(3) Antipatrum Philippi.

(4) Interpres Arm., *annuum vocitaverunt, quia altero tanto tempore ventus annuus flat.* Sed retinenda propria appellatio *etesia.* Jam de etesiis Hyginus *Astronom.* II, 4 : *Aristæus Apollinis et Cyrenes filius petit a parente... quem Deus jubet a Jove petere, ut quo tempore canicula exoriretur, dies quadraginta ventum daret, qui æstui caniculæ mederetur. Quod jussum Aristæus confecit, et ab Jove impetravit ut etesiæ flarent : quas nonnulli etesias dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur : ἔτος enim Græce*, annus *est Latine.*

(5) Interpres Arm., *a Ptolemæis.*

(6) Etenim nomen erat *Antigonus*, ut infra. Huic cognomentum quoque adhæsit Ἐπίτροπος, *Tutor.* Vide Athenæum ed. Casaub. p. 251.

(7) Ita codex Arm., in textu *Demetrius;* sed in margine *Demetrii filius.* Tum locus etiam in sequentibus a Græco, uti nunc est, textu recedit.

(8) Ita et Syncellus p. 267 B. Quanquam Diodorus apud eumdem dicit IX, quæ vera sententia est. Etenim ab Antigono I ad Philippum fuerunt anni XIX, quorum decem occupavit Demetrius Pulcher, IX Phuscus tutor. In posteriore Eusebii libro scribuntur XV.

quadraginta duobus. Obiit denique secundo anno A triolympiadis centesimæ et quinquagesimæ (1), annos octo et quinquaginta natus.

11. Philippi filius Perseus, Demetrio fratre interfecto, annis decem cum mensibus octo regnavit. Namque centesimæ et quinquagesimæ secundæ olympiadis quarto anno Lucius Æmilius Macedonicas vires ad Pydnam fregit (2); Perseus autem primum in Samothraciam confugit (3), mox se hostibus sponte dedi dit, translatusque Albam sub custodia vitam agebat, donec post quinquennium decessit.

12. Macedonum res sub eo finem acceperunt; quanquam adhuc Romani liberis illis suique juris esse permiserunt, honoris ergo dignitatisque propter famam eximiam gloriosi victoriosique imperii B Macedonum.

13. Sed enim post decimum nonum annum, qui fuit centesimæ et quinquagesimæ septimæ olympiadis tertius, Andriscus quidam falso se Persei filium dictitavit, ascito etiam Philippi nomine, unde et falsus Philippus vocatus est. Is ope Thracum fretus Macedoniæ dominatum occupavit, tenuitque anno uno, donec prælio superatus ad Thraces confugit, a quibus proditus, Romam vinctus traducitur.

14. Tunc demum Romani spretos (4) Macedones, qui Philippo studuissent, stipendiarios eos fecerunt centesimæ et quinquagesimæ septimæ olympiadis anno quarto. Itaque post Alexandrum (5), regni quidem Macedonici, usque ad tempus quo id tributo subjectum est, atque ad Romanorum dominatum, a centesimæ nempe et quartæ decimæ olympiadis anno altero ad centesimæ et quinquagesimæ septimæ olympiadis annum quartum, numerantur omnino olympiades quadraginta tres cum duobus annis; summa autem annorum est CLXXIV.

15. Reges vero Macedonum post Alexandrum Philippi fuerunt hi.

I. Aridæus, idemque Philippus, annis VII.
II. Cassander annis XIX.
III. Cassandri filii annis III, mensibusque VI.
IV. Demetrius obsessor annis VI.
V. Pyrrhus mensibus VII.
VI. Lysimachus annis V, mensibusque V.
VII. Ptolemæus, idemque Ceraunus, anno I, mensibusque V.
VIII. Meleager mensibus II.
IX. Antipater Lysimachi (6) diebus XLV.
X. Sosthenes annis II.
XI. Interregni anni II.
XII. Antigonus Gonatas annis XXXIV (7).
XIII. Demetrius (8) annis X.
XIV. Antigonus Phuscus annis XII.
XV. Philippus annis XLII.
XVI. Perseus annis X, mensibusque VIII.
XVII. Libertatis cum legibus propriis anni XIX.
XVIII. Falsus Philippus anno I.

Post quos Romani.

Ὁ δὲ τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον, χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ′ ὀλυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ′· τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρν′ (9) ὀλυμπιάδος, νη′ τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.

11. Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημήτριον τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείνας, βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μησὶν ὀκτώ. Ἐπὶ γὰρ τῆς ρνβ′ ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αἰμίλιος τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν Πύδναν εἷλεν κατὰ κράτος. Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθράκην ἔφυγεν, εἶτα ἑκουσίως παρέδωκεν ἑαυτὸν δέσμιον τοῖς πολεμίοις, κἀκεῖθεν εἰς Ἄλβην μετατεθεὶς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη τελευτᾷ.

12. Τὰ δὲ τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τούτου κατελύθη. Καὶ αὐτοὺς Ῥωμαῖοι τότε αὐτονόμους ἀφῆκαν, αἰδούμενοι δόξαν ἀγαθὴν καὶ μέγεθος ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων.

13. Ἔτει δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ ἐπὶ τῆς ρνζ′ ὀλυμπιάδος, εἰς ἔτος τρίτον, Ἀνδρίσκος τις υἱὸν ἑαυτὸν ψευσάμενος εἶναι Περσέως, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν μετονομάσας, παρ' ὃ καὶ Ψευδοφίλιππος ἐκαλεῖτο, κρατεῖ Μακεδονίας, Θρᾷκας λαβὼν συμμαχους. Ἐνιαυτὸν δὲ κρατήσας, ἐκ παρατάξεως μεν [ἡττηθεὶς] φεύγει εἰς τοὺς Θρᾷκας, ἔκδοτος δὲ παρ' ἐκείνων δοθεὶς ἀναπέμπεται δέσμιος εἰς τὴν Ῥώμην.

14. Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους, διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ, ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ′ ὀλυμπιάδος. Γίνονται οὖν μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, ἀπὸ τῆς ριδ′ ὀλυμπιάδος ἔτους δευτέρου, ἄχρι τῆς ρνζ′ τετάρτου ἔτους, ἐν ᾧ κατεδουλώθησαν Μακεδόνες, τὰ πάντα ἔτη ροδ′.

15. Ἀριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος, ἔτη ζ′.

Κάσσανδρος ἔτη ιθ′.
Κασσάνδρου παῖδες ἔτη γ′, μῆνας ς′.
Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς ἔτη ς′.
Πύῤῥος μῆνας ς′ (10).
Λυσίμαχος ἔτη ε′, μῆνας ε′.
Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἔτος α′, μῆνας ε′.
Μελέαγρος ἔτος α′, μῆνας β′.
Ἀντίπατρος Λυσιμάχου ἔτος α′ (11), ἡμέρας με′.
Σωσθένης ἔτη β′.
Ἀναρχίας ἔτος α′, μῆνας β′.
Ἀντίγονος ὁ Γονάτας ἔτη λδ′.
Δημήτριος ὁ καλὸς ἔτη ι′.
Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιβ′.
Φίλιππος ἔτη μβ′.
Περσεὺς ἔτη ι′, μῆνας η′.
Αὐτονομίας ἔτη ιθ′.
Ψευδοφίλιππος ἔτος α′. *E Scaligeri excerptis p.* 62-64.

(1) Textus Armenius et Græcus CLIX; sed delevimus utrobique *nonæ*. Lege caput 39, n. 3, et posteriorem librum.
(2) Interpres Arm., inficete, *Leucippus et Acilius Macedonum Pydaniæ partes valide ceperunt.*
(3) Lege Diodorum *Excerpt.*, ed. Wessel, t. II, p. 576.
(4) Græce *ingratos.*
(5) Græce, *Alexandrum Magnum.*
(6) Ita etiam Græce. Verum superius § 6, hic Antipater dicitur *Philippi filius.*
(7) Codex Arm. XXXIII, sed facilis litterarum harum confusio.
(8) Deest in cod. Arm. *pulcher.*
(9) Textus, ut diximus, editus, ρνθ′.
(10) Scribe ζ′.
(11) Dele ἔτος α′.

CAPUT XXXIX.

Thessalorum reges.

1. Thessali et Epirotæ diu paruerunt iisdem qui Macedonibus præsidebant; a Romanis autem libertatem cum jure utendi suis legibus adepti sunt post Philippum in Thessalia armis Titi Romanorum ducis profligatum (1). Sed et ipsi demum stipendiarii Romanorum facti sunt eadem qua Macedones causa.

2. Scilicet post obitum Alexandri his quoque Aridæus, qui et Philippus, imperavit annis septem. Huic successit Cassander Epirotarum et Thessalorum rex annis novemdecim. Tum Philippus ejus filius mensibus (2) quatuor. Deinde et hujus fratres Antipater et Alexander annis duobus mensibusque sex. Item Demetrius Antigoni (3) annis sex totidemque mensibus. Postea Pyrrhus (3*) annis quatuor totidemque mensibus. Deinde Lysimachus Agathoclis annis sex. Mox et Ptolemæus, cognomento Ceraunus, anno uno mensibusque quinque: quem excepit Meleager mensibus duobus: post quem Antipater Lysimachi (4) quinque et quadraginta diebus: post quem Sosthenes anno uno. Consecutum est interregnum duobus annis et mensibus totidem. Exin dominatus est Antigonus Demetrii annis triginta quatuor, mensibusque duobus. Circa hos annos Pyrrhus receptis in deditionem Antigoni copiis, paucisque locis potitus, prælio deinde Derdii (5) a Demetrio filio Antigoni debellatus est, rebusque exutus (6). Brevi tempore post, exstincto Antigono, regnavit ejus filius Demetrius annis decem. Post hunc Antigonus Demetrii (7) *ejus*, qui Cyrenem profectus est (8), et Olympiadis (9) filiæ Polycleti Larissæi, annis novem. Hic Achæis suppetias validas ferens Cleomenem Lacedæmonum tyrannum prælio superavit, Spartanosque libertate donavit, ac divinos prope honores apud Achæorum gentem promeritus est (10). Post hunc Philippus Demetrii regnavit annis XXIII cum mensibus IX: tum prælio in Thessalia a Tito duce Romani exercitus debellatus est. A Romanis autem libertatem potestatemque utendi suis legibus acceperunt Thessali itemque reliqui Græci qui vectigal Philippo pendebant.

3. Et primo quidem anno nulli principes in Thessalia fuerunt; deinceps vero principes annui suffragiis publicis legi cœperunt. Primus autem creatus est Pausanias Echecrati, Pheræus. Deinde Amyntas Cratetis, Pierius, quo imperante Titus Romam reversus est. Deinde Æacides Calliæ metropolitanus. Deinde Epidromus Andromachi, Larissæus, mensibus octo; reliqua autem ejus anni parte Eunomus Polycleti, Larissæus, mensibus quatuor. Posthinc Eunomus anno uno. Deinde Æacides Calliæ metropolitanus iterum. Deinde Pravilus (11) Phaxiæ, Scotusæus. Deinde Eunomus Polycleti, Larissæus, iterum. Deinde Androsthenes Idalii, Gyrtonius (12). Deinde Thrasymachus Alexandri, Atracius. Deinde Laontomenes Damothonis, Pheræus. Deinde Pausanias Damothonis. Deinde Theodorus Alexandri, Argivus (13). Deinde Nicocrates Phaxini, Scotusæus. Deinde Hippolochus Alexippi, Larissæus. Deinde Cleomachides Œnei, Larissæus. Deinde Phyrinus Aristomenis, Gomphensis.

4. Eo anno Philippus rex obiit in Macedonia, potestate in filium Perseum translata. *Is* Thessalis imperaverat, ut dictum est, annis viginti (14) tribus cum mensibus novem, Macedonibus autem annis omnino quadraginta duobus et mensibus novem. Jam vero a centesimæ et quartæ decimæ olympiadis anno altero, quo tempore rebus præpositus est Philippus (*Aridæus*), usque ad Philippum Demetrii exstinctum, cujus obitus incidit in centesimæ et quinquagesimæ olympiadis annum alterum cum quinque mensibus, conflantur anni CXLIV, mensesque V.

5. Thessalorum regum summa.

I. Aridæus, idemque Philippus, annis VII.

II. Cassander annis XIX.

III. Philippus mensibus IV.

IV. Antipater (15) et Alexander annis II et mensibus VI.

V. Demetrius annis VI et mensibus VI.

VI. Pyrrhus annis III (16) et mensibus IV.

VII. Lysimachus annis VI.

VIII. Ptolemæus, idemque Ceraunus, anno I et mensibus V.

IX. Meleager mensibus II.

X. Antipater diebus XLV.

XI. Sosthenes anno I.

(1) Legendus Livius XXXII, 10 sqq., tum XXXIII, 32, XXXIV, 1.

(2) Codex Arm. hic *annis*, sed inferius *mensibus*.

(3) Codex Arm. *Antipatri*, quod vitium emendavimus etiam col. 249, n. 4.

(3*) *Pyrrhus*. Ita est etiam in Veneta editione; sed tamen scribendum omnino est *Alexander Pyrrhi filius*.

(4) Rursus videtur dicendum *Philippi*. Vide sup. col. 254, n. 6

(5) Videtur dicendum *Argis*.

(6) Legendi sunt Justinus XXV, et Plutarchus in *Pyrrho*. Jam si scribas superius *Argis*, dices hic *rebusque humanis exutus*.

(7) Immerito igitur hic Antigonus videbatur Alcyonei filius Reineccio *Monarch. tert.* p. 129. A Pausania VII, 7, dicitur Antigonus ἀνεψιὸς τῷ Φιλίππῳ, καὶ μητέρι αὐτοῦ συνοικῶν, *Philippi patruelis et vitricus*.

(8) Videsis cap. 38, n. 9.

(9) Demetrii uxor erat Phthia; ergo Olympias concubina. Neque huc trahenda videtur Olympias Pyrrhi epirotæ regis filia, quæ Demetrii auxilium imploravit, teste Justino XXVIII, 1.

(10) Hæc de Antigono late prædicant Polybius II, 70; Livius XL, 54; Pausanias II, 9, VI; 16; VII, 7, VIII, 8; Justinus XXVIII, 3,4, et Suidas.

(11) Inferius, *Praviles*.

(12) Ita in margine codicis Arm.; at in textu *Gortonius*. Num *Gortynius?*

(13) Puta *ex Argis amphilochicis*.

(14) Deest hic *viginti* in cod. Arm.

(15) Codex Arm., *Antigonus*.

(16) Superius IV.

XII. Interregni anni II et menses II.
XIII. Antigonus annis XXXIII (1) et mensibus II.
XIV. Demetrius annis X.
XV. Antigonus annis IX.
XVI. Philippus annis XXIII et mensibus IX.

6. Deinde copiarum duces hi:

Pausanias,	Laontomenes,
Amyntas,	Pausanias (*iterum vel alter*),
Æacides,	Theodorus,
Epidromus,	Nicocratos,
Eunomus,	Hioppolochus,
Æacides iterum,	Cleomachides,
Praviles,	Phyrinus,
Eunomus iterum,	Philippus (2).
Androsthenes,	
Thrasymachus,	

CAPUT XL.

* *Asianorum et Syrorum reges* (3).

1. Cum Philippus Aridæus sextum jam regni annum exigeret, centesimæ et quintæ decimæ olympiadis tertio anno, Antigonus primus imperavit Asiaticis annis XVIII donec octogesimo sexto ætatis anno consumptus est. Hic omnium regum per id tempus multo horrendissimus fuit, periitque in Phrygia, exercitibus (4) cunctis, qui ab eo sibi timebant, in eumdem irruentibus centesimæ et decimæ nonæ olympiadis quarto anno.

A 2. Ejus vero filius Demetrius, fuga se proripiens Ephesum, saluti consuluit, Asia cuncta ab eo deficiente. Hic quidem omnium regum acerrimus in obsidendis urbibus visus est, ideoque *Obsessoris* cognomen retulit. Regnavit annis septemdecim, vixit omnino quatuor supra quinquaginta. Centetesimæ vicesimæ olympiadis primo anno cum patre regnaverat *jam* biennio, quod item tempus ad annos ejus imperantis septemdecim pertinet. Captus a Seleuco ductus est in Ciliciam (5) centesimæ et vicesimæ olympiadis quarto anno, atque apud illum regio more in *liberali* custodia habebatur, donec quarto anno olympiadis vicesimæ quartæ supra centesimam obiit. Hunc exitum Antigoni et Demetrii res habuerunt.

B 3. Jam vero Lydorum regionibus, quæ ad Thraciam pertinent, imperavit Lysimachus (6), superioribus autem partibus Syriæque (7) Seleucus: quorum uterque jam inde a primo anno olympiadis centesimæ et quartæ decimæ eas dominationes obtinuit (8). Sed enim Lysimachi res (9) prætermittere satius est; a Seleuco autem quid quave ratione actum sit narrabimus.

4. ** Ægypti rex primus Ptolemæus veterem Gazam delatus Demetrium Antigoni filium prælio superavit (10): quo facto regem Syriæ et superioribus partibus Seleucum imposuit. Tum vero Seleucus

(*) Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλεῖς οἱ μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον.
1. Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου ἕκτον ἔτος κατάγοντος τὴν βασιλείαν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτει τρίτῳ. Ἀντίγονος ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας, καὶ ἦρξε μὲν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα, τὰ πάντα βιώσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα· φοβερώτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε, καὶ θνήσκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῷ διὰ φόβον τῶν δυναστῶν ἐπιθεμένων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ἐννεακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος.
2. Ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Ἔφεσον διεσώθη, καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἀποσφαλείς, πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ· ἀφ' οὗ δὴ καὶ *Πολιορκητὴς* ἐπεκλήθη. Βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'. *Porphyrius in Scaligeri excerptis p.* 61.

Λείπει πολλά.

. . . .

(**) Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ', ἐλθὼν εἰς Παλαίγαζαν συνάπτει μάχην Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου· καὶ νικήσας, ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων. Σέλευκος δὲ ἀναβὰς μέχρι Βαβυλῶνος καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων, βασιλεύει ἔτη λϐ'· διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπεκλήθη. *Ab excerptis Scaligeri p.* 58.

(1) Superius *annis* XXXIV.

(2) Hic *Philippus* desideratur superius § 2. Intellige autem falsum Philippum.

(3) De successoribus Alexandri lege Hieronymum *ad Danielem*, et præsertim de Syriæ regibus et de Ptolemæis. Idem citat Porphyrium, Polybium, etc. De Syriæ regibus legesis etiam Polychronium a me editum *ad Daniel.* cap. XI, præsertim quia is Porphyrio quoque utitur.

(4) Græce, *dynastis*, quæ vera lectio videtur. Illam etiam confirmant excerpta mea Vaticina Diodori.

(5) Captus est Demetrius in Cilicia, sed in Syriæ Chersonesum deportatus, ut certe Plutarchus ait in *Demetrio*.

(6) Thraciæ utique rex fuit Lysimachus; verumtamen Lydis imperavisse Meleagrum vel Menandrum, auctores sunt Diodorus XVIII, 3, nec non Dexippus apud Photium cod. LXXXII.

(7) Syria in utraque provinciarum tributione Laomedonti decreta fuit. Quare haud scimus an hic intelligenda sit *Assyria*, quam Stephanus diserte definit *regionem circa Babylonem*. Sed vide posteriorem Eusebii librum ad olympiadem CXVII. Babylonia autem Seleuco obtigit, uti tradit Arrianus apud Photium cod. XCII, p. 223. Jam vocabulorum *Syriæ* et *Assyriæ* haud infrequens confusio est in libris, partim vitio librariorum, partim ipsorum auctorum vel errore vel voluntate. Neque nobis prætermittenda sunt quæ hac super appellatione tradunt veteres. Herodotus quidem VII, 63: Ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν· *quos Græci vocabant* C *Syros, eos barbari Assyriorum nomine indigitabant.* Hyginus *Fab.* CCLXXV: *Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem* (condidit). Quare a Plutarcho in *Amatorio*, t. II, p. 753, Semiramis dicitur *Syra*. Sed et Justinus I. II, *Assyrii, qui postea Syri dicti sunt*. Lege eumdem etiam XVIII, 3. Denique Hieronymus *in Isai.* XIX, 23: *Doctus lector veteres revolvat historias, et ab Euphrate usque ad Tigrim, omnem in medio regionem Assyriorum fuisse cognoscat. Ergo quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros.* Quem locum Hieronymus ab Eusebii nostri opere homonymo, nempe comm. in Isaiam sumpsit.

(8) Seleucus, ut diximus, in secunda tantum tributione quam fecit Antipater, provinciam regendam obtinuit. Verum ut Eusebius, ita etiam fere loquitur Josephus *Antiq.* XII, 1.

(9) Has legesis apud Pausaniam *Attic.* cap. 9 et 10.

(10) Legendus Diodorus XIX, 80 seqq.

inter barbaros ulterius provectus, victoria regnum confirmavit, ex eaque dictus est Nicanor (1) (seu victor), sceptroque potitus est annis triginta duobus, orsus videlicet a centesimæ et decimæ septimæ olympiadis anno primo (2), desinensque in centesimæ et vicesimæ quartæ annum quartum, vita ad annum usque septuagesimum quintum producta, quo insidias a familiari Ptolemæi, cognomento Cerauni, passus interiit.

5. Successit filius Antiochus ex Apame perside, qui appellatus est Soter (3) (nempe servator). Hic centesimæ et vicesimæ nonæ olympiadis anno primo obiit, postquam annis LXIV vixerat; regnaverat autem annis XIX, a centesimæ et vicesimæ quintæ olympiadis primo anno, usque ad tertium vicesimæ nonæ supra centesimam. Nati sunt ei e Stratonice Demetrii masculus Antiochus et feminæ Stratonice atque Apame, quarum Apamem Magas (4) duxit uxorem. Stratonicem autem rex Macedoniæ Demetrius.

6. Prædicto Antiocho Soteri vita functo successit in imperium Antiochus, cognomento Deus (5), orsus a centesimæ et vicesimæ nonæ olympiadis quarto anno, vitamque annis adhuc XV (6) propagans. Implicitus in morbum decessit Ephesi centesimæ et tricesimæ quintæ olympiadis tertio anno, postquam annis omnino quadraginta vixisset. Filios suscepit duos, Seleucum, cognomento Callinicum, et Antigonum; filiasque duas e Laodice Achæi (7), quarum alteram Mithridates, alteram Arathes (8) duxerunt uxores.

7. Post eum major natu Seleucus, cognomento, ut diximus, Callinicus, regnum tertio anno olympiadis centesimæ et tricesimæ tertiæ auspicatus est, tenuitque ad alterum usque annum centesimæ A et tricesimæ octavæ olympiadis, atque ita annis XXI (9) dominatus est. Ei mortuo (10) succedit filius Seleucus, cognomento Ceraunus. Atque hæc quidem ita se habuerunt.

8. Verumtamen vivente adhuc Callinico Seleuco, Antigonus (11) minor natu frater quietis sortisque suæ impatiens, adjutorem favitoremque nactus est Alexandrum, qui urbem Sardes tenebat, et Laodices matris suæ frater erat (12): denique et Gallis auxiliaribus usus est. Duobus præliis Seleucus in Lydia victoriam nactus est (13), ita tamen ut neque Sardes caperet neque Ephesum, quam urbem Ptolemæus præsidio insidebat. Deinde in Cappadocia adversus Mithridatem, novo prælio coorto, tum militum ejus viginti millia cæsa a barbaris B sunt, tum ipse profligatus evanuit (14).

9. Ptolemæus vero, qui et Tryphon (15), Syriæ regiones cum Damasco occupavit (16), Orthosiamque obsidione cinxit (17), quæ quidem soluta est centesimæ et tricesimæ quartæ olympiadis anno tertio, Seleuco illuc appulso.

10. Frater autem Callinici Antigonus magnam Phrygiam peragrans, tributis incolas onerabat. Quin et contra Seleucum copiarum duces mittebat; quo tempore cum a voluptariis suis ministris traditus fuisset barbaris (18), horum manibus elapsus parvo comitatu Magnesiam evasit: crastinaque die Ptolemæi auxiliis fretus prælium felici Marte conseruit: tum et Zielæ (19) filiam nuptiis sibi copulavit. Deinde anno quarto olympiadis centesimæ et tricesimæ C septimæ in Lydia bis armis motis debellatus est (20). Tum etiam circa Choloën certavit cum Attalo (21): et quidem primo anno olympiadis tricesimæ octavæ supra centesimam, Attalum in Thraciam usque fugiens, post pugnam in Caria patratam, vita exces-

(1) Vulgo *Nicator*; sed *Nicanor* etiam apud Chorenensem *Hist.* II, 1, Græcosque nonnullos.

(2) Hoc est celeberrimum initium epochæ Seleucidarum, qua super re legendus magnus Norisius *de epochis Syromacedonum* dissert. II, 1.

(3) Propter Gallos debellatos, quam victoriam legesis apud Lucianum in *Zeuxi*.

(4) Vocabulum *Magas* corruptum est in codice Arm. Res tamen perspicue constat e Pausania *Attic.* VII. Erat autem Magas Ptolemæi Philadelphi frater, Cyrenesque rex vel præfectus. Magæ regis Cyrenæi pinguedinem narrat Athenæus XII, 12, p. 550.

(5) Huic regi putatur Berosus *Historiam* suam obtulisse. Vide Tatianum *orat.* cap. 36.

(6) Codex Arm. XIX, quod mendum statim hic coarguitur, et ter deinde inferius.

(7) Hic Achæus regem se postea dixit. Polyb. IV, 48. Imo Achæus, de quo loquitur Porphyrius, senior est. Qui autem se regem dixit, junior.

(8) Intellige Cappadociæ regem. Jam *Arathes* pro *Ariarathes* scribitur etiam a Memnone apud Photium cod. CCXXIV, 32.

(9) Bene in posteriore libro bis legitur XX, in tabulis nempe regum et in canone.

(10) En Eusebius seu Porphyrius mentionem nullam faciunt captivitatis Callinici apud Parthos, quam tamen scriptores aliquot, quos inter magni nominis homines Vaillantius, Frœlichius atque Eckhelius, sibi persuasisse videntur. Merito igitur hanc opinionem refutavit summus Vicecomes *Iconogr. gr.* III, 382.

(11) Hic est Antiochus Hierax. In codice tamen Arm. constanter scribitur *Antigonus*.

(12) Quærendum de hoc; nam Ptolemæus quidem, qui mox occurret, frater erat Berenices, quam Laodicæ uxori primæ superinduxit Antiochus, cognomine Deus, Callinici et Hieracis parens.

(13) Puta adversus Ptolemæum Tryphonem seu Evergetem (qui Berenici sorori vindex venerat) atque adversus ejusdem Ptolemæi auxiliares.

D (14) Copias Seleuci internecione cæsas, ipsumque Seleucum aliquandiu desideratum narrat Plutarchus *Apophth.*, ed. Paris. t. II, p. 184, et *De fraterno amore*, p. 489.

(15) Ptolemæus Evergetes dicitur *Tryphon* etiam a Trogo *prolog.* XXVII, et XXX.

(16) Aucherus Damascum et Orthosiam obsessas ait.

(17) Cave huc trahas locum I Machab. XV, 37, qui est de Tryphone, alio Syriæ tyranno, Τρύφων δὲ ἐμβὰς εἰς πλοῖον, ἔφυγεν εἰς Ὀρθωσίαν, *Tryphon navigio conscenso Orthosiam fuga evasit.*

(18) Hi videntur Galli mercenarii.

(19) Ita codex Arm., *Zielæ*. Jam de *Zeilæ* Nicomedis Bithynorum regis filio lege Memnonem apud Photium cod. CCXXIV, 23. Verum Justinus XXVII, 3, dicit Antigoni hujus (sive Antiochi) socerum *Artamenem* Cappadociæ regem.

(20) Lege Justinum XXVII, 3.

(21) Pergami rege. Pausan. *Attic.* VIII.

sit. Jam et Seleucus cognomento Callinicus, frater A Antigoni, postero anno exstinctus est.

11. Huic successit filius Alexander, qui maluit dici Seleucus, ab exercitu autem Ceraunus vocitatus est. Is habuit etiam fratrem nomine Antiochum. Cum tribus annis Seleucus patrium imperium rexisset, a quodam Nicanore Gallo in Phrygia ex insidiis interimitur (1) circa olympiadis centesimæ tricesimæ nonæ annum primum.

12. Successorem habuit Antiochum fratrem, quem Babylone accitum creavit regem exercitus (2), quique *Magni* (3) cognomentum sortitus est, atque annis XXXVI imperavit, a centesimæ scilicet et tricesimæ nonæ olympiadis anno altero, usque ad centesimæ et quadragesimæ octavæ item alterum. Is Susa profectus atque in superiores satrapias, manu B cum Elymæis conserta (4), internecione cæsus est, relictis duobus liberis Seleuco et Antiocho.

i Nasamones et Daci dimicantes adversum Romanos sunt victi.		86	5	*h* Domitianus sine lignorum admistione templum construxit.

k Domitianus plurimos nobilium in exsilium mittit, et occidit.

l Duo menses aliter appellati, september Germanicus, october Domitianus. R. DCCCXL.	217	87 88 89	6 7 8	Primus Domitianus dominum se et deum appellari jussit. Quintilianus ex Hispania Calagurritanus primus Romæ publicam scholam habuit, et salarium e fisco accepit, et claruit.

Hoc tempore ad collocandum in Galliis novæ fidei fundamentum pietas superna magnificos atque industrios viros destinavit, Parisiensibus videlicet Dionysium, Silvanectensibus Regulum, Rhotomagensibus Nicasium, Ebroicensibus Taurinum, Arelatensibus Trophimum, Narbonæ Paulum, Tolosæ Saturninum, Arvernis Astremonium, Lemovicis Martialem, Turonicis Gratianum, Cenomanicis Julianum, Belvacensibus Lucianum, Ambianensibus Firmum, Lugdunensibus Pothinum (1).

Domitianus mathematicos et philosophos Romana urbe pepulit.		90	9	

Multa opera Romæ facta, in queis Capitolium, forum transitorium, Divorum [*al.* clivorum] porticus, Isium ac Serapium stadium [*al.* Serapicum stadium], horrea, piperataria [*al.* horrea piperatoria], Vespasiani templum, Minerva Chalcidica, Odium, forum Trajani, thermæ Trajanæ et Titianæ, senatus, ludus matutinus, mica aurea, meta sudans, ac Pantheum.

n Domitianus de Dacis et Germanis triumphavit.		91	10	*m* Maxima virginum Vestalium Cornelia convicta stupri juxta legem viva defossa est.
o Tertius Romanæ Ecclesiæ episcopus præfuit Clemens annis novem.		92	11	Domitianus tantæ superbiæ fuit, ut aureas et argenteas statuas sibi in Capitolio poni jusserit.
Flavius Josephus hic finem facit secundæ *Priscorum historiæ*.	218	93	12	*p* Domitianus prohibuit vites in urbibus seri.
Domitianus multos nobilium perdidit : quosdam vero in exsilium misit.		94	13	*q* Domitianus rursum philosophos et mathematicos urbe Romana per edictum extrudit.

a Ῥωμαίων θ' ἐβασίλευσε Δομετιανὸς ἔτη ιϛ'. *Chron. pasch. p.* 249, *A.*

b Τῆς συγκλήτου πρεσβευσαμένης, Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη. *Sync. p.* 343, *A.*

c Δομετιανὸς Σεβαστὴν ἀνηγόρευσε τὴν ἰδίαν γαμετήν. *Ibidem, C.*

d Δομετιανὸς εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσεν. *Ibidem.*

e Τῆς Ἑστίας τρεῖς παρθένοι ἱέρειαι κατεδικάσθησαν ἁλοῦσαι φθορᾷ. *Ibidem, D.*

f Δομετιανὸς εὐπατρίδας πολλοὺς μετέστησε Ῥώμης. *Ibidem, C.*

g Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Αἰμίλιος ἔτη ιϐ'. *Idem p.* 344, *D.*

h Δομετιανὸς τὸν ἄξυλον ναὸν κατεσκεύασεν. *Chron. pasch. p.* 249, *C.*

i Δάκες καὶ Νασαμῶνες ἐπαναστήσαντες Ῥωμαίοις διεφθάρησαν. *Sync. p.* 343, *D.*

k Δομετιανὸς πολλοὺς τῶν εὐπατριδῶν ἀνεῖλεν. *Ibidem.*

l Δύο μῆνες μετωνομάσθησαν, σεπτέμβριος Γερμανικὸς, καὶ ὀκτώβριος Δομετιανός. *Chron. pasch. p.* 249, *C.*

m Ἡ πρώτη τῶν τῆς Ἑστίας παρθένων Κορνηλία ἐπὶ φθορᾷ κατηγορεύθη, καὶ ζῶσα κατωρύγη κατὰ τὸν νόμον. *Chron. pasch. p.* 249, *D.*

n Δομετιανὸς ἐθριάμβευσε κατὰ τῶν Δακῶν καὶ Γερμανῶν. *Sync. p.* 343, *D.*

o Τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγήσατο Κλήμης ἔτη θ'. *Sync. p.* 344, *C.*

p Ὁ αὐτὸς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄμπελον φυτεύεσθαι ἐκώλυσεν. *Ibidem.*

q Δομετιανὸς τοὺς μαθηματικοὺς δεύτερον ἀπήλασε καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης. *Ibidem.*

(1) Hæc et alia deinceps pauca, quæ inclinatis scripsi litteris, legebam in pervetere *Chronici Eusebiani* codice in Gallia scripto; quæ mihi interpolationes visæ sunt.

OLYMP. CHRISTUS ROM. Domitianus

a Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur : et sub eo apostolus Joannes in Patmum insulam relegatus Apocalypsim vidit, ut narrat Irenæus.

SECUNDA PERSECUTIO.

95 14 *b* Apollonius Tyaneus et Euphrates insignes philosophi habentur.

c Domitianus eos, qui de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret.

Scribit Bruttius plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium : inter quos et Flaviam Domitillam Flavii Clementis consulis ex sorore neptem, in insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam esse testata est.

Hoc anno beatus Dionysius atque Nicasius cum sociis suis per coronam martyrii pervenerunt ad Christum.

96 15 *d* Multa signa atque portenta Romæ

Domitianus occisus in Palatio, per vespillones ignobiliter exportatur, anno ætatis XXXV [*al.* XLV].

219 97 16 et in toto orbe facta.

e X. NERVA anno I, mensibus IV.

f Alexandrinæ Ecclesiæ tertius episcopus præfuit Cerdo annis undecim.

98 1 *g* Justus a Tiberiade Judæorum scriptor agnoscitur.

Nerva morbo perit in hortis Sallustianis anno ætatis LXXII, cum jam Trajanum adoptasset in filium.

Trajanus Agrippinæ in Galliis imperator factus, natus Italicæ in Hispania.

h Senatus decrevit, ut omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum ducerentur. Itaque multi, quos injuste ejecerat, de exsilio reversi, nonnulli bona propria receperunt. Aiunt et apostolum Joannem hoc tempore exsilio resolutum Ephesum venisse : in qua urbe et hospitium et amicos amantissimos sui habebat.

i XI. TRAJANUS annis XIX, mensibus VI.

k Joannem apostolum, usque ad Trajani tempora Irenæus episcopus permansisse scribit : post quem auditores ejus insignes fuerunt Papias, Hierapolitanus episcopus, et Polycarpus, Smyrnæus, et Ignatius, Antiochenus.

R. DCCCL.

99 1 Decreto senatus Nerva inter deos

100 2 relatus.

l Romanæ Ecclesiæ episcopatum quartus suscepit Evaristus annis novem.

220 101 3

102 4 *m* Trajanus de Dacis et Scythis triumphat.

103 5

n Trajanus, victo rege Decibalo, Daciam fecit provinciam : Iberos, Sarmatas, Osroenos, Arabas, Bosphoranos, Colchos, in fidem accepit : Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem occupavit et tenuit. In mari Rubro classem instituit, ut per eam Indiæ fines vastaret.

---

a Δεύτερος μετὰ τὸν Νέρωνα Δομετιανὸς Χριστιανοὺς ἐδίωξεν· ἐπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης εἰς Πάτμον ἐξορίζεται τὴν νῆσον, ἔνθα τὴν Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι λέγεται, ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος. *Chron. pasch. p.* 250, *C.*

b Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς καὶ Εὐφράτης φιλόσοφοι ἤκμαζον. *Idem p.* 345, *C.*

c Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαυῒδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν, ἵνα μή τις Ἰουδαίων βασιλικοῦ γένους ἀπολειφθῇ. Πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανὸν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυΐα Δομετίλλα, ἐξαδέλφη Κλήμεντος Φλαυΐου ὑπατικοῦ, ὡς Χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται. *Idem p.* 344, *A.*

d Ἐν Ῥώμῃ θεοσημεῖαι πολλαὶ καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης γεγόνασι. *Ibidem.*

e Ῥωμαίων βασιλεὺς ι' Νερούας ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν. *Idem p.* 346, *C.*

f Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Κέρδων ἔτη ι'. *Idem p.* 347, *B.*

g Ἰοῦστος Τιβερεὺς Ἰουδαῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. *Ibidem, D.*

h Δομετιανοῦ αἱ τιμαὶ καθῃρέθησαν ὑπὸ τῆς συγκλήτου· καὶ οἱ ἀδίκως ἀπελασθέντες ἐπανῆλθον· ἔνιοι ἀπέλαβον καὶ τὰς οὐσίας. *Idem p.* 245, *C.* Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς Νερούας ἀνεκαλέσατο τὸν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου, καὶ ἦλθε πάλιν εἰς Ἔφεσον. *Chron. pasch. p.* 251, *B.*

i Ῥωμαίων ια' ἐβασίλευσε Τραϊανὸς ἔτη ιθ'. *Sync. p.* 346, *D.*

k Ἰωάννην ἀπόστολον Εἰρηναῖος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ· μεθ' ὃν Παππίας, Ἱεραπολίτης καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο. *Idem p.* 347, *C.*

l Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Εὐάρεστος ἔτη θ'. *Sync. p.* 344, *A.*

m Τραϊανὸς Δάκας καὶ Σκύθας ὑπέταξε καὶ ἐθριάμβευσεν. *Ibidem.*

n Τραϊανὸς ἐπαρχίαν ἐποίησε τὴν Δακίαν. *Ibid., A.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
			Trajanus	
		104	6	
	221	105	7	*b* Romæ aurea domus conflagravit incendio.
a Terræ motu quatuor urbes Asiæ subversæ, Elea, Smyrna, Pytane, Cyme: et egregiæ duæ, Opuntiorum et Oritorum, in Græcia.		106	8	Plinius Secundus Novocomensis orator et historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera exstant. Periit, dum visit Vesuvium.
		107	9	
		108	10	

c Trajano adversus Christianos persecutionem movente, Simon filius Cleophæ, qui Hierosolymis episcopatum tenuerat, crucifigitur, cui successit Justus. Ignatius quoque Antiochenæ Ecclesiæ episcopus Romam perductus bestiis traditur. Post quem tertius constituitur episcopus Heron.

TERTIA PERSECUTIO.

d Plinius Secundus, cum quamdam provinciam regeret, et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quæsivit a Trajano quid facto opus esset, nuntians ei, præter obstinationem non sacrificandi, et antelucanos cœtus ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri: præterea ad confœderandam disciplinam vetari ab iis homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his similia. Ad quæ commotus Trajanus rescripsit, hoc genus quidem inquirendum non esse, oblatos vero puniri oportere. Tertullianus refert in *Apologetico* suo.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
R. DCCCLX. *e* Pantheum Romæ fulmine concrematum.	222	109	11	*f* Alexandrinæ Ecclesiæ quartus ordinatur episcopus nomine Primus annis XII.
g Quintus Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet Alexander annis decem.		110	12	*h* Tres Galatiæ civitates terræ motu erutæ.
		111	13	

i Post Justum, Ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopatum quartus suscipit Zachæus. Post quem quintus Tobias. Cui succedit sextus Benjamin : ac deinde septimus Joannes : octavus Mathias : in cujus locum nonus constituitur Philippus.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
	223	112	14	
Trajanus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, fecit provincias.		113	15	
		114	16	
		115	17	*k* Terræ motus Antiochiam pene totam subruit civitatem.
		116	18	

l Judæi, qui in Libya erant, adversum cohabitatores suos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto et in Alexandria. Apud Cyrenem quoque et in Thebaide magna seditione contendunt. Verum gentilium pars superat in Alexandria.

Judæis in Mesopotamia rebellantibus, præcepit imperator Trajanus Lysiæ Quieto, ut eos provincia exterminaret. Adversum quos Quietus aciem instruens infinita millia eorum interficit : et ob hoc procurator Judææ ab imperatore decernitur.

a Ἀσίας δ' πόλεις κατεπτώθησαν, Ἐλαία, Μύρινα, Πυτάνη καὶ Κύμη· Ἑλλάδος δὲ Ὀπουντία καὶ Ὤριτος. *Ibidem.*

b Ἐν Ῥώμῃ ἐνεπρήσθη ἡ χρυσῆ οἰκία. *Sync. p.* 347, *A.*

c Τραϊανοῦ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινήσαντος, Σίμων, ὁ τοῦ Κλεώπα, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γενόμενος, ἐμαρτύρησεν. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰγνάτιος Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἐν Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν. *Chron. pasch. p.* 252, *C, D.* Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος Ἰοῦστος. Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἥρων. *Sync. p.* 347, *B, C.*

d Τερτυλλιανὸς ἱστορεῖ Πλίνιον Σεκοῦνδον ἡγούμενον ἐπαρχίας πλήθη Χριστιανῶν καταχρῖναι θανάτῳ· περὶ ὧν ἀπορῶν τί πράξοι, κοινοῦται Τραϊανῷ, μηδὲν ἄξιον θανάτου πράττειν αὐτοὺς, πλὴν τοῦ μὴ θύειν εἰδώλοις, καὶ ὅτι Χριστὸν ὡς Θεὸν ἕωθεν ὑμνοῦσιν ἀνιστάμενοι, ἀπεχόμενοι πάντων κακῶν· πρὸς ὃν ἀντέγραψε Τραϊανὸς μὴ ἐκζητεῖσθαι Χοιστιανούς. *Idem, p.* 346-347.

e Τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρη. *Idem, p.* 347, *B.*

f Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Πρίμος ἔτη ιϐ'. *Sync. p.* 348, *B.*

g Ῥώμης ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἔτη ιϐ'. *Ibidem, B.*

h Γαλατίας γ' πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν. *Idem, p.* 347, *B.*

i Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος τέταρτος Ζακχαῖος· πέμπτος Τωϐίας· ἕκτος Βενιαμίν· ἕϐδομος Ἰωάννης· ὄγδοος Ματθίας· ἔννατος Φίλιππος. *Idem, p.* 347-349.

k Ἀντιόχεια κατεπτώθη. *Idem, p.* 348, *A.*

l Ἰουδαῖοι, κατὰ Λιϐύην καὶ Κυρήνην καὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Θηϐαΐδα πολεμήσαντες πρὸς τοὺς συνοικοῦντας Ἕλληνας, διεφθάρησαν. Τραϊανὸς Λυσίᾳ Κύντῳ τῆς Μεσοποταμίας ἐξᾶραι τοὺς στασιάσαντας ἐκέλευσεν· ὁ δὲ, πολλὰς Ἰουδαίων μυριάδας ἀνελὼν, ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦτο καθίσταται. *Idem, p.* 347, 348.

OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
		Trajanus	
224	117	19	*a* Salaminam urbem Cypri, interfectis in ea gentilibus, subvertere Judæi.

b Trajanus morbo in civitate Selinunte perit, sive, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam urbem Isauriæ, profluvio ventris exstinctus est anno ætatis LXIII [*al.* LXXIII], mense nono, die quarto. Ossa ejus in urnam auream collata, [*al.* collecta] et in foro sub columna posita : solusque omnium imperator intra Urbem sepultus.

Adrianus Alexandriam abs Judæis subversam [*al.* laborantem] publicis instauravit expensis.

c XII. ADRIANUS annis XXI.

Hic Adrianus Italicæ in Hispania natus consobrinæ Trajani filius fuit.

118 1

d Adrianus Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes.

Adrianus eruditissimus in utraque lingua : sed in puerorum amore parum continens fuit.

e Adrianus Trajani invidens gloriæ de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille provincias fecerat, removit exercitus.

Adrianus reliqua tributorum urbibus relaxavit, chartis publice incensis. Plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit.

R. DCCCLXX.

119 2 *f* Senatus Trajanum in deos refert.

120 3

g Plutarchus Chæroneus, et Sextus, et Agathobulus, et Œnomaus, philosophi insignes habentur.

h Alexandrinæ Ecclesiæ quintus constituitur episcopus Justus annis undecim.

i Romanæ Ecclesiæ sextus episcopatum Xistus annis decem tenet.

225 121 4

k Bellum contra Sauromatas gestum est hoc tempore.

l Adrianus in Libyam, quæ a Judæis vastata fuerat, colonias misit.

Euphrates Stoicus philosophus moritur.

122 5

123 6

Cephisus fluvius Eleusinam inundavit : quem Adrianus ponte conjungens, Athenis hiemem exegit.

m Adrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis reliquorumque libris jura composuit.

n Terræ motu apud Bithyniam Nicomedia ruit : et Nicænæ urbis plurima eversa sunt ædificia. Ad quarum instaurationem Adrianus de publico largitus est impensas.

124 7

o Hierosolymis decimus post Philippum constituitur episcopus Seneca. Post quem undecimus Justus : cui succedit duodecimus Levi. Post quem tertiusdecimus Ephres. Quartus decimus Joses. Quintus decimus Judas. Hi omnes usque ad eversionem, quam ab Adriano perpessa est Hierusalem, ex circumcisione episcopi præfuerunt.

a Τοὺς ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου Ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες, τὴν πόλιν κατέσκαψαν. *Sync. p.* 348, *A.*

b Τραϊανὸς νόσῳ τελευτᾷ. *Ibidem.*

c Ῥωμαίων ιϐʹ ἐϐασίλευσεν Ἀδριανὸς Αἴλιος ἔτη καʹ. *Ibidem, C.*

d Ἀδριανὸς Ἰουδαίους κατὰ Ἀλεξανδρέων στασιάζοντας ἐκόλασεν. *Ibidem, D.*

e Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων ἀνηκούσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπέκοψε, καύσας τοὺς χάρτας. Ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο. *Ibidem.*

f Ἡ σύγκλητος θεὸν Τραϊανὸν ἐψηφίσατο. *Sync. p.* 349, *A.*

g Πλούταρχος Χαιρωνεὺς καὶ Σέξτος καὶ Ἀγαθόϐουλος καὶ Οἰνόμαος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. *Ibidem, B.*

h Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἰοῦστος ἔτη ιʹ. *Ibidem, B.*

i Ῥωμαίων ἐπίσκοπος γέγονε Ξύστος ἔτη θʹ. *Ibidem, B.*

k Σαυρομάται κατεπολεμήθησαν. *Ibidem.*

l Ἀποικίαν εἰς Λιϐύην ἐρημωθεῖσαν Ἀδριανὸς ἔπεμψεν. *Ibidem.*

m Ὁ αὐτὸς Ἀθηναίοις ἀξιώσασιν ἐκ τῶν Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους ἐπισυνέταξε, χειμάσας εἰς Ἀθήνας καὶ μυηθεὶς τὰ Ἐλευσίνια, καὶ γεφυρώσας Ἐλευσῖνα κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ Κεφισοῦ ποταμοῦ. *Ibidem.*

n Ἀδριανὸς Νικομήδειαν σεισμῷ καταπτωθεῖσαν καὶ Νίκαιαν πόλεις Βιθυνίας χρήμασιν ἀνεστήσατο. *Ibidem, A.*

o Ἱεροσολύμων δέκατος ἐπίσκοπος Ἐνέκας· ἑνδέκατος Ἰοῦστος· δωδέκατος Λευίς· τρισκαιδέκατος Ἐφραΐμ· τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσήφ· πεντεκαιδέκατος Ἰούδας, καθ' ὃν ἐπὶ Ἀδριανοῦ τελεία καὶ ἐσχάτη γέγονε τῆς πόλεως ἅλωσις. *Idem p.* 349, 350.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Adrianus	
Floruit sanctus Taurinus Ebroicensis episcopus primus.	226	125	8	*a* Adrianus sacris Eleusinæ initiatus multa Atheniensibus dona largitur.

b Quadratus discipulus apostolorum, et Aristides Atheniensis philosophus noster, libros pro Christiana religione Adriano dedere compositos : et Serenus Granius legatus vir apprime nobilis litteras ad imperatorem misit, iniquissimum esse dicens clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi; et sine ullo crimine, nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano proconsuli Asiæ scripsit, sine objectu criminum Christianos non condemnandos, cujus epistolæ usque ad nostram memoriam durat exemplum.

c Imperator Adrianus pater patriæ appellatur, et uxor ejus Augusta.		126	9	
		127	10	
Antinous puer regius eximiæ pulchritudinis in Ægypto moritur : quem Adrianus diligenter sepeliens (nam in deliciis R. DCCCLXXX. eum habuerat) in deos refert : ex cujus nomine etiam urbs Antinoum appellata est.		128	11	*d* Nicopolis et Cæsarea terræ motu conciderunt.
	227	129	12	*e* Antiochiæ constituitur quartus episcopus Cornelius. *f* Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscipit septimus Telesphorus an. undecim.
Adrianus cum insignes plurimas ædes Athenis fecisset, agonem edidit, bibliothecam miri operis construxit.		130	13	*g* Adrianus Athenis hiemem exigens Eleusinam invisit.
		131	14	Templum Romæ Veneris (1) sub Adriano in Urbe factum.
Salvius Julianus perpetuum composuit edictum.		132	15	
h Alexandrinæ Ecclesiæ sextus episcopus præfuit Hymenæus [*al.* Eumenes *cum Gr.*] annis XIII.	228	133	16	*i* Phavorinus et Polemon rhetores insignes habentur.

k Judæi in arma versi Palæstinam depopulati sunt, tenente provinciam Tinio (*al.* Thyonio) Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus misit exercitum.

l Cochebas Judaicæ dux factionis nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium omnimodis cruciatibus necat.		134	17	Basilides hæresiarches in Alexandria commoratur : a quo Gnostici.
		135	18	
		136	19	

m Bellum Judaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accepit, Judæorum rebus penitus oppressis : ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata est, primum nutu Dei, sicut prophetæ vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus.

a Ἀδριανὸς ἐν Ἀθήναις τὰ Ἐλευσίνια. *Ibidem*, *D*.

b Κοδρᾶτος ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων ἀκουστὴς Ἀδριανῷ λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν, ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη κτείνειν γράψαντος Χριστιανοὺς ἀκρίτως ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων, γράφει Μινουκίῳ Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας. *Idem*, *p.* 348, *C*, *D*.

c Ὁ αὐτοκράτωρ πατὴρ πατρίδος ἀνηγορεύθη, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Σεβαστή. *Chron. pasch.* *p.* 254, *D*.

d Νικόπολις καὶ Καισάρεια σεισμῷ κατεπτώθησαν. *Sync.* *p.* 349, *C*.

e Ἀντιοχείας τέταρτος ἐπίσκοπος Κορνήλιος. *Ibidem.*

f Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Τελεσφόρος ἔτη ι'. *Sync.* *p.* 349, *B*.

g Ἀδριανὸς παραχειμάζων ἐν Ἀθήναις καὶ ἦξεν ἀγῶνα, ἐπισκευάσας πολλὰ τῷ τόπῳ, καὶ βιβλιοθήκας συστησάμενος. *Ibidem*, *D*.

h Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Εὐμενὴς ἔτη ιγ'. *Idem*, *p.* 350, *B*.

i Φαβουρῖνος καὶ Πολέμων ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζοντο. *Idem*, *p.* 350, *B*.

k Ἀδριανὸς κατὰ Ἰουδαίων ἀποστάντων στράτευμα ἐξέπεμψε, καταδραμόντων τῶν Ἰουδαίων ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης μετὰ πολλοὺς πολέμους· ἡγεῖτο δὲ τῆς Ἰουδαίας Τίννιος Ῥοῦφος. *Idem*, *p.* 349, 350.

l Τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως Χοχεβᾶς τις ἡγεῖτο· οὗτος Χριστιανοὺς ποικίλως ἐτιμωρήσατο μὴ βουλομένους κατὰ Ῥωμαίων συμμαχεῖν. *Idem*, *p.* 350, *D*.

m Ἰουδαῖοι κακῶς ἀπήλλαξαν, καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος πέρας ἔσχεν· ἔνθεν εἴργονται πάντη τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν προστάξει Θεοῦ καὶ Ῥωμαίων κράτει. *Ibidem*, *A*.

(1) Ita plerique codd. vat., non *Romæ et Veneris*, ut vulgo dicitur. Imo alius codex habet : *templum Veneris sub Adriano in Urbe factum.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Adrianus	
a Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur episcopus Marcus annis XVI, cessantibus his qui ex circumcisione fuerant.	229	137	20	

Ælia ab Ælio Adriano condita : et in fronte ejus portæ, qua Bethlehem egredimur, sus scalptus (1) in marmore prominens, significans Romanis subjacere Judæos. Judæorum nonnulli a Tito Ælio filio Vespasiani exstructam arbitrantur.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
b Romanæ Ecclesiæ episcopatum octavus suscepit Hyginus annis quatuor. *d* Sub Hygino Romanæ urbis episcopo Valentinus hæresiarches et Cerdo magister Marcionis Romam venerunt.		138	21	*c* Adrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur sexagenarius. *e* XIII. TITUS ANTONINUS cognomento Pius cum liberis suis Aurelio et Lucio annis XXIII, mensibus III.
R. DCCCXC. *g* Romæ nonus ordinatur episcopus Pius annis duodecim.		139	1	*f* Antoninus pater patriæ appellatur.
		140	2	
h Justinus philosophus librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit.	230	141	3	
		142	4	
		143	5	*i* Antiochiæ quintus constituitur episcopus Herus annis XXIV.
Alexandriæ episcopatum septimus suscipit Marcus annis decem.		144	6	Valentinus hæreticus agnoscitur, et permanet usque ad Anicetum.
	231	145	7	
k Mesomedes Cretensis citharicorum carminum musicus poeta cognoscitur.		146	8	
		147	9	
Taurus Berytius Platonicæ sectæ philosophus clarus habetur.		148	10	
R. CM. *l* Arrianus philosophus Nicomediensis agnoscitur, et Maximus Tyrius.	232	149	11	Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus [*al.* Chalcedonius], et Basilides Scythopolitanus, philosophi illustres habentur : qui Verissimi quoque Cæsaris præceptores fuerunt.
		150	12	
		151	13	
		152	14	
	233	153	15	
m Romanæ Ecclesiæ decimus episcopatum tenet Anicetus annis decem. Sub quo Smyrnæus Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit Valentini et Marcionis.		154	16	
		155	17	*n* Alexandrinæ Ecclesiæ octavus episcopus præfuit Celadion annis XIV.
		156	18	*o* Crescens Cynicus agnoscitur : qui in Justinum nostri dogmatis philosophum, quia se gulosum et prævaricatorem philosophiæ arguebat, persecutionem suscitat, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.
	234	157	19	
		158	20	
R. CMX.		159	21	
		160	22	

a Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος πρῶτος ἐξ ἐθνῶν Μάρκος ἔτη, η' *Sync. p.* 350, *C.*

b Ῥώμης ἐπίσκοπος Ὑγῖνος ἔτη δ'. *Ibidem B.*

c Ἀδριανὸς ὕδρωπι τελευτᾷ ἐν Βαΐαις. *Idem, p.* 351, *A.*

d Κατὰ τοὺς χρόνους Ὑγίνου καὶ Πίου ἐπισκόπων Ῥώμης ἕως Ἀνικήτου Οὐαλεντιανὸς καὶ Κέρδων ἀρχηγοὶ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως ἐπὶ Ῥώμης ἐγνωρίζοντο. *Idem, p.* 350, *A.*

e Ῥωμαίων ιγ' Τῖτος Ἀντωνῖνος, ὁ ἐπικληθεὶς Εὐσεβής, σὺν τοῖς παισὶν Αὐρηλίῳ καὶ Λευκίῳ ἔτη κγ'. *Idem, p.* 351, *D.*

f Ἀντωνῖνος πατὴρ πατρίδος προσηγορεύθη. *Ibidem.*

g Ῥώμης ἐπίσκοπος Πίος ἔτη ιε'. *Ibidem, C.*

h Ἰουστῖνος φιλόσοφος ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ἐπέδωκεν. *Idem, p.* 350, *D.*

i Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἔρως. *Ibidem, B.*

k Μεσομήδης Κρὴς ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν ἐγνωρίζετο. *Idem, p.* 351, *A.*

l Ἀῤῥιανὸς φιλόσοφος Νικομηδεύς, καὶ Μάξιμος Τύριος, καὶ Ἀπολλώνιος Στωϊκὸς Χαλκηδόνιος, καὶ Βασιλείδης Σκυθοπολίτης ἐγνωρίζοντο· οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρησίμου Καίσαρος γεγόνασι. *Ibidem, A, B.*

m Ῥώμης ἐπίσκοπος Ἀνίκητος ἔτη ια'. Ἐπὶ τούτου Πολύκαρπος ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς ἐξ αἱρέσεων μετήγαγεν. *Ibidem, D.*

n Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Κελαδίων ἔτη ιδ'. *Ibidem, D.*

o Κρήσκης κυνικὸς φιλόσοφος Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς θείῳ φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θάνατον ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ λιχνότητα κυνικήν. *Idem, B.*

(1) Codex unus, *sulcatus*, omisso *prominens*.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Titus Antoninus
Antoninus Pius apud Lorium villam suam duodecimo ab Urbe milliario moritur anno vitæ suæ LXXVII.	235	161	23

a Hierosolymæ episcopatum post Marcum septimus decimus suscipit Cassianus. Post quem octavus decimus Publius. Cui succedit nonus decimus Maximus (*Arm.* Maximianus *vel* Maximinus). Vicesimus Julianus. Vicesimus primus Gaianus. Vicesimus secundus Symmachus. Vicesimus tertius Gaius. Vicesimus quartus Julianus. Vicesimus quintus Capito (*Gr. et Arm.* Apion).

b XIV. MARCUS ANTONINUS, qui et Verus, et LUCIUS AURELIUS COMMODUS, ann. XIX, mense I.

c Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cœlo ab occidente in orientem ferri visus.		162	1	Hi primum æquo jure imperium administraverunt : cum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint.
		163	2	
d Vologæsus, rex Parthorum, vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est.		164	3	*Photinus Lugduni martyrizavit.* Fronto orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis litteris erudivit.
	236	165	4	Seleucia Assyriæ [*al.* Isauriæ] urbs cum trecentis millibus hominum a Romanis capta.
e Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscipit undecimus Soter annis VIII.		166	5	*f* Apud Pisas Peregrinus philosophus rogo, quem ex lignis composuerat, incenso, semet superjecit.
g Lucius Cæsar de Parthis cum fratre triumphavit.		167	6	
h Persecutione orta in Asia, Polycarpus et Pionius fecere martyrium : quorum scriptæ quoque passiones feruntur.		168	7	*i* Plurimi in Gallia gloriose ob Christi nomen interfecti : quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant.

QUARTA PERSECUTIO.

k Lues multas provincias occupavit, Roma ex parte vexata. R. CMXX.	237	169	8	*l* Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas, Dacos dimicant.

Tanta per totum orbem pestilentia fuit, ut pene usque ad internecionem Romanus exercitus deletus sit.

Alexandrinæ Ecclesiæ nonus episcopatui præfuit Agrippinus annis XII.		170	9	*m* Antiochiæ sextus episcopus ordinatur Theophilus : cujus plurima ingenii opera exstant.
n Lucius imperator anno regni nono, sive, ut quidam putant, undecimo, inter Concordiam et Altinum apoplexi exstinctus est, sedens cum fratre in vehiculo.		171	10	*o* Antonino imperatori Melito Asianus Sardensis episcopus apologeticum pro Christianis tradidit.

a Ἱεροσολύμων ἑπταχαιδέκατος ἐπίσκοπος Κασσιανός· ὀκτωκαιδέκατος Πούπλιος· ἐννεακαιδέκατος Μάξιμος· εἰκοστὸς Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πρῶτος Γάϊος· εἰκοστὸς δεύτερος Σύμμαχος· εἰκοστὸς τρίτος Γάϊος· εἰκοστὸς τέταρτος Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πέμπτος Ἀπίων. *Sync.* p. 351-353 *et Eusebius Hist. eccl.* V, 12.

b Ῥωμαίων ιϛ' ἐβασίλευσε Μάρκος Αὐρήλιος, ὁ καὶ Οὐῆρος, Λούκιός τε Αὐρήλιος, ὁ καὶ Κόμμοδος, ἔτη ιθ'. *Idem*, p. 352, A.

c Λούκιος Καῖσαρ, ἱερουργῶν ἐν Ἀθήναις, εἶδε πῦρ ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὴν κατ' οὐρανοῦ φαινόμενον. *Ibidem.*

d Οὐολόγεσσος, Πάρθων βασιλεύς, τὴν Ῥωμαίων χώραν κατέδραμεν. *Ibidem.*

e Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Σωτήριχος ἔτη θ'. *Ibidem*, D.

f Περεγρῖνος ὁ φιλόσοφος ἐν πανηγύρει πῦρ ἀνάψας ἑαυτὸν ἐνέπρησε. *Ibidem*, B.

g Λούκιος Καῖσαρ, Πάρθους ὑποτάξας κατ' αὐτῶν ἐθριάμβευσεν. *Ibidem*, A.

h Πολύκαρπος τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη, διωγμοῦ κατὰ (Ἐκκλησίας) γεγονότος. *Ibidem*, B.

i Πολλοὶ κατὰ Γαλλίας νομίμως ὑπὲρ Χριστοῦ ἤθλησαν, ὧν τὰ μαρτύρια ἀναγέγραπται εἰς μνήμην τοῖς μετέπειτα. *Ibidem.*

k Λοιμώδης νόσος ἐπικρατήσασα μέχρι Ῥώμης ἔφθασεν. *Sync.* p. 352, C.

l Ῥωμαῖοι Γερμανοὺς καὶ Σαυρομάτας καὶ Δάκας καὶ Κουάδους κατεπάλαισαν. *Ibidem*, B.

m Ἀντιοχείας ἕκτος ἐπίσκοπος Θεόφιλος ἔτη ιγ'. Θεοφίλου τούτου συγγράμματα διάφορά εἰσι καὶ φέρονται. *Ibidem*, D.

n Λούκιος αὐτοκράτωρ ἐννάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει ἐτελεύτησεν. *Ibidem*, C.

o Μελίτων Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος τῆς Λυδίας βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκε. *Ibidem.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
			M. Aur. Antoninus	*a* Oppianus Cilix poeta cognoscitur, qui *Halieuticam* miro splendore conscripsit.
b Dionysius Corinthiorum episcopus clarus habetur, et Pinytus [*al.* Pytinus] Cretensis vir eloquentissimus.		172	11	*c* Apollinaris Asianus Hieropolitanus episcopus insignis habetur.
Tatianus hæreticus agnoscitur : a quo Encratitæ.	238	173	12	Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur.

d Pseudoprophetia, quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium auctore Montano, et Priscilla Maximillaque, insanis vatibus.

e Imperator Antoninus multis adversum se nascentibus bellis sæpe ipse intererat, sæpe duces nobilissimos destinabat, in quis semel Pertinaci, et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppressis, pluvia divinitus demissa est : cum econtrario Germanos et Sarmatas fulmina persequerentur, et plurimos eorum interficerent. Exstant litteræ M. Aurelii gravissimi imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
		174	13	
		175	14	*f* Romanæ Ecclesiæ duodecimus episcopatum suscipit Eleutherius annis XV.
g Atticus Platonicæ sectæ philosophus agnoscitur.		176	15	
	239	177	16	
i Antiochiæ septimus episcopus constituitur Maximus.		178	17	*h* Marcus Antoninus Commodum filium suum consortem regni facit.
R. CMXXX.		179	18	

k Antoninus cum filio suo de hostibus triumphavit, quos per triennium apud Carnuntum habens stativa castra, vastaverat.

l Imperatores multis multa largiti sunt : et pecuniam, quæ fisco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ urbis foro incendi præceperunt : ac ne quid bonitati deesset, severiores quasque leges novis constitutionibus temperaverunt.

Antoninus post victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit. *o* Smyrna urbs Asiæ terræ motu ruit : ad cujus instaurationem decennalis tributorum immunitas data est.		180	19	*m* Antoninus in Pannonia febri perit. *n* Commodus a senatu Augustus appellatur.

p XV. COMMODUS annis XIII.

p Commodus de Germanis hoc solum feliciter triumphavit.	240	181	1	*q* Templum Serapidis Alexandriæ incensum.

a Ὀππιανὸς Ἀλιευτικῶν ποιητὴς ἤκμαζε, Κίλιξ τῷ γένει. *Sync. p.* 352, *C.*

b Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου ἱερὸς ἀνὴρ ἐγνωρίζετο. *Ibidem.*

c Ἀπολλινάριος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς ἐν Ἀσίᾳ ἱερὸς ἀνὴρ ἤκμαζεν. *Ibidem.*

d Κατὰ Φρύγας συνέστη ψευδοπροφητεία. *Idem, p.* 353, *A.*

e Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ πυκνῶς τοῖς πολεμίοις ἐπέκειτο, αὐτός τε παρὼν, καὶ τοὺς πολεμάρχας ἀποστέλλων· καὶ Περτίνακι καὶ τοῖς ἄλλοις σὺν αὐτῷ δίψει πιεζομένοις ὄμβρος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο, καὶ τοῖς ἀντιτασσομένοις Γερμανικοῖς καὶ Σαρμάταις σκηπτὸς ἔπεσε, πολλούς τε αὐτῶν διέφθειρε· λέγεται δὲ, ὡς καὶ ἐπιστολαὶ φέρονται Μάρκου τοῦ βασιλέως, ἐν αἷς μαρτυρεῖ μέλλοντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαφθείρεσθαι, ταῖς τῶν Χριστιανῶν εὐχαῖς διασεσῶσθαι. *Chron. pasch. p.* 260, 261.

f Ῥωμαίων ἐννεακαιδέκατος ἐπίσκοπος Ἐλευθέριος ἔτη ιε'. *Sync. p.* 353, *D.*

g Ἀττικὸς Πλατωνικὸς φιλόσοφος. *Ibidem, B.*

h Ἀντωνῖνος κοινωνὸν τῆς βασιλείας Κόμμοδον ἴδιον παῖδα ἀνέδειξεν. *Ibidem, C.*

i Ἀντιοχείας ἕβδομος ἐπίσκοπος Μάξιμος. *Ibidem, D.*

k Ἀντωνῖνος κατὰ τῶν πολεμίων σὺν ἑαυτοῦ παιδὶ ἐθριάμβευσεν. *Ibidem.*

l Οἱ αὐτοκράτορες διανομὰς καὶ θέας παντοίας παρέσχον, τά τε δημόσια ἀνῆκαν, καὶ τοὺς τῶν χρεῶν χάρτας ἐπὶ τῆς Ῥωμανισίας ἀγορᾶς κατέφλεξαν· νόμους καὶ διατάξεις εὖ συνειδότες ἀνενεώσαντο. *Sync. p.* 353, *C.*

m Ἀντωνῖνος ἐν Παννωνίαις νόσῳ τελευτᾷ. *Ibidem.*

n Κόμμοδος ὑπὸ τῆς συγκλήτου Σεβαστὸς ἀνεῤῥήθη. *Ibidem.*

o Σμύρνα πόλις Ἀσίας σεισμῷ κατεπτώθη, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν ἀνείθη τῶν φόρων ἔτη ι'. *Idem, p.* 353, *D.*

p Ῥωμαίων ιε' ἐβασίλευσε Κόμμοδος ἔτη ιγ'. *Idem, p.* 354, *A.*

q Τὸ Σεραπεῖον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατεφλέχθη. *Idem, p.* 354, *A.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Commodus	
a Alexandrinæ Ecclesiæ decimus episcopatum sortitur Julianus annis decem.		182	2	
		183	3	*b* Irenæus episcopus Lugdunensis insignis habetur.
Thermæ Commodianæ Romæ factæ.		184	4	Origenes nascitur.
Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.	241	185	5	

c Hierosolymis vicesimus sextus ordinatur episcopus Maximus. Post quem vicesimus septimus Antoninus. Vicesimus octavus Valens. Vicesimus nonus Dulichianus. Tricesimus Narcissus. Tricesimus primus Dius. Tricesimus secundus Germanio. Tricesimus tertius Gordianus. Tricesimus quartus rursum Narcissus. Tantis apud Hierosolymam episcopis constitutis, non potuimus discernere tempora singulorum, eo quod usque in præsentem diem episcopatus eorum anni minime inveniuntur.

		186	6	
		187	7	*d* In Capitolium fulmen ruit Romæ, et magna inflammatione facta, bibliothecæ et vicinæ quæque ædes concrematæ.
		188	8	
f Romæ episcopatum suscepit tertius decimus Victor annis decem (*Arm.* XII) cujus mediocria exstant de religione volumina. R. CMXL.	242	189	9	*e* Commodus imperator colossi capite sublato, suæ imaginis caput jussit ei imponi.
		190	10	
h Alexandriæ undecimus constituitur episcopus Demetrius annis quadraginta quatuor.		191	11	*g* Serapio octavus Antiochiæ ordinatur episcopus.
k Incendio Romæ facto, Palatium et ædes Vestæ, plurimaque Urbis pars solo coæquantur.		192	12	*i* Commodus multos nobilium interficit, et spectacula Romano populo præbet insignia ad abalienationem populi.
l Commodus strangulatur in domo Vestiliani.	243	193	13	
Pertinax septuagenario major, cum præfecturam Urbis ageret, ex senatusconsulto imperare jussus est.		*m* XVI. ÆLIUS PERTINAX mensibus sex.		
		194	1	

n Pertinax obsecrante senatu, ut uxorem suam Augustam, et filium Cæsarem appellaret, contradixit, sufficere testatus, quod ipse regnaret invitus.

o Pertinax occiditur in palatio Juliani jurisperiti scelere, quem postea Severus apud Mulvium Pontem interfecit post menses septem quam imperium invaserat.

p Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et Pantænus Stoicus philosophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.

a Ἀλεξανδρείας ι' ἐπίσκοπος Ἰούλιος. *Sync.* p. 352, *D.*

b Εἰρηναῖος ἐπίσκοπος Λουγδούνων πόλεως Γαλλίας θείοις λόγοις καὶ πράξεσι διέλαμπε. *Idem*, p. 354, *A.*

c Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος εἰκοστὸς ἕκτος Μάξιμος· εἰκοστὸς ἕβδομος Ἀντωνῖνος· εἰκοστὸς ὄγδοος Οὐάλης· εἰκοστὸς ἔννατος Δολιχιανός· τριακοστὸς Νάρκισσος· τριακοστὸς πρῶτος Δῖος· τριακοστὸς δεύτερος Γερμανίων· τριακοστὸς τρίτος Σαρδιανός· τριακοστὸς τέταρτος Νάρκισσος πάλιν. *Sync.* p. 354-359. Τῶν γε μὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τοὺς χρόνους γραφῇ σωζομένους οὐδαμῶς εὗρον. *Eusebius Hist. eccl.* IV, 5.

d Ἐν τῷ Καπιτωλίῳ σκηπτὸς ἔπεσε, καὶ τὰς βιβλιοθήκας καὶ ἄλλα τούτου μέρη σκηπτὸς κατέφλεξεν. *Sync.* p. 354, *B*; *et Chron. pasch.* p. 263, *D.*

e Τοῦ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν Κόμμοδος, ἰδίαν ἐπέθηκεν εἰκόνα. *Chron. pasch.* p. 263, *D.*

f Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ιδ' Βίκτωρ ἔτη ιϐ'. *Ibidem.*

g Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Σεραπίων. *Sync.* p. 355, *D.*

h Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Δημήτριος ἔτη μγ'. *Ibidem.*

i Κόμμοδος τοὺς ἐν γερουσίᾳ τιμίους ἀνελών. *Idem*, p. 354, *B.*

k Ἐμπρησμὸς μέγας τὸ Παλάτιον Ῥώμης, καὶ τὴν οἰκίαν τῶν παρθένων καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐνέπρησε. *Ibidem.*

l Κόμμοδος αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν ἀποπνιγεὶς ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ. *Idem* p. 264, *B.*

m Ῥωμαίων ἑκκαιδέκατος ἐϐασίλευσεν Ἐλύϊος Περτίναξ μῆνας ἕξ. *Sync.* p. 354, *D*

n Περτίναξ ἀξιούσῃ τῇ συγκλήτῳ Ῥωμαίων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Σεβαστὴν ὀνομάσαι καὶ τὸν υἱὸν Καίσαρα ἀποδεῖξαι, ἀντεῖπε φάσκων, ἱκανὸν, ὅτι βεβιασμένος πάρειστι ἐπὶ τὴν ἀρχήν. *Chron. pasch.* p. 264, *B.*

o Περτίναξ ἐσφάγη ὡς ἐξέρχεται ἀπὸ τοῦ Παλατίου. *Ibidem.*

p Κλήμης πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέλαμπον. *Sync.* p. 355, *A*, *B.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Severus	
			a XVII. SEVERUS annis XIX.	
b Narcissus Hierosolymorum XXXV episcopus et Theophilus Cæsariensis, Polycrates quoque, et Asianæ provinciæ episcopi insignes habentur.		195	1	

Severus provincia Tripolitana, oppido Lepti solus ex Africa, usque in præsentem diem, Romanus imperator fuit : et in honorem Pertinacis, quem Julianus occiderat, Pertinacem se cognominari jussit. Ideo autem hic duo anni positi sunt, quia superiore anno sex menses regnavit Severus.

		196	2	
Judaicum et Samariticum [*al.* Sarmaticum] bellum ortum.	244	197	3	

Quæstione orta in Asia inter episcopos, an secundum legem Moysi quartodecimo die mensis Paschæ observandum esset, Victor Romanæ urbis episcopus et Narcissus Hierosolymorum, Polycrates quoque Ephesiorum, et Irenæus Lugdunensis, et Bacchylus Corinthiorum, plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerit, litteris ediderunt : quarum memoria ad nos usque perdurat.

	R. CML.	198	4	
		199	5	
Severo imperante, Thermæ Severianæ apud Antiochiam et Romæ factæ, et Septizonium exstructum.		200	6	

c Severus Parthos et Adiabenos superavit : Arabas quoque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam provinciam fecerit. Ob quæ Parthicus, Arabicus, Adiabenicus, cognominatus est.

d Romæ quartus decimus episcopatum suscipit Zephyrinus annis XVIII.	245	201	7	*e* Persecutione in Christianos facta,
		202	8	Leonides Origenis pater gloriosa mar-
		203	9	tyrii morte translatus est.

QUINTA PERSECUTIO.

Alexander ob confessionem Dominici nominis insignis habetur (1).		204	10	Clemens multa et varia conscribit.
f Musianus nostræ philosophiæ scriptor agnoscitur.	246	205	11	
		206	12	Origenes Alexandriæ studiis eruditus, divinis totus incumbit voluminibus.

In hoc anno jubilæum a majoribus invenimus observatum, id est XII [*al.* XIII] anno Severi et ccx.. Antiochenæ urbis.

		207	13	

g Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Severus in Britannos bellum transfert, ubi, ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXII [*al.* CXXXII] millia passuum a mari ad mare perduxit. Pictorum cecidit ingens multitudo.

Tertullianus Afer, centurionis proconsularis filius, omnium Ecclesiarum sermone celebratur.	247	208	14	
	R. CMLX.	209	15	
		210	16	
		211	17	
h Severus moritur Eboraci in Britannia.		212	18	*Severinus Ebroicis in Britannia moritur.*

Geta Severi filius cum Bassiano fratre successor relictus, et post hostis publicus judicatus, confestim periit.

a Ῥωμαίων ἑπτακαιδέκατος βασιλεὺς Σευῆρος ἔτη ιθ'. *Sync. p.* 356, *A.*

b Καισαρείας ἐν Παλαιστίνῃ καθηγεῖτο Θεόφιλος· καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν εἶχε. Κορίνθου δὲ τῆς καθ' Ἑλλάδα Βάκχυλλος, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας Πολυκράτης. *Eusebius Hist. eccl. V*, 22.

c Σευῆρος Ἀδιαβηνοὺς καὶ Ἄραβας συμμαχήσαντας τῷ Νίγερι καθυπέταξεν. *Sync. p.* 356, *A.*

d Ῥώμης ιδ' ἐπίσκοπος Ζεφυρῖνος ἔτη δώδεκα. *Euseb. apud Sync. p.* 355, *C.*

e Λεωνίδης Ὠριγένους πατὴρ ἐμαρτύρησε, διωγμοῦ γεγονότος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Ibidem, p.* 355, *B.*

f Μουσιανὸς ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. *Ibidem.*

g Σευῆρος εἰς Ῥώμην ἐλθὼν Ἀλβῖνον τυραννήσαντα κατὰ Λουγδούνων πόλιν ἀνεῖλε. *Idem, p.* 356, *B.*

h Σευῆρος εἰς Βρεττανίαν ἐλθὼν τελευτᾷ. *Ibidem.*

(1) Alexandri martyris sub Antonino imp. exstat insigne epitaphium in collectione a me edita *Script. vet.* t. V, p. 361.

OLYMP. CHRISTUS ROM.

Antoninus Caracalla

a XVIII. ANTONINUS cognomento CARACALLA, Severi filius, annis VII.

248 213 1 *b* Antiochiæ nonus episcopus constituitur Asclepiades.

214 2

Antoninus Caracalla cognominatus propter genus vestis, quod Romæ erogaverat : et econtrario Caracallæ ex ejus nomine Antoninianæ [*al.* Antoninæ, *al.* Antonianæ] dictæ.

215 3 Antoninus Romæ thermas sui nominis

216 4 ædificavit. Nihil præterea memorabile fecit.

249 217 5 Antoninus tam impatiens libidinis fuit, ut novercam suam Juliam duxerit

218 6 uxorem.

c Alexander tricesimus Hierosolymorum episcopus ordinatur adhuc vivente Narcisso, et cum eo pariter Ecclesiam regit.

d Antiochiæ episcopus decimus constituitur Philippus.

e Romæ Ecclesiæ episcopatum suscipit quintus decimus Callistus annis quatuor.

R. CMLXX. 219 7 Antoninus interficitur inter Edessam et Carras Syriæ Mesopotamiæ civitates, anno ætatis quadragesimo secundo.

XIX. *f* MACRINUS anno I.

220 1 Macrinus præfecturam prætorio regens imperator factus.

i Macrinus occiditur in Archelaide.

g Circensibus Vulcanaliorum Romæ amphitheatrum incensum.

h Abgarus, vir sanctus, regnavit Edessæ, ut vult Africanus.

XX. *k* ANTONINUS alter, id est M. Aur. Antoninus, qui et Aurelianus, annis IV.

Marcus Aurelius Antoninus, Antonini Caracallæ ut putabatur filius, et sacerdos Heliogabali templi, adeo impudice in imperio suo vixit, ut nullum genus obscenitatis omiserit.

Divion construitur.

Sanctus Benignus martyrio coronatur.

250 221 1 Heliogabalum templum Romæ ædi-

222 2 ficatum.

l Romanæ Ecclesiæ sextus decimus ordinatur episcopus Urbanus an. novem.

m In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum.

223 3

224 4

n Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cum matre Symiasera (Soema Syra).

251 XXI. *o* ALEXANDER MAMMÆÆ filius an. XIII.

225 1

Alexander Xerxem regem Persarum gloriosissime vicit, et disciplinæ militaris tam severus corrector fuit, ut quasdam tumultuantes legiones integras exauctoraverit.

a Ῥωμαίων ιη' ἐβασίλευσεν Ἀντωνῖνος ὁ ἐπικληθεὶς Καράκαλλος, υἱὸς ὢν Σευήρου ἔτη ζ'. *Sync.* p. 356, *C.*

b Ἀντιοχείας ἔννατος ἐπίσκοπος Ἀσκληπιάδης ἔτη θ'. *Ibidem.*

c Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος. *Idem*, p. 361, *C.*

d Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ι' Φίλιππος. *Idem*, p. 359, *A.*

e Ῥωμαίων ις' ἐπίσκοπος Κάλλιστος ἔτη η'. *Idem*, p. 358, *A.*

f Ῥωμαίων ιη' ἐβασίλευσε Μακρῖνος ἔτος ἕν. *Idem*, p. 357, *C.*

g Κιρκισίοις Ἡφαιστίοις ἐκάη τὸ ἀμφιθέατρον ἐν Ῥώμῃ. *Ibidem*, *B.*

h Ἀφρικανὸς Ἄβγαρόν φησιν ἱερὸν ἄνδρα βασιλεύειν Ἐδέσσης κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. *Idem*, p. 359, *B.*

i Μακρῖνος ἐσφάγη ἐν Ἀρχελαΐδι. *Ibidem.*

k Ῥωμαίων ιθ' ἐβασίλευσεν Ἀντωνῖνος Αὐρήλιος ἔτη δ'. *Sync.* p. 357, *C.*

l Ῥώμης ἐπίσκοπος Οὐρβανὸς ἔτη ζ'. *Idem*, p. 359, *A.*

m Παλαιστίνης Νικόπολις, ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου. *Chron. pasch.* p. 267, *D.*

n Ἐσφάγη Ἀντωνῖνος ἐν Ῥώμῃ. *Idem*, p. 268, *A.*

o Ῥωμαίων κ' ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ Μαμμαίας υἱὸς ἔτη ιγ'. *Sync.* p. 358, *B.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
			Alexander	
Ulpianus jurisconsultus assessor Alexandri insignissimus habetur.		226	2	
		227	3	Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ, quæ ante Neronianæ.
Geminus [al. Germanus] presbyter Antiochenus, et Hippolytus, et Beryllus episcopus Arabiæ Bostrenus, clari scriptores habentur. R. CMLXXX.	252	228	4	
		229	5	
		230	6	*a* Antiochiæ undecimus constituitur episcopus Zebennus.
b Romanæ Ecclesiæ decimus septimus episcopatum suscipit Pontianus annis quinque.		231	7	
Alexander in matrem Mammæam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis.	253	232	8	Origenes in Alexandria clarus habetur.
		233	9	
		234	10	
c Alexandrinæ Ecclesiæ duodecimus episcopus ordinatur Heraclas an. XVI.		235	11	
		236	12	

d Romæ octavus decimus ordinatur episcopus Antheros mense uno. Post quem decimus nonus Fabianus an. XIII.

e Alexander occiditur Moguntiaci tumultu militari.	254	237	13	*f* Origenes de Alexandria ad Cæsaream Palæstinæ transit

g XXII. MAXIMINUS annis III, et diebus paucis.

Maximinus primus ex corpore militari sine senatus auctoritate ab exercitu imperator electus est. R. CMXC.		238	1	
		239	2	*h* Maximinus adversum Ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit.

SEXTA PERSECUTIO.

Gordiano Romam ingresso Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio occisi.		240	3	*i* Maximinus Aquileiæ a Pupieno occiditur.

k XXIII. GORDIANUS annis VI.

	255	241	1	
		242	2	
		243	3	
		244	4	
	256	245	5	
		246	6	

l Gordianus admodum adolescens, Parthorum natione superata, cum victor reverteretur ad patriam, fraude Philippi præfecti prætorio haud longe a Romano solo interfectus est. Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrati imminet, ossibus ejus Romam revectis.

Philippus Philippum filium suum consortem regni facit : primusque omnium ex Romanis imperatoribus Christianus fuit.

m XXIV. PHILIPPUS annis VII.

Quadraginta missus natali Romanæ urbis cucurrerunt : et agon mille annorum actus.		247	1	

a Ἀντιοχείας ἑνδέκατος ἐπίσκοπος Ζέβεννος. *Sync.* p. 359, *A*.

b Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐννεακαιδέκατος Ποντιανός. *Idem*, p. 361, *C*.

c Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος (δωδέκατος) Ἡρακλᾶς. *Ibidem*.

d Ῥώμης ἐπίσκοπος ιη' Ἀντέρως μῆνα ἕνα· (μεθ' ὃν ιθ') Φαβιανὸς ἔτη ιγ'. *Idem*, p. 361, 362.

e Ἐσφάγη Ἀλέξανδρος ἐν Μογοντιακῷ. *Chron.* p. 268, *C*.

f Ὠριγένης ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Καισάρειαν Παλαιστίνης μετέστη. *Ibidem*, *C*.

g Ῥωμαίων κβ' ἐβασίλευσε Μαξιμῖνος ἔτη γ'. *Sync.* p. 361, *A*.

h Μαξιμῖνος κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν ἐκίνησεν. *Ibidem*.

i Μαξιμῖνος ἀνῃρέθη ἐν Ἀκυλήϊᾳ. *Idem*, p. 361, *B*.

k Ῥωμαίων κγ' ἐβασίλευσε Γορδιανὸς ἔτη ς'. *Sync.* p. 361, *D*.

l Γορδιανὸς εἰς Πάρθους ἐλθὼν ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, ὑπάρχου Φιλίππου γνώμῃ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος. *Ibidem*.

m Ῥωμαίων κγ' ἐβασίλευσε Φίλιππος ἔτη ζ'. *Idem*, p. 352, *B*.

OLYMP.	CHRISTUS	ROM.
		Philippus
	248	2
R. M. 257	249	3

Regnantibus Philippis millesimus Romanæ urbis expletus est annus : ob quam solemnitatem innumerabiles bestiæ in circo magno interfectæ : ludique in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo pervigilante celebrati.

Theatrum Pompeii incensum, et Hecatostylon. — 250 — 4 — Philippus urbem cognominem sui in Thracia construxit.

251 — 5 — *a* Alexandrinæ Ecclesiæ tertius decimus episcopatum tenuit Dionysius annis XVIII. Hic autem Dionysius vir sui temporis eloquentissimus summa gloria floruit.

252 — 6

b Philippus senior Veronæ, Romæ junior occiditur. — 258 — 253 — 7

d Decius e Pannonia inferioribus Dalmatiis natus fuit; qui cum Philippos patrem et filium interfecisset, ob odium eorum, persecutionem in Christianos movet, qua diaconus Laurentius Romæ martyrium duxit.

c XXV. DECIUS anno I, mensibus III.

254 — 1 — Romæ amphitheatrum incensum. Jubelæus juxta majores nostros.

SEPTIMA PERSECUTIO.

Antonius monachus in Ægypto nascitur.

e Romanæ Ecclesiæ episcopatum post Fabiani gloriosam mortem vicesimus suscipit Cornelius, quem tenuit annis tribus, diebus tribus, qui et ipse martyrio coronatus est. Exstant ad eum Cypriani octo epistolæ.

f Cyprianus primum rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginiensis episcopus martyrio coronatur.

Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam et Ægyptum, ut scribit Dionysius, et Cypriani De mortalitate testis est liber.

g Alexandro Hierosolymorum episcopo apud Cæsaream Palæstinæ ob martyrium interfecto, et Antiochiæ Babyla, Mazabanus et Fabius episcopi constituuntur.

h Decius cum filio in Abrito [*al.* Aprutio] occiditur.

i XXVI. GALLUS, et VOLUSIANUS, Galli filius, annis II, mensibus IV.

255 — 1 — *k* Origenes moritur.

l Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet vicesimus primus Lucius annis tribus, mensibus tribus [*al.* Lucius mensibus octo]. Post quem vicesimus secundus Stephanus annis quatuor. Exstant ad utrumque Cypriani epistolæ.

a Ἀλεξανδρείας (ιγ') ἐπίσκοπος Διονύσιος. *Sync.* *p.* 363, *C.*

b Φίλιππος ἀνῃρέθη ἅμα τῷ υἱῷ. *Cedrenus p.* 257, *C.*

c Ῥωμαίων (κε') ἐβασίλευσε Δέκιος ἔτος α'. *Chron. pasch. p.* 271, *A.*

d Δέκιος Φίλιππον ἀνεῖλεν ἅμα τοῖς παισὶ, καὶ διὰ τὸ πρὸς Φίλιππον ἔχθος, πικρὸν ἤγειρε κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν, ἐν ᾧ Φαβιανὸς ἐπὶ τῆς Ῥώμης ὁ ταύτης ἐπίσκοπος τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον, Βαβυλᾶς τε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῶν, καὶ Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρος. *Sync. p.* 363, *A.*

e Ῥώμης ἐπίσκοπος (κ') Κορνήλιος ἔτη γ'. *Ibidem, B.*

f Κυπριανὸς διαπρέπων ἔργοις καὶ λόγοις θεοσεβείας, ὁ μέγας Καρθαγένης ἐπίσκοπος, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ τελειοῦται. *Idem, p.* 363, *A.*

g Ἀντιοχείας ιϐ' ἐπίσκοπος Βαϐυλᾶς, (εἶτα) Φλαϐιανός. *Ibidem*, et 385, *C.* Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος Μαζαϐάνης. *Ibidem, et p.* 385, *C.*

h Δέκιος ἐσφάγη μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐν Ἀϐύρτῳ. *Chron. pasch. p.* 272, *A.*

i Ῥωμαίων κς' ἐβασίλευσε Γάλλος καὶ Βολλουσιανὸς ἔτος ἓν, μῆνας δ'. *Niceph. p.* 401, *C.*

k Κατὰ τὸν Γάλλου χρόνον λέγει τεθνάναι τὸν Ὠριγένην Εὐσέϐιος. *Sync. p.* 377, *A.*

l Ῥωμαίων (κα') ἐπίσκοπος Λούκιος ἔτη β'. Στέφανος ἔτη β'. *Idem, p.* 375-381.

a Novatus presbyter Cypriani Romam veniens Novatianum et cæteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset. Novatianum prolixis scriptis Dionysius coarguit (1).

OLYMP.	CHRISTUS	ROM.
		Gallus et Volusianus.
	256	2

b Gallus et Volusianus, cum adversus Æmilianum, qui in Mœsia res novas machinabatur, ex Urbe profecti essent, in foro Flaminii, sive, ut alii putant, Interamnæ interfecti sunt. Æmilianus tertio mense invasæ tyrannidis exstinctus est.

Valerianus in Rhætia ab exercitu Augustus, Gallienus Romæ a senatu Cæsar appellatus.

c XXVII. VALERIANUS et GALLIENUS annis XV.

d Antiochiæ quartus decimus constituitur episcopus Demetrianus.	259	257 258	1 2

e Romanæ Ecclesiæ pontificatum suscepit vicesimus tertius Xystus, et tenuit annis duobus, mensibus undecim, diebus sex [*al.* annis undecim]; cum quo Laurentius martyrium suscepit.

R. MX.	259	3

OCTAVA PERSECUTIO.

Valerianus in Christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique servitute miserabili consenescit.

f Sapor rex Persarum Syriam, Ciliciam et Cappadociam depopulatur.	260	260 261 262	4 5 6	Valeriano in Persas ducto, Gallienus nostris pacem reddidit.
g Antiochiæ quintus decimus Paulus Samosatenus constituitur episcopus.		263	7	
Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt.	261	264 265	8 9	

Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere. Græcia, Macedonia, Pontus, Asiæ depopulatæ per Gothos. Quadi et Sarmatæ Pannonias occupaverunt.

Germanis Hispanias obtinentibus Tarracon expugnata est.	266	10	Parthi Mesopotamiam tenentes Syriam incursarunt.

h Romanæ Ecclesiæ vicesimus quartus episcopus constituitur Dionysius annis duobus, mensibus tribus, diebus septem [*al.* annis novem].

i Alexandrinæ Ecclesiæ quartus decimus ordinatur episcopus Maximus annis XVIII.		267 268	11 12	*k* Odenathus decurio Palmyrenus collecta agrestium manu ita Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret.
l Hierosolymorum episcopatum tenet Hymenæus.	R. MXX. 262	269	13	

a Ναυᾶτος αἱρεσιάρχης πρεσβύτερος Ῥώμης ἐγνωρίζετο. *Sync. p.* 375, *D.*

b Γάλλος καὶ Βολλουσιανὸς ἐσφάγησαν ἐν ἀγορᾷ Φλαμενίου. *Idem p.* 376, *B.*

c Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλιηνὸς ἔτη ιε'. *Niceph. p.* 401, *C.*

d Ἀντιοχείας τεσσαρεσκαιδέκατος ἐπίσκοπος Δημητριανός. *Idem, p.* 381, *A.*

e Ῥώμης (κγ') ἐπίσκοπος Ξύστος ἔτη θ'. *S. p.* 381, *A.*

f Σαπώρης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς καταδραμὼν Συρίαν ἦλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πᾶσαν Καππαδοκίαν ἐδῄωσε. *Ibidem, C.*

g Ἀντιοχείας ιε' ἐπίσκοπος Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς. *Ibidem.*

h Ῥώμης ἐπίσκοπος (κδ') Διονύσιος ἔτη η'. *Ibidem.*

i Ἀλεξανδρείας (ιδ') ἐπίσκοπος Μάξιμος ἔτη (ιη'). *Ibidem, B.*

k Ὠδέναθος Παλμυρηνὸς ἀνὴρ στρατηγικὸς κατὰ Περσῶν ἀριστεύσας Κτησιφῶντα πολιορκίᾳ παρεστήσατο. *Idem, p.* 382, *C.*

l Ἱεροσολύμων (λε') ἐπίσκοπος Ὑμέναιος. *Idem, p.* 387, *B.*

(1) Apud Syncellum p. 379, D.

OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
		Valerianus et Gallienus	
	270	14	Galliæ per Posthumum et Victorium et Tetricum receptæ.

a Paulus Samosatenus a cunctorum prædicatione desciscens, Artemonis hæresim suscitavit. In cujus locum Antiochenæ Ecclesiæ sextus decimus ordinatur episcopus Domnus.

b Gallienus Mediolani occiditur. 271 15

c XXVIII. CLAUDIUS anno I, mensibus IX.

272 1

In Alexandria una pars, quæ appellatur Bruchium, quæ per multos annos fuerat obsessa, quia rebellabat, tandem destruitur.

Claudius Gothos, Illyricum et Macedoniam vastantes superat. Ob quæ in curia clypeus ei aureus, et in Capitolio statua aurea collocata est.

d Claudius Sirmii moritur. 263 273 2

Quintilius Claudii frater a senatu Augustus appellatus, decimo septimo [*al.* nono decimo] imperii die Aquileiæ occiditur.

e XXIX. AURELIANUS annis V, mensibus VI.

Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum, Gallias recepit. 274 1 Antiochenæ Ecclesiæ septimus decimus ordinatur episcopus Timotheus.

275 2

f Zenobia apud Immas haud longe ab Antiochia vincitur : quæ, occiso Odenatho marito, Orientis tenebat imperium : in qua pugna strenuissime adversus eam dimicavit Pompeianus dux cognomento Francus [*al.* Staticus], cujus familia hodieque apud Antiochiam perseverat, ex cujus Evagrius charissimus nobis presbyter stirpe descendit.

Eusebius Laodicensis insignis habetur. 264 276 3

Aurelianum Romæ triumphantem Tetricus et Zenobia præcesserunt. E quibus Tetricus corrector postea Lucaniæ fuit : et Zenobia in Urbe summo honore consenuit : a quo hodieque Romæ Zenobia familia nuncupatur.

g Aurelianus templum Soli ædificat, et Romam firmioribus muris vallat. 277 4

278 5 Primus agon Solis ab Aureliano institutus.

R. MXXX.

h Romanæ Ecclesiæ episcopatum vicesimus quintus suscepit Felix annis V. 279 6

NONA PERSECUTIO.

i Aurelianus cum adversum nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit : ac non multo post inter Constantinopolim et Heracliam in cænophrurio Viæ Veteris occiditur.

a Παῦλος Σαμοσατεὺς, τὴν Ἀρτέμωνος ἀνανεωσάμενος αἵρεσιν, ἐξώσθη. Ἀντιοχείας ἑκκαιδέκατος ἐπίσκοπος Δομνῖνος. *Sync. p.* 381, *A, B.*

b Γαλιηνὸς ἐσφάγη ἐν Μεδιολάνῳ. *Niceph. p.* 401, *C.*

c. Ῥώμης κη' ἐβασίλευσε Κλαύδιος ἔτος ἕν, μῆνας θ'. *Sync. p.* 384, *B, et Niceph. p.* 401, *C.*

d Κλαύδιος τελευτᾷ τὸν βίον· μεθ' ὃν Κεντίλιος κατέσχεν ὅλας ἡμέρας ιζ', καὶ ἀπέθανε. *Sync. p.* 384, *C.*

e Ῥώμης κθ' ἐβασίλευσεν Αὐρηλιανὸς ἔτη ε', μῆνας ς'. *Sync. p.* 385, *C, et Niceph. loc. prædic.*

f Αὐρηλιανὸς τοὺς Παλμυρηνοὺς ἐχειρώσατο καὶ Γαλλίαν ὑπέταξεν. *Sync. p.* 384, *D.* Ἐν Ἴμμας καλουμένῳ χωρίῳ τοὺς μὲν Παλμυρηνοὺς διέφθειρε, Ζηνοβίαν δὲ χειρωσάμενος εἰς Ῥώμην ἤγαγε, καὶ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος πολλῇ συνάπτει ταύτην ἐνδόξως ἀνδρὶ τῶν ἐν γερουσίᾳ. *Ibidem.*

g Αὐρηλιανὸς ἡλίου ναὸν ἐν Ῥώμῃ κατεσκεύασε. *Idem, p.* 385, *A.*

h Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Φῆλιξ ἔτη ε'. *Idem, p.* 386, *B.*

i Τῷ ς' αὐτοῦ ἔτει Αὐρηλιανὸς μέλλων διωγμὸν κινεῖν κατὰ Χριστιανῶν θείῳ κεραυνῷ διακωλύεται· συσκευῆς δὲ γενομένης περὶ αὐτοῦ, ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν ἐδολοφονήθη ἐν καινῷ φρουρίῳ. *Idem, p.* 385, *C.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
			Probus	
				a XXX. TACITUS mensibus quinque. Quo apud Pontum occiso, obtinuit imperium
				XXXI. FLORIANUS diebus LXXXIX. Hoc quoque apud Tarsum interfecto Ciliciæ civitatem, regnavit
Probus Gallias a barbaris occupatas ingenti virtute restituit.				XXXII. PROBUS annis VI, mensibus IV.
		280	1	
b Anatolius Laodicensis episcopus philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur.	265	281	2	

c Secundo anno Probi, juxta Antiochenos CCCXXV anno, juxta Tyrios CDII, juxta Laodicenos CCCXXII, juxta Edessenos DLXXXVIII, juxta Ascalonitas CCCLXXX, insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.

		282	3	
		283	4	*d* Antiochiæ decimus octavus constituitur episcopus Cyrillus.

e Saturninus magister exercitus novam Antiochiam exorsus est condere : qui postea imperium molitus invadere, Apamiæ occiditur.

Probus Gallos et Pannonios vineas habere permisit, Almeamque et aureum montem militari manu consitos provincialibus colendos dedit.

f Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit vicesimus sextus Eutychianus mensibus VIII. Post quem vicesimus septimus Gaianus annis quinque [*al. et Gr.* Gaius annis XV].	266	284 285	5 6	
g Probus tumultu militari apud Sirmium in turri, quæ vocatur Ferrea, occiditur.		286	7	*h* Alexandrinæ Ecclesiæ quintus decimus episcopus præfuit Theonas annis XIX.
				i XXXIII. CARUS cum filiis suis CARINO et NUMERIANO annis II.
		287	1	

k Carus Narbonensis, cum omni Parthorum regione vastata Cochem et Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cepisset, super Tigrim castra ponens fulmine ictus periit.

l Numerianus, cum ob oculorum dolorem lecticula veheretur in Thracia, insidiis Apri soceri sui occisus est, vix fetore cadaveris post aliquot dies scelere comperto.

Carinus prælio victus apud Margum occiditur.		288	2	

a Βασιλεύει Τάκιτος μῆνας ϛʹ, οὗ σφαγέντος ἐν Πόντῳ, βασιλεὺς Φλωριανὸς ἡμέρας πηʹ· οὗ σφαγέντος, ἐν Τάρσῳ, βασιλεύει Πρόβος ἔτη ϛʹ, μῆνας δʹ. *Sync. p.* 385, *D.*

b Ἀνατόλιος ὁ Λαοδικείας ἐπίσκοπος φιλοσόφοις μαθήμασι διαπρέπων ἐγνωρίζετο. *Idem*, *p.* 386, *A.*

c Ἡ τῶν μανέντων Μανιχαίων πανόλεθρος ἀπώλεια τῷ τῶν ἀνθρώπων παρεισήχθη βίῳ. *Ibidem*, *A.*

d Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος (ιηʹ) Κύριλλος ἔτη ιεʹ. *Idem*, *p.* 386, *C.*

e Σατορνῖνος στρατοπεδάρχης τὴν καινὴν Ἀντιόχειαν ἤρξατο κτίζειν· ὃς ὕστερον ἐπαναστὰς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐσφάγη ἐν Ἀπαμείᾳ ὑπὸ τῶν ἰδίων. *Idem*, *p.* 386, *A.*

f Τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γέγονεν ἐπίσκοπος (κϛʹ) Εὐτυχιανὸς μῆνας ηʹ· μεθ' ὃν Γάϊος (κζʹ) ἐπίσκοπος ἔτη ιεʹ. *Idem*, *p.* 386, *C.*

g Πρόβος ἐσφάγη ἐν Σιρμίῳ. *Ibidem*, *A.*

h Ἀλεξανδρείας (ιεʹ) ἐπίσκοπος Θεωνᾶς ἔτη ιθʹ. *Ibidem*. *C.*

i Ῥωμαίων βασιλεὺς (λγʹ) Κάρος σὺν τοῖς παισὶ Καρίνῳ καὶ Νουμεριανῷ ἔτη βʹ. *Ibidem.*

k Κάρος ἀνὴρ Γαλάτης, πολεμήσας Πέρσαις, παρέλαβε Κτησιφῶντα, ὃς παρὰ ποταμῷ Τίγριδι διὰ στρατοπεδευόμενος, κεραυνοῦ κατασκήψαντος, ἀθρόως ἅμα τῇ σκηνῇ διαφθείρεται. *Ibidem*, *D.*

l Ὁ Νουμεριανὸς ἐπανιὼν ἐκ Περσῶν, καὶ ὀφθαλμιάσας, ὑπὸ τοῦ ἰδίου πενθεροῦ φονεύεται τὴν προσηγορίαν Ἄπερος. *Ibidem.*

OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Diocletianus.	
R. MXL. 267	*a* 289	XXXIV. DIOCLETIANUS annis xx. 1	

b Diocletianus Dalmata, scribæ filius imperator electus, statim Aprum in militum concione percussit, jurans sine suo scelere Numerianum interfectum.

290 2

Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum assumit : qui rusticorum multitudine oppressa, quæ factioni suæ Bacaudarum [*al.* Bagaridarum] nomen indiderat, pacem Galliis reddit.

		291	3	
Carausius [*al.* Causarius] sumpta purpura Britannias occupavit. Narseus Orienti bellum intulit. Tenebræ fuerunt interdiu.	268	292 293	4 5	Quinquegontiani (*al.* Quiquegentiani) Africam infestaverunt. Carporum et Basternarum gentes in Romanum solum translatæ sunt.

c Ægyptum Achilleus obtinuit. Ob quæ Constantius et Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum. Quorum Constantius Claudii ex filia nepos fuit : Galerius in Dacia haud longe a Serdica natus. Atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit : ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani duxit Valeriam. Ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi.

		294	6
		295	7
d Busiris et Coptus civitates provinciæ Thebaidos contra Romanos rebellantes, ad solum usque subversæ sunt.	269	296 297 298	8 9 10
R. ML.		299	11

Primus Diocletianus adorari ut Deum se jussit, et gemmas vestibus calceamentisque inseri : cum ante eum omnes imperatores in modum judicum salutarentur, et chlamydem tantum purpuream a privato habitu plus haberent.

e Romanæ Ecclesiæ vicesimus octavus episcopatum suscipit Marcellinus, annis IX.	270	300 301	12 13

f Alexandria cum omni Ægypto per Achilleum ducem a Romana potestate desciscens, octavo obsidionis mense a Diocletiano capta est. Itaque plurimi per totam Ægyptum gravibus proscriptionibus exsiliisque vexati, interfectis his qui auctores perduellionis exstiterant.

	302	14	
g Ecclesiæ Hierosolymorum vicesimus septimus ordinatur episcopus Zabdas.	303	15	Post decem annos per Asclepiodotum præfectum prætorio Britanniæ receptæ.
Juxta Lingonas a Constantio Cæsare LX millia Alamannorum cæsa.			Galerius Maximianus victus a Narseo
Veturius, magister militiæ, Christianos persequitur milites : paulatim ex illo tempore jam persecutione adversum nos incipiente.	304	16	ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit.

DECIMA PERSECUTIO.

Jubelæus secundum majores. — Persecutionis anni decem.

Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, volente Diocletiano, Galerio et Constantio ex Cæsaribus Augustis factis.

a Διοκλητιανὸς (λδ') ἔτη κ'. *Niceph. p.* 401, *D.*

b Διοκλητιανὸς Δαλμάτης τὸ γένος, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, τὸν Ἄπερα τὸν τοῦ Νουμεριανοῦ σφαγέα φονεύει. *Sync. p.* 387, *A.*

c Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς Κωνστάντιον καὶ Μαξιμιανὸν Καίσαρας ἐποίησαν. *Cedrenus p.* 268, *A.*

d Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τὴν Βούσιριν καὶ τὴν Κοπτὸν πόλεις ἐν Θήβαις τῆς Αἰγύπτου, ἀποστατησάσας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, εἰς ἔδαφος κατέσκαψαν. *Idem, p.* 266, *D.*

e Ῥώμης ἐπίσκοπος (κη') Μαρκελλιανὸς ἔτη β'. *Niceph. p.* 411, *C.*

f Τῆς Ἀλεξανδρείας σὺν τῇ Αἰγύπτῳ ἀποστατησάσης, τῇ προσβολῇ τῶν Ῥωμαίων πλεῖστοι ἀνῃρέθησαν. *Ibidem.*

g Ἱεροσολύμων (λη') ἐπίσκοπος Ζαβδᾶς. *Niceph. p.* 410, *B.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM.	
			Diocletianus	
Thermæ Romæ Diocletianæ factæ, et Maximinianæ Carthagini.	271	305	17	Galerius Maximianus, superato Narseo, et uxoribus ac liberis, sororibusque ejus captis, a Diocletiano ingenti honore suscipitur.
a Ecclesiæ Hierosolymorum vicesimus octavus præfuit Hermon annis XXXVIII.		306	18	*b* Antiochiæ decimus nonus constituitur episcopus Tyrannus.
Terræ motu horribili apud Tyrum et Sidonem multa opera conciderunt, et populus innumerabilis oppressus est.		307	19	

c Alexandrinæ Ecclesiæ sextus decimus post Theonam ordinatur episcopus Petrus, qui postea nono persecutionis anno gloriose martyrium perpetravit.

Diocletianus et Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis et omni præda, qua Parthos spoliaverant.

d Nono decimo Diocletiani anno, mense Martio, in diebus Paschæ, ecclesiæ subversæ sunt.

e Romæ vicesimus nonus episcopus constituitur Eusebius mensibus sex. Post quem tricesimus Ecclesiam tenet Miltiades annis IV.		308	20	*Ordinatus est sanctus Mallonus archiepiscopus Rothomagensis II.*

XXXV. GALERIUS solus biennio Augustus imperium tenuit.

R. MLX.

		309	1	*f* Maximus et Severus a Galerio Maximiano Cæsares facti.
g Galerius Maximianus vicesimo primo imperii sui anno moritur.	272	310	2	

h Constantius sexto decimo imperii anno diem obiit in Britannia Eboraci. Post quem filius ejus Constantinus ex concubina Helena procreatus regnum invadit. Quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus.

i Severus Cæsar a Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Ravennæ secundo anno imperii sui interficitur.

k Licinius a Galerio Carnunti in Pannoniis imperator factus.

l XXXVI. CONSTANTINUS annis XXX, mensibus X.

m Maxentius Herculii Maximiani filius a prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.		311	1	

a Ἱεροσολύμων (λθ') ἐπίσκοπος Ἑρμῶν. *Niceph. p.* 410, *B.*

b Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος (ιθ') Τύραννος ἔτη ιγ'. *Idem, p.* 417, *D.*

c Μετὰ Θεωνᾶν διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας Πέτρος, ὅς, ἐννάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, τῷ τοῦ μαρτυρίου κατεκοσμήθη στεφάνῳ. *Eusebius Hist. eccl. VII*, 32, *et Chron. pasch. p.* 276, *C.*

d Ἔτους ιθ' τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας μηνὶ δύστρῳ, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ἔπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς Ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν. *Chron. pasch. p.* 276, 277.

e Ῥώμης ἐπίσκοπος (κθ') Εὐσέβιος ἔτη δ'. Μιλτιάδης ἔτη δ'. *Niceph. p.* 411, *D.*

f Γαλέριος δύο Καίσαρας ἐποίησεν Μαξιμῖνον καὶ Σευῆρον. *Chron. pasch. p.* 278, *B.*

g Βασιλεύσας ἔτη ις' Γαλέριος ἐτελεύτησε. *Ibidem.*

h Βασιλεύσας Κωνστάντιος ἐπὶ ἔτη ιγ' ἀπέθανε, καὶ διεδέξατο αὐτὸν ὁ παῖς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, ὁ νόθος ἐξ Ἑλένης αὐτῷ γενόμενος. *Ibidem.*

i Ὁ Γαλέριος Μαξιμιανὸς Σευῆρον ἀπέστειλεν τὸν Καίσαρα, ἵνα Μαξέντιον ἀνέλῃ. Καὶ ἀνῃρέθη Σευῆρος ἐν πολέμῳ. *Ibidem.*

k Λικίνιος ἀνηγορεύθη εἰς Καρνοῦντα. *Idem, p.* 279, *B*

l Ῥωμαίων λς' ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ἔτη λα (λ') καὶ μῆνας ι'. *Ibidem, D.*

m Οἱ ἐν Ῥώμῃ στρατιῶται ἀνηγόρευσαν Μαξέντιον, τὸν υἱὸν Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου, βασιλέα. *Cedrenus p.* 270, *A.*

OLYMP. CHRISTUS ROM.

Constantinus

312 2

Herculius Maximianus a filia Fausta detectus, quod dolum Constantino viro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur.

Quirinus episcopus Siscianus gloriose pro Christo interficitur. Nam manuali [*al.* navali] mola ad collum ligata e ponte præcipitatus in flumen diutissime supernatavit, et cum spectantibus collocutus, ne sui terrerentur exemplo, vix, orans ut mergeretur, obtinuit.

a Romanæ Ecclesiæ Silvester tricesimus primus ordinatur episcopus annis XXII. [*al.* XXI.]

273 313 3

314 4

Subrogatus Mulianus archiepiscopus Rothomagensis III, qui interfuit concilio Arelatensi I.

b Maximianus [*al. et Gr.* Maximinus], persecutione in Christianos facta, cum jam a Licinio puniendus esset, apud Tarsum moritur.

315 5

c Alexandrinæ Ecclesiæ decimus septimus ordinatur episcopus Achillas.

316 6

d Maxentius juxta pontem Milvium a Constantino superatus occiditur.

274 317 7

Bellum Cibalense adversus Licinium.

e Hierosolymorum tricesimus nonus constituitur episcopus Macarius.

318 8

R. MLXX. 319 9

f Diocletianus haud procul a Salonis in villæ suæ palatio moritur, et solus omnium privatus inter deos refertur.

g PAX NOSTRIS A CONSTANTINO REDDITUR.

320 10

275 321 11

h Crispus et Constantinus, filii Constantini, et Licinius adolescens, Licinii Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Cæsares appellantur. Quorum Crispum Lactantius Latinis litteris erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit, nedum deliciis.

322 12

323 13

324 14

276 325 15

i Alexandrinæ Ecclesiæ decimus octavus episcopus ordinatur Alexander, a quo Arius presbyter de Ecclesia ejectus multos suæ impietati sociat: ad quorum perfidiam coarguendam synodus trecentorum decem et octo episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes hæreticorum machinas *homousii* oppositione delevit.

k Licinius de palatio suo Christianos pellit.

326 16

Basileus Amasiæ Ponticæ episcopus sub Licinio martyrio coronatur.

a Ῥώμης (λα′) ἐπίσκοπος Σίλβεστρος ἔτη κη′. *Niceph. p.* 411, *D.*

b Μαξιμῖνος, κατὰ Χριστιανῶν ἐπινοήσας, ἡττηθεὶς ὑπὸ Λικινίου ἐν Κιλικίᾳ φυγὰς ὤλετο. *Cedrenus p.* 272, *C, et Chron. pasch. p.* 280, *B.*

c Ἀλεξανδρείας (ιζ′) ἐπίσκοπος Ἀχιλλᾶς ἔτος ἕν. *Niceph. p.* 416, *C.*

d Τὸν Μαξέντιον ἀνεῖλε Κωνσταντῖνος πολέμῳ, ὃς πνιγεὶς εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν, εἰς τὴν γέφυραν Μουλυβίου, βασιλεύσας ἔτη ϛ′. *Chron. pasch. p.* 278, *C, et* 280, *B.*

e Ἱεροσολύμων (λθ′) ἐπίσκοπος Μακάριος. *Idem p.* 410, *B.*

f Διοκλητιανὸς ἰδιωτεύσας τὸ πνεῦμα ἀπέῤῥηξεν. *Cedrenus p.* 269, *B.*

g Ὁ Χριστιανῶν πέπαυται διωγμός. *Idem p.* 272, *C.*

h Κωνσταντῖνος Αὔγουστος Κωνστάντιον καὶ Κρίσπον τοὺς ἑαυτοῦ υἱοὺς Καίσαρας ἀνηγόρευσε. *Chron. pasch. p.* 281, *C.*

i Ἀλεξανδρείας (ιη′) ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ. *Niceph. p.* 416, *C.*

k Λικίνιος ἤρξατο κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινεῖν. *Cedrenus p.* 282, *D.*

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Constantinus	
Constantinus, filius Constantini, Cæsar factus.		327	17	*a* Licinius Thessalonicæ contra jus sacramenti privatus occiditur.
Nazarius rhetor insignis habetur.		328	18	
Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium litteras dirigit. R. MLXXX.	277	329	19	*Subrogatus Severus archiepiscopus Rothomagensis IV.*

b Crispus Constantini filius et Licinius junior, Constantiæ Constantini sororis et Licinii filius, crudelissime interficiuntur anno imperii sui nono.

330 20

c Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, et sequenti anno Romæ edita.

HUC USQUE HISTORIAM SCRIBIT EUSEBIUS PAMPHILI MARTYRIS CONTUBERNALIS, CUI NOS ISTA SUBJECIMUS.

331 21

Arnobius rhetor in Africa clarus habetur : qui cum in civitate Siccæ ad declamandum juvenes erudiret, et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis impelleretur, neque ab episcopo impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros : et tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetravit.

Drepanam Bithyniæ civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi Constantinus instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolim nuncupavit.

In Antiochia Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cœptum.		332	22	Constantinus uxorem suam Faustam interfecit.

Donatus agnoscitur : a quo per Africam Donatiani.

Antiochiæ post Tyrannum vicesimus ordinatur episcopus Vitalis. Post quem vicesimus primus Philogonus. Cui successit vicesimus secundus Paulinus. Post quem vicesimus tertius Eustachius. Quo in exsilium ob fidem truso, usque in præsentem diem, Ariani Ecclesiam occupaverunt, id est Eulalius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus, rursum Meletius. Quorum idcirco tempora non digessi, quod eos hostes potius Christi, quam episcopos, judicem.

	278	333	23	Porphyrius misso ad Constantinum insigni volumine exsilio liberatur.

Juvencus presbyter, natione Hispanus, Evangelia heroicis versibus explicat.

Alexandrinæ Ecclesiæ decimus nonus, ordinatur episcopus Athanasius. Metrodorus philosophus agnoscitur.		334	24	Ditatur Constantinopolis pene omnium urbium nuditate, quæ ante Byzantium dicta.
Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.		335	25	

Romæ tricesimus secundus Ecclesiam tenuit Marcus mensibus octo. Post quem tricesimus tertius ordinatus est Julius annis sedecim, mensibus quatuor.

		336	26	Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.
Constantius filius Constantini provehitur ad regnum.	279	337	27	Pestilentia et fame innumerabilis multitudo in Syria Ciliciaque perit.
Sarmatæ et Limigantes dominos suos, qui nunc Archaragantes vocantur, facta manu, in Romanum solum expulerunt. R. MXC.		338	28	Calocærus in Cypro res novas molitus opprimitur.
		339	29	

a Λικίνιος τέλος σφαγείς. *Chron. pasch. p.* 282, *B.*

b Κωνσταντῖνος Κρίσπον τὸν ἴδιον υἱὸν Καίσαρα ὄντα καὶ διαβληθέντα αὐτῷ ἀνεῖλεν. *Ibidem, D.*

c Κωνσταντῖνος εἰκοσαετηρίδα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦξε, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ Ῥώμῃ βικεννάλια. *Ibidem, C.*

OLYMP. CHRISTUS ROM.

Constantinus.

340 30 Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur. Pater rhetor Romæ gloriosissime docet.

Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coæquatur, cui nomen Eunomia fuit.

Eustachius Constantinopolitanus presbyter agnoscitur : cujus industria in Hierosolymis martyrium constructum est.

Tiberianus vir disertus præfectus prætorio Gallias regit.

280 341 31

Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat : a quo usque in præsens tempus ecclesiarum rapinæ, et totius orbis est secuta discordia.

Constantinus, cum bellum pararet in Persas, in Acyrone [*al.* Acinore] villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis LXIII [*al.* LXVI] : post quem tres liberi ejus ex Cæsaribus Augusti appellantur.

XXXVII. CONSTANTIUS, CONSTANTINUS, et CONSTANS, annis XXIV, mensibus V, diebus XII.

342 1 Sapor rex Persarum Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus Nisibin obsedit. Ablavius præfectus prætorio, et multi nobilium interfecti.

343 2 Jacob Nisibenus episcopus agnoscitur : ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est.

Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni filiis reliquerat, factione Constantini patruelis et tumultu militari, anno imperii sui tertio, occiditur.

344 3

Ex hoc loco impietas Ariana, Constantii regis fulta præsidio, exsiliis, carceribus, et variis afflictionum modis primum Athanasium, deinde omnes non suæ partis episcopos persecuta est.

Subrogatus Eusebius archiepiscopus Rothomagensis V.

345 4 Vario eventu adversum Francos a Constante pugnatur. Constantinus bellum fratri inferens juxta Aquileiam Alsæ occiditur.

281 346 5 Multæ Orientis urbes terræ motu horribili conciderunt. Audæus in Syria Cœle clarus habetur, a quo hæresis Audæana.

347 6 Antiochiæ Dominicum aureum dedicatur. Paulus crudelitate Philippi præfecti (nam fautor Macedonii partium erat) et Arianorum insidiis strangulatur.

Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arianis episcopis subrogatur : a quo nunc hæresis Macedoniana.

Hermogenes magister militiæ Constantinopoli tractus a populo ob episcopum Paulum, quem regis imperio et Arianorum factione pellebat.

Franci a Constante perdomiti, et pax cum eis facta.

348 7

Maximus Trevirorum episcopus clarus habetur : a quo Athanasius Alexandriæ episcopus, cum a Constantio quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est.

R. MC. 282 349 8 Neocæsarea in Ponto subversa, excepta ecclesia, et episcopo, cæterisque qui ibi reperti sunt. Titianus vir eloquentissimus præfecturam prætoriam apud Gallias administrat.

Sapor rex Persarum Christianos persequitur.

350 9 Athanasius ad Constantis [*al.* Constantii] litteras Alexandriam regreditur.

351 10 Magnis rei publicæ expensis in Seleucia Syriæ portus effectus. Dyrrachium corruit terræ motu : et tribus diebus ac noctibus Roma nutavit : plurimæque Campaniæ urbes versatæ.

Eusebius episcopus Emisenus Arianæ signifer factionis, multa et varia conscribit.

Rursum Sapor tribus mensibus obsedit Nisibin.

352 11 Solis facta defectio.

OLYMP.	CHRISTUS	ROM.
		Constantius
283	353	12

Bellum Persicum nocturnum apud Singaram, in quo haud dubiam victoriam militum stoliditate perdidimus. Neque vero ullum Constantio ex novem gravissimis præliis contra Persas gravius bellum fuit. Nam, ut alia omittam, Nisibi obsessa, Bizabdæ et Amida captæ sunt.

Quadragesimus Maximus post Macarium Hierosolymorum episcopus moritur. Post quem Ecclesiam Ariani invadunt : id est Cyrillus, Eutychius, rursum Cyrillus, Irenæus, tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus ; quorum Cyrillus, cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ejus ita ei ab Acacio, episcopo Cæsariensi, et cæteris episcopis Arianis episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in ecclesia administravit : ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans, de episcopo in presbyterum regradavit.

354 13

Romanæ Ecclesiæ tricesimus quartus ordinatur episcopus Liberius. Quo in exsilium ob fidem truso, omnes clerici juraverunt quod nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi pejeraverunt : et post annum cum Felice ejecti sunt ; quia Liberius tædio victus exsilii, et in hæretica pravitate subscribens, Romam quasi victor intraverat.

Romæ populus adversus Magnentianos rebellans ab Heraclida senatore proditur.

Vetranioni apud Naissum a Constantio regium insigne detractum.

Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longe ab Hispania, anno ætatis suæ tricesimo, imperii sui tertio decimo, in castello, cui nomen est Helene, interficitur. Quam ob rem turbata re publica, Vetranio Mursæ, Nepotianus Romæ imperatores facti.

Nepotiani caput pilo per Urbem circumlatum, multæque proscriptiones nobilium et cædes factæ.

355 14

356 15

Nonnulli nobilium Antiochiæ a Gallo interfecti.

Gallus Constantii patruelis Cæsar factus.

Magnentius Mursæ victus : in quo prælio Romanæ vires conciderunt.

Gallus Judæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum invaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem : et civitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurimaque oppida igni tradidit.

284 357 16

358 17

Gennadius Forojuliensis orator Romæ insignis habetur.

Minervius Burdigalensis rhetor Romæ florentissime docet.

Magnentius Lugduni in palatio propria se manu interficit : et Decentius frater ejus, quem ad tuendas Gallias Cæsarem miserat, apud Senonas laqueo vitam explet.

R. MCX. 359 18

Silvanus in Gallia res novas molitus vicesimo octavo die exstinctus est.

Gallus Cæsar sollicitatus a Constantio patrueli, cui in suspicionem ob regiam indolem venerat, Istriæ [*al.* Histone] occiditur.

Victorinus rhetor et Donatus grammaticus præceptor meus Romæ insignes habentur : e quibus Victorinus etiam statuam in foro Trajani [*al.* Romano] meruit.

360 19

Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent.

Petrus Cæsaraugustæ orator insignis docet.

Paulinus et Rhodanus Galliarum episcopi in exsilium ob fidem trusi.

Donatus, a quo supra Donatianos dici in Africa memoravimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores ejus etiam Montenses vocant, eo quod ecclesiam Romæ primum in monte habere cœperunt.

Eusebius Vercellensis episcopus, et Lucifer, ac Dionysius Caralitanæ, et Mediolanensis Ecclesiæ episcopi, Pancratius quoque Romanus presbyter, et Hilarus diaconus distantibus inter se ab Arianis et a Constantio damnantur exsiliis.

285 361 20

Julianus frater Galli Mediolani Cæsar appellatur.

Reliquiæ apostoli Timothei Constantinopolim invectæ.

Sarmatha, Amathas, et Macarius discipuli Antonii insignes habentur.

Liberius episcopus Romanus in exsilium mittitur.

OLYMP. CHRISTUS ROM.

Constantius

Antonius monachus centesimo quinto anno ætatis in eremo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre complura : cujus nos exitum brevi libello explicuimus.

Hilarius episcopus Pictaviensis factione Saturnini Arelatensis episcopi, reliquorumque qui cum eo erant, Arianorum, ante triennium in Phrygiam pulsus libros de nostra religione componit.

Saraceni in monasterium beati Antonii irruentes Sarmatham interficiunt.

Magnæ Alamannorum copiæ apud Argentoratum [*al.* Argentarium, *infra* Argentariam], oppidum Galliarum, a Cæsare Juliano oppressæ.

Evanthius eruditissimus grammaticorum Constantinopoli diem obiit : in cujus locum ex Africa Chrestus assumitur. — 362 — 21 — Constantio Romam ingresso, ossa Andreæ apostoli, et Lucæ evangelistæ a Constantinopolitanis miro favore suscepta.

Paulinus Trevirorum episcopus in Phrygia [*al.* Pythia] exsulans moritur.

Nicomedia terræ motu funditus eversa, vicinis urbibus ex parte versatis.

363 — 22

Synodus apud Ariminum et Seleuciam Isauriæ facta : in qua antiqua Patrum fides, decem primum legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.

Hilarius, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias rediit. Macedonius Constantinopoli pellitur. — 364 — 23 — Honoratus ex præfecto prætorio Galliarum primus Constantinopoli præfectus urbi factus. Gratianus, qui nunc imperator est, nascitur.

Omnes pene toto orbe Ecclesiæ sub nomine pacis et regis Arianorum consortio polluuntur.

286

Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno ætatis XLV [*al.* XLII]. — 365 — 24 — Constantinopoli maxima ecclesia dedicatur. Gallia per Hilarium Ariminensis [*al.* Arianæ] perfidiæ dolos damnat.

Meletius Sebastiæ Armeniorum episcopus ab Acacio et Georgio episcopis Arianis Antiochiam transfertur : et post non grande temporis intervallum, cum presbyteros, qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant, suscepisset, exsilii justissimam causam subita fidei demutatione delusit.

XXXVIII. JULIANUS anno uno, mensibus octo.

Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Athanasii ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam revertitur. — 366 — 1

Juliano ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit illiciens magis, quam impellens ad sacrificandum : in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt.

Eusebius et Lucifer de exsilio revertuntur : e quibus Lucifer ascitis duobus confessoribus Paulinum, Eustachii episcopi presbyterum, qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, in parte catholica Antiochiæ episcopum facit.

367 — 2 — Æmilianus ob ararum subversionem Dorostori a vicario incenditur.

Prohæresius sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.

Ecclesia Antiochiæ clausa, et gravissima imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est. Nam Julianus in Persas profectus nostrum post victoriam diis sanguinem voverat : ubi a quodam simulato perfuga ad deserta perductus, cum fame et siti Apostata perdidisset exercitum, et inconsultius a suorum erraret agminibus, ab obvio forte hostium equite conto ilia perfossus interiit, anno ætatis XXXI [*al.* XXXII]. Post quem sequenti die Jovianus ex primicerio domesticorum imperator factus est.

XXXIX. JOVIANUS mensibus octo.

Jovianus rerum necessitate compulsus Nisibin et magnam Mesopotamiæ partem Sapori regi Persarum tradidit. — 368 — 1 — *Subrogatus Marcellinus archiepiscopus Rothomagensis VII.*

Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta, in qua *homousio anomœo*que rejecto, medium inter hæc *homœusion* Macedonianum dogma vindicaverunt.

Jovianus cruditate, sive odore prunarum, quas nimias adoleri jusserat, Dadastanæ moritur, anno ætatis xxxiv. Post quem Valentinianus tribunus scutariorum, e Pannonia Cibalensis apud Nicæam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in consortium regni assumit.

	OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Valentinianus et Valens	
Apollinaris Laodicensis episcopus multimoda nostræ religionis scripta componit.	R. MCXX. 287	369	1	XL. VALENTINIANUS, et VALENS annis xiii, mensibus v.

Valentinianus egregius alias imperator et Aureliano moribus similis, nisi quod severitatem ejus nimiam et parcitatem quidam crudelitatem et avaritiam interpretabantur.

Terræ motu per totum orbem facto, mare littus egreditur, et Siciliæ multarumque insularum innumerabiles populos opprimit.

Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros persequitur.		370	2	

Procopius, qui apud Constantinopolim tyrannidem invaserat, apud Phrygiam salutarem exstinctus est : et plurimi Procopianæ partis cæsi atque proscripti.

Romanæ Ecclesiæ tricesimus quintus ordinatur episcopus Damasus. Et post non multum temporis intervallum Ursinus [*al.* Ursicinus] a quibusdam episcopus constitutus Sicininum cum suis invadit : quo Damasianæ partis populo confluente, crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ.

Gratianus Valentiniani filius Ambianis imperator factus.		371	3	Apud Atrebatas lana e cœlo pluviæ mista defluit. Hilarius Pictaviensis episcopus moritur.

Tanta Constantinopoli est orta tempestas, ut miræ magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit.

Libanius Antiochenus rhetor agnoscitur.		372	4	Nicæa, quæ sæpe ante corruerat, terræ motu funditus eversa.
Agon Constantinopoli a Valente redditus.	288	373	5	Eusebius Vercellensis episcopus moritur.

Athanaricus rex Gothorum in Christianos persecutione mota plurimos interficit : et de propriis sedibus in Romanum solum expellit.

Magna fames in Phrygia.		374	6	Constantinopoli Apostolorum Martyrium dedicatur.

Lucifer Caralitanus episcopus moritur, qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum, et Philone Libyæ, nunquam se Arianæ miscuit pravitati.

Maximinus præfectus annonæ maleficos ab imperatore investigare jussus, plurimos Romæ nobilium occidit.

Valentinus in Britannia, antequam tyrannidem invaderet, oppressus est.		375	7	Presbyter Sirinus [*al.* Sirmii] nequissime decollatur, quod Octavianum exproconsule apud se latitantem prodere noluisset.

Lex datur, nobilitate deleta, ut quique quarto gradui jungantur.

Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur : qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus elementorum quoque ignarus fuit.

Probus præfectus Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante provincias, quas regebat, quam a barbaris vastarentur, erasit.

Eunomius discipulus Aetii Constantinopoli agnoscitur, a quo hæresis Eunomiana.

		376	8	
Saxones cæsi Deusone in Francorum regione.	189	377	9	Burgundionum octoginta ferme millia, quod nunquam antea, ad Rhenum descenderunt.

Clearchus præfectus urbis Constantinopoli agnoscitur : a quo necessaria et diu exspectata votis aqua inducitur civitati.

Alexandriæ vicesimus ordinatur episcopus Petrus : qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.

Melania nobilissima mulierum Romanarum et Marcellini quondam consulis filia, unico prætore tunc

urbano filio derelicto, Hierosolymam navigavit : ubi tanto virtutum præcipueque humilitatis miraculo fuit, ut Theclæ nomen acciperet.

OLYMP.	CHRISTUS	ROM. Valentinianus et Valens
	378	10

379 — 11

Aquileienses clerici, quasi chorus beatorum habentur. R. MCXXX.

Valens, lege data, ut monachi militarent, nolentes fustibus jussit interfici [*al.* fluctibus necari].

Multi monachorum Nitriæ per tribunos et milites cæsi.

Quia superiori anno Sarmatæ Pannonias vastaverunt, iidem consules permansere.

Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur.

Theodulus miserabilis presbyter, dum adversus conscientiam furoris sui sacrificia Deo offerre auderet, in mediis precibus eliditur.

Valentinianus, subita sanguinis eruptione, quod Græce *apoplexis* vocatur, Brigitione moritur. Post quem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat.

Apollinarius Laodicensis jactatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans, hæresim sui nominis suscitavit, quam Damasus habito Romæ concilio damnavit.

Theodosius Theodosii postea imperatoris pater, et plurimi nobilium occisi.

Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum dogma Judaicum (1) : qui multa continentiæ et ingenii bona uno superbiæ malo perdidit [*al.* decoloravit].

380 — 12

Alamannorum triginta circiter millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.

Basilius Cæsariensis episcopus Cappadociæ clarus habetur.

Florentinus et Bonosus [*al.* Bosonius] et Rufinus insignes monachi habentur : e quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, ut vulgo pater pauperum vocatus sit.

290 — 381 — 13

Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thraciam.

Gens Hunorum Gothos vastat : qui a Romanis sine armorum depositione suscepti, per avaritiam Maximi ducis ad rebellandum fame coacti sunt.

382 — 14

Valens de Antiochia exire compulsus sera pœnitentia nostros de exsiliis revocat.

Lacrymabile bellum in Thracia : in quo, deserente equitum præsidio, Romanæ legiones a Gothis cinctæ usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse imperator Valens, cum sagitta saucius fugeret, et ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villæ casam deportatus est. Quo persequentibus barbaris, et incensa domo, sepultura quoque caruit.

Ab Urbe condita, usque ad extremum hujus operis annum, fiunt anni MCXXXI hoc modo : Sub regibus anni CCXL ; sub consulibus anni CDLXIV ; sub Augustis et Cæsaribus anni CDXXVII.

Colliguntur omnes anni usque in consulatum Valentis sexies, et Valentiniani Junioris iterum Augusti, a quinto decimo Tiberii anno et prædicatione Domini Jesu Christi anni CCCLI.

A secundo anno Darii regis Persarum, quo tempore templum Hierosolymis instauratum est, anni DCCCXCIX.

Ab olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Isaias prophetabat, anni MCLVI.

A Salomone et prima ædificatione templi, anni MCCCCXI.

A captivitate Trojæ, quo tempore Samson apud Hebræos erat, anni MDLXI.

A Moyse et Cecrope primo rege Atticæ, anni MDCCCXC [*al.* MDCCCXCIII; *al.* MDCCCCXC].

Ab Abraham et regno Nini et Semiramidis, anni MMCCCXCV.

Continet omnis canon ab Abraham usque ad tempus suprascriptum annos MMCCCXCV.

A diluvio usque ad Abraham supputantur anni DCCCXCII [*al.* DCCCCXLII].

Et ab Adam usque ad diluvium, anni MMCCXLII.

Fiunt ab Abraham usque ad quintum decimum Valentis annum, id est usque post consulatum ejus sexies, et Valentiniani iterum Augusti, omnes anni VMDXXIX [*al.* VMDLXXIX].

HUC USQUE HIERONYMUS PRESBYTER ORDINEM PRÆCEDENTIUM DIGESSIT ANNORUM.

(1) Recte *Judaicum* pro *inductum*. Nam judaizantem Photinum ecclesiastica narrat historia. Porro sequentem de Photini superbia pericopen stulti aliquot amanuenses ad proximam S. Basilii magni pericopem transtulerunt ; quod mendum non agnovit in Adn. Scaliger, sed Pontacum non fugit, codices etiam Vaticani coarguunt, et Basilium sanctissimum ab iniqua criminatione defendunt.

SAMUELIS PRESBYTERI ANIENSIS

TEMPORUM

USQUE AD SUAM ÆTATEM RATIO

E LIBRIS HISTORICORUM SUMMATIM COLLECTA.

OPUS EX HAICANIS QUINQUE CODICIBUS AB JOANNE ZOHRABO DOCTORE ARMENIO DILIGENTER EXSCRIPTUM ATQUE EMENDATUM JOANNES ZOHRABUS ET ANGELUS MAIUS PRIMUM CONJUNCTIS CURIS LATINITATE DONATUM NOTISQUE ILLUSTRATUM EDIDERUNT.

(Mediolani, regiis typis, MDCCCXVIII.

DE SAMUELE PRÆFATIO.

I. *Samuelis summarium commode cum Eusebio conjungitur.* — Postquam *Eusebiani Chronici* curis editionisque labore tandem aliquando defuncti fuimus, ea statim cogitatio nos subiit, solitariamne mallemus istos Canones in lucem emittere, an ut multi Græci, ut Syri, ut Latini (quos inter princeps Eusebii interpres D. Hieronymus primusque editor Mediolanensis Mombritius), Eusebianum opus consecutorum temporum gestis cumulaverunt; nos quoque item editionem nostram posteriore aliqua historia continuaremus. Equidem ubi de prosequendis Canonibus sententia placuit, nihil opportunius fuit Samuele chronographo Armenio, cujus omnis industria in eo diligentissime versata est, ut apud gentiles suos Eusebii sibi personam vocemque capesseret. Nam cum universo opere Eusebii, latiore nimirum historia ac linearis canonis epitome uteretur Samuel, haud ipse consilium cepit, quod olim Latini fecerunt, totum illud prioris libri volumen securi Tenedia resecandi; verum, mitiore contentus sententia, priorem quidem librum tot auctorum sententiis redundantem ac varium, satis brevi compendio conclusit; posteriorem autem ad sui temporis usum paulo aptius accommodavit, addita Christi æra, rebusque multis quas Eusebius neglexerat: tum quod instituti caput erat, adeo temporum digestionem produxit, ut ab anno Constantini Magni vicesimo (in quo finem fecit Eusebius) ad quintum usque et quadragesimum Manuelis Comneni decurrerit; quod ingens additamentum res annorum octingentorum et quinquaginta complectitur. Quanquam, ut vere dicamus, id præcipue spectavit Samuel magnoque studio perfecit, ut res Armeniacas quarum nullum vestigium apud Eusebium videre est, e summo gentis historico Chorenensi Mose in suam lucubrationem transferret; ubi vero hic etiam deficeret, complures alios et graves Armeniorum scriptores excerperet; ad extremum quæ ipse viderat, chronographiæ committeret. Non uno autem nomine Eusebianæ editioni prodest Samuelis conjunctio. Namque in primis priori Canonum Eusebianorum historiæ (quam prope stulte quidam critici jam fictitiam nullamque esse putabant) testimonium gravissimum indubiumque adjicit Samuel, dum et ejus proœmium prope ad litteram exprimit, et res Chaldaicas se in prædicto libro legisse commemorat, et unde Eusebius Hebraicam chronologiam sit exorsus docet, et ejusdem imitator τοὺς LXX Bibliorum Interpretes pressim sequendos existimat, et illas viginti genealogias ab eodem Eusebio mutuatur : quanquam ipse demum patriarcharum uxores sponte inserit ex aliquo fortasse Veteris Testamenti pseudepigrapho libro, erudita curiositate delectas (*a*). Quid autem ? nonne Samuel emendare Eusebium videtur, cum Cainanum (cujus Eusebius omissi causa tot Syncelli criminationibus patuit) in patriarcharum ordine collocandum demonstrat? Nonne nomina sive propria sive gentilia,

(*a*) Legesis Samuelis prologum et prioris partis prima capita duo.

nonne annorum notas, nonne alia complura quæ in Eusebii codicibus luxata fuerunt, recte Samuel interdum constituit? Denique ad Eusebii crisim quid non hic conferat auctor, qui modo Eusebium ab se pene exscribi confirmat (a); modo eidem ita se innixum fatetur, ut, eo subducto, nihil scribere possit (b)?

II. *Samuelis patria, notitia operis et Mæcenas.* — Sed priusquam de multiplici Samuelis utilitate dicamus, operæ pretium est de ipso homine et de codicibus, unde opus protrahitur, summa cum brevitate disserere. Samuelis, dignitate presbyteri, patria fuit Ania, Armeniæ urbs ad flumen Achurium sita, in ea provinciæ Araratiæ regione quam geographi dicunt Siraciam. Hæc Ania cum nono Christianæ æræ sæculo non modica incrementa accepisset, propterea quod Bagratuniis principibus regiam sedem præberet, decimo quidem undecimoque sæculo tam frequens tamque splendida evasit, ut domos centum mille, templa autem plus mille habuisse feratur (c). Porro hæc urbs diligenter secernenda est ab Anio provinciæ, quæ dicitur alta Armenia, castello quod Moses Chorenensis commemorat (d). Age vero ipsius Samuelis chronographi mentionem faciunt primum quidem Armenii scriptores Cyriacus Ganzaghenus sæculi XIII homo; iterum sequente sæculo vir eruditus Vardanus Barzerberdensis; uterque in suis Haicanis historiis: denique postrema ætate Serposius in Armeniacæ historiæ compendio, quod, scriptore usus anonymo amico, impensis subsidiisque maximis adornavit, Samuelis chronicos canones justo quidem rarius, sed tamen aliquoties compellat. Præterea Gallicani aliquot perdocti homines codicis Parisiaci notitia usi, nec segniter nec perfunctorie Samuelem nostrum commendant. Primus in his Villefroyus Samuelis Chronicon diligentissime contrectavit, atque operis universi rationem exposuit (e). Exin Villefroyi schedis instructus Frerctus Samuelis chronologiam cum fructu usurpavit in dissertatione *De anno Armeniaco* (f). Sed enim nemo affluentius laudabiliusve Samuelianis copiis semet exornavit, quam novissimus Sammartinius (g), vir orientalium studiorum nostra ætate prudentissimus, qui de Armeniæ historia et geographia æque bene vel etiam copiosius meriturus est, quam ille diu memorabilis Sancticrucius de Alexandri gestis atque scriptoribus. Jam ex ipso statim prologo et mox e prioris partis conclusione cognoscimus, Samuelem patriarchæ Gregorii precibus exoratum hanc summariam temporum tractationem scripsisse: sed est obscurum ad quem Gregorium Samuelis verba pertineant. Profecto nonnulli cogitant de Gregorio illo, qui anno Christi 1116 electus est vixitque in pontificatu annos LIII; nos tamen Samuelis librum Gregorio potius juniori oblatum censemus, qui Nersi Claiensi successit anno 1176: cujus rei permulta indicia sunt, sed illud longe certissimum, quod nimirum Samuel quarto Gregorii junioris, seu Deghæ, anno chronologiam a se adornatam concludit, uti mox evidenter docebimus.

III. *Samueliani summarii codices.* — Chronicorum Samuelis canonum codices haud infrequentes occurrunt: nam præter complures, qui in Armeniorum bibliothecis delitescunt, Parisiaeum nuper commemoravimus. Neque tamen Samuel vel Europæis vel Orientalibus typis ante hoc tempus, quantum scimus, impressus est. Jam in tanto codicum numero vix ullus est, in quo Samuelis Canones ultra auctoris terminum, nempe ultra Christi annum 1179, a recentioribus chronographis vel etiam scribis produci non soleant; quo genere additamenti ne codex quidem Parisiacus caret; idemque in Græcis etiam ac Latinis aliorum auctorum chronicis solemne pervulgatumque est. Denique non solum protractus est Samuel, verum etiam alieni panni laciniis quandoque intertextus, qua de re notæ nostræ lectores identidem admonebunt. Nunc Mediolanensis Samuelis editio e quinque codicum collatione ac varietatibus conflata est. Princeps Samuelis exemplar, quod veluti fundamentum editionis nostræ posuimus, circa annum æræ Armeniacæ 656 (Christi ad Samuelis supputationem 1209) exaratum fuerat, ideoque tricesimo fere post *Chronici* finem anno confectum cognoscitur. Namque Samuelis lucubrationem revera anno 1179 explicitam esse, manifesto docet *Chronici* codex alter, in quo licet opus multo ulterius protrahatur, prædicto tamen anno 1169 ejusmodi admonitio perscribitur: *Heic explicit facundi Samuelis compositio, qui sane vehementer curavit ut emendatissime scriberet. Appulit autem usque ad suam omnino ætatem; cum historici officium sit de præteritis præsentibusque disserere; ultra vero ea quæ in vita cujusque versantur, progredi non liceat. Quanquam igitur post hunc locum pergit adhuc linearis Armeniacarum rerum historia, nihilominus complura menda satis coarguunt alium esse scripti auctorem, nam præter Christi æræque Armeniorum annos, nil propemodum recte se habet.* Neque tamen reticere licet, princeps illud exemplar putri situ haud raro fuisse corruptum nonnullisque chartis mutilum. Id vero damnum reparatum est invento alio Byzantina in urbe exemplari (h), quod anno quidem æræ Armeniacæ 1532 (Christi 1585) scriptum fue-

(a) *Part.* I, cap. 7, 22.
(b) *Prolog.* § 5.
(c) Lege lexicon Armeniæ geographicum editum Venetiis, anno 1769. Nunc Ania pagus est.
(d) *Hist.* II, 11.
(e) Apud Montfauconium, *Biblioth. mss.* p. 1026.
(f) *Mémoires de l'Acad. des inscr.*, t. XIX, p. 85 sqq.
(g) *Mémoires historiques et géographiques sur l'Arménie*, t. I, passim.
(h) Hujus exemplaris apographum a se confectum J. Zohrabus conservat.

rat, ita tamen ut idem ab antiquissimo omnium codice sumptum diceretur, nempe ab apographo annis duodecim post conditum opus confecto. Sane id Byzantinum exemplar magnopere nobis placebat, ejusque ope sæpe pravas interpolationes cognovimus, quæ ab auctoris ingenio vehementer abhorrebant. Hactenus tria commemoravimus Samuelis exemplaria; princeps, id est antiquissimum, alterum quo monemur de justo auctoris confinio, tertium Byzantinum. His demum alia duo accesserunt, quorum unum nec valde antiquum et porro imperfectum; alterum recentissimum, idque in annum 1698 desinens, temerariis videlicet accessionibus atque interpolationibus scatens. Operis denique titulus in codicibus scriptus is fere est quem in fronte editionis posuimus: *Samuelis presbyteri Aniensis temporum usque ad suam ætatem ratio e libris historicorum summatim collecta.*

IV. *Qui sit Samueliani summarii fructus.* — Sed rogabit aliquis qua communis utilitatis spe quove prudenti cons lio Armenium chronographum ad Europæorum studia perferendum curemus? namque illud justissime dicitur: Nova et utilia qui narrat, auctorem hunc perhibeto bonum. Nos sane fatemur, priorem Samuelis partem parum emolumenti (præter Eusebii confirmationem) afferre: res enim Hebraicas et reliquorum orbis olim cogniti populorum ita Samueli Eusebius suppeditat, ut hoc summarium nihil fere habeat præter Eusebii aliorumque chronographorum brevem quamdam repetitionem; historiam porro Armeniacam usque ad Christum de Virgine genitum totidem sæpe verbis e Mose Chorenensi videmus arcessiri. Neque tamen est cur quisquam propterea Samuelem spernendum putet, nisi idem tot Latinos et Græcos chronographos æque pedibus trahat, qui plerique omnes cum ab orbe condito ordiantur, necessaria ratione fit ut eamdem crambem videantur recoquere. Quanquam nos res Armeniacas multorum ad aures nunc primum perventuras speramus, quandoquidem hujus gentis res nondum satis in populari luce versantur, propter eorum paucitatem, qui ad has scribendas accesserunt. Sed licet quod quisque volet existimet, in nostra quidem editione quantum Eusebii primus liber secundo dignitate præstat, tantumdem Samuelis pars posterior priorem jucunditate fructuque superat. Romanorum et Græcorum imperatores centum scribuntur apud Samuelem ab Augusto ad Manuelem Comnenum. Persarum quoque reges primum Arsacidæ, mox Sasanidæ post Christum usque ad Mahumetum plus triginta narrantur: qui postquam fatales exitus habuerunt, exortæ sunt Saracenorum Amirarum tyrannides, quarum ingens imperii moles partim quidem internecivis odiis ac dissensionibus, partim vero Scytharum adventu post annos quinquaginta circiter supra ducentos debilitata ac dissipata est. Prædictis interjecti fuerunt Armeniorum dynastæ miro ludo fortunæ jactati, Arsacidæ nimirum reges, Mamicunii principes, Gnunii, Rhestunii, Arzerunii, Bagratunii, præter Persicos, Arabicos, Iberos, Græcosque præfectos. Adde Armeniorum patriarchas nunquam intermissos. Adde Christi æram a vulgari satis dissentientem, qua in re Samuelis chronologia, propter veterem et gravissimam summorum criticorum de æra vulgari controversiam (*a*), haud flocci facienda est. Adde æram Armeniacam, non ut vulgo Armenii supputant, Christi anno 551, sed anno 553 institutam, quod verissime a Samuele dici jampridem Villefroyus ex anno Hierosolymorum a Christianis captorum demonstravisse videtur (*b*). Jam ipsæ res ætatibus regum interpositæ quantæ demum sunt? Quanquam Samuelis non est historia, sed capita quædam et historiæ commentarius, virorum tamen illustrium facinora innumera commemorantur. Et quidem lætissima est illuminatio Armeniorum, quo tempore gens illa universa incredibili studio et consensu ad Christum convolavit, prodigiis plurimis maximisque SS. Gregorii et Rhipsimiæ comitumque virtutibus tota Armenia strepentibus (*c*). Exin tot templorum cœnobiorumque ædificia, tot martyria fortissima, tot doctrinis laboribusque confirmata religio. Quanquam vero postea nec hæreses neque schismata neque partium præsertim furiosissima studia defuerunt; tamen natio Armeniorum nunquam se a communione Romana cunctim sejunxit. Quid Haicanæ litteraturæ auspicatissima initia et progressus prope admirabiles, nisi tam sæpe procella litterarum, turbo ac tempestas eruditionis omnis bellum Persicum et mox Arabicum in Armeniam pervasisset? Mahumeticæ potentiæ incunabula et incrementa (quanquam communiori Saracenicorum temporum historiæ parum consona (*d*), Armeniæ lacrymabiles vastationes, Latinorum in Palæstinam expeditiones satis ubere stylo scribuntur: neque ullius pene rei varietas desideratur; non urbium primordia et excid a, non cædes innumeræ, non pestilentiæ famesque, non scelera, non fraudes, non stratagemata, non denique multorum hominum litteris, sanctimonia, bellica arte præstantium enumeratio. Atque hæc omnia notis editorum plurimis et castigationibus illustranda erant atque purganda, nisi nos festinatio operis ab omni fere exquisitiore cura avocasset.

V. *De Samuelis orthodoxia conjecturæ.* — Nunc si licet de religiosis quoque Samuelis dogmatibus

(*a*) Vide si nihil aliud, certe libros Henrici Sanclementii *De vulgaris æræ emendatione.*

(*b*) Apud Montfauconium, *Biblioth. mss.*, p. 1016, 1017.

(*c*) Lege ad Christi annum 305.

(*d*) Scilicet tum hegiræ initium multo ante annum Christi 648 retrahendum est (quod ipse Samuel ad an. Christi 618 satis docet); tum Mahumeti priorumque Califarum res gestæ ex accuratioribus Arabum historiis cognoscendæ sunt, quas non parum Samuel ad an. 648 perturbare atque obscurare videtur.

judicium interponere, in primis notandum est, Orientales hæreticos (Samosatenum puta, Macedonium, Nestorium atque alios) non obscure in hoc *Chronico* condemnari. Jam ab ipsa Chalcedonensis synodi oppugnatione et a crimine Monophysitico, ob quæ nomina male interdum Armenii audiverunt, satis Samuel abhorrere videtur. Is quippe anno Christi 640 diserte docet, ab Esdra patriarcha Armeniorum in Chalcedonensis synodi sententiam pedibus itum esse; cum tamen anno Christi 527 caute reticuisset, patriarcham Nersem Astarachensem, Eutychianorum fraudibus circumventum Persarumque armis conterritum (*a*), prædictæ synodi canones rescidisse, quo silentio Samuel calamitatem ejus facti studiose se tegere innuit. Rursus anno Christi 856 Zachariæ patriarchæ ecclesiasticas constitutiones Samuel collaudat: atqui exploratum est, ab hoc pontifice Chalcedonensem iterum synodum fuisse comprobatam (*b*). Quid? Eutychianos duos, Joannem Mairacomensem et Sergium, nonne Samuel aperte exsecratur (*c*)? Utinam et Zenonis *Henoticon* atque Anastasii prædictique Zenonis dogmata nigro æque lapillo signaret (*d*)! Nisi forte Samuelis hi loci interpolati sunt ab iis quibus Chalcedonense concilium displicuit; quod genus interpolationum alibi quoque in Samuelis codicibus deprehendimus. Sed Samuelis orthodoxiam nil vehementius commendat, quam quod is in Deghæ patriarchæ clientela fuit, cujus hominis doctrina catholica ex ejusdem scriptis rebusque gestis cognoscitur. Namque Degha scriptis litteris (et quidem etiam ad Cœlestinum III papam) Monophysiticam labem insectatus est, coacta autem synodo circa eum ipsum annum, quo *Chronicon* Samuelis concluditur, duas solemniter Christi naturas ab Armeniis pronuntiandas curavit (*e*). Denique quod sancti nomen Joanni Ozniensi largitur Samuel (*f*), in primis sciendum est, criminationes adversus hunc hominem inventis nupera ætate documentis magnopere fuisse fractas, eumdemque a Monophysitica suspicione liberatum (*g*). Et quidem in veterum scriptis sancti nomen civilis tantummodo privatique honoris causa interdum tribuitur: Joannes autem hic Ozniensis in sacra Armeniorum Kalendaria pleraque non est relatus. Miramur item singularem Samuelis in religiosa historia scribenda tranquillitatem, cum tamen Oriens magnis factionum flammis omni tempore exarserit. Certe permultis controversiarum harum scriptoribus tantum sæpe furorem dissensionum æstus objecit, ut eorum mentes haud valde absint ab insania, nedum facilis aditus veritati relinquatur. Atqui opus est ut Christianus quisque lenitati, mansuetudini, prætereaque unitati, concordiæ et obedientiæ studeat: alioquin videamus, per Deum immortalem! quem in locum res sacras perventuras putemus. Sed quis demum Samuelis orthodoxiam non ex ea narratione auguretur, qua Gregorium patriarcham III Armenium a Romanorum regibus atque pontificibus summo honore affectum gloriatur (*h*), eumque ad Jerosolymorum urbem profectum, a Latinis ibi versantibus orthodoxum esse judicatum, et summo studio omnique charitate dilectum: qua re mirifice delectatus Samuel, hinc sibi demum exploratum ait, gentem suam nunquam supremi Numinis gratia excidisse? Jam illud quantæ justitiæ est, quod narrat Gregorium patriarcham valde improbavisse Armeniorum aliquot defectionem ab heterodoxo rege, qui tamen et Christianis sacris fide obligata favebat, et jure imperare videbatur (*i*)? Quanquam alibi Saracenicæ superstitioni et tyrannidi pro merito maledicit Samuel. Quantæ rursus fortitudinis est, quod Græcorum principum, quorum ipse vel ætate vel prope in ditione vivebat, perfidiam in Latinos atque impietatem adversus causam Christianam tam aperte condemnat (*j*)? Nisi forte, quod in re simili dixit Hieronymus (*k*), timor Dei hominum timorem expellit. Omnino Samuel ejusmodi scriptor est, quem genuisse Armenii merito glorientur, Europæi autem nunc cognoscere gestiant.

(*a*) Lege Serposium *Compendio storico*, t. II, p. 34 sqq.
(*b*) Serpos. *Compend.*, t. II, p. 46 et 434.
(*c*) Ad an. Ch. 645.
(*d*) Ad an. Ch. 495 et 511.
(*e*) Lege Serposium *Compend.*, t. II, p. 446.
(*f*) Ad an. Ch. 718.
(*g*) Lege Serposium, t. II, p. 42, 377-397 seqq., itemque sermonem ipsius Ozniensis *contra Phantasticos*.
(*h*) Ad an. Ch. 1115.
(*i*) Ad an. Ch. 1126.
(*j*) Ad an. Ch. 1099 et 1150
(*k*) *Præfat. ad Eusebii Chron.* in fine.

SAMUELIS ANIENSIS

SUMMARII TEMPORUM

PARS PRIOR.

PROLOGUS.

. Cum tres in partes universum temporis spatium dividi soleat, in præteritum videlicet, in præsens atque in futurum, humanæ tamen voluntatis affectio ad præteriti magis atque futuri, quam ad præsentis cognitionem ferri videtur. Jam fore ut homines. sive sacri sive profani, illa potius *tempora* inquirerent, *divinæ* quoque Scripturæ nos docent, quandoquidem vel ipsis familiaribus suis aiebat ille Vivificus, « Non est vestrum nosse horas et (1) tempora quæ Pater posuit in sua potestate [1]. » Quod effatum non de supremo solum exterminio, sed de temporibus omnibus idcirco pronuntiatum verax ille Eusebius ait (2), ut si qui sunt curiosiores atque inania scrutantes, ii paucis his verbis deterrerentur, quominus doctrinam temporum se assequi posse certa scientia confiderent. Profecto B divinum hoc Dominicumque oraculum eo præcipue nomine editum est, ut vanarum rerum exploratores incasso labore supersedeant. Quæ enim cognita et considerata utilitatis aliquid afferunt, ea ipse (3) docuit palamque fecit in propheticis libris, quibus *omnia* ex ordine continentur usque. ad divinum Verbum cum natura carnea conjunctum, capto initio ab oraculis ore Mosis divinitus evulgatis.

2. Jam ex plurimis ejus rei causis duas tantum præcipuas notare sufficiat : quod *divinum scilicet Verbum* in primis voluerit os eorum comprimere, qui creaturas principio et fine carentes dicere ausi sunt; deinde eversos paterna hæreditate homines spe lætifici adventus sui recreare : superioribus C continuatim sæculis humanitatis a se assumendæ mysterium parabolis visionibusque confirmans; postremo autem perfectissima scientia discipulos suos imbuens, sancto Spiritu in eosdem immisso : quos A et ministros et conscios arcanæ voluntatis suæ fecit, rerumque ineffabilium gnaros, quarum luculento splendore creaturæ universæ saturatæ sunt. Homines igitur omnium rerum naturas edocti, de præteritis, præsentibus atque futuris scribere aggressi sunt, utpote ab illius veracis discipulis notione veritatis imbuti : tum etiam disertissimus et sapientissimus quisque ad elaborandas gentis suæ chronographias incubuit.

3. Quos inter (primos inquam itemque novissimos) amplissimum dignitatis locum beatus ille Eusebius obtinuit : deinde Socrates historiographus, aliique complures. Nostræ porro gentis primum aio historicum fuisse Agathangelum, qui origines scripsit illuminationis (4) Armeniorum curante divo Gregorio, cujus etiam multimoda patientia mirabiliter inclaruit. Secutus est Moses Chorenensis historica veridicentia prænobilis : deinde Elisæus, et Lazarus et Faustus, qui et Byzantius (5), paulo antiquior historicus : nec non Heraclius a Sebio episcopo laudatus (6), tum et Leontius presbyter, et Sabuhius, et dominus Joannes, et posteriore demum ætate Stephanus doctor, cognomento Asolnichius (7). Atque hi de rebus Armeniacis, itemque alii plurimi de singulis gentibus, narrationes suas texuerunt tantummodo post Adamum paradiso emissum, vita ejus quam in paradiso exegit omissa (8). . . . uti Dominus aiebat, diem nimirum et horam, qua sit ipse venturus, a nemine ante cognosci [2] : quæ verba cum ad angelos Filiumque ipsum retulerit, interrogationem hanc commovet : Atqui si erat ipse venturus, quonam idem pacto horam nesciebat? Ergo ne mœrore ipsos afficeret, id ab eo dictum existimo.

[1] Act. I, 7. [2] Marc. XIII, 32.

(1) Ita *et*, non *vel*, habent Samuel itemque Eusebius in Proœmio, nec non Armeniaca ipsa Biblia. At Græca et Latina Biblia, *vel*.

(2) In prioris libri Proœmio.

(3) *Deus*.

(4) Hinc divus Gregorius, de quo mox, dicitur vulgo *Illuminator*.

(5) Videtur dicendum *Faustus Byzantinus*.

(6) Obscurus vel corruptus videtur hic locus in Samuelis codicibus. Quod autem merito mireris, etiam Stephanus Aselnichius in suæ *Historiæ* Proœmio eumdem hunc locum eadem obscuritate laborantem exhibet.

(7) De his Armeniis historicis alibi loquendum videtur.

(8) Hoc loco in emendatiore Samuelis exemplari innuitur lacuna.

4. Ego vero imperitiæ inscitiæque meæ immemor, te rogante, o sanctimonia fulgens Gregori, studio tibi obsequendi impulsus sum ad ea quæ tibi erant in votis scribenda. Agesis igitur sancti Spiritus ope fretus, ex his *historicis* breviter sermonis *mei* rationem, prout tua fert sententia, decerpam; ita tamen ut nusquam a veritatis calle deflectam. Et quidem ex tam ingenti numero duo mihi præcipue facem præferent, Eusebius ac Moses Chorenensis. Jam vero primum quidem ab Adamo inchoans, desinam in Noachum: hinc ad Abrahamum usque *pergam*. Postea chronographorum more lineari ratione *tempora* ad nos usque digeram. Denique hoc in opere si vana rejecero, et necessaria complexus fuero, rem tibi me gratam spero esse facturum.

5. Revera supervacaneum ducimus haud probabiles Chaldæorum historias et barbarica nomina recitare: quibus si quis indigebit, præsto est mirifici Eusebii liber, sine quo nosmetipsos haud scribere posse fatemur. Quanquam reapse quidquid ejus generis ibi scriptum est, neque opportunitate caret neque utilitate. Etsi enim peregrinis nominibus priscos Patres indigitat, annorumque rationes immaniter exuberant: Patrum tamen numerus congruit cum divinis *Scripturis* (9). Alia insuper causa fuit, quamobrem ea referrentur quæ ab illis (10) quasi somniantibus excogitata sunt: quia nimirum Chaldæus fuit Abrahamus, ejusque majores Chaldææ indigenæ, quam rem liber Geneseos aperte prodit (11). Imo illæ narrationes nullum veritati testimonium non suppeditant, nempe quod attinet ad diluvium, ad turris opificium, atque ad cætera quæ ibidem consequuntur. Ea, *inquam*, ratio fuit beatis illis Patribus cur hæc commemoranda putarent. Nobis tamen cum istorum lucubrationes sufficere videantur, ea materia satis erit, quæ instituto nostro conducit.

6. Jam ipsorum Chronicorum initium ab Adami e perbeatis illis sedibus exitu seniores illi sapientissimi petendum censuerunt (12). Quisquis vero aliter nugatur, diuturnitatem ejus incolatus sibi esse exploratam dictitans; aut de cœli et terra conditu temeraria effutit (13); huic, inquam, cave fidem tribuas. Namque ab eo tempore, quo ille suavissimo vitæ genere excidit qui (14) Adamus vocatus est (quo nomine omnes cunctim homines significantur), inde, inquam, nostra temporum ratio exordium cepit, ea videlicet quæ in Septuaginta virorum interpretatione est: apud Hebræos enim discrimen ingens in temporum præsertim numero deprehenditur. Porro autem ii sanctum Spiritum ducem habent qui Septuaginta Viros sectantur (15): quibus nos quoque adhærentes, rem, quam sumus aggressi, expediamus.

CAPUT I.

Quænam ratio temporum apud Septuaginta Interpretes perscribatur ab Adamo usque ad diluvium.

I. Priscus homo Adamus post exitum e paradiso anno ætatis CCXXX genuit Sethum ex Eva conjuge sua: vixitque adhuc annis DCC usque ad CXXXVII (16) annum Malalielis. Alios quoque genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCXXX.

II. Sethus annos natus CCV genuit Enosum ex Alora (17) conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCVII usque ad XX annum Enochi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCXII (18).

III. Enosus annos natus CXC genuit Cainanum ex Nuena conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCXV usque ad LIII annum Mathusalæ. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCV.

IV. Cainanus annos natus CLXX genuit Malalielem ex Malaleda conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCXL usque ad LXXXI annum Lamechi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCX.

V. Malaliel annos natus CLXV genuit Jaredum ex Dina conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCXXX usque ad XLVIII annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCXCV.

VI. Jaredus annos natus CLXII genuit Enochum ex Baracha (19) conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCLXXX annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCLXII.

VII. Enochus annos natus CLXV genuit Mathusalam ex Jadnera conjuge sua: vixitque adhuc annis CC: cumque Deo placuisset, translatus est anno XXXIII Lamechi. Genuit filios et filias; translatus est ætatis anno CCCLXV. Ab Adamo usque ad Enochum translatum generationes VII annique MCCCCLXXXVII conflantur.

VIII. Mathusala annos natus CLXVII genuit Lamechum ex Edna conjuge sua: vixitque adhuc annis DCCCII. Hic annis XIV (20) diluvio superfuit, quod ex ipsius vitæ spatio cognoscitur. In aliis tamen exemplaribus vixisse annis *postquam genuerat* traditur DCCLXXXII. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCCCLXIX.

IX. Lamechus annos natus CLXXXVIII genuit Noachum e Bedna conjuge sua: vixitque adhuc annis DXXXV. Patri suo Mathusalæ præmortuus est Lamechus, postquam vixerat usque ad DXXXV

(9) Confer Eusebii *Chron.* I, II, 8.
(10) *Chaldæis.*
(11) Euseb. *Chron.* I, XVI, 2.
(12) Euseb. *Chron.* I, XVI, 3-6.
(13) Hoc pacto videntur peccare nominatim Syncellus et Cedrenus in suorum *Chronicorum* primordiis.
(14) Codex pro *qui* habet *atque.*
(15) Conferatur Euseb. *Chron.* I, XVI, 7 et 17.
(16) Alius codex CXXX.
(17) Al. cod., *Azora.*
(18) Al. cod., DCCCCLII.
(19) Al. cod., *Bavacha.*
(20) Codex unus *annis*, omisso numero, alius mendose *annis* LXXX. Verum supputatio docet scribendum XIV. Conferatur Eusebius col. 147 cum n. 1.

annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DCCXIII.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum atque Japetum e Noemzara conjuge sua : vixitque adhuc annis C usque ad diluvium : post diluvium autem annis CCCL. Obiit ætatis anno DCCCCL. Ab Enocho translato usque ad diluvium generationes tres annique DCCLV coacervantur. Ab Adamo autem generationes decem, annique MMCCXLII.

CAPUT II.

Quæ ratio temporum scribatur apud Septuaginta Interpretes a Semo ad annum Abrahami primum.

XI. Semus annos natus C genuit Arphaxadem anno altero post diluvium e Dizaclibade conjuge sua : vixitque adhuc annis D. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DC.

XII. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam ex Rabuia conjuge sua : vixitque adhuc annis CCCCIII. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DXXXVIII.

XIII. Sala annos natus CXXX genuit Heberum e Mucha conjuge sua : vixitque adhuc annis CCCCVI (21) usque ad VII annum Seruchi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DXXXVI.

XIV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum e Zuba conjuge sua : vixitque adhuc annis CCCCXXXIII usque ad XXXVIII annum Nachori. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno DLXVII.

XV. Phalecus annos natus CXXXIV genuit Ragavum e Ziura conjuge sua : vixitque adhuc annis CCIX usque ad LXXVII (22) annum Seruchi. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno CCCXLIII. Phaleci ætate terra divisa est : nam et Phalecus divisionem significat. Iste quidem patri suo præmortuus est. In ejusdem ætatem turris quoque opificium incidit : itemque loquelæ, quæ eatenus una fuerat, in plurimas dialectos pro numero tribuum divisio : qua super re cum divina Scriptura historici externi consentiunt. Conficiuntur itaque a diluvio usque ad turrim procreationes quinque annique DXXV. Ab Adamo autem procreationes quindecim annique MMDCCLXVII.

XVI. Post Phalecum vero Ragavus annos natus CXXXV genuit Seruchum e Sura conjuge sua : vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII annum Nachori. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno CCCXLII.

XVII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum e Melcha conjuge sua : vixitque adhuc annis CC usque ad LI annum Abrahami. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno CCCXXX.

XVIII. Nachorus annos natus LXXIX genuit Tharam ex Iescha conjuge sua : vixitque adhuc annis CXIX usque ad XLIX annum Abrahami. Genuit filios et filias. Obiit ætatis anno CXCVIII.

XIX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum ex Edna conjuge sua; vixitque usque ad XXIV annum Isaaci, nempe superfuit annis CXXXV. Genuit filios et filias. Obiit Thara ætatis anno CCV.

XX. Primus Abrahami annus. Conficiuntur a diluvio usque ad annum primum Abrahami procreationes novem annique DCCCCXLII. Ab Adamo autem procreationes XIX annique MMMCLXXXIV, ita ut Abrahamus in vicesima procreatione sit. Hæc quidem secundum Septuaginta Virorum interpretationem.

CAPUT III.

De Cainano et aliis quibusdam (23).

1. Haud pauci enimvero prudentissimi historici ad procreationem annorumque numerum Cainanum adjungunt cum annis CXX; eumque aiunt Arphaxade natum Salæque parentem. Rem autem ita describunt : Arphaxades annos natus CXXXVII ex Rabuia uxore sua genuit Cainanum : cumque adhuc annis CCCCIII vixisset, exstinctus est. Cainanus annos natus CXX Salam e Secha uxore sua suscepit : cumque adhuc annis CCCLXXXXVII vixisset, obiit. Porro hujus rei testibus utuntur celeberrimis doctissimisque viris, Origene scilicet Gregorioque Theologo atque Epiphanio Cyprio : imo adeo Luca evangelista sancti Spiritus pleno, qui illum in suam genealogiam intulit (24). De horum ergo sententia Abrahamus quidem vicesimum primum locum post Adamum occupat. Summa autem annorum, quos Eusebius ab Adamo ad Abrahamum MMMCLXXXIV scribit, ad MMMCCCIV consurgit.

2. Insuper et Moses Chorenensis comparativum laterculum instruens stirpium quæ a tribus Noachi filiis ad Abrahamum usque pertingunt, eumdem patriarcham Cainanum in suam historiam inserendum curavit, quartum a Noacho et a Semo tertium : eademque ratione Thiram a Noacho quartum, tertium autem a Iabetho : tum denique Mestraimum quartum a Noacho, tertiumque a Chamo dicit. Qua de re idem Moses historicus hoc pacto scribit (25) : « Arduum scilicet esse, rationem temporum inde usque abs rerum origine exploratam habere atque colligere : multo vero difficilius, ipsas *hominum* propagines consequenter a tribus Noachi liberis pervestigare. Quandoquidem et divinæ litteræ, delecta ea, quæ ad se pertinebat, Semi prosapia, reliquarum nullam rationem habuerunt, tanquam spretarum videlicet neque dignarum quæ in orationis suæ textum insererentur. » Rursusque ait : « Licet id in nullo interpretationis nostræ

(21) Al. cod., CCCCLXXXX.
(22) Al. cod., LXXV.
(23) Exin capitum titulos nos addemus.
(24) Cum nos Samuelem paucis admodum adnotationibus illustrandum sumpserimus, quod quidem ad hunc famosum de Cainano locum attinet, lectores nostros ad Calmetum *in Gen.* X, 24, et ad Millium *in Luc.* III, 36, libenter ablegamus, apud quos et prisci Patres et hodierni critici abunde disputant.
(25) *Hist.* I, 4.

templari exaratum occurrat, neque in ullo Chro- A ieo exstet, præterquam ap.ıd eruditum quemdam ıgeniosumque Syrum hominem ; nihilominus lane nobis constare Mestraimum eumdem esse tque Mezraimum, qui quidem Ægyptus videtur, ti Nebrothus Belus est. » Jam et harum trium entium sic laterculum digerit.

Semus . .	Chamus . . .	Jabethus.
Arphaxades.	Chusus . . .	Gamerus.
Cainanus. .	Mestraimus . .	Thira.
Sala . . .	Nebrothus . .	Thorgomus.
Heberus . .	Babius . . .	Haicus.
Phalecus. .	Anebis . . .	Armenacus.
Ragavus . .	Arbelus . . .	Armais.
Seruchus. .	Chæalus . . .	Amasia.
Nachorus. .	Arbelus . . .	Gelamus.
Thara. . .	Ninus	Harma.
Abrahamus.	Ninyas . . .	Aramus.

3. Deinde addit : « In Chami quidem usque ad Ninum progenie annos, quibus quisque procreavit, nusquam expressos reperiri, vel ad nos certe non pervenisse : tum et de Jabetho nostro satis certum nihil tradi ; nihilominus expositum harum trium familiarum genus eatenus esse verissimum, quatenus procreationes undecim sunt usque ad Abrahamum, Ninyam atque Aramum. Aræus enim duodecimum locum obtinet posteriorque Nino est : idemque acerba ætate mortem obiit a Samiramide cæsus. » De his autem haud est cur quisquam dubitationem præ se ferat. Quippe ait : « Certiora quæque ex variis historiis pro virili parte decerpsi C quæ a nemine prudente oppugnatum iri puto, nisi aliqui forte veritatis exstinguendæ cupiditate laborant : qui si qui sunt, isthoc quidem se pacto quantum libet oblectent. »

4. Nos igitur jam inde a tribus Noachi liberis usque ad divini Verbi revelationem singillatim scribere ordiamur, primum quidem Semi propaginem, deinde Chami, postremo Iabethi. Semum, Noachi natum maximum, gentes exteræ Zeruani nomine denotant, Chamum Titani, Iabethum Iapitostis. Neque his solum, verum etiam reliquis patriarchis capto initio ab Adamo inconditas appellationes affingunt, atque annorum numerum uniuscujusque proferunt : nempe sic : « I. Alorus saris D decem (26). » (Saro autem ter mille ac sexcentos annos contentos aiunt. Neros etiam quosdam et sosos adjungunt : nerum anni sexcenti conficiunt, sosum sexaginta.)

II.	Sethus . . .	Alaparus saris III.	
III.	Enosus . . .	Almelon saris XIII.	
IV.	Cainanus. . .	Ammenon saris XII.	
V.	Malaliel . . .	Amegalarus saris XVIII.	
VI.	Jaredus . . .	Davonus saris X.	
VII.	Enochus . . .	Evendorachus saris XVIII.	
VIII.	Mathusala . .	Amempsinus saris X.	
IX.	Lamechus . .	Otiartes saris VIII.	
X.	Noachus. . .	Xisuthrus saris XVIII.	

Universam decem horum regum ætatem saris centum viginti definiunt, quæ sunt annorum myriades tres supra quadraginta prætereaque bis mille anni. Hæc historiographi Chaldæorum. Nos vero incertis his prætermissis, aggrediamur ad dicendum quæ divini libri hoc pacto tradunt.

CAPUT IV.

Gentium divisiones (27).

1. Semo progeniti sunt quinque liberi : Elamus a B quo Elamitæ ; Asurus, a quo Assyrii ; Arphaxades, a quo Chaldæi ; Ludus, a quo Lydi (28) ; denique Aramus, a quo Aramæi qui etiam Syri vocitantur. Arami liberi sunt : Hus, a quo Lagi ; Enul, a quo Enulii ; Gader, a quo Caspheni ; Mosochus, a quo Moseni. Filii Arphaxadis : Sala, cujus filius Heberus, a quo Hebræi (29). Filii Heberi : Phalecus, a quo stirps Abrahami componitur ; Jectanus, a quo creantur liberi tredecim : quorum natu maximus Elmodadus, a quo Indi ; tum Salecus, a quo Bactriani ; Asarmothus, a quo Arabes ; Jarechus, a quo Jarachæi ; Zodoramus, a quo Carmeli ; Ezel, a quo Ariani ; Decla, a quo Gedrusii ; Gebal, a quo Scythæ ; Abimeel, a quo Hyrcani ; Saba, a quo Arabes primi (30) ; Uphir, a quo Aramii ; Zevila, a quo Gymnosophistæ ; Joabus, a quo Aradii. Hi omnes Jectano geniti sunt fratre Phaleci : eorumque incolatus a Masiis (31) usque dum venias ad Spheram (32) montem orientalem, pertinet. Et quidem alibi dicitur (33) universa Semi soboles tractum omnem a Bactrianæ finibus incolere Rhinocuram (34) usque, quo loco Syria ab Ægypto secernitur, itemque a Rubro mari ; et ab ora maris quod est ad Arsinoem Indicam.

2. Chami liberi quinque : quorum natu maximus Chusus, a quo Chusii : tum Mestraimus, a quo Ægyptii ; Phudus, a quo Troglodytæ ; Chanaanes, a quo Afri atque Phœnices. Chusi liberi sunt : Saba, Ila, Sabaat, Regma, Sabacatha. Rursus Regmæ liberi, Saba et Judadanes. Aiunt præterea divinæ litteræ, a Chuso genitum esse Nebrotum, qui primus in orbe gigas fuerit, atque hunc gigantem coram Domino Deo venationi operam dedisse : eumdemque auspicatum esse regnum a Babylone, ab Oredo, ab Achade, a Chalane in regione Senaiar. Indidem exortum esse Asurum, a quo Ninive itemque Roboda urbs condebatur cum Chalane : tum et Rascmanes, inter Ninivem et Chalanem, quæ est

(26) Confer Euseb. *Chron.* I, 1, 2.
(27) Hac super re consulendi sunt Eusebius in exordio libri, Syncellus, p. 45-51, itemque Cedrenus, fol. 12-14, quibuscum non sine fructu Samuel comparabitur.
(28) Al. cod., *Lazi.*
(29) Al. cod., *Heberi.*
(30) Sync. et Cedren. *Arabes Indici.*
(31) Biblia Lat. vulgata Gen. x, 30, *de Messa.*
(32) Biblia vulgata *Sephar.*
(33) Vide Syncellum et Cedrenum.
(34) *Rhinocura* nomen urbis itemque torrentis. Interdum scribitur *Rhinicorura.*

urbs maxima. Jam et Mestraimus, Ægyptiorum pater, creavit Ludimum, a quo Lydi; Seneimum, a quo Pamphylii; Salbium, a quo Libes; Nepthalimum et Patrosonimum, a quo Cretes; Caslinimum, a quo Lycii, unde et genus Philistæorum; Capthorimum, a quo Daci. Porro Chanaanes primum natorum suscepit Sidonem, a quo Sidonii, et Chetæ, et Jebusæi, et Amorrhæi, et Gergesæi, et Levæi, et Arvacæi, unde Tripolitæ quoque et Aminæi; deinde Aradium, a quo Aradii; Samrinum, a quo Orthosii; Amathum, a quo Amathusii. Hinc proseminatæ sunt Chananæorum gentes omnino XXXII: quarum fines fuerunt a Sidone usque dum Geraram venias, et a Gaza usque dum Sodomam et Gomorrham et Ademam et Seboimum et Lasam venias. Alio tamen loco dicuntur (35) hæ gentes a Rhinicorura usque Gadiron australes regiones incoluisse.

3. Rursus ex eodem Geneseos libro, Jabethi liberi: Gamerus, a quo Gamiri (36); Magogus, a quo Celtæ et Galatæ; Mada a quo Medi; Javanus, a quo Hellenes (37) et Iones; Elisa et Thobelus, a quo Thessali; Mosochus, a quo Illyrii; Thiras, a quo Thraces; Cheteimus, a quo Macedones. Porro Gameri liberi: Aschanazus, a quo Sarmatæ; Riphatha, a quo Sauromatæ (38); Thorgomus (39), a quo Haicani (40). Javanis autem liberi: Elisa (41), a quo Sicilienses et Athenienses; Tharsis, a quo Hiberi et Tyrrheni; Citis, a quo Romani et Latini et Rhodii. Ex his coloni deducti sunt per gentium insulas in suas quique regiones, populi omnino quindecim, hique a Medis ad Hesperiam usque pertingunt, quæ patet ad Oceanum et borealem plagam prospectat. Deinceps recensentur populi LI, itemque eorum ditiones per aquilonarem tractum a Medis usque Gadiron. Patent scilicet ab amne Potamino (42) usque ad Mastusiam quod est Ilion (43).

4. Sed enim ego gentes singulas trium Noachi filiorum distincte me expositurum recepi usque ad Christum cum humana natura conjunctum, quanquam divinæ litteræ Semiticæ tantum familiæ seriem scripto continent; de Chamo autem atque Jabetho, præter dicta a me superius, nihil memorant. Ergo Semi stirpem a primo Abrahami anno nunc exordiar: hactenus enim in superioribus scripsi, brevi licet stylo, multis prætermissis: quo scribendi genere in sequentibus etiam utar, quæ de sinceris tum exteris tum nostris historicis prout æquum videbitur, coacervabo.

CAPUT V.

Semi prosapia.

1. Agesis ergo inde initium capiam ubi ordinem procreationum abrupi, quæque interjectæ sunt narrationes omittam. Ibi scilicet dictum est, a Thara annos nato LXX genitos fuisse Abrahamum, et Nachorum et Aranem. Porro Aranes, genito Lotho, parenti suo Tharæ præmortuus est in natali terra Chaldæa. Adjunxerunt autem sibi uxores Abrahamus et Nachorus; Saram Abrahamus, Melcham Arane natam Nachorus. Cæterum Sara sterilis nullam ex se prolem edebat. Exin Tharas cum liberis Chaldæam deserens ut in Chananæam migraret, Charras usque processit, ibique sedem fixit; cumque ætatis annum ducentesimum ageret, Charris naturæ concessit.

2. Anno ætatis septuagesimo quinto Abrahamus Dei revelatione dignus habitus est, et solum vertere jussus. Quare Charris relictis Chananæam incoluit. Tum annos sex supra octoginta jam natus filium ex Agare Saræ ancilla suscepit, cui nomen indidit Ismaeli, unde Ismaelitarum natio est; Agarenorum videlicet, qui etiam Saraceni et Tagikii (44) vocantur. Insuper anno ante centesimum Deus cum illo fœdus init circumcisionis, ideoque ipse cunctique domus ejus mares circumcisione uti cœperunt: tum etiam Abrahamus pro Abramo, itemque Sarra pro Sara dicti sunt. Eoque anno nondum elapso Dominus Deus cum angelis apud Mambrem eidem apparens, ultro prolem recepit se ei concessurum. Primo inter prophetas Abrahamo divinum Verbum humana specie aspectandum se præbens ethnicorum vocationem portendebat, quam per evangelicam demum divini Verbi doctrinam in nobis Deus, *id est* in gentium universitate, consummavit.

3. Jam vero centesimum annum agenti Abrahamo e Sara conjuge natus est Isaacus: quo nascente Saræ ipsius nonagesimus annus vertebatur. Hæc autem cum edito Isaaco annis septem et triginta superfuisset, vita excessit. Post Saræ obitum Abrahamus Damascenum Eleazarum famulum in Mesopotamiam legavit, Rebeccamque Bathuele natam, Labani sororem, Isaaco filio suo collocandam in matrimonio curavit. Exin ipse quoque Ceturam sibi uxorem adjunxit, de qua liberos sex suscepit. Atque ita Abrahamo tribus e conjugibus soboles oborta est; primo quidem ex Agare Ægyptia Ismael, a quo gens Ismaelitarum; tum e Sara Isa-

(35) Vide Syncellum et Cedrenum.

(36) Nempe *Cappadoces*. Vide Euseb. pag. 43, n. 1.

(37) Nempe *Græci*. Et quidem Armenii Græcos vulgo quidem *Ionas* dicunt; cum autem volunt elegantius loqui, *Hellenas:* nunquam vero *Græcos*.

(38) Al. cod., *Soromachæ*.

(39) Haici pater Thorgomus, quem nominat etiam Ezechiel XXVII, 14, et XXXVIII, 6.

(40) Vulgo *Armenii*.

(41) Al. cod., *Elias*.

(42) Syncellus et Cedrenus, *Tanai*.

(43) Ita etiam Cedrenus, fol. 14, ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ Ἴλιον. Verum Syncellus p. 50, ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ ἥλιον, *usque ad Mastusiam soli oppositam*.

(44) Hoc nomine Armenii barbaros Arabiæ populo antiquitus indigitaverunt. Ita in Biblis Arm., II Machab. XII, 10. Sic etiam sequiore ætate appellabant Saracenos Armeniæ oppressores. Quin adeo quos Europæi *Turcas* dicunt, Armenii *Tagikios* nunc nominant.

acus, à quo gens Judæorum : postremum e Cetura gens Parthorum exstitit, quorum germen est Arsaces ille inclytus Pahlaviensium et Arsacidarum familiarum progenitor. Igitur Abrahamus post genitum Isaacum quinque adhuc annis et septuaginta peractis, ita ut annos omnino centum et septuaginta quinque vixisset, fato suo functus est. Jam Isaacus sexagesimo ætatis anno Esavum genuit et Jacobum, postquam annis viginti in matrimonio cum Rebecca fuerat. Idemque annis adhuc viginti et centum superstes octogesimo et centesimo ætatis anno decessit.

4. Jacobo filii duodecim cum filia geniti sunt e duabus Labani filiabus, Lia scilicet atque Rachele, nec non ex harum ancillis duabus Balla Zelphaque. Quanquam vero primus ei natus sit Ruben quem anno ætatis quinto et octogesimo genuit, tum Simeon sexto et octogesimo; Levinus tamen præfertur in ordine, quem ætatis septimo (45) et octogesimo anno creavit, de cujus etiam genere magnus ille Moses exortus est : quæ res ita describitur : Jacobus annos natus LXXXVII e Lia conjuge sua Levinum suscepit; Levinus annos natus XLVI genuit Cahathum; Cahathus annos natus LXIII genuit Amramum; Amramus annos natus LXX genuit Mosem; Moses annos natus LXXX Ægypto populum eduxit.

5. Rursus secundum chronicos Eusebii canones (46) Jacobo annum secundum et nonagesimum agenti de Rachele uxore Josephus natus est : tum et Josephus anno ætatis decimo septimo a fratribus venditus concessit in Ægyptum; cumque ibi tredecim annis in ergastulo fuisset, anno ætatis tricesimo Ægypti dominatum obtinuit, quo per annos octoginta perfunctus, anno demum centesimo decimo diem supremum obiit. Primo Ægyptiacæ ubertatis anno rerum moderamen ad Josephum delatum est : anno autem octavo sævire ibidem fames cœpit, cujus calamitatis anno altero Jacobus in Ægyptum descendit anno ætatis CXXX, vitamque ibi annis adhuc XVII productam anno demum CXLVII clausit, quo tempore rerum potiebatur anno jam sexto vicesimoque Josephus, qui et annis LIV superfuit.

6. Josepho e vivis erepto, servitutem filii Israelis serviebant Ægyptiis annis CXLIV. Fiunt ergo a Jacobi descensu anni CCXV. Anno servitutis quarto supra sexagesimum Moses lucem aspexit; qui octoginta annos ingressus, cum fratre Aarone tres item et octoginta annos nato, populum Ægypto subduxit : cui postquam annis quadraginta in deserto præfuisset, anno ætatis vicesimo supra centesimum moritur. Post Mosem Jesus Navi filius, Jordane transmisso, populum (47) in terram annuntiationis intra annos XXVII perduxit, annoque ætatis centesimo et decimo obiit.

7. Jesum præfectura Judicum subsecuta est; quorum primus

I. Godoniel annis XL.

II. Avodus annis LXXX.

III. Baracus et Debora annis XL.

IV. Samegarus postea qui alienigenas sexcentos trucidavit[1].

V. Gedeon annis XL.

VI. Abimelechus annis III.

VII. Thola annis XXIII.

VIII. Jairus annis XXII.

IX. Jephthæus annis VI.

X. Hesebon annis VII. (Baraco liberi septuaginta, Heseboni triginta fuerunt [48-49]). Heseboni in Hebræorum exemplari subditur Ælon judex annis X, quem tamen Septuaginta Interpretes non agnoscunt (50). Hujus anno tertio Ilium captum est.

XI. Labdon annis VIII. Hujus quadraginta liberi, horumque filii triginta in septuaginta asinis equitabant.

XII. Sampson annis XX.

XIII. Heli annis XL. Verum in Septuaginta Interpretum exemplari scribuntur XX [2].

XIV. Samuel atque Saul annis XL.

8. Sane cum in evolvenda Semi stirpe, procreationum seriem haud alienam ab evangelica Matthæi ratione, usque ad Josephum et Mariam contexturos nos promiserimus; e Jacobi liberis optare Judam debueramus, a quo procreationes deduceremus; quoniam ex hujus surculo Dominus exortus est. Verumtamen necesse fuit, in Mosis et Jesu reliquorumque gratiam, qui populo usque ad Davidem jus reddiderunt, Levinum loco Judæ commemorare. Nunc autem unde par est rem denuo repetamus.

9. Abrahamus genuit Isaacum; Isaacus Jacobum; Jacobus anno ætatis LXXXVIII Judam e Lia uxore suscepit; Judas annos natus XLVIII Pharem genuit; Phares autem anno ætatis LVIII (51) Ezronem; Ezron anno ætatis LVIII genuit Aramum; Aramus anno ætatis XLVII genuit Aminadabum; Aminadabus anno ætatis XLV genuit Naasonem. Porro, inquit (52), erat Aminadabus copiarum Judæ dux, quo tempore Moses Israelis progeniem ex Ægypto deduxit. Conflantur igitur a primo Abrahami anno usque ad migrationem ex Ægypto procreationes VIII, annique DV; ab Adamo autem procreationes XXVIII, annique MMMDCLXXXIX.

10. Naason annos natus XLIV genuit Salmonem. Eratque, ait (53), Naason princeps Judæ myria-

[1] Judic. III, 31. [2] I Reg. IV, 18.

(45) Al. cod., *sexto*.

(46) Vide ad an. Abrahami 252.

(47) Codd. Arm., *eos* pro *populum*.

(48-49) Alio in codice desideratur hoc comma parenthesi clausum.

(50) Ita etiam Eusebius ad an. 832. Verum idem in priore libro semel ponit (col. 164) et semel omittit (col. 168) *Ælonem*. Nunc quidem apud LXX Viros, cap. XII, 11, nec non apud Biblia Arm. occurrit *Ælon*.

(51) Al. cod., LIX.

(52) Apud Eusebium, I, 16, 22, *Naasson* non *Aminadabus*.

(53) Ibidem.

dum in deserto, ejusque soror Elisabeth Eleazaro A Aaronis filio nupta fuit, quo conjugio creatus est Phinees, atque ita contigit ut Judæ genus cum Levitico affinitate jungeretur. Salmon annos natus xxxv genuit Boosum. Eratque, ait, Salmon tribus Judæ princeps, quo tempore Jesus cum populo Jordanem trajecit. Is uxorem copulavit sibi Rahabam, quam divus evangelista dicit Rechabam [a]. Idem Bethlehemum urbem in Judæ ditione fundavit.

11. Boosus annos natus cviii genuit Obedum. Booso nupsit Rutha Moabitis femina. Epiphanius Amanitidem ait Rutham, scilicet Amonitidem. Obedus annos natus ci genuit Jessæum; Jessæus annos natus cxxx genuit Davidem; David annos natus lviii genuit Solomonem. Ille tricenarius regnum auspicatus est, annisque xl retinuit, vita ad se- B ptuagesimum annum protracta. Solomon annos natus xxii (54) genuit Roboamum. Idem quarto regni sui anno templi ædificium excitabat. (A Mose egressuque ex Ægypto usque ad Solomonem templique opificium conficiuntur anni cccclxxx. Ab Adamo autem MMMMCLXIX.) Idem duodennis regnum adeptus est (55), quod xl annis insedit, vivens annis lii.

12. Post Solomonem Israelis regnum bifariam divisum est. Samariæ decem tribubus imperavit Jeroboamus Nabati filius, isque rex Israelis vocitatus est. Jerosolymis autem imperavit Roboamus Solomonis filius, isque rex Judæ appellatus est.

I. Roboamus regnat Jerosolymis annis xvii. C

II. Abias annis iii.

III. Asa (56) annis xli.

IV. Josaphatus annis xxv (57).

V. Joramus annis viii.

VI. Ochosias anno i.

VII. Godolia mater ejus annis vii.

VIII. Joasus annis xl. Tres hosce reges, nempe Ochosiam cum Godolia matre, Joasum et Amasiam, idcirco in suam genealogiam evangelista non intulit, quod illa filia, hi nepotes Achabi fuissent.

IX. Amesias annis xxix.

X. Azarias, idemque Ozias, annis lii. Anno Oziæ quadragesimo nono prima olympias acta est.

XI. Joathamus annis xvi.

XII. Achazus annis xvi. Undecimo Achazi anno D Israel in servitutem a Salmanasaro redactus est.

XIII. Ezechias annis xxix. Nono Ezechiæ anno Romam condidit Romulus, qui erat ab Abrahamo annus MCCLXXXIII (58).

XIV. Manasses annis lv.

XV. Amosus annis xii.

XVI. Josias annis xxxi.

XVII. Joachasus mensibus iii. Joachasum Nechaus captivum abduxit, regemque dixit Eliachimum.

XVIII. Eliachimus, idemque Joachimus, annis xii. Hujus anno decimo Judæam Nabuchodonosorus domuit, et post acceptum ab Eliachimo tributum abscessit.

XIX. Joachimus, idemque Jechonias, mensibus iii. Reversus Nabuchodonosorus Joachimum quoque in captivitatem deportavit.

XX. Mathanias, idemque Sedechias, annis xi.

Duodecimo Sedechiæ anno Nabuchodonosorus Chaldæus captis Hierosolymis templum cremavit. Manserat templum annis ccccxlii. In quadragesimæ septimæ olympiadis annum quartum incidit captivitatis initium, eademque annos septuaginta occupavit. Post annum captivitatis vicesimum Nabuchodonosorus e vita migravit.

13. Jamvero in Matthæi genealogia Jechonias genuit Salathielem anno ætatis lvi : hic Zorobabelem anno lvi ; hic Abiudum anno xlv ; hic Eliachimum anno lx ; hic Azorem anno xxxix ; hic Sadochum anno xxxi. Primo Sadochi anno Alexander Macedo inclaruit. Is Achiam anno ætatis xxxiv ; hic Eliudum anno xxx ; hic Eliazarum anno lxii ; hic Mathanem anno xxxviii ; hic Jacobum anno li ; hic Josephum anno lxxvi. Jesus Christus apud Judæ Bethlehemum nascitur. Summa temporis a templi reparatione ad Christi natalia anni sunt dxviii ; a Solomone primoque templi ædificio usque ad secundum anni dxii ; ab exitu ad Solomonem anni cccclxxx ; ab Abrahamo ad exitum anni dv ; a diluvio ad Abrahamum anni dcccclxlii ; ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII : summa denique temporis ab Adamo ad Christi natalia anni sunt MMMMMCLXXXXVIII, prout Septuaginta Interpretes docent.

14. Post obitum Solomonis, ut jam dictum est, Roboamo regnum exorso, imo primo regnantis anno, Samariæ decem tribubus imperare cœpit

I. Jeroboamus Nabati filius annis xxii.

Jam uti Davidis ætate prophetaverant Gaddus, Nathanes, Asaphus ; rursusque Solomonis ætate Sadochus, Achias Silonites et Sameas ; ita etiam Jeroboami filiique ejus Nabati ætate vaticinati sunt Achias, Sameas, tum et ille qui ad ipsam Samariæ aram [b], nec non Joasus, et Joel, et Azarias idemque Addus, atque Ananias.

II. Nabatus annis ii.

III. Bajas (59) annis xxiv.

IV. Ela annis ii.

V. Zambri mensibus vii.

VI. Amri annis xii.

VII. Achaabus annis xxii.

Sub hoc prophetæ fuerunt Abdias, Elias, Jesus,

[a] Matth. i, 5. [b] III Reg. xiii, 1.

(54) Al. cod., xii.
(55) Ita ait et Eupolemus apud Eusebium, *Præp. evang.* ix, 30.
(56) Al. cod., *Asaphus*.
(57) Al. cod., xlvii.
(58) Mœnia templaque Romæ hoc anno a Romulo ædificata tradit Eusebius.
(59) Euseb., *Baasus*.

Oziel, Michael; falsi autem prophetæ Sedechias atque Eliezer.

VIII. Ochosias annis II.

IX. Joramus annis XII. Iterum prophetabant Elias et Elisæus. Septimo Jorami anno Elias superlatus est.

X. Jeu annis XXVIII.

Minas, quas Dei furor in Achabum uxoremque ejus Jezabelem intenderat, Jeu ad rem contulit cæsis septuaginta Achabi liberis, nec non Jezabele Sidonia, et quadringentis exsecrandi idoli prophetis. Per id tempus apud Israelem prophetabat Azarias.

XI. Joachazus annis XVII. Hujus ætate rex Judæ Joasus Azariam interfecit, tum et Elisæus vita excessit.

XII. Joasus annis XVI.

XIII. Hieroboamus annis XLI. Hujus ætate vaticinati sunt Oseas, Amosus, Isaias et Jonas.

XIV. Zacharias mensibus VI.

XV. Sellumus diebus XLV.

XVI. Manaemus annis X.

XVII. Phaceas annis X. Nono hujus anno prima olympias acta est.

XVIII. Phaceas annis XX.

XIX. Oseas annis IX.

Osea regnante, decem tribus servituti mancipatæ sunt a Salmanasaro, deletumque Israeliticum Samariæ regnum, anno Achazi imperantis undecimo, postquam annis CCL stetisset. Hinc autem ad templum Hierosolymis Nabuchodonosori vi sub Sedechia eversum anni numerantur CLVI.

15. E Paralipomenis. Jam de Levini genere sacerdotes usque ad captivitatem fuerunt hi: Aaron, Eliazarus, Phinees, Abiudus, Borchias, Ozias, Zareas, Mariothus, Amarias, Achitobus, Sadochus, Achiamas, Azarias, Jonan, Azarias, Amarias, Achitobus, Sadochus, Elumus, Helchias, Azarias, Zaræus, Josedechus, qui Babylonem concessit quo tempore Nabuchodonosorus Judam servitute pressit. Hæc Paralipomenis commendata sunt.

16. Igitur Josia tertium jam et decimum annum Judæ imperante, initium prophetandi Hieremias fecit: tum et anno ejusdem regis secundo supra vicesimum Sophonias et Hieremias prophetabant: rursusque anno Sedechiæ quarto Baruchus et Hieremias: octavo autem captivitatis anno Daniel Babylone et Ezechiel: tum anno octavo ac tricesimo Aggæus et Zacharias: sexto denique anno supra sexagesimum iidem Aggæus ac Zacharias, itemque Malachias. Alia historia tradit vaticinatos esse his temporibus Nahumum, Ambachumum, Malachiam atque Danielem.

17. Iamvero quo pacto videntes et prophetæ apud captivos erant, eodem etiam post LXX annos apud

A dimissos *Judæos*, præside Zorobabele qui templum urbemque restituit: tum et pontifices exstiterunt usque ad unctum ducem, in quo patriarchæ Jacobi vaticinatio exitum sortita est dicentis: Haud defecturum e Juda principem, vel de ejusdem femore ducem, quoad ille adventaret ad quem pertinet imperium [6]. Jam duce Zorobabele pontifex erat Jesus Josedechi filius: *exin* Jachimus, idem qui Joachimus, Jesu filius: nec non Elarus (60), idem qui Esiasibus, filius Jachimi. Erat insuper Esdras sacerdos, scriba legum sacrarum, nobilisque doctor eorum qui Babylone in Judæam ascenderant (61). Joadas Asibi filius, sub quo Nehemias Artaxis pincerna, genere Hebræus, Babylone venit Hierosolyma murosque excitavit. Joannes Joadæ filius. Joannis

B filius Jaddus, cujus ætate Macedo Alexander Hierosolyma ingressus Deum adoravit. Onias Jaddi filius. Simeon cognomento Justus. Simeonis frater Eleazarus, sub quo Septuaginta Viri divinos libros Ptolemæi regis jussu ad Græcæ linguæ consuetudinem transtulerunt. Manasses Eleazari patruus. Onias Simeonis Justi filius. Oniæ filius Simeon, sub quo erat Jesus Sirachi. Simeonis filius Onias.

18. Tres deinde ac triginta post annos Antiochus Epiphanes Judæam ingressus pontificatum Judaicum a Jesu cognomento Jasone ad ejusdem fratrem Oniam transtulit; rursus huic ereptum, Oniæ cognomento Menelao dedit. Mox elapso quinquennio occupatis Hierosolymis templum diripuit, si-

C gnum Jovis Olympici ibidem collocavit; in Garizino (62) autem Jovis Hospitalis [7]. Ea tempestate Matathias quidam sacerdos Asamonæi filius, ex oppido Modimo, bello adversus copias Antiochi cum filiis suis decertabat. Et Judas sane filius fugam *Syrorum* fecit, templumque lustravit, ac patria sacra restituit, quæ triennio obsoleverant. Deinde Menelai Judæorum pontificis sacerdotium excipit Alcimus, idem qui Jachimus, alienus licet generi sacerdotali. Quamobrem Onias sacerdote progenitus in Ægyptum proficiscitur, ibique urbem condit Amopolim (63), in eaque templum ad instar Hierosolymitani erigendum curat. Alcimus autem cum Juda confligens brevi a Deo percussus interiit [8]. Igitur communi suffragio sacerdotium ad Judam

D collatum est.

19. I. Judas, qui et Macchabæus, annis III intra olympiadem centesimam quinquagesimam quintam.

II. Jonathas, qui et Aphuthus, annis XIX.

III. Simon, qui et Tarscis, annis VIII.

IV. Hyrcanus, qui et Joannes, annis XXVI.

V. Aristabulus anno I. Ad sacerdotium Aristabulus diadema regium adjecit.

VI. Jannæus, qui et Alexander, annis XXVII (64).

[6] Gen. XLIX. 10. [7] II Machab. VI, 2. [8] II Machab. IX, 55, 56.

(60) Ita codices Samuelis.
(61) Confer Eusebium *ad an.* 1558.
(62) Cold., *Samriz*.
(63) Eusebius, ad annum 1856, *Onuphis*.
(64) Al. cod., XXXVII.

VII. Alexandra uxor Alexandri annis IX. Hæc Alexandra Salina vocata est.

VIII. Hyrcanus annis XXXIV (65).

20. Cum Aristabulus et Hyrcanus Alexandri filii inter se concertarent, Pompeius Romanus superveniens Aristabulum vinctum secum abduxit, Hyrcano autem pontificatum confirmavit, qui quidem annis quatuor trigintaque post a Parthis captus est. Sic Judæorum regnum unctique præsides desiverunt, uti Daniel prædixerat : unctorum autem præsidum nomine pontifices intelliguntur, qui post reditum a captivitate populo præfuerunt : quique orsi a sexagesima quinta olympiade sub Dario, olympiade demum centesima octogesima sexta finem fecerunt : quod temporis intervallum Daniel propheta septuaginta hebdomadum titulo adumbraverat. Equidem post Hyrcanum nemo fuit e genere sacerdotali, sed ignotæ stirpis menstrui quidam vel annui præsides. Tum denique Herodes alienigena regnum obtinuit, cujus tricesimo secundo anno Dominus Noster Jesus Christus natus est.

CAPUT VI.

Chami prosapia (66).

1. Hactenus nos pro suscepto proposito posteros Semi ad adventum usque Christi divinis libris innixi digessimus. Nunc ad Chamum quæ pertinent scribenda sunt; haud sane, ut Semi, liberorum successio, sed annorum numerus, regum nomina, tum quænam gentes potentia auctæ alterutras devicerunt, usque ad humanam Servatoris naturam. Ex eo igitur loco, in quo sermo noster substitit, cum Chami procreationes, prout eas sacræ Litteræ tradebant, descripsimus ; exinde, inquam, ordiatur narratio e certæ fidei libris hausta, nempe secundum narrationes chronicorum Eusebii canonum historicique Armeniorum Mosis Chorenensis; quorum quidem postremus sic ait (67) : « De Belo, cujus ætate maximus noster progenitor vixit Haicus, multi multa variaque tradiderunt ; ego autem quem Saturnum nuncupant atque Belum , Nebrothum fuisse aio : qua super re Ægyptii cum Mose conspirant, percensentes Vulcanum, Solem ac Saturnum, qui sunt Chamus, Cusus ac Nebrothus, omisso Mestraimo : primum enim apud se hominem aiunt fuisse Vulcanum. »

2. Ergo ex hoc ipso Belo noster hicce tractatus inchoandus est.

I. Belus universis Asiæ provinciis, præter Indos, dominatur annis LXII (68).

II. Ninus item post Belum annis LII. Nini hujus quadragesimo quarto anno Abrahamus a Thara genitus est.

III. Samiramis Nini conjux annis XLII.

IV. Zames, qui et Ninuas, annis XXXII.

V. Arius annis XXX.

VI. Aralius annis XL.

VII. Xerxes, qui et Baleus, annis XXX.

VIII. Armamithris annis XXXVIII.

IX. Belochus annis XXXV.

X. Baleus annis XV (69).

XI. Altadas annis XXXII.

XII. Mamelus annis XXX. Anno hujus quarto decimo Josephus obiit.

XIII. Mamylus alter annis XXX.

XIV. Sparæthus annis XL.

XV. Manchaleus annis XXX.

XVI. Sphærus annis XX. Hujus anno tertio Cecrops Athenis primus regnavit.

XVII. Ascades (70) annis XL. Hujus octavo anno Moses jam octogenarius populum ex Ægypto subduxit.

XVIII. Amyntas annis XLV.

XIX. Belechus (71) annis XXV.

XX. Balepares annis XXX.

XXI. Lamprides annis XXXII.

XXII. Pannyas annis XLV.

XXIII. Sosarmus annis XIX.

XXIV. Zosares annis XX.

XXV. Lamprides annis XXX.

XXVI. Mithræus annis XXVII.

XXVII. Tautanes annis XXXI. Anno Tautanis vicesimo quinto urbs Ilium capta est.

XXVIII. Teutæus annis XL.

XXIX. Otheneus annis XXX.

XXX. Dercyllus annis XL.

XXXI. Eupalles annis XXXVIII. Tertius ac tricesimus hujus annus incidit in quartum Solomonis annum atque in templi opificium.

XXXII. Lavosthenes annis XLV. Gens Judaica bifariam dividitur.

XXXIII. Pertiages (72) annis XXX.

XXXIV. Ophrates annis XX.

XXXV. Ophratanes annis L.

XXXVI. Acrapales annis XLII.

XXXVII. Thonnus Concolerus, Græce dictus Sardanapallus, annis XX.

3. Sardanapallus hic tricesimus septimus a Belo fuit, regumque Assyriorum postremus. Idem voluptariæ mollitiæ luxuriæque studio cunctos qui sibi præcesserant superavit. Quamobrem Varbaces quidam, patria Medus, homo viribus egregioque animo præditus, cum Medorum dux esset, unusque ex iis qui ad urbem Ninum quotannis veniebant ducatus causa exercendi ; is, inquam, cognito regis pravo ingenio, amicos sibi liberalitate devinxit, Belesim in primis summum ducem Babyloniorum, quicum inita societate Sardanapallum debellavit, qui sece-

(65) Al. cod., XXXVI.
(66) Hunc titulum habent codices.
(67) *Hist.*, I, 6.
(68) Aug., *De civ. Dei*, XVI, 17, scribit LXV.
(69) Al. cod., LII.

(70) Ita etiam Eusebius. Idem tamen alibi, *Ascatades*.
(71) Euseb., *Belochus*.
(72) Id., *Peritiades*.

dens in regiam incendio semet cremavit. Tum Belesim Babyloni regem imposuit Varbaces, itidemque Parœrum nostrum propter sibi navatam operam diademate ornavit (73); ipse autem Assyriorum ad Medos transtulit imperium. Exin interregnum erat usque ad Medorum regem Dejocem. Intermedio tempore Chaldæi rerum potiti sunt; quorum tempora et successiones cum suis peculiaribus regibus seorsim scribuntur. A

4. Hic ergo Babyloniorum reges ponantur.

I. Phua annis XVI. Hujus sexto decimo anno prima olympias acta est.

II. Thaglatphalsarus annis XXVII. Is tertio decimo anno progressus in Judæam, potiorem ejus incolarum partem captivam abduxit.

III. Salmanasarus Assyriis *imperavit* annis XVI. B Is item tertio regni sui anno, octava olympiade, decem tribubus in captivitatem deportatis, Samariæ regnum delevit.

IV. Senecherimus Assyriis *imperavit* annis XVIII. Is adversus Hierosolyma expeditionem suscepit, Judææque urbes obsedit. Ab hoc ad Nabuchodonosorum historici Chaldæorum annos numerant LXXXVIII (74). Apud eosdem post Senecherimum scribitur

V. Asordanes filius ejus annis VIII.

VI. Asodes (75) annis XXI.

VII. Frater ejus annis XXI.

VIII. Nabupalsarus annis XI.

IX. Marudachus Baldanes annis X.

X. Nabuchodonosorus deinde annis XLIII, ab C olympiade secunda supra quadragesimam. Is anno Eliachimi decimo Judæos in suam potestatem redegit, partemque eorumdem maximam famulatui addicendam abduxit. Tum etiam Danielem tresque pueros triennio post: rursus enim venit, ipsumque Joachimum avexit captivum. Cum jam annum tertium supra vicesimum regnaret *Nabuchodonosorus*, Hierosolyma capta sunt: quintum autem post mensem princeps satellitum Nabuzardanes templo ignem subjecit. Vicesimo denique *Judaicæ* captivitatis anno Nabuchodonosorus vita discessit. Cujus in locum substitutus est filius ejusdem

XI. Baltasar, *qui* et Ilmarudachus annis II. Deinde

XII. Astyages (76) anno I. Is eas litteras in D pariete exaratas vidit quas Daniel interpretatus est.

XIII. Darius Medus annis IV.

XIV. Darius Arsaviri annis III.

Exin sublatum est Babyloniorum imperium.

5. Nunc age Medorum reges exponamus. Exstincto Sardanapallo primus regnavit

I. Varbaces annis XXVIII.

II. Sosarmus annis XXX.

III. Mamicar annis XL.

IV. Cardiceus annis XIII.

V. Dejoces annis LIV. Hic Ecbatana condidit.

VI. Phraortes annis XXIV.

VII. Cyaxares annis XXXII.

VIII. Asdahages annis XXXVIII.

Hunc interfecit Tigranes Haicanus (77) Cyro Persæ fœdere junctus. Quanquam Eusebius (78) aliique historici dejectum Asdahagem ab uno Cyro aiunt, a quo Medorum quoque regnum sublatum est: nihilominus Moses (79) cædem Asdahagis a Tigrane patratam refert. Id autem verisimile evadit ob plura quæ acciderunt, propter somni scilicet visum, dolosamque Asdahagis simulationem qua sibi Tigranis sororem matrimonio copulandam curaverat: cui mentis quoque suæ consilium arcanum reseravit. Re autem intellecta Tigranes, quod somnians viderat, diurna luce exsecutus est. Id tamen haud absurde Cyro ipsi tribuitur: cum enim eadem ætate ambo vixerint, et quidem Tigranes societate commilitii Cyro devinctus fuerit, ejusdem mandatum exhaurire visus est.

6. Agesis hoc loco Lydorum quoque regnum placet collocare. Anno Sosarmi Medorum regis duodecimo olympias prima peracta est, eodemque anno primus apud Lydos regnavit

I. Ardysus Alyattæ annis XXXVI.

II. Alyattes annis XIV.

III. Meles annis XII.

IV. Candaules XVII.

Candaulis hujus historiam narrat Herodotus (80), nempe quod is nimio erga suam conjugem studio elatus, hanc feminarum omnium pulcherrimam existimaverit, nudatamque vestibus Gygi clam demonstraverit; qua ignominia sapiens uxor ad iracundiam commota occidendum curaverit, sibique virum adsciverit Gygem.

V. Gyges annis XXXVI.

VI. Ardys annis XXXVIII.

VII. Sadiartes annis XV.

VIII Alyattes annis XLIX.

IX. Crœsus annis XV.

Hic anno Cyri quartodecimo dicitur ab eodem Cyro interfectus. Ita Lydorum regnum finitum est. Armeniorum tamen historicus Moses Crœsum captum interfectumque ab Artaxerxe Partho (81) ait,

(73) Vide Mosem Chor., *Hist.* I, 21, et Samuelem, cap. 7.

(74) Confer Eusebium, I, 5, 2.

(75) Al. cod., *Asamoges*.

(76) Ita hoc loco, *Astyages*; at inferius, *Asdahages*.

(77) Ita Armenii primum hunc Tigranem distinguunt a posterioribus stirpis Arsacidarum.

(78) Lib. I, 15, 7.

(79) *Hist.*, I, 28.

(80) Hac super re recolatur Mosis Chorenensis locus in Eusebio ad annum Abrahami 1301 a nobis relatus. Et quidem Samuel a Mosis progymnasmate potius quam ab Herodoto mutuatus hanc notitiam videtur.

(81) *Partho* scilicet cognomine; erat enim hic Armeniæ rex.

ejusque rei complures testes invocat, ut in ejus libro (82) videre est.

7. Ergo hoc pacto, prout narratur, sublatis Babyloniorum, Medorum Lydorumque imperiis regnat

I. Cyrus annis XXX. Is primo regni sui anno Judaicæ gentis quinquaginta millia captivorum libertate donavit : qui quidem Hierosolyma reversi altare excitaverunt, templique fundamenta jecerunt : quod tamen finitimarum gentium causa imperfectum manebat usque ad Darium Vestaspis. Tomyris Massagetarum heroina Cyrum interfecit.

II. Cambyses annis IX.

III. Magi duo fratres mensibus VIII.

IV. Darius Vestaspis filius annis XXXVI.

Hujus altero anno Zorobabel templum ædificat, quod anno quarto olympiadis quintæ supra sexagesimam absolutum est.

V. Xerxes Darii annis XXI.

VI. Artabanus mensibus VII.

VII. Artaxes Longimanus annis XL. Nonnulli Estherem sub hoc exstitisse aiunt : quod ego tamen, inquit Eusebius (83), non probo, quandoquidem Esdræ libri per eam ætatem scripti nullam ejus rei mentionem faciunt.

VIII. Xerxes mensibus II.

IX. Sogdianus mensibus VII.

X. Darius Nothus annis XIX, ab olympiade octogesima nona.

XI. Artaxes Mnemon annis XL. Sub hoc Esther fuit.

XII. Artaxes, qui et Ochus, annis XXVI.

XIII. Artaxes Ochi annis IV.

XIV. Darius Arsami annis VI.

Hi annos CCXXX occupaverunt (84). Exin Alexander Macedo regnat anno primo olympiadis centesimæ undecimæ, septimoque regni sui anno Babylonem capit, occisoque Dario Persarum imperium delet.

8. Nunc quoniam in Alexandri mentionem incidi, lubet ab origine cunctos Macedonum reges huic scripto consignare. Neque enim Alexander Macedonum rex primus fuit, sed quartus supra vicesimum. Jam primus Macedonum rex fuit

I. Caranus annis XXII.

II. Cœnus annis XII.

III. Tyrimmas annis XXXVIII.

IV. Perdicca annis LI.

V. Argelaus annis XXXVIII.

VI. Philippus annis XXXVIII.

VII. Æræus (85) annis XXVI.

VIII. Alcetas annis XXIX.

IX. Amyntas annis L.

X. Alexander annis XLIV.

XI. Perdicca annis XXVIII.

XII. Archelaus annis XXIV.

XIII. Orestes annis III.

XIV. Archelaus annis III.

XV. Amyntas anno I.

XVI. Pausanias anno I.

XVII. Amyntas annis VI.

XVIII. Argæus annis II.

XIX. Amyntas annis XVIII.

XX. Alexander anno I.

XXI. Ptolemæus annis IV.

XXII. Perdicca annis IV.

XXIII. Philippus annis XXVI.

XXIV. Alexander Philippi annis XII et mensibus VI. Hic orbem terrarum compluribus regibus dejectis obtinuit, annosque XXXII natus Babylone diem supremum obiit. Exinde imperium ejus inter plures divisum est. Ipsis quidem Macedonibus imperat Philippus qui et Aridæus; Alexandriæ vero Ægypti Ptolemæus Lagi : tum annis quinque post imperat Asianis Antigonus ; duodecimo denique post Alexandri obitum anno Syris, Babyloni plagisque superioribus dominatur Seleucus Nicanor.

9. Age vero quandoquidem hosce commemoravimus, singulorum quoque nomina scripto complecti non pigeat.

Alexandro e vivis erepto, Macedonibus proprie imperat

XXV. Philippus, qui et Aridæus, annis VII.

XXVI. Casander annis XIX (86).

XXVII. Filii hujus annis IV.

XXVIII. Demetrius annis V (87).

XXIX. Pyrrhus mensibus VII.

XXX. Lysimachus annis V et mensibus VII (88).

XXXI. Ptolemæus Ceraunus anno I et mensibus IX.

XXXII. Meleager mensibus II.

XXXIII. Antipater diebus XLV.

XXXIV. Sosthenes annis II.

XXXV. Antigonus Gonatas annis XXXVI.

XXXVI. Demetrius annis X.

XXXVII. Antigonus annis XV.

XXXVIII. Philippus annis XLII.

XXXIX. Perseus annis X.

Interfecto Perseo, Romani Macedonibus libertatem impertiti sunt, eisque sui juris esse concesserunt annis XIV (89).

XL. Falsus Philippus anno I.

Summa annorum DCXLVII.

10. Interest et cætera regna describere. Anno post Alexandri fata quinto imperat Asianis

I. Antigonus annis XVIII.

II. Demetrius Poliorcetes annis XVII.

Amborum dominatio conjuncta annos occupat XXXV. Operæ pretium est eos item qui his succes-

(82) *Hist.*, II, 12.
(83) *Ad annum* 1553.
(84) Hunc quoque numerum ab Eusebio desumit Samuel. Quippe Eusebius apud Cedrenum, p. 193, A, scribit a Cyro ad Alexandrum annos CCXXX. Conferatur autem Eusebiani regum laterculi col. 209, cum nota 3.
(85) Dic *Æropus* vel *Æropas*.
(86) Vetustior codex, *Casamander annis* XX.
(87) Al. cod., XV.
(88) Conferatur Eusebius I, 38, 4.
(89) Dic XIX cum Eusebio, col. 254

serunt scriptis tradere, Syrorum videlicet, Babylonis superiorumque regionum reges. Alexandro jam ante duodecimum annum exstincto, regnat

I. Seleucus Nicanor annis XXXVIII.

II. Antiochus Soter annis XIX.

III. Antiochus Deus annis XV. Hujus undecimo anno jugo semet Macedonum Parthi eripuerunt, atque ex his regnat Arsaces unde Arsacidæ. Prædictis annis XXXVIII, XIX et XV addatur

IV. Seleucus Callinicus annis XX.

V. Seleucus Ceraunus annis III.

VI. Antiochus Magnus annis XXXVI.

VII. Seleucus annis XII. In id tempus res secundi (90) libri Machabæorum incidunt.

VIII. Antiochus Epiphanes annis XI.

Primus hic Judæos maximis suppliciis ad idolorum cultum adigebat, quæ cognoscere est e Machabæorum libris.

IX. Antiochus Eupator annis II.

X. Demetrius Soter annis XII. Hujus anno tertio Judas Machabæus supremus dux Judæis fiebat.

XI. Alexander annis IX et mensibus X.

XII. Demetrius annis III.

XIII. Antiochus Sidetes annis IX. Arsaces Parthus hunc Antiochum interfecit.

XIV. Demetrius denuo annis IV.

XV. Antiochus Grypus annis XII.

XVI. Antiochus Cyzicenus annis XVIII.

XVII. Philippus annis II.

Syrorum hactenus deductum imperium olympiade centesima septuagesima secunda exstinctum est.

11. Tempora quoque Ptolemæorum scribamus. Post Alexandri obitum regnat, uti dictum est, Alexandriæ Ægypti

I. Ptolemæus Lagi annis XL.

II. Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII. Hic Hebræorum libros in Græcam linguam converti mandavit.

III. Ptolemæus Evergetes annis XXVI.

IV. Ptolemæus Philopator annis XVII.

V. Ptolemæus Epiphanes annis XXIV.

VI. Ptolemæus Philometor annis XXXV. Hujus anno vicesimo Judas Machabæus Judæorum copias ductabat.

VII. Ptolemæus Evergetes annis XXIX.

VIII. Ptolemæus Physcon, idemque Soter, annis XVII.

IX. Ptolemæus Physcon, idemque Alexander, annis X.

X. Ptolemæus, qui pulsus est, annis VIII.

XI. Ptolemæus Dionysus annis XXX.

XII. Cleopatra annis XXII.

Hujus anno tertio apud Romanos regnat Caius, qui et Julius, annis V. Deinde Augustus annis LVI, qui decimo quinto *imperii* sui anno, Cleopatra occisa, Ægypto potitur. Ptolemæorum temporibus anni CCXCVI continentur.

12. Nunc quoniam ad hæc splendida regna pertigimus, par est reges illarum gentium a principio perscribere, quos prætermisimus. Quippe Eusebius Ptolemæis in suo tractatu defunctus, ad res Græcas dicendas progreditur, nempe qua ratione Græci antiquitates suas scribant, tum et nomina singulorum percenset. Nos igitur Ægyptios primum, deinde alios, postremo Romanos, qui omnia complexi sunt, persequemur.

I dynastia Ægyptiorum ea dicitur a Manethone qua imperavit Menes Thynites ejusque septem posteri annis CCLVIII (91).

II dynastia novem regum annis CCLXXXXVII.

III dynastia Memphitarum octo regum annis CLXXXXVIII.

IV dynastia Memphitarum quindecim regum annis CCCCLXVIII.

V dynastia Elephantinorum regum triginta et unius annis C.

VI dynastia. Femina quædam Nitocris, omnium sui temporis virorum fortissima et mulierum formosissima. Regnatum est annis CCIV.

VII dynastia Memphitarum quinque regum annis LXXV.

VIII dynastia Memphitarum quinque regum annis C.

IX dynastia Heracleopolitanorum quatuor regum annis C.

X dynastia rursus indidem novemdecim regum annis CLXXXVII.

XI dynastia Diospolitanorum sexdecim regum annis LIX (92).

XII dynastia Diospolitanorum septem regum annis CCXLVIII (93).

Duodecim hæ dynastiæ pertingunt ad annum CLXXIV post diluvium.

XIII dynastia rursus regum sexaginta indidem annis CCCCLIV.

XIV dynastia Xoitarum sex supra septuaginta regum annis CLXXXIV.

XV dynastia Diospolitanorum regum annis CCL.

XVI dynastia Thebanorum quinque regum annis CXC.

Sexdecim hæ dynastiæ producuntur usque ad primum Abrahami annum.

XVII dynastia Pastorum annis CIII.

Josephum ejusque fratres congruenter pastores appellabis.

XVIII dynastia Diospolitanorum quatuordecim regum annis CCCXLVIII. Horum undecimus est Chencheres (94) rex, cujus decimo anno Moses populum abduxit. Ille autem ibidem permansit (95).

(90) Hac super re conferatur Eusebius *ad annum* 1830. Videtur autem Samuel legisse *primum*, non *secundum*, apud Eusebium.

(91) Al. cod., CCLVII; verum Eusebius, CCLII.

(92) Eusebius hunc numerum separat.

(93) Eusebius, CCXLV.

(94) Eusebius, *Achencheres*.

(95) An *in Ægypto?* An *mari Rubro retentus est?*

XIX dynastia Diospolitanorum quinque regum annis CLXXXXIV.

Hoc anno (96), qui est post Abrahamum natum DCCCXXXV, Ilium captum est.

XX dynastia Diospolitanorum duodecim regum annis CLXXVIII.

XXI dynastia Tanitarum quinque regum annis CXXX.

XXII dynastia Bubastitarum trium regum annis XXIX.

XXIII dynastia Tanitarum trium regum annis XLIV.

XXIV dynastia Bocchoris Saitæ annis XLIII. Sub hoc agnus locutus est. Idem *Bocchoris* vivus a Sabaco combustus est, qui et in regnum successit.

XXV dynastia Æthiopum trium regum annis XLIV.

XXVI dynastia Saitarum novem regum annis CLXVII.

XXVII dynastia Persarum octo regum annis CXX et mensibus quatuor.

XXVIII dynastia Amritæ Saitæ annis VI.

XXIX dynastia Mendesiorum quatuor regum annis XXXI.

XXX dynastia Sebennytarum trium regum annis XX.

XXXI dynastia Persarum trium regum annis XVI, quorum postremus Darius, is quem Alexander interfecit. A primo sextæ decimæ dynastiæ anno ad septimum annum Alexandri, qui Darium occidit, Ægyptum occupavit Alexandriamque condidit, anni elapsi sunt MDCLXXXVII.

13. Age jam de regibus Sicyoniorum scribere aggredior, quorum primus anno Beli quinto decimo rex fuit

I. Ægialeus annis LII.

II. Europs annis XLV.

Anno Europis vicesimo secundo nascitur Abrahamus.

III. Melchin (97) annis XX.

IV. Apis annis XXV.

V. Thelxion annis LII

VI. Ægydrus annis XXXIV.

VII. Thurimachus annis XLV.

Anno Thurimachi sexto imperat primus Argivis Inachus.

VIII. Leucippus annis LIII.

IX. Messapus annis XLVII.

X. Erastus annis XLVI.

XI. Plemnæus annis XLIX.

XII. Orthopolis annis LXIII.

XIII. Marathius annis X.

XIV. Marathus annis XX.

XV. Chereus (98) annis LV.

XVI. Corax annis XXX.

XVII. Epopeus annis XXXV.

XVIII. Laomedon annis XL.

XIX. Sicyon annis XLIV.

Ex hoc Sicyone appellati sunt Sicyonii, qui antea Ægialei audiebant.

XX. Polybus annis XL.

XXI. Inachus annis XLII.

XXII. Phæstus annis VIII.

XXIII. Adrastus annis IV.

XXIV. Polyphides (99) annis XXXI

XXV. Pelasgus annis XX.

XXVI. Zeuxippus annis XXXI.

Hi annos DCCCCLVIII occupaverunt. Deinde haud jam reges sed Carnii sacerdotes annis XXXIII.

14. Anno Thurimachi sexto initium factum est Argivorum regum, quorum primus fuit

I. Inachus annis X, ex quo Inachiæ nomen ea provincia sortita est.

II. Phoroneus annis LX.

III. Apis annis XXXV.

IV. Argus annis LXX, ex quo regionis appellatio mutata est dictaque Argia.

V. Criasus annis LIV.

VI. Phorbas annis XXXV.

VII. Triopas annis XLV.

VIII. Crotopus annis XXI.

IX. Sthenelus annis XI.

X. Danaus annis L.

XI. Lynceus annis XLI.

XII. Abas annis XXIII.

Dardanis imperavit Tros, ex quo Trojanis nomen inditum est.

XIII. Prœtus annis XV.

XIV. Acrisius annis XXXI.

Argivorum reges desiverunt postquam annis DCCXLIV permanserant.

15. Anno servitutis in Ægypto centesimo, Phorbantisque Argivorum regis tricesimo secundo regnat Athenis primus

I. Cecrops Diphyes annis L.

II. Cranaus (1) annis IX.

III. Amphictyon annis X.

IV. Erechthionius annis L.

V. Pandion annis XL.

VI. Erechtheus annis L.

VII. Cecrops alter annis XL.

VIII. Pandion annis XXV.

IX. Ægeus annis XLVIII.

X. Theseus annis XXX.

XI. Mines (2) annis XXIII.

Ilium captum est.

XII. Demophon annis XXXIII.

XIII. Oxyntes annis XII.

XIV. Aphidas anno I.

XV. Thymoetes annis VIII.

XVI. Melanthus annis XXXVII.

XVII. Codrus annis XXI.

(96) Nempe ultimo hujus dynastiæ.
(97) Eusebius, *Telchin*.
(98) Cod., *Berseus*.

(99) Cod., *Polyphiles*.
(1) Codd., *Cranus*.
(2) Ita codd., pro *Menestheus*.

Principes quod vita maneret A

XVIII. Melon (3) annis xx.

XIX. Acastus annis xxxvi.

XX. Archippus annis xix.

XXI. Thersippus annis xli.

XXII. Phorbas annis xxxi.

XXIII. Megacles annis xxx.

XXIV. Diognetus annis xxviii.

XXV. Pheracles annis xix.

XXVI. Ariphron annis xx.

XXVII. Thespieus annis xxvii.

XXVIII. Agamestor (4) annis xx.

XXIX. Æschylus annis xxiii.

Primo Æschyli anno regnat apud Lydos Ardysus; tertio autem hujus anno prima olympias acta est. Porro hanc olympiadem instituit Iphitus B Praxionidæ Hæmonis (5). Ex hoc jam tempore Græcorum chronologia firmitatem præ se ferre videtur cum antea pro suo quisque libito rem definiret.

XXX. Alcmæon annis ii.

XXXI. Charops annis x.

XXXII. Æsimides annis x.

XXXIII. Clidicus annis x.

XXXIV. Hippomenes annis x.

XXXV. Leocrates annis x.

XXXVI. Apsander annis x.

XXXVII. Eryxias annis x.

Athenarum reges post annos dccclxxiii finem habuerunt.

16. Postulat instituti nostri ratio, ut hisce Lacedæmoniorum quoque reges adjungamus, quorum C primus anno Samuelis et Saulis sexto decimo regnat

I. Eurystheus annis xlii.

II. Agis anno i.

III. Echestratus annis xxxv.

IV. Labotas annis xxxvii.

V. Doristhus annis xxix.

VI. Agesilaus annis xliv.

VII. Archelaus annis lx.

VIII. Telecles annis xl.

IX. Alcamanes annis xxxvii.

His post annos cccxxv (6) finis est impositus.

17. Anno istorum altero, qui erat decimus septimus Samuelis et Saulis, regnat apad Corinthios D

I. Alethes annis xxxv.

II. Ixion annis xxxvii.

III. Agelaus annis xxxvii.

IV. Primnis annis xxxv.

V. Bacchis annis xxxv.

VI. Agelas annis xxx.

VII. Eudemeus annis xxv.

VIII. Aristomedes annis xxxv.

IX. Agemon annis xvi.

X. Alexander annis xxv.

XI. Telestes annis xii.

XII. Automenes anni ii.

Hi regnaverunt annis ccGxxiv; eodemque anno, quo Lacedæmonii, desiverunt prima olympiade.

18. Populorum omnium regumque ethnicorum extremam placuit nobis Romanorum chronologiam conficere. Nemo quippe cæterorum voti nostri compos factus est, Christi videlicet lucis cœlo manantis, solis inquam justitiæ. Verum hi, ad quos scribendos nunc aggredior, quanquam noctu viæ se commiserunt, atque initio, uti cæteri, in tenebris versati sunt; nihilominus ex his plures digni habiti sunt qui splendore lucis collustrarentur, prout suo loco cognosces (7)

Jam vero tertio post Ilium captum anno, biennio ante Sampsonem, Teutami autem vicesimo nono anno apud Latinos regnat

I. Æneas annis iii.

II. Ascanius annis xxxviii.

III. Silvius Æneæ annis xxix.

IV. Latinus Silvius annis xxxi. A Latino gens Latini appellati per annos cccclx.

V. Æneas Silvius annis l.

VI. Alba Silvius annis xxxix.

VII. Epitus Silvius annis xxvi.

VIII. Capys Silvius annis xxviii.

IX. Anchises (8) Silvius annis xiii.

X. Tiberius Silvius annis viii.

XI. Agrippa Silvius annis xli.

XII. Aremulus Silvius annis xix.

XIII. Aventius Silvius annis xxxvii.

XIV. Procas Silvius annis xxi.

XV. Amulius Silvius annis xliii. In hujus annum decimum nonum prima olympias incurrit.

I. Romulus annis xxxviii. Hic anno suo decimo nono, qui fuit olympiadis undecimæ quartus, templa et mœnia Romæ fundavit. Hinc anni urbis conditæ putari incipiunt (9), qui anno primo Philippi mille numerantur. Hinc etiam Latini Romanorum nomen habuerunt. Congeruntur autem ex Ænea ad Romulum anni ccccxxvi.

II. Numa Pompilius annis xli. Hic menses duos anno addidit Janum et Februum (10), nempe Januarium atque Februarium, cum decem antea dicerentur.

III. Tullus Hostilius (11) annis xxxii.

IV. Ancus Marcius annis xxiii.

V. Tarquinius Priscus annis xxxvii (12). Hic isti finem faciunt.

(3) Eusebius, *Medon*.
(4) Codd., *Agemestor*.
(5) Hoc nomen corruptum est apud Samuelem uti apud Eusebium *ad annum Abrahami* mccxl.
(6) Al. cod., cccxxvii.
(7) Mirari licet atque osculari religiosum Armenii hominis sensum, qui præ cæteris priscis populis Romanos suspicit, quia hi Christi luce digni habiti sunt, dum rerum adhuc potirentur.
(8) Eusebius, *Carpentus*.
(9) Aliter in codice Eusebiano.
(10) In codd., *Junum et Phegum*.
(11) Codd. Samuelis, *Idilius*. At Eusebius, *Otilius*.
(12) Duo reges desiderantur *Servius Tullius*, et *Tarquinius Superbus*.

Post reges præfuerunt Romæ consules a Bruto A exorsi ; deinde tribuni, mox dictatores (nempe eloquentes) ; rursus consules, qui a Tarquinio ad Caium Julium exstiterunt annis ccccLX.

Post hos anno altero centesimæ octogesimæ quartæ olympiadis summam potestatem apud Romanos exercuit Caius Julius annis quinque, mensibus septem minus. Exin Cæsarum appellatio obtinuit. Jam huc usque anni duo Cleopatræ numerantur ; reliquos viginti eadem sub Romanis exigebat.

Augustus annis LVI, mensibus VI. Ab hujus primo anno Antiocheni suos annos numerant. Hujus item anno decimo Judæorum præsules amoti sunt, regnavitque Herodes alienigena. Ecce autem Augusti altero et quadragesimo, Herodis altero et tricesimo B anno, carens tempore FILIUS DEI sancta ex Virgine nascitur in tempore (13).

CAPUT VII.

Jabethi prosapia Armeniaca.

Priores duas genealogias, Semi videlicet atque Chami, breviter recensuimus, easdemque, quantum licuit, per successiones et tempora ad eum annum usque deduximus, quo manifestatus est Dominus qui humanam sponte naturam adscivit. Age nunc, quod superior oratio nostra promisit, ad Jabethi quoque progeniem describendam accedamus : cujus successivæ procreationes ad Parthos usque defluunt, quo fit ut eum denique, qui fecit utraque unum, Dominum, inquam, nostrum contingamus. Cum C igitur prædicti sermonis nostri cursus ad Thorgomum devenerit, sequitur ut ab eo loco narrationem rursus exordiamur.

1. A Thorgomo ait (*Moses Chorenensis*, I, 9) procreatum Haicum. Jam hic Haicus ex eorum erat gigantum numero qui arrogantia tumidi impium consilium construendæ turris pepererunt ; quique post ejus immanis ædificii ruinam cum jam inter se propter linguarum divisionem non intelligerent, superbia elati mutuum dominatum affectabant. Is, *inquam, Haicus* Belo obsistere ausus est, cujus studium eo spectabat ut, cunctis sibi subjectis, generalem tyrannidem exerceret. Ne Belo igitur obtemperaret Haicus, cum filio, quem Babylone D susceperat, Armenaco, petit Araratiam, trecentis viris aliisque advenis, qui se illi adjunxerant, corroboratus. Ibi vero ad montis radices domicilium excitat, idque mox Armenaci filio Cadmo attribuens, longius ipse progressus est ad regionem quamdam inter solis occasum et septentrionem sitam, quam et Harchiam nuncupavit. Interim Belus in reliquos omnes dominatum adeptus, Haicum quoque Babylonem accersit : cumque Haicus mandata non faceret, egreditur adversus eum Belus immani arrogantia elatus. Sed enim telo ictus ab Haico vita spoliatur : qui quidem haud paucis post annis vita producta, ditionis hæredem moriens relinquit Armenacum.

2. Armenacus (14) Haici filius, post obitum patris, fratres duos Chorum et Manavazum in Harchensi provincia reliquit, itemque Bazum Manavazi (15) filium. Porro a Manavazo Bazoque dictæ feruntur satrapiæ Manavazia et Beznunia, itemque ea quæ Ordunia appellatur : a Choro autem gentes Chorchoruniæ. Ipse vero Armenacus ultra transgressus, in planitie consedit jugis circumdata, quorum elatiori nomen fecit Aragazo : tum Armæiso post aliquot vitæ annos genito, diu exin superstes demum naturæ satisfecit.

3. Armæisus (16) Armenaci filius stationem sibi in colle ad amnis ripam ædificat. Atque stationem quidem suo de nomine Armaviram appellat, amnem autem ex Erasto nepote suo Eraschem vocitat (17). Mox Saræum filium, prole divitem atque voracem (18), boream versus in campestrem locum emittit satis uberem et fructuosum. Hujus de nomine regio illa Siracia nuncupata est. Jam Armæisus Amasiam procreavit, diuque adhuc vita usus supremum diem obiit.

4. Amasias Armæisi filius, vitam agitans Armaviræ, Gelamium genuit et Pharochum atque Zolacium. Idem oppida duo in radicibus montis fundavit, totidemque filiis suis incolenda concessit, Pharocho scilicet forti et Zolacio formoso, quæ quidem horum nomina retinent Parachotum et Zolacertam. Montem denique de suo nomine dixit Masisium (19). Is cum annis præterea non paucis vitam sustentasset, Armaviræ decessit.

5. Gelamius Amasiæ filius Harmam procreavit. Idem oppidum in ora lacus condidit, montemque proximum Gelum dixit, urbem Gelacuniam, lacum denique mare Gelacunium (20). Gelamio filius alter fuit Sisacus, cui fines ditionis constituit ab eo lacu orientem versus, qua fluit amnis Erasches ingenti agmine et strepitu in eos campos delapsus qui dicuntur Chalavazi. Ei regioni nomen est Siunia : sed commodius Persæ dicunt Sisicaniam. Urbem etiam condidit Gelamiam de suo nomine dictam, quæ postea de Garnico nepote ejus Garnia audiit. Hinc ortus est consecutis temporibus sub Artaxerxe Varazus ille venationum præfectus Varaznu-

(13) Samuel, ut cuique legenti constat, priorem Eusebii librum huc usque in compendium redegit. Porro cum idem Romanorum imperatores ultra primum vel alterum Cæsarem non describat, haud scimus an hinc merito conjectandum sit, Samuelem mutilo Eusebii codice usum esse.

(14) Codices aliique scriptores etiam, *Aramenacus.*

(15) Manavazus Haici filius, Armenaci frater.

(16) Aliter etiam, *Aramaisus.*

(17) Nempe *Araxem.*

(18) Conferatur hac super re adagium apud Chorenensem, *Hist.* I, 11.

(19) Hunc immanis altitudinis montem divina Biblia aliæque gentes dicunt *Ararat.*

(20) Hoc mare (seu lacum) posteri dixerunt etiam *Sevanium* ab insula Sevania, ubi arx capti perdifficilis

niæ familiæ fons. Harmæ filio Gelamius in mandatis dedit, ut Armaviræ habitaret, multisque post annis exstinctus est. Harma Gelamio genitus, suscepto filio Aramo, post annos aliquot obiit. A

6. Aramus Harmæ filius per sævi martis certamina re sæpe præclare gesta ditionem suam quaqua versus protulit. Ab hujus nomine consensu gentium omnium regio nostra appellata est : nam Græci quidem Armenios, Syri vero et Persæ Armenich nos dicunt. Ille Nycharum Madem bello captum de turris muro suspendit. Eumdem Ninus secundum a se dixit eique diadema margaritis insigne gestare concessit, tametsi specie tenus. Idem Barsamum vita spoliavit : tum et titanum Pæapum Chalidem e mediterraneis submovit, atque in insulam quamdam Asiani maris adegit. Idem in ea *mediterranea* regione Mesacum stirpe sua ortum collocavit, qui Mazacam condidit, Cæsaream postea vocatam. B Mandavit præterea terræ ejus incolis, ut Haicanam linguam addiscerent : quamobrem ea plaga dicitur *a Græcis* πρώτη Ἀρμενία, scilicet Armenia prima. Hinc ad fines usque proprios intermedia loca incolis frequentavit, quæ secundæ, tertiæ imo et quartæ Armeniæ appellationes nacta sunt. Hæc ad verbum Moses (21). Verum alii historici docent, a Cæsarea Cappadociæ ad Ponticam plagam, dici primam Armeniam ; a Ponto ad Melitenem, secundam Armeniam ; hinc ad Zophiæ fines, tertiam Armeniam ; exinde ad urbem Martyrum appellatam (22) in Alzniæ provinciæ occasu, quartam Armeniam ; C suam denique magnitudine insigni provinciam, Armeniæ majoris nomine distinctam voluit (23). Sed enim hasce divisiones Mauricius (24) perturbavit, quod ubi res feret narrabo. Aramus, Aræo genito, longævam vitam denique clausit.

7. Aræus pulcher Arami filius eumdem honorem, quo pater affectus fuerat, a Nino retulit. Nino autem exstincto, proterva illa Samiramis Aræum cupiditati suæ minime obsequentem bello persecuta est, ut in suam potestatem redigeret, qui interim in conflictu bellico periit. Exinde impudens eadem Samiramis munitum illud oppidum condidit, cui ad hanc usque diem manet appellatio Van (25) : in Cardosium autem, Aræi filium captum, Aræi nomen transtulit. Illa mox a Zoroastre mago, Mediæ D principe, bello appetita est : ab eo scilicet Zoroastre, cui quotannis in Armeniam ventitans Assyriam regendam permittebat. Id bellum Aræo quoque Aræi filio fatale fuit : quin et impura Samiramis dum fugam in Armeniam molitur, Zamæi filii sui manu, qui est Ninuas, interfecta est.

8. Aræi Aræo geniti filius Anusavanus fuit. Hic Anusavanus, qui Sausii nomen sibi vindicavit, fortitudinem et prudentiam re dictisque mirabiliter præ se tulit : apud Zamæum autem miro ludibrio habitus, nihilominus amicorum præsidiis partem aliquantam regionis nostræ impetravit : mox et universam. Post hunc haud pro generis jure, sed prout quisque tyrannus potentiæ viribus præpollebat, regioni nostræ universæ dominati sunt, quorum nomina hæc : Paretus, Arbocus, Zavanus, Pharnaces, Surius. Hujus ætate Jesus Navi vir cælebs, sanctus et fortis cum Chananæos debellasset, ex his aliquot Agram profugerunt, navibusque conscensis Tharsim tenuere, quæ res constat ex titulo columnis in Africa inscripto hisce verbis : « Josuam latronem fugientes nos principes Chananæorum sedes huc transtulimus (26). » Ex iis unus Chnidas multo honestissimus inter nostrates Armeniam tenuit. Profecto re sedulo considerata gentem Genthuniam ab eo propagatam cognovimus : et quidem origo Chananæa moribus gentis ipsius coarguitur.

9. Post Surium Havanacius, Vastacus, Haicacius. In ætatem Belochi (27) Haicacius traditur incidisse, fatoque perfunctus in quodam tumultu temere ab se concitato. *Secuti sunt* Ambacus, Arnacus, Savarsus, Norærus, Varamus, Garus, Goracus, Rhantus, Enzacus, Gelacus, Hauræus, Zarmærus. Hic postremus dum Priamo auxiliatur a Tautano (28) missus cum Æthiopum exercitu a fortibus Græcis interemptus est. Deinde Perzius, Davidi Israelis regi contemporalis. Tum Arbunius, Bazucus, Hoius, Jusacus, Cæpacius, Schæordius, Parærus. Hic Parærus Schæordii filius, Haici stirpe ortus, vires cum Varbace Medo ad Sardanapallum regno spoliandum contulit : quamobrem diademate a Varbace donatus, primus ex Haicanis coronatus est.

10. Rhaciæus Paræri filius nomen Rhaciæi adeptus est ab oculorum flagrantia vultusque splendore (29). Hujus ætate cum Nabuchodonosorus Jerosolymorum cives in captivitatem abduxisset, ipse quidem optimatem quemdam e captivis Judæis nomine Schambatum a Nabuchodonosoro impetravit, quem perhonorifice apud se habuit : atque ex eo gens Bagratunia manavit. Quare et Sembati nomen est a Schambato. Post Rhaciæum diadema Pharnavas adeptus est : tum Pazæzus, Cornacus, Phavus, Haicacus, Ervandus, Tigranes.

11. Hic Tigranes omnium qui sibi præcesserant potentissimus fuit : cujus præstantis dignitatis laudes ex historia magni Mosis cognoscere licet. Is

(21) *Hist.*, I, 11-13.

(22) Hæc urbs antiquo nomine *Nepherocerta*, hodierno *Mupharghin*, sub juniore Theodosio dici vulgo cœpit *Urbs Martyrum*.

(23) Aramus.

(24) Nihil hac super re posteriore in parte Summarii scribit Samuel ad imperantis Mauricii tempora.

(25) Nunc etiam ista in urbe magnus Turcarum satrapa degit.

(26) Rem, præter Chorenensem *Hist.*, I, 18, narrat Procopius *Bell. Vand.* lib. II, 10, illustratque Bochartus *Geog. sacr.* I, 24.

(27) Regis Assyriorum.

(28) Confer Eusebium I, 15, 4, 5.

(29) Aliorum quoque nominum liceret etymologias plerasque venari.

nonus erat a Paræro primo rege, ad quem Senecherimi filii Adramelechus et Sanasarus cum parentem interfecissent (30) profugerunt. Paræus autem Sanasarum in partibus Assyriam spectantibus collocavit, cujus sobolis incrementa Simum montem repleverunt, ex iisque nonnulli prudentia et fidelitate conspicui præfecturas consecuti sunt. Jam ab Adramolano orti sunt Arzerunii et Genunii. A Paschamo autem Haicacii (31) nepote originem duxit Angeldunus. Jamvero Tigranes Asdahage, qui explicatur draco (32), interfecto, Anusam illius olim uxorem cum ejusdem omni progenie partim post partim ad imum Masisium montem collocavit, nempe in Tambato usque ad Golthiam : unde Vernonzunii Astaiæque manarunt.

12. Tigrani liberi nati sunt Babius, Tiranus, Vahagus a quo Vahagenii, Aravanius a quo sunt Araveniani. Ab Aravano Nerses, a Nerse Zarehius a quo gens Zarehavania. A Zarehio Armoges; ab Armoge Bagamus ; a Bagamo Vanus, a Vano Vahes. Is cum Alexandro Macedone conflictatus interiit. Hic finem dominatio Haicanæ stirpis nacta est. Hinc autem ad Valarsacem in Armenia regnantem nihil satis certum proferre licet, tumultibus omnia tenentibus populoque in mutuas cædes ruente : quæ res facilem Partho Arsaci in Armeniam aditum præbuit, qui quidem regem Armeniæ Valarsacem fratrem præfecit. Porro a Belo Haici manu interfecto usque ad Valarsacem anni MDCCCCL, vel MDCCCCXLII, congeruntur.

13. Postquam Haicanæ stirpis imperium ab Alexandro deletum est, postque ipsius Alexandri anno regni duodecimo obitum, imperio ejus in quatuor *duces*, ut jam diximus, diviso; ex his unus Seleucus Babylonem post Alexandrum tenuit, ac præter alias gentes, Parthos quoque ingenti bello perdomuit, qua ex re cognomentum Nicanoris retulit. Is annis XXXI regnavit. *Deinde* Antiochus Soter ejus filius annis XIX. Tum Antiochus Deus annis XV. Hujus undecimo anno Macedonum obedientiam Parthi abjiciunt, apud quos primus regnat Fortis ille Arsaces, Abrahami genere ortus de gente Ceturæ, in urbe cui nomen Bablæ annis XXXI. Deinde ejusdem filius Artaxes annis XLVI ; post quem Magnus Arsaces annis LIV.

14. Magnus hic Arsaces Valarsacem fratrem Armeniæ nostræ regem imposuit anno Ptolemæi Evergetæ vicesimo septimo, olympiadis autem sexagesimæ septimæ supra centesimam anno quarto, permissis ei regionibus nostris quæ septentrionem et occasum spectant. Is autem cum vir fortis simul et

A prudens esset, multa ac perutilia instituta adornavit, præfecturas ac principatus detulit, familiis, gentibus, urbibus, castellis, pagis, militibus ac prætoribus recte constituendis operam impendit, quæ res breviter percensendæ sunt.

15. Initium enim a capite suo faciens Bagaratum Judæum coronantem atque equitem creat, hoc nimirum honore concesso ut diadema capiti regis imponat. Præterea, qui sibi chirothecas induant Chananæos quosdam legit, eamque gentem appellat Genthunios, haud scio an a Chnida. Corporis sui custodem de Chori Haicani stirpe Malchazum facit : sed pristinum gentis nomen retinuit Malchazuniorum. Venationum præfectum esse jubet Datum Carnico Gelamii filio genitum : cujus filius

B Varazus ; ejusdemque de nomine gens Varazunia appellata. Tum et Gabalo annonæ suæ curam demandat, et Abelo rerum administrationem, traditis etiam oppidis. Illorum nomina gentes Gabelia atque Abelia retinent. *Statuit* et Arzerunios *seu* Arzivunios (33) ; tum et Ghinunios *seu* Ghiniunos (34). Atque hi quidem de genere Senecherimi erant. *Fecit* et Spandunios (35), qui sibi macellum commendatum haberent : item Havenunios (36), qui accipitres gestarent et caperent : rursus Ziunacanos (37), qui nivem æstate asservarent. Exin regiæ custodes legit sibi de priscorum regum progenie, qui diserte Ostani (38) nuncupati sunt, quos adhuc Iberes Scphezulios vocitant. Denique secun-

C dos post regem *fecit* eos qui erant de genere Asdahagis Medi, quibus Murenses nomen est.

16. Age vero orientem versus præfecturas duas constituit Sisacaniam, in eaque Cadmi familiam ; inter solis autem ortum et boream Aranum posuit præfectum de stirpe Sisaci. Ea vero regio propter suaves incolarum mores Aluana (39) dicta est. Hujus a stirpe manat gens Uteorum : tum Gardmanensium et Zaudensium (40) et Gargarensium principatus. Gusaris tamen Saræi stirpe ortus possidendas accepit Cangariam atque Zavachiam, principatum item Tasirorum atque Asozium. Jam e regione Caucasi validum populum, de genere Mithridatis Darii satrapæ collocavit, eamque appellavit Gugarensium præfecturam. Exin in ampla valle

D Basenensi principatum dedit stirpi Haicacii Orduniensem appellatum. Tum de Paschami genere Torchum quemdam, qui propter aspectus torvitatem Anghelius (41) dicebatur, præfectum occidentalem creavit, provinciæque nomen Angheltunia est.

17. Porro in Armenia quarta maximam præfecturam Zophiensem fundavit, tum et alias præfe-

(30) Lege Eusebium I, 5, 1.

(31) Mendose in editione Mosis Chor. *Haici :* nam et codices Mosis et Samuel habent *Haicacii.*

(32) Lege Eusebium I, 5, 3, not.

(33) Nempe *aquilam gestantes.*

(34) Nempe *vini curam gerentes.*

(35) Nempe *cædi præpositos.*

(36) Nempe *aucupes.*

(37) Nempe *nivarios.*

(38) Persica hac voce significantur *regii.*

(39) Vocabulum ALV fatentur se ignorare Wistoni Mosis Chor. interpretes, cum satis tamen usitatum sit. Videtur autem nobis derivari ab AL quod *salem* sonat.

(40) Hic codices videbantur mendosi. Nos tamen hanc interim interpretationem extundimus.

(41) Nempe *deformis.*

cturas Apahuniam, Manavaziam et Beznuniam. Selacho autem viro audaci et fortissimo (qui utrum de stirpe Haici fuerit an antiquiore de gente oriundus non est satis exploratum) paucos homines concessit, eumque jussit montem illum tueri hircosque venando lacessere : eumque populum dixit Selacunios. Id officii Miandaco quoque mandavit, a quo derivantur Mandacunii. Cumque e Vahagenii posteris sacerdotes fecisset, gentem eam Vahuniorum nomine distinxit. Sic et Arravenios atque Arebavenios. Tum et Sarasanum in Sanasari familia natum, magnum ejus regionis præsidem fecit quæ inter occasum meridiemque jacet, eique provinciam Arznensem et Taurum, nempe Simum, montem, omnemque Cœlesyriam permisit. Eadem in provincia cum Mocensem quemdam nactus esset, B præfecturam *aliam* instituit, iisdemque in locis Cordyæos, Anzevenses atque Aceenses collocavit. Verumtamen, quod attinet ad Rhestunios et Golthnenses, quæ sunt Sisacenorum coloniæ, utrum eæ provinciæ a virorum nominibus vocitatæ sint, an e provinciarum appellationibus ipsæ præfecturæ nomina sortitæ sint, ignoro.

18. Profecto hujus regis cunctas optime instructas constitutiones haud vacat perscribere, neque item aliorum qui vel præcesserunt vel consecuti sunt, quorum res gestæ abunde litteris commendatæ fuerunt. In præsenti autem præfecturarum tantummodo descriptionem persecuti sumus, quas si quis cognoscere cuperet, eas in promptu cum multis C aliis haberet regiis sanctionibus. Ad extremum Valarsaces cum annis duobus ac viginti regnasset, Nisibi (42) vita excessit.

19. Secutus est Arsaces filius annis XIII.

Artaxes Arsacis filius annis XXV. Hic viribus cunctos præcellens, haud passus est secundum se esse a rege Persarum; quin adeo Persarum regem secundo dignitatis gradu locavit, cumque exercitu innumero in occidentem progressus complures gentes devicit, donec a suis interemptus est.

Tigranes filius ejus annis XXXIII, qui haud patriæ fortitudinis degener rebus gestis inclaruit; quanquam rursus in secundo dignitatis loco post Persas consedit. Ejus ætate cognoscebatur Vaico quidam latro, a quo mons Vaicuniorum nomen D traxit.

Artavazdes Tigranis filius annis II.

Arciamus, idemque Arsamus, Tigranis frater annis XX, sub quo pars Armeniorum vectigalia Romanis pendere cœpit.

Abgarus Arsami filius annis XXXVIII. Hujus regnantis anno secundo Armenii omnes Romanorum A stipendiarii facti sunt. Quippe, ut ait evangelista, manavit edictum a Cæsare Augusto, ut orbis universus describeretur : cujus rei causa in Armeniam quoque ventum est. Eo scilicet anno Dominus noster Deusque Jesus Christus e Virgine natus est. Porro hic erat a Valarsace annus decimus septimus supra centesimum; Augusti imperantis secundus et quadragesimus; Herodis alienigenæ Hierosolymorum *regis* secundus supra tricesimum; Arsacidarum denique, qui et Pahlavii vocantur, sive Persarum regis Arsaviri erat vicesimus primus, cujus quidem vicesimo regnare cœperat apud Armenios Abgarus.

20. Jam a primo Arsace hi reges habentur Persarum

I. Arsaces Fortis annis XXXI.
II. Artaxes annis XLVI.
III. Arsaces Magnus Valarsacis frater an. LIV.
IV. Arsacanus annis XXXI.
V. Arsanacus annis XXX.
VI. Arses annis XX.
VII. Arsavirus annis XLVI.

In hujus vicesimum *primum* annum natalia Christi inciderunt, qui fuit olympiadis nonagesimæ quartæ supra centesimam annus quartus.

21. Igitur prout ante promisimus orationis nostræ metam attigimus, qui videlicet ad Verbi Dei cum carne copulati manifestationem devenimus, capto initio a primo condito homine, quæ est annorum MMMMMCLXXXXVIII congeries, secundum Interpretes Septuaginta, quam summam singillatim ita perscribemus. Ab Adamo ad diluvium conficiuntur anni MMCCXLII. A diluvio ad turrim anni DXXV. Hinc ad Abrahamum anni CCCCXVII. A diluvio ad Abrahami natalia anni DCCCCXLII. Ab Abrahamo ad Mosem egressumque ex Ægypto anni DV. Ab egressu usque ad Solomonem primumque templi ædificium anni CCCCLXXX. A primo *templi* ædificio ad secundum anni DXI. Exin ad Christi natalia anni DXVIII : quorum summa in annos MMMMMCLXXXXVIII consurgit. Rursus a Christi natalibus ad divum Gregorium anni sunt CCCXII (43); hinc autem ad æram Armeniorum anni CCXLI.

22. Atque ego quidem, o sanctitate prædite domine mi Gregori, vehementi vestra flagitatione compulsus exiguum ingenium meum rudemque manum huic construendo operi admovi; conatusque sum brevi hujus corporeæ vitæ intervallo pulcherrimam divi Eusebii chronographiam evolvere, quam, ut ita dicam, exscripsi. Revera ut exorientis solis radii tenebrosis locis lucem aspergunt,

(42) Nisibin (quam Armenii *Mezbin* dicunt) condidit Valarsaces, ut regni sedes esset, qui nimirum honor in ea urbe mansit annis circiter CXX. Consecutis deinde temporibus Nisibis terræ motu vastata est, ita ut Abgarus regiam suam transtulerit Edessam. Verum hujus successor Sanatruces Nisibin instauratam regni rursus metropolim fecit.

(43) Atqui in parte Summarii altera primus annus divi Gregorii incidit in Christi annum CCCVII. Nihilominus cum æra Armeniorum incipiat ab anno DLIII, hic autem a divo Gregorio ad eam æram numerentur anni CCXLI, rursus patere videtur divum Gregorium exordiri ab anno Christi CCCXII. De mendo igitur amanuensium suspicari licet.

sic omnino divinus hicce thesaurus obscuras hominum mentes ad transitorium hoc tempus cognoscendum exsuscitat. Jam qui præsentis vitæ doctrinis apprime se imbuit, is supernæ quoque sapientiæ cognitionem adipiscitur, quæ ineffabilis hercle atque immensa est, atque, ut beatus ille et solers ac benemerentissimus Evagrius (44) docet, ad Dei cultum deducit.

Nunc age a primo anno natalium Christi ordiar, quam præcipuam æram constituam, curiosasque admodum opera Romanorum, Hebræorum, Persarum, gentisque nostræ reges ascribam.

(44) Evagrii abbatis monita e Græca in Armeniacam linguam conversa exstant in codice Haicano Parisiaco CVI teste Villefroyo apud Montfauconium *Biblioth. nov. mss.* p. 1023. Ejusdem Evagrii homiliæ servantur in codicibus Armeniacis collegii Veneti S. Lazari.

SAMUELIS ANIENSIS
SUMMARII TEMPORUM
PARS ALTERA.

	OLYMPIADES	CHRISTI	ROMANORUM	JUDÆORUM	PERSARUM	ARMENIORUM	
		annus primus	Augustus	Herodes	Arsavirus	Abgarus	
Jesus Christus nascitur Bethlehemi.	195	1	42	32	21	2	Quirinus Roma profectus in Judæam descriptionem orbis facit.
		2	43	33	22	3	
Secundus (45) Pythagoricus philosophus cognoscebatur.		3	44	34	23	4	Abgarus Pheroram Herodis fratrem (46) occidit.
		4	45	35	24	5	
		5	46	36	25	6	Judas Galilæus seditionem Judæorum concitat.
Herodes Domini nostri nativitate cognita pueros occidit.	196	6	47	37	26	7	Herodes magnis doloribus cruciatus perit.
				ARCHELAUS annis IX.			
Augustus tetrarchas facit, Herodem, Antipatrum, Lysimachum (47) et Philippum fratres Archelai.		7	48	1	27	8	
		8	49	2	28	9	
		9	50	3	29	10	
	197	10	51	4	30	11	Athenodorus Tarsensis physicus agnoscebatur.
		11	52	5	31	12	
		12	53	6	32	13	
		13	54	7	33	14	
	198	14	55	8	34	15	Solis defectus, et Augusti obitus.
		15	56	9	35	16	
			TIBERIUS annis XXIII.				
				HERODES annis XXIV.			
		16	1	1	36	17	
		17	2	2	37	18	Abgarus Edessam urbem condit (48).
	199	18	3	3	38	19	
		19	4	4	39	20	Terræ motu tredecim urbes in Bithynia subversæ.
		20	5	5	40	21	
	200	21	6	6	41	22	
		22	7	7	42	23	
		23	8	8	43	24	
		24	9	9	44	25	Philippus tetrarcha Cæsaream condit Philippeamque nominat.
		25	10	10	45	26	
	201	26	11	11	46	27	
					ARTAXES annis XXXIV.		
		27	12	12	1	28	Abgari profectio ad Parthos ob pacem inter duos fratres firmandam.
Pilatus a Tiberio ad regendam Judæam mittitur.		28	13	13	2	29	
		29	14	14	3	30	
	202	30	15	15	4	31	

(45) Euseb., *Sextus*.
(46) Moses Chor. *Hist.*, II, 25 : *Josephum Herodis generum eumdemque fratris filium.*
(47) Divus Lucas III, 1, et Euseb., *Lysaniam*.

(48) Res Armeniacas trecentorum circiter et quinquaginta annorum sumit Samuel a Mose Chor. : quod semel monuisse sufficiat.

OLYMP.	CHRISTI	ROM.	JUD.	PERS.	ARM.
		Tiberius	Herodes	Artaxes	Abgarus

Johannes Zachariæ filius locis desertis circa fluvium Jordanem prædicabat, cunctisque palam nuntiabat adesse inter eos Unctum Dei. Quin ipse Jesus unctus Dei tunc vivificæ et evangelicæ doctrinæ suæ faciebat initium, rebusque gestis ac verbis divinæ potestatis virtutem spectantium oculis exhibebat.

Colliguntur autem usque ad hunc quintum decimum Tiberii Cæsaris annum, a templo quidem denuo excitato anni DXLVIII (49); a Solomone primoque templi ædificio anni MLXIV; a Mose egressuque ex Ægypto anni MDXL; ab Abrahamo Ninoque et Samiramide anni MMXLIV; a diluvio anni MMCCCCCLXXVI; ab Adamo denique anni MMMMMCCXXVIII.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	JUD.	PERS.	ARM.	
Jesus unctus Dei Dominus noster vivificam doctrinam cunctis prædicabat, atque ea quæ nominatim scripta sunt prodigia patrabat	203	31	16	16	5	32	Jesus unctus Dei Dominus noster discipulis suis regni cœlorum mysterium aperiebat, eisdemque imperabat prædicationem apud ethnicos, ut hi nimirum ad omnium Deum converterentur.
		32	17	17	6	33	
		33	18	18	7	34	
		34	19	19	8	35	

Jesus unctus Dei Dominus noster juxta prophetias de eo scriptas accessit ad passionem anno Tiberii imperantis decimo nono. Sane eodem hoc tempore in aliis quoque Græcorum monumentis sic ad verbum narratum comperimus : « Solem nempe defecisse, Bithyniam terræ motu concussam, Nicææque potiorem partem solo æquatam. » Atque hæc adamussim iis consonant quæ in Vivifici nostri passione acciderunt. Phlegon etiam, qui olympiades jam inde ab earum primordiis persecutus est, tertio decimo libro diserte ita scribit : « Quarto nimirum anno ducentesimæ tertiæ olympiadis magnum solis fuisse defectum, qualem nemo ante animadverterat : septimaque diei hora tantam noctem ingruisse, ut sidera cœlo micarent : ingenti terræ motu Bithyniam agitatam, majoremque Nicææ partem dejectam. » Hæc tradit laudatus vir. Atque hoc sane magnum indicium est ejus anni quo Vivificus noster cruciatus est, quia nimirum et Joannes testimonio suo in Evangelio confirmat (50), post quintum decimum Tiberii annum trietericam prædicationem Christi fuisse. Haud procul eo tempore narrat etiam Josephus, per dies Pentecostes stridorem quemdam motumque primo circa sacerdotes esse excitatum, mox subitam vocem e penetralibus templi in hæc verba erupisse : « Digrediamur hinc, digrediamur. » Idem insuper scribit Josephus, Pilatum præsidem sub id tempus noctu imaginem Cæsaris in templo contra vetitum collocandam curasse : quæ res magni tumultus seditionisque Judæorum causa fuit. Hinc autem summorum vis malorum Judaicam gentem corripuit.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	JUD.	PERS.	ARM.	
Hierosolymitanæ Ecclesiæ primus manuum impositione ab apostolis recepit episcopatum Jacobus frater Domini.		35	20	20	9	36	Philo Alexandrinus vir ingeniosus et doctus agnoscebatur.
		36	21	21	10	37	
		37	22	22	11	38	

Post Abgari obitum qui in sacramentum nostrum concesserat, bifariam divisum est regnum ejus. Filius nimirum ejus Ananus regnat Edessæ. Sanatruces autem sororis ejusdem filius in Armenia *majore* : qui quidem prædicanti Thaddæo credidit ; mox fide abjecta, apostolum filiamque Sanduchtam interemit.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	JUD.	PERS.	ARM.
						SANATRUCES annis XXX.
Addæus Edessæ præsul martyrio afficitur ab Abgari jam exstincti filio.	204	38	23	23	12	1
			GAIUS annis IV.			
Petrus apostolus primum Antiochenam Ecclesiam stabilit : mox Romam profectus, prædicat ibidem, antistitemque se gerit annis XX (51).		39	[illegible]	24	13	2
				AGRIPPA annis VII.		
		40	2	1	14	3
	205	41	3	2	15	4
		42	4	3	16	5

(49) Euseb., DXLII.
(50) Recolatur Eusebius, lib. I, cap. 36 fin.
(51) Ita est etiam apud Eusebium in Arm. codice pro *annis* XXV.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	JUD.	PERS.	ARMEN.	
			Claudius	Agrippa	Artaxes	Sanatruces	
			CLAUDIUS annis XIV.				
		43	1	4	17	6	Marcus evangelista, Petri interpres, Alexandriam veniens Christum ibi prædicabat annis XXII.
		44	2	5	18	7	
		45	3	6	19	8	
	206	46	4	7	20	9	Primus post Petrum Antiochiæ episcopus Evodius.
				AGRIPPA filius Agrippæ annis XXVI.			
Romæ censu habito comperta sunt hominum LXIX centena et XLI millia.		47	5	1	21	10	
		48	6	2	22	11	
		49	7	3	23	12	
	207	50	8	4	24	13	Bartholomæus apostolus martyrium consummat in Armeniæ oppido Arebono.
		51	9	5	25	14	
Ægyptius circa quem tribunus (52) Paulum sciscitabatur.		52	10	6	26	15	Sanatruces Nisibin magnificentiore opere excitavit, suamque statuam media in urbe collocavit nummum manu tenentem.
		53	11	7	27	16	
	208	54	12	8	28	17	
		55	13	9	29	18	
		56	14	10	30	19	
			NERO annis XIV.				
		57	1	11	31	20	
	209	58	2	12	32	21	
		59	3	13	33	22	
		60	4	14	34	23	
					DARIUS annis XXX.		
Alexandriæ post Marcum episcopus Ananias annis XXVI.		61	5	15	1	24	Lerubnas rhetor qui rerum ab Abgaro et Sanatruce gestarum commentarios confecit.
	210	62	6	16	2	25	
		63	7	17	3	26	
Jacobo Domini fratre a Judæis lapidibus cæso sedem episcopalem ejus obtinet Simavon, qui et Simon.		64	8	18	4	27	
		65	9	19	5	28	
	211	66	10	20	6	29	
		67	11	21	7	30	
						ERVANDUS annis XX.	
		68	12	22	8	1	
		69	13	23	9	2	Petrus et Paulus Romæ a Nerone martyrio afficiuntur. Post Petrum autem primus Romæ episcopus Linus annis XIV.
	212	70	14	24	10	3	
			VESPASIANUS annis X.				
		71	1	25	11	4	Antiochiæ secundus episcopus Egnatius.
		72	2	26	12	5	

Tandem supremo templi exterminio Titus Judæos obsedit, Hierosolyma a fundamentis evertit, atque hominum sex myriades cæde corrupit. Imo, ut tradit Josephus, fame et gladio centum ac viginti myriades consumptæ sunt, abductæ autem in captivitatem quadraginta et duodecim myriades.

Summa vero temporis usque ad alterum Vespasiani annum, quo Judæi supremo excidio deleti sunt: a vivifici quidem prædicatione anni XLII; ab obsidione sub Antiocho anni CCXXXVIII; a secundo templi ædificio anni DXC; a primo denique ædificio anni MCIII.

OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.
		Vespasianus	Darius	Ervandus
	73	3	13	6
213	74	4	14	7
	75	5	15	8
	76	6	16	9
	77	7	17	10

(52) Ita etiam Eusebius.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Vespasianus	Darius	Ervandus	
	214	78	8	18	11	
		79	9	19	12	
		80	10	20	13	
			TITUS annis II.			
		81	1	21	14	
Romæ secundus episcopus Anacletus (53) annis VIII.	215	82	2	22	15	
			DOMITIANUS an. XVI.			
Alexandriæ secundus episcopus Abilius annis XIII.		83	1	23	16	
		84	2	24	17	
		85	3	25	18	Ervandus atque Ervazius internecivo bello ab Artaxe appetuntur.
	216	86	4	26	19	
		87	5	27	20	
					ARTAXES annis XLI.	
		88	6	28	1	Duorum mensium nomina mutata sunt, videlicet September in Germanicum, October in Parthicum.
Romæ tertius episcopus Clemens annis IX.		89	7	29	2	
	217	90	8	30	3	
				ARSACES annis XVII.		
		91	9	1	4	Artaxes condidit Artaxata ad locum cui nomen Collis, ubi Araxis et Mezamori (54) confluentia est : illuc autem cuncta urbis Ervandææ ornamenta transtulit.
		92	10	2	5	
		93	11	3	6	
		94	12	4	7	
Joannes in Patmum insulam pellitur, ubi vidit Apocalypsin.	218	95	13	5	8	
		96	14	6	9	
		97	15	7	10	Armenii Persæque concordi sententia tributum pendere Romanis detrectant.
Alexandriæ tertius episcopus Cerdon annis XI.	219	98	16	8	11	
			NERVA anno I.			
Romæ quartus episcopus, cujus nomen desideratur in scripto (55).		99	1	9	12	
			TRAJANUS annis XIX.			
		100	1	10	13	
		101	2	11	14	
	220	102	3	12	15	Joannes Patmo insula emittitur liber.
		103	4	13	16	
		104	5	14	17	
Romæ quintus episcopus Alexander annis XI.		105	6	15	18	
	221	106	7	16	19	
		107	8	17	20	Artaxes noster Artaxem sibi homonymum Persidis regem constituit post obitum parentis ejus Arsacis.
Hierosolymorum tertius episcopus Justus.				ARTAXES annis XX.		
Alexandriæ quartus episcopus Primus (56) annis XII.		108	9	1	21	
		109	10	2	22	Post Egnatium tertius episcopus Antiochiæ Hermon.

(53) Codd., *Clemetus*.

(54) *Mezamorus* [alio nomine *Azadus*] in majoribus Armeniæ amnibus numeratur. At hunc Wistoni (Choren. *Hist.* II, 46) ob etymologiam vocabuli *magnam paludem* appellant.

(55) Apud Eusebium, *Evaristus*.

(56) Codd., *Orimus*.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Trajanus	Artaxes	Artaxes	
	222	110	11	3	23	Artaxes noster stipendium solvit Trajano.
		111	12	4	24	
		112	13	5	25	
Hierosolymorum episcopus post Justum quartus Zachæus, quintus Tobias, sextus Benjamin, septimus Joannes, octavus Matathias, nonus Philippus.		113	14	6	26	
	223	114	15	7	27	
		115	16	8	28	Romæ sextus episcopus Xystus annis XI.
		116	17	9	29	
		117	18	10	30	
	224	118	19	11	31	Artaxes principatus instituit Dimachbisium, Terunium, Amatunium et Aravelianium.
			ADRIANUS annis XXI.			
		119	1	12	32	
		120	2	13	33	
Alexandriæ quintus episcopus Justus annis XI.		121	3	14	34	Mazanem principem sacerdotum Artavazdes et Tiranes insidiis exceptum in venatione occiderunt.
	225	122	4	15	35	
		123	5	16	36	
Hierosolymorum episcopus post Philippum decimus Enacas (57), undecimus Justus, duodecimus Levinus, tertius decimus Ephremus, quartus decimus Josephus (58), quintus decimus Judas. Hi fuerunt ex circumcisione usque ad urbem ab Adriano obsessam.		124	6	17	37	
		125	7	18	38	Romæ episcopus septimus Telesphorus annis XI.
	226	126	8	19	39	
		127	9	20	40	
				PEROZES annis XXXIV.		
		128	10	1	41	
					ARTAVAZDES Artaxis filius an. II.	
		129	11	2	1	
Antiochiæ quartus episcopus Cornelius.	227	130	12	3	2	Artavazdes cum per Artaxatorum pontem transiret, mente subito captus, atque equo in profundum gurgitem excussus evanuit.
					TIRANES Artaxis filius annis XXI.	
		131	13	4	1	
Alexandriæ sextus episcopus Eumenes annis XII.		132	14	5	2	
		133	15	6	3	
	228	134	16	7	4	
		135	17	8	5	Valentianus hæresiarcha et Cerdon Marcionita.
Romæ octavus episcopus Lyginus annis IV.		136	18	9	6	
		137	19	10	7	
Hierosolymorum episcopus decimus sextus, primus autem ex ethnicis, Marcus.	229	138	20	11	8	
		139	21	12	9	
			TITUS ANTONINUS, cognomento PIUS, cum filiis suis AURELIO et LUCIO, annis XXIII.			
Romæ nonus episcopus *Pius* annis XV.		140	1	13	10	
		141	2	14	11	
	230	142	3	15	12	
		143	4	16	13	

(57) Ita Samuel. Confer autem Eusebium ad annum 2139, a quo tamen *Hist. eccl.*, IV, 5, scribitur Σενεχᾶς.

(58) Codd., *Josi*.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Titus Antoninus	Perozes	Tiranes	
Antiochiæ quintus episcopus Hero (59).		144	5	17	14	Alexandriæ septimus episcopus Marcion annis x.
		145	6	18	15	
	231	146	7	19	16	Strenuus Erachnavius de gente Anzavensium honoribus augetur a Tirane.
		147	8	20	17	
		148	9	21	18	
		149	10	22	19	
	232	150	11	23	20	
		151	12	24	21	Tiranes iter faciens periit globo nivium oppressus.

TIGRANES ARTAXIS filius an. XLIII.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
		152	13	25	1	Perozes Volagæsus, nempe victor, idcirco vocitatus est, quia Romanos invasit.
	233	153	14	26	2	
		154	15	27	3	
Romæ decimus episcopus Anicetus annis xi, sub quo Polycarpus Romam profectus complures ab hæresi ad bonam frugem traduxit.		155	16	28	4	Alexandriæ octavus episcopus Céladion annis xiv.
		156	17	29	5	
		157	18	30	6	
	234	158	19	31	7	
		159	20	32	8	
Hierosolymorum episcopus xvii Cassianus, xviii Publius, xix Maximus, xx Julius, xxi Gaianus, xxii Symmachus, xxiii Gaius, xxiv Julianus, xxv Apion.		160	21	33	9	
		161	22	34	10	
				VALARSES annis LI.		Perozes Volagæsus Parthorum rex extremam in Romanas provincias incursionem fecit.
	235	162	23	1	11	

MARCUS AURELIUS ANTONINUS idemque VERUS, et LUCIUS AURELIUS COMMODUS (60) annis XIX.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
		163	1	2	12	
		164	2	3	13	
		165	3	4	14	
Romæ undecimus episcopus Soter annis ix.	236	166	4	5	15	Ruphosia præfectura a Rupha, Tigranis uxore, nomen contraxit.
		167	5	6	16	
Excitata persecutione martyrium fecit Polycarpus.		168	6	7	17	
Antiochiæ sextus episcopus Theophilus, cujus plura volumina ad hanc usque diem circumferuntur.		169	7	8	18	
	237	170	8	9	19	Alexandriæ nonus episcopus Agrippinus (61) annis xii.
		171	9	10	20	
Dionysius Corinthi episcopus.		172	10	11	21	
		173	11	12	22	Apollinaris Asiaticus Hieropolitanæ diœceseos episcopus agnoscebatur.
Romæ duodecimus episcopus Eleutherus annis xv.	238	174	12	13	23	
		175	13	14	24	
		176	14	15	25	
		177	15	16	26	
	239	178	16	17	27	
		179	17	18	28	Antiochiæ septimus episcopus Maximus annis iv.
		180	18	19	29	
		181	19	20	30	

COMMODUS annis XIII.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
	240	182	1	21	31	
Irenæus Lugduni Gallicanæ urbis episcopus.		183	2	22	32	Alexandriæ decimus episcopus Julianus annis x.

(59) Al. Cod., *Urionus.*
(60) Codd., *et Commodus.*

(61) Al. cod., *Agrippianus.*

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Commodus	Valarses	Tigranes	
		184	3	23	33	
Hierosolymorum episcopus XXVI Maximus, XXVII Antoninus, XXVIII Valens, XXIX Dolichiamus, XXX Narcissus, XXXI Dius, XXXII Germanio, XXXIII denuo idem Narcissus. Horum tempora non admodum explorata sunt : latet enim quandiu quisque pontificatu functus sit.		185	4	24	34	
	241	186	5	25	35	Hoc tempore disceptatio fuit de paschali die, uti narrat Eusebius (62-63).
		187	6	26	36	
		188	7	27	37	Romæ tertius decimus episcopus Victor annis XIII.
		189	8	28	38	
	242	190	9	29	39	
		191	10	30	40	
		192	11	31	41	Antiochiæ episcopus octavus Serapion.
		193	12	32	42	
Alexandriæ undecimus episcopus Demetrius annis XLIV.	243	194	13	33	43	
			ÆLIUS PERTINAX anno I.			
				VALARSES annis XX.		
		195	1	34	1	
			SEVERUS annis XVIII.			
Clemens presbyter Alexandrinus et Pantænus nostri dogmatis philosophus cognoscebantur.		196	1	35	2	Valarses condidit Valarsavanam in Basena *provincia*. Idem mœnibus oppidum Vardghesem cinxit ad Chasali fluminis ripam, atque hanc novam urbem appellavit Valarspatam.
		197	2	36	3	
	244	198	3	37	4	
		199	4	38	5	
Cæsareæ episcopi Polycrates et Bachylas.		200	5	39	6	
		201	6	40	7	
Romæ quartus decimus episcopus Zephyrinus annis XII.	245	202	7	41	8	
		203	8	42	9	
		204	9	43	10	Leonides Origenis pater martyrium fecit.
		205	10	44	11	
		206	11	45	12	
	246	207	12	46	13	
		208	13	47	14	
		209	14	48	15	
	247	210	15	49	16	
		211	16	50	17	
		212	17	51	18	
Ingens victoria Valarsis nostri de Chaziris et Basliis borealibus populis qui fecerant incursionem. Verum altera impressione facta, vulneratus in acie occumbit Valarses.				ARTABANUS annis XXXI.		
		213	18	1	19	
			ANTONINUS Severi filius cognomento CARACALLUS (64) annis VII.			
Romæ quintus decimus episcopus Callistus annis IX.	248	214	1	2	20	Antiochiæ nonus episcopus Asclepiades.
					CHOSROES annis XLVIII.	
		215	2	o	1	Collectis Armeniorum copiis, magnoque monte superato necem Valarsis parentis sui ulciscitur Chosroes hostibus profligatis, ibidemque monumento constructo.
		216	3	4	2	
Hierosolymorum tricesimus sextus episcopus Alexander.		217	4	5	3	

(62-63) Abest hæc pericope a vetustiore Samuelis exemplari. Legatur autem Eusebius *Hist. eccl.* v, 23.
(64) Codd., *Gallus*.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Antoninus Caracallus	Artabanus	Chosroes	
	249	218	5	6	4	
		219	6	7	5	
		220	7	8	6	
			MACRINUS anno I.			
Antiochiæ decimus episcopus Philippus.		221	1	9	7	
			ANTONINUS alter annis IV.			
Romæ decimus sextus episcopus Urbanus.	250	222	1	10	8	Urrhæ (65) rex Abgarus.
		223	2	11	9	
		224	3	12	10	
		225	4	13	11	
			ALEXANDER Mammææ filius annis XIII.			
	251	226	1	14	12	
		227	2	15	13	
		228	3	16	14	
		229	4	17	15	
	252	230	5	18	16	
Antiochiæ undecimus episcopus Zebennus.		231	6	19	17	
		232	7	20	18	
Romæ decimus septimus episcopus Pontianus.	253	233	8	21	19	Origenes Alexandriæ degebat in lyceo.
		234	9	22	20	
		235	10	23	21	
		236	11	24	22	
Alexandriæ duodecimus episcopus Idimus (66) annis XVI.	254	237	12	25	23	
		238	13	26	24	
			MAXIMINUS annis III.			
		239	1	27	25	
Romæ decimus octavus episcopus Antherus mense uno. Deinde decimus nonus Fabianus (67).		240	2	28	26	
		241	3	29	27	
			GORDIANUS annis VI.			
	255	242	1	30	28	
		243	2	31	29	
			ARTASIRES Sasani filius *annis* XLVI. *Hic* interfecto Artabano Arsacidarum (68) dominationem sustulit, quæ annis CCCCLIV perseveraverat.			
	256	244	3	1	30	
		245	4	2	31	
		246	5	3	32	
		247	6	4	33	
			PHILIPPUS annis VII			
		248	1	5	34	Millesimus annus Romæ conditæ æræque Romanorum fuit (69).
		249	2	6	35	

(65) Nempe, *Edessæ.*
(66) Eusebius, *Hercules*, vel *Heraclas*.
(67) Codd., *Barianus*.
(68) Codd. habent *horum* pro *Arsacidarum*.

(69) Hæc verba *æræque* et sqq. absunt a vetustiore Samuelis exemplari. Conferatur autem Samuel supra cap. 6, num. 17.

	OLYMP.	CHRISTI.	ROM.	PERS.	ARM.	
			Philippus	Artasires	Chosroes	
	257	250	3	7	36	Chosrois incursiones contra Sasanidas Persas ob necem Artabani consanguinei vindicandam, quo tempore Artasirem ad Indos usque pepulit.
Romæ vicesimus episcopus Cornelius annis III.		251	4	8	37	
		252	5	9	38	
Alexandriæ decimus tertius episcopus Dionysius annis XVII.		253	6	10	39	
Romæ XXI episcopus Lucius mensibus VIII. Deinde XXII Stephanus annis II.	258	254	7	11	40	
			DECIUS anno I.			
Hierosolymorum episcopus XXXVII Melbanus.		255	1	12	41	
			GALLUS et VOLUSIANUS anno uno mensibusque novem.			
Romæ XXIII episcopus Xystus annis XI.		256	1	13	42	
Antiochiæ XII episcopus Babylas. Deinde XIII Fabianus.		257	2	14	43	
			VALERIANUS et GALIANUS annis XV.			
	259	258	1	15	44	Novatianus schisma fecit. Antiochiæ XIV episcopus Demetrianus.
		259	2	16	45	
Antiochiæ XV Paulus Samosatenus, qui hæreseos convictus divino nutu pulsus est.		260	3	17	46	
		261	4	18	47	
	260	262	5	19	48	

Chosroes ab Anaco interfectus est. Regnum autem Armeniorum sine præside fuit, quod quidem inde usque a Valarsace annis CCCXCVIII (70) manserat.

ANARCHIA ARMENIORUM an. XXVIII.

		263	6	20	1	Artavazdes Mandacunius Tiridatem Chosrois filium furori Artaxis subtractum ad Cæsaris aulam perduxit.
Romæ XXIV episcopus Dionysius annis IX.		264	7	21	2	
		265	8	22	3	
Alexandriæ XIV episcopus Maximus annis XIX.	261	266	9	23	4	
		267	10	24	5	
Hierosolymorum XXXVI Himerius.		268	11	25	6	
Samosatenus Artemonis schisma renovavit. Illo autem dejecto, sextus decimus exstitit Domnus.		269	12	26	7	
	262	270	13	27	8	
		271	14	28	9	
		272	15	29	10	
			CLAUDIUS annis II.			
		273	1	30	11	
	263	274	2	31	12	
			AURELIANUS an. VI.			
		275	1	32	13	Tiridatis in Armeniorum interregno heroica facinora.
Romæ XXVI episcopus *Eutychianus*. Deinde XXVII Gaius.		276	2	33	14	Laodicenorum episcopus Anatolius.
		277	3	34	15	
	264	278	4	35	16	
		279	5	36	17	
		280	6	37	18	

(70) Al. cod., CCCLXXVIII.

	OLYMP.	CHRISTI.	ROM.	PERS.	ARM.	
			Probus	Arta-sires	Anar-chia	
			PROBUS annis VII.			
Alexandriæ XV episcopus Theonas annis XIX.		281	1	38	19	
	265	282	2	39	20	
Antiochiæ XVII Cyrillus.		283	3	40	21	
		284	4	41	22	
		285	5	42	23	Vesana Manichæorum secta in hominum consuetudinem irrepsit.
	266	286	6	43	24	
		287	7	44	25	
			CARUS cum filiis suis Carino et NUMERIANO annis II.			
		288	1	45	26	
		289	2	46	27	

Dum Carus occumberet in Mesopotamia, Numerianus item periit in Thracia, necnon Carinus in prælio adversus Cornacum.

Magni Chosrois patris Tiridatis copiarum dux summus Cornacus, qui vitam ad annum CLX produxisse dicitur, visu, auditu, capillis, dentibus usque ad obitum integris, itemque viribus corporis juvenilibus (71). Hic Cæsarem Carum, qui cecidit in pugna cum filio, debellavit.

Hactenus sine dubitatione decurrimus, ducibus certa auctoritate codicibus summorum quos ante appellavimus magistrorum. Exin ob ea, quæ nostro tractui addenda supersunt, curis atque perplexitatibus æstuamus, propterea quod juniorum historicorum dissidium est, quorum alii plura, alii pauciora scripserunt, vel omnino siluerunt. Nos tamen sinceriorum vestigiis insistentes, persequamur pro viribus veritatem : atque primum Tiridatis annum cum altero Diocletiani anno de sententia Mosis Armeniorum historici componamus, non cum nono vel primo prout aliis quibusdam placuit. Jam Saporem Persam si annos LXXIII regnasse credas, ab interfecto Chosroe exordiendum est, tum et anni XLVI contemporales Tiridati putandi sunt, ita ut annos quidem XXVII regnaverit cum Artasire patre superstite, reliquos XLVI post hujus obitum : atque hac ratione canonem nostrum ad æram usque Armeniorum, Deo auspice, digeremus certiora e plurimis præoptantes.

			DIOCLETIANUS an XX.			
	267	290	1	[27]	[27] (72)	
				SAPOR annis XLVI.		
					TIRIDATES annis LVI.	
Mamgo Genensium (73) satrapa ad Persas aufugit, inde vero ad Armenios : ex quo Mamicunia gens et præfectura apud nos nobilis.		291	2	1	1	Sanctus Gregorius crudeliter excruciatus in puteum damnatorum conjectus est.
		292	3	2	2	
		293	4	3	3	
	268	294	5	4	4	
		295	6	5	5	
		296	7	6	6	Res præclare gestæ a Tiridate in Perside et Assyria antequam fidei discipulus fieret.
		297	8	7	7	
		298	9	8	8	
	269	299	10	9	9	Aschenia Aschadaris Alanorum regis filia Tiridati in matrimonium collocata coronatur regina Armeno-Arsacia.
		300	11	10	10	
		301	12	11	11	
Romæ XXVIII episcopus Marcellinus annis X.	270	302	13	12	12	
		303	14	13	13	

(71) Undenam hæc de Cornaco sumpserit Samuel merito quærendum. Namque Chorenensis *Hist.* II, 76, nihil præter nomen Cornaci scribit.

(72) Ita est in codice.

(73) Super hac re legendus Moses Chor. *Hist.* II, 78. De *Genensibus* Sinensium finitimis loquitur Moses etiam in *Geogr.* cap. 95.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.
			Diocletianus	Sapor	Tiridates
Hierosolymorum xxxviii episcopus Zabdas, et xxxix episcopus Hermon.		304	15	14	14
		305	16	15	15

Decimo quinto regnantis Tiridatis anno religiosæ virgines duce sancta Rhipsimia fortiter martyrium fecerunt in urbe Valarsapata, multaque divinitus prodigia Tiridati regnoque Armeniorum oblata sunt. Sanctus autem Gregorius divina visitatione eductus putei carcere initium fecit lucidæ doctrinæ suæ prædicandæ : tum et vulneratos sanitati restituit : quo tempore statio ei quoque sanctæ cathedralis fundandæ ostensa est a Deo necnon aliarum martyrum ædium.

Mox anni sequentis initio magnus ipse Tiridates baptizatus est cum Aschenia regina cumque sorore Chosroidochta, aliisque aulæ optimatibus, manu videlicet S. Gregorii qui cum episcopali potestate tunc Cæsarea reversus fuerat. Ex eo tempore regiis edictis excitata plurima hominum millia per Armeniæ regiones ritu ethnico abjecto ad sacri fontis baptismum sponte convolabant ministrantibus iis quos S. Gregorius præfecerat.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	PATRIARCHA	
			Diocletianus	Sapor	Tiridates	S. Gregorius	
Antiochiæ xix episcopus Tyrannus (74).	271	306	17	16	16		Primus annus Armeniorum ad cognitionem Dei vocatorum. S. GREGORIUS annis xxx.
		307	18	17	17	1	Decimo septimo regnantis Tiridatis anno sanctus Gregorius thronum S. Thaddæi apostoli insidet.
Alexandriæ xvi episcopus Petrus annis x.		308	19	18	18	2	
		309	20	19	19	3	
			CONSTANTINUS annis xxxiv.				
Hoc anno sancti Præcursoris ædes ædificata est, dictumque Claci cœnobium (75), quod S. Gregorius condidit adveniens episcopus Cæsarea allatis indidem ejusdem Præcursoris reliquiis ibique collocatis (76).	272	310	1	20	20	4	Romæ xxix episcopus Eusebius, tum xxx Miltiades.
		311	2	21	21	5	
		312	3	22	22	6	Hoc anno Constantinus Byzantium ampliavit, eodemque Romanum imperium transtulit, atque urbem de nomine suo Constantinopolim dixit (77).
		313	4	23	23	7	
	273	314	5	24	24	8	
		315	6	25	25	9	
Alexandriæ martyrium Petri; cujus excepit episcopatum xvii Achillas mensibus vii.		316	7	26	26	10	Agathangelus Tiridatis regis diligens librarius a secretis.
	274	317	8	27	27	11	
		318	9	28	28	12	
Alexandriæ episcopus xviii Alexander annis xv.		319	10	29	29	13	Romæ episcopus Silvester.
		320	11	30	30	14	
		321	12	31	31	15	

(74) Codd., *Tianus* et *Turianus*.

(75) De hoc celeberrimo nostra adhuc ætate cœnobio temploque legendus historicus contemporalis S. Gregorio Zenobius, qui ab eodem S. Gregorio consecratus episcopus est locique ejus antistes. Huic Zenobio cognomentum adhæsit *Clacus*.

(76) Hæc historia abest ab antiquiore exemplari.

(77) Hæc item historia in vetustiore codice desideratur.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	PATR.	
			Constantinus	Sapor	Tiridates	S. Gregorius	
	275	322	13	32	32	16	
		323	14	33	33	17	
Arii cum Alexandro ontentio.		324	15	34	34	18	
		325	16	35	35	19	
	276	326	17	36	36	20	Hierosolymorum episcopus Marcius; deinde Symmachus; deinde Cyrillus, cujus ætate crux apparuit.
		327	18	37	37	21	
		328	19	38	38	22	
HIC FINIS CHRONICORUM :USEBII LIBRORUM.		329	20	39	39	23	Post vicesimum Constantini annum dicti sunt Græcorum et Romanorum reges, quia Constantinopoli regnaverunt.
Sancta synodus Nicæna Patrum trecentorum et ctodecim (78). Ad Nicænam synodum S. Gregorius et Tiridates miserunt egatum suum Aristacem.	277	330	21	40	40	24	
		331	22	41	41	25	
		332	23	42	42	26	
		333	24	43	43	27	
	278	334	25	44	44	28	
		335	26	45	45	29	
		336	27	46	46	30	

S. Gregorius cum in Maniæ specum secessisset, publice interdum ob gregem suum in fide confirmandum regionem invisebat. Verum ubi Aristaces a Nicæna synodo reversus est, ille jam nemini conspiciendum se dedit : cumque compluribus annis ibidem vitam produxisset, moriens demum inter angelorum choros delatus est. Pastores autem cum S. Gregorium defunctum deprehendissent, nec hominem agnovissent, ibidem eumdem tumulo mandaverunt. Sed demum multis post annis res divino nutu patefacta est solitario homini, cui nomen Carnico, sanctique reliquiæ in Thordanum oppidum delatæ sunt.

NERSEHUS annis IX.

ARISTACES annis VII.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	PATR.	
		337	28	1	47	1	
		338	29	2	48	2	
	279	339	30	3	49	3	
		340	31	4	50	4	
		341	32	5	51	5	
	280	342	33	6	52	6	
Valde beatus Constantinus ad quietem concessit die XXII mensis Maii, qui est Ahecan (79).		343	34	7	53	7	Archelaus S. Aristacem, qui se reprehenderat, in provincia Zophia interemit.

CONSTANTIUS, CONSTANS et CONSTANTINUS filii Constantini annis XXIV.

VERTHANES annis XV.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	PATR.	
Sanctæ crucis revelatio Hierosolymis, episcopatum gerente Cyrillo.		344	1	8	54	1	
		345	2	9	55	2	

ORMIZDAS annis III.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	PATR.	
	281	346	3	1	56	3	Potentissimus rex Tiridates veneno sibi a militibus suis propinato obiit. Ex eo tempore res Armeniorum in pejus ferri cœperunt.

(78) Hæc pericope abest ab antiquiore exemplari. Et quidem mox ad annum 390 constabit eam esse collocandam in anno 325.

(79) *Ahecan* nonus Armeniorum mensis, qui illa ætate in Maium incidebat.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	
			Constantius	Ormizdas	Chosroes	Verthanes	
					CHOSROES annis IX.		
Post obitum Tiridatis Sanatrucus (80) in Aluanæ regionibus S. Gregorisum (81) letho dedit Verthanis majorem natu filium, equis suppositum in campo Vatniensi. Sancti autem viri reliquiæ inde translatæ sunt in Amarasum oppidum.		347	4	2	1	4	Exstincto Tiridate, perturbatio consecuta est conflictusque præfecturarum. Tandem opera magni Verthanis, ferente auxilium Constantio Cæsare, regnum capessit Chosroes Tiridatis filius, virtutibus patri impar.
		348	5	3	2	5	
				SAPOR annis LXXII.			
		349	6	1	3	6	
	282	350	7	2	4	7	
		351	8	3	5	8	
		352	9	4	6	9	
Initium ducenarii, ut appellatur, cycli Andreæ (82). Jacobus admirabilis Nisibis episcopus hac tempestate florebat.		353	10	5	7	10	A Bagaratio equite itemque Vahano principe Amatunio res egregie gestæ adversus rebelles.
	283	354	11	6	8	11	
		355	12	7	9	12	
					TIRANES annis XIII.		
Hoc tempore liber Artemonis confectus dicitur.		356	13	8	1	13	S. Verthanes, licet procerum insidiis sæpe appetitus, sua tamen morte obiit.
		357	14	9	2	14	
	284	358	15	10	3	15	
						JUSICHIUS annis VI.	
		359	16	11	4	1	
		360	17	12	5	2	
	285	361	18	13	6	3	
		362	19	14	7	4	
		363	20	15	8	5	
Tiranes rex noster Juliano Cæsari obviam progressus est, Persarumque copias adortus eas in fugam conjecit, præsidioque profligato, eumdem Julianum trans Euphratem cum exercitu duxit: quam ob rem honestissime ab eo tractatus est.		364	21	16	9	6	Sanctum Jusichium itemque Danielem presbyterum occidit Tiranes. Jusichius atque Gregorisus fratres erant, Verthane scilicet geniti.
						PHARNERSEHUS annis v.	
	286	365	22	17	10	1	Pharnersehus haud ex eodem (83) genere ortus erat, sed ex oppido Taroniæ Astisata.
		366	23	18	11	2	
		367	24	19	12	3	
			JULIANUS anno I, mensibusque VIII.				
		368	1	20	13	4	
					ARSACES annis XXX.		
		369	2	21	1	5	
			JOVIANUS mensibus VIII.				
						NERSES annis XXXIII.	
	287	370	1	22	2	1	

Sanctus Nerses (84) universos Ecclesiæ ordines bene decenterque instauravit. Ipse vero natus erat Athanagine nepote Jusichii, qui rursus nepos erat S. Gregorii.

(80) Rebellis quidam de genere Arsacidârum. Legatur Chorenensis *Hist.* III, 3.

(81) Ita diminutive quodammodo appellatur ab Armeniacis cunctis scriptoribus, fortasse quia valde adolescens venit ad episcopatum

(82) De hoc cyclo rursus sermo erit ad Christi annum 553.

(83) Scilicet alienus erat a genere S. Gregorii Illuminatoris.

(84) Nerses primus cognomento Magnus.

OLYMP.	CHRISTI	ROM. CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
		Valentinianus	Sapor	Arsaces	Nerses
		VALENTINIANUS et VALENS annis XI.			
288	371	1	23	3	2
	372	2	24	4	3
	373	3	25	5	4
	374	4	26	6	5
	375	5	27	7	6
	376	6	28	8	7
289	377	7	29	9	8
	378	8	30	10	9
	379	9	31	11	10
	380	10	32	12	11
	381	11	33	13	12
		GRATIANUS annis V.			
290	382	1	34	14	13
	383	2	35	15	14
	384	3	36	16	15
	385	4	37	17	16
291	386	5	38	18	17
		THEODOSIUS MAGNUS annis XXV.			
	387	1	39	19	18
	388	2	40	20	19
	389	3	41	21	20
292	390	4	42	22	21
	391	5	43	23	22
	392	6	44	24	23
	393	7	45	25	24
293	394	8	46	26	25
	395	9	47	27	26
	396	10	48	28	27
	397	11	49	29	28
294	398	12	50	30	29
				PAPUS an. VII.	
	399	13	51	1	30

Arsaces venationi operam dans dolo necat Gnelum fratris sui filium, atque hujus uxorem Pharansemam matrimonio sibi adjungit : hæc autem Olympiadi priori Arsacis uxori majestatem reginæ invidens, indigni cujusdam sacerdotis ministerio usa venenum medicamento vitæ (85) admiscens eamdem vita spoliavit.

Gratianus Rhazlam ædificat (86).

Plurima beneficia a magno Theodosio collata feruntur præsertim in Armenios. Nam et sanctum Nersem ab exsilio reductum ad se vocavit, multoque honore prosecutus est : donec vera rectaque fides tandem aliquando in synodo (87) innotuit.

Sancta synodus Constantinopolitana *Patrum* centum quinquaginta adversus Macedonium Spiritus oppugnatorem. Erat autem post synodum Nicæam annus LXV.

Beatus Chadus Bagrevantiæ atque Arsaruniorum episcopus in ordinanda recte re publica S. Nersis comes erat.

A Valente plurimæ calamitates Christiano dogmati inflictæ sunt, Arianæ sectæ causa. Ob eam rem Nerses quoque, ab Arsace amicitiæ integrandæ causa missus, in insulam inhospitalem pellitur exsul. Eodem tempore vita utebantur etiam magnus Basilius ejusque frater Gregorius, itemque Gregorius cognomento Theologus.

In India elephanto-tauri, camelo-pardales equina forma, aliæque belluæ multifariæ visæ sunt.

Zuithas presbyter Artaxatis martyrium facit sub Sapore.

Arsaces ritu Saulis vitam sibi ipse exhaurit, diemque supremum obit in arce cui cognomentum Oblivio in Chusitania. Regnum autem filius ejus Papus adit.

Meruzanes (88) Arzerunius ab Arsace deficiens, fidemque *Christianam* deserens, Persarum opem implorat ut Armeniæ sceptro potiatur. Itaque Persicarum copiarum dux factus in Armeniam irrumpit, multasque clades in patria nostra edit : donec, ingenti pugna in Ziravo campo conserta, capitur a magno equite Sembato, diroque supplicio perit.

(85) Proh scelus! hic enim intelligitur Eucharistiæ mysterium.

(86) Hæc pericope desideratur in antiquiore exemplari.

(87) Constantinopolitana, cui Nerses ipse interfuit.

(88) Moses Chor. *Hist.* III, 36 et 54, aliique scriptores Armenii concorditer tradunt, sub Meruzanis tyrannide quidquid Græcorum librorum in Armenia erat diligenter fuisse combustum, ipsumque Græcum sermonem doceri vetitum. Ea scilicet ætate gentilibus litteris nondum utebantur Armenii, sed Græcis vulgo, et interdum Syriaticis. Jam Meruzanes veru candente in coronam contorto redimitus a Sembato vitam finivit. Choren. *Hist.* III, 37.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	
			Theodosius Magnus	Sapor	Papus	Nerses	
		400	14	52	2	31	
		401	15	53	3	32	
	295	402	16	54	4	33	S. Nersem potione lethifera necat Papus.
						SCIAHACUS annis v.	
		403	17	55	5	1	Sciahacus e genere 'Albiani erat, provincia Harchia, oppido Manazocerta.
		404	18	56	6	2	
Papum atroci supplicio multat Theodosius, regemque loco ejus constituit quemdam de genere Arsacidarum Varazdatem.		405	19	57	7	3	
					VARAZDATES annis IV.		
	296	406	20	58	1	4	
		407	21	59	2	5	
						ZAVENUS annis IV.	
		408	22	60	3		
		409	23	61	4	2	
					ARSACES et VALARSACES annis IV.		
	297	410	24	62	1	3	
Admirabilis Joannes Chrysostomus hac tempestate episcopatum Constantinopolitanæ urbis tenebat. Græcorum Persarumque reges bifariam Armeniam secant Arsacis ætate, qui sedem fixit prope fines Græcorum. Itaque Arsaces quidem ditione tenuit occiduas Armeniæ plagas; Sapor autem partium ejusdem orientalium regem fecit Chosroem Arsacidam.		411	25	63	2	4	
			ARCADIUS et HONORIUS annis XXVI.			ASPURACES annis v. Hic Sciahaci Zavenique frater erat.	
		412	1	64	3	1	
		413	2	65	4	2	
					CHOSROES annis v.		
	298	414	3	66	1	3	
		415	4	67	2	4	Græci tædio bellorum ducti sponte Mesopotamiam et Armeniam bifariam dividunt.
		416	5	68	3	5	
						S. ISAACUS annis LI.	
	299	417	6	69	4	1	S. Isaacum magni Nersis filium substituit Chosroes in patriarchalem Armeniorum sedem (89).
		418	7	70	5	2	

Mesrobes Haseci Taroniæ in oppido natus, apud magnum Nersem alitur atque eruditur; deinde aulæ regiæ a secretis constituitur. Sed demum corporali honore contempto, solitariam vitam sectatur, plebique edocendæ per sacrorum librorum enarrationem vacat : qua in re non modicis difficultatibus conflictatus, consilium cepit proprias Armeniacæ linguæ litteras excogitandi, ut divina scilicet Biblia accuratissime interpretaretur. Hactenus enim in rebus aulicis Persicas litterarum formas adhibebant Armenii, in ecclesiasticis Græcas et interdum Syriaticas.

(89) Quo tempore S. Isaacus ad episcopatum electus est, vetuit Chosroes rex Armeniorum eumdem a Cæsareæ metropolitano consecrari, uti eatenus jam inde a S. Gregorio factitatum fuerat. Hinc mos obtinuit apud Armenios jure proprio inter se consecrandi. Hinc etiam cœptus creditur Ecclesiæ Armeniacæ peculiaris ritus, qui consecutis temporibus paulatim auctus ornatusque est : primitus enim Armenii Syriatico vel potius Græco ritu usi videntur.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
		Arcadius et Honorius	Sapor.	Veramsabuhus	S. Isaacus
				VERAMSABUHUS annis XXI.	
	419	8	71	1	3
	420	9	72	2	4
			ARTASIRES annis III.		
	421	10	1	3	5
	422	11	2	4	6
300	423	12	3	5	7
			VERAMUS, idemque GERMANUS, annis XI.		
	424	13	1	6	8
	425	14	2	7	9
301	426	15	3	8	10
	427	16	4	9	11
	428	17	5	10	12
	429	18	6	11	13
302	430	19	7	12	14
	431	20	8	13	15
	432	21	9	14	16
	433	22	10	15	17
303	434	23	11	16	18
			ISDIGERDES annis X.		
	435	24	1	17	19
	436	25	2	18	20
	437	26	3	19	21
		THEODOSIUS Junior annis XXXIV.			
304	438	1	4	20	22
	439	2	5	21	23
				CHOSROES alter anno I.	
	440	3	6	1	24
				SAPOR ISDIGERDIS filius annis IV.	
	441	4	7	1	25
305	442	5	8	2	26
	443	6	9	3	27
	444	7	10	4	28

INITIUM LITTERATURÆ ARMENIORUM.

Beatus ille Mastosius, idemque Mesrobes (90), cum magno Isaaco litterarum formas a Daniele excogitatas non sine aliis sociis perfectius elaborant, annique intervallo his divinitus datis formis operam impendunt, et sacra Biblia diligentissime interpretantur.

Magnus Isaacus Ctesiphontem pergit, indeque non sine honorificentia donisque ab Artasire Persarum rege collatis regreditur.

Discipuli Athenas, Byzantium Alexandriamque mittuntur.

Prima synodus Ephesina Patrum ducentorum adversus Nestorium. Erant autem post Constantinopolitanam synodum anni XLII, post Nicænam CVII (91).

Veramsabuhus pie diem supremum obiit. Deinde *regnabat* frater ejus Chosroes anno uno. Tum Sapor Persa Isdigerdis filius, quem idcirco pater Armeniis præfecit, ut hos pedetentim ad Aramazdis sacra (92) pertraheret, atque a fide et societate Græcorum abduceret.

Carina urbs conditur (93).

(90) *Mesrobis* nomen cum, ut tradunt memoriæ veteres Armeniorum, Græci pronuntiare nequirent, cœpit ab eis dici *Mastos*. Hinc etiam apud Armenios duplici nomine vir hic gaudet.

(91) Ergo hæc pericope collocanda videtur in anno 432.

(92) Hanc Persarum idololatrarum sectam commemorant in suis scriptis Eznichius et Elisæus. Et quidem reges in epistolis semet Aramazde satos dictitabant, quos inter et Julianus imp. Id nomen veteribus Persis significabat *bonum genium*. Vide Chorenensem *Hist.*, II, 15, 17, 51.

(93) Hanc urbem excitavit, seu potius auxit, Anatolius Theodosii junioris dux. Eadem nunc dicitur *Erzeroum*, Armeniæ prope metropolis, frequens civibus quadringentis circiter millibus.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
		Theodosius junior	Veramus	Anarchia	Isaacus

VERAMUS annis XXI.

ANARCHIÆ annus unus.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
	445	8	1	1	29

ARTAXES, qui et ARTASIRES, annis VI.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
306	446	9	2	1	30
	447	10	3	2	31
	448	11	4	3	32
	449	12	5	4	33
307	450	13	6	5	34
	451	14	7	6	35

Hic Artaxes, a Persis dictus Artasires, juvenili ætate moribusque perditis, generis Arsacidarum extremus fuit.

Hic denique deletum est regnum *Armeniacum* Arsacidarum, itemque patriarchatus de genere S. Gregorii. Etsi enim S. Isaacus annis adhuc XVI superfuit, suaque egregia doctrina in Armenia nostra refulsit, res tamen sub impiis præfectis Persisque procuratoribus erant. Nimirum loco regis Artasiris præerat Vehmirsapor, et pro S. Isaaco malevolus Sormacus, qui mansit anno uno; deinde deterior eo Barchisius annis tribus; post hos improbior utroque Samuel quidam annis VII (94). Sed enim nos horum tempora in interregni loco ponemus, ne canonis ordo in perturbationem incurrat : quin imo S. Isaaco ascribemus post annum ejus quintum et tricesimum serie protracta usque ad incœptam Vardani præfecturam.

INTERREGNUM annis XIII.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
	452	15	8	1	36
308	453	16	9	2	37
	454	17	10	3	38
	455	18	11	4	39
	456	19	12	5	40
	457	20	13	6	41
309	458	21	14	7	42
	459	22	15	8	43
	460	23	16	9	44
	461	24	17	10	45
310	462	25	18	11	46
	463	26	19	12	47
	464	27	20	13	48

Rursus propter Flavianum altera Ephesi synodus vicesimo quarto anno post primam, exstincto jam Cyrillo Alexandrino.

Beatus Alanus ex illustri gente Arzeruniorum juvenili ætate caducam sæculi gloriam flocci faciens sectabatur cœlestem, seque litteris excolendis spiritalibusque exercitiis impendebat.

VARDANUS annis XVII.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
	465	28	21	1	49

A Veramo summus constituitur Armeniorum præfectus Vardanus (95).

ISDIGERDES annis XIX.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.
311	466	29	1	2	50
	467	30	2	3	51

Hic explicit historia Armeniorum a Mose conscripta.

Post obitum S. Isaaci sedem ejusdem episcopalem occupat Josephus discipulus annis duobus, comprobante Mesrobe, qui anno eodem mortem cum vita commutavit.

(94) Hi tres cum sedem patriarchalem contra fas tenuissent, tandem Persæ regis mandato pulsi sunt.

(95) De hoc Vardano Mamicunio exstat historia Elisæi Armenii.

	OLYM.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	
			Theodosius Junior	Isdigerdes	Vardanus	Josephus	
						JOSEPHUS annis II (96).	
		468	31	3	4	1	
		469	32	4	5	2	
						GIUDIUS annis XV.	
	312	470	33	5	6	1	Giudius S. Isaaci discipulus fuit e Taia provincia, oppido Arabezo.
		471	34	6	7	2	
			MARCIANUS annis V.				
Synodus Chalcedonensis jussu Marciani Pulcheriæque Theodosii sororis. Erant autem congregati *Patres* DCXXXVI (97).		472	1	7	8	3	Eznichius et Corion nostrorum interpretum (98) discipuli.
		473	2	8	9	4	
		474	3	9	10	5	
	313	475	4	10	11	6	SS. Vardanorum labores sub Isdigerde, quos luculento stylo conscripsit doctissimus inter interpretum discipulos beatus Elisæus.
		476	5	11	12	7	
			LEO MAGNUS annis XVII.				
Mambræus Mosis (99) frater in Armeniam revertitur. Idem tertius philosophus esse perhibetur.		477	1	12	13	8	
	314	478	2	13	14	9	SS. Leontianorum a Persis cædes duobus post prædicta annis.
		479	3	14	15	10	
		480	4	15	16	11	
		481	,	16	17	12	
					ARMENIORUM OBEDIENTIA ET INTERREGNUM annis VI.		
Isdigerdem pœnituisse aiunt quod Armeniam cladibus affecisset, quo tempore Vasacius (1) quoque atroci morte periit, uti refert Elisæus.	315	482	6	17	1	13	
		483	7	18	2	14	
		484	8	19	3	15	
				PEROZES annis XXII.			
						JOANNES MANDAGUNIUS annis XII, ex Arsamunia *provincia. oppido* Zachnodo.	
		485	9	1	4	1	
	316	486	10	2	5	2	
		487	11	3	6	3	
					MAGNUS sive PABGHENUS annis XIX.		
		488	12	4	1	4	
		489	13	5	2	5	Moses cognomento pater philologorum, qui rogante Isaaco principe Bagratunio historiam Armeniorum confecit.
David philosophus orbi inclaruit (2), oriundus Harchia provincia atque urbe Hertha.	317	490	14	6	3	6	
		491	15	7	4	7	
		492	16	8	5	8	
		493	17	9	6	9	
			ZENO annis XIII.				
Zenoni in imperio socii aliquandiu fuere Leo junior et Basiliscus. Zeno libellum pro orthodoxia scripsit duodecim anathematum synodi Chalcedonensis.	318	494	1	10	7	10	
		495	2	11	8	11	Sanctus Thathulius cum majore natu fratre, rebus omnibus pro Christo relictis, Deo addicitur.
		496	3	12	9	12	

(96) Josephus hic, admiranda pietate doctrinaque præditus vir, cum SS. Leontianis martyrium fecit sub Persis.

(97) Hæc pericope variat atque interpolatur in codd.

(98) Apud Armenios per antonomasiam dicuntur *interpretes* magna illa gentis lumina Isaacus et Mesrobes.

(99) Nempe Chorenensis illius summi historici de quo ad annum 489. Homiliæ Mambræi quædam feruntur satis laudabiles.

(1) Patriæ suæ proditor princeps quidam.

(2) Opera philosophica Davidis plura supersunt lingua Armeniaca et Græca. Notissimi omnium sunt commentarii ejus ad Aristotelem.

	OLYMP.	CHRIST.	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Zeno	Perozes	Magnus	Babghenius	
						BABGHENIUS annis v, ex Vanandæ oppido Othmeso.	
		497	4	13	10	1	
	319	498	5	14	11	2	Beatus Carnicus sancti Gregorii reliquias in Maniæ specu reperit, quæ mox Thordani collocatæ sunt (3).
		499	6	15	12	3	
		500	7	16	13	4	
		501	8	17	14	5	
						SAMUEL annis v, e Beznuniæ urbe Arzghia.	
Vahani Mamicunii res fortiter gestæ contra Persas.	320	502	9	18	15	1	
		503	10	19	16	2	
		504	11	20	17	3	
		505	12	21	18	4	
	321	506	13	22	19	5	
			ANASTASIUS annis XVII.				
				VALARSACES annis III.			
					VAHANUS annis XXXI.		
						MUSÆUS annis VIII.	
Lazarus Pharpensis presbyter, historicus et rhetor insignis (4).		507	1	1	1	1	Musæus e Cotiæ oppido Ælaberio.
		508	2	2	2	2	Vahanus templa, præsertim cathedrale, instaurando exornavit. Idem Vahanus Mamicunius Alanos obsidione pressit.
		509	3	3	3	3	
				CAVATUS annis VII.			
	322	510	4	1	4	4	
Anastasius et Zeno orthodoxi habentur.		511	5	2	5	5	
		512	6	3	6	6	
		513	7	4	7	7	Armenii ab obedientia recedentes pugnam adversus Cavatum instruunt.
	323	514	8	5	8	8	
						ISAACUS annis v, ex Harchiæ *oppido* Ulco.	
		515	9	6	9	1	
		516	10	7	10	2	Cavatus Amidam (5) cepit.
				CIAMASPES annis II.			
	324	517	11	1	11	3	
		518	12	2	12	4	
				CAVATUS denuo annis XVII.			
		519	13	1	13	5	
						CHRISTOPHORUS annis v.	
		520	14	2	14	1	Dominus Christophorus e Bagrevantiæ oppido Tirargio.
		521	15	3	15	2	
	325	522	16	4	16	3	
		523	17	5	17	4	

(3) Recole ad annum Christi 336.

(4) Lazari historia, quæ pertingit a Christi anno 410, nempe ab Arsacis et Valarsacis regno, usque ad principatum Vahani, edita est sine interpretatione Venetiis, anno MDCCXCIII.

(5) Hæc est *Tigranocerta* ab Haicano Tigrane olim condita; nunc dicitur *Diarbekir* homonymæ provinciæ metropolis.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Justinus	PERS. Cavatus	ARM. Vahanus	PATR. Christophorus	
			JUSTINUS annis IX.				
		524	1	6	18	5	
						LEONTIUS annis II, ex Arberuniæ *oppido* Erasto minore.	
		525	2	7	19	1	
	326	526	3	8	20	2	
						NERSES annis IX.	
Solis universi defectus, quem consecuta est fames sævissima, cujusmodi nulla Armeniam unquam corripuit. Eadem ad Persidem quoque atque ad Assyriam pertinuit triennii fere spatio.		527	4	9	21	1	Dominus Nerses Bagrevantinus, e magno *oppido* Astaracho.
		528	5	10	22	2	
		529	6	11	23	3	Mezezii Gnuniorum præfecti nobiles victoriæ adversus Hunnorum incursiones (6).
	327	530	7	12	24	4	
Esdras Angelensis, Mosis episcopi Bagrevantini (7) discipulus, agmen rhetorum auxit.		531	8	13	25	5	
		532	9	14	26	6	
			JUSTINIANUS annis XXXVI.				
		533	1	15	27	7	
	328	534	2	16	28	8	
		535	3	17	29	9	
				CHOSROES annis XLV.			
						JOANNES annis XV, e Gabeleniæ *oppido* Synselnio.	
		536	4	1	30	1	Vahanus Mamiconius pie mortem obiit. Eidem successit Vardus frater.
		537	5	2	31	2	
					VARDUS annis III.		
	329	538	6	3	1	3	
		539	7	4	2	4	
Chosroes Antiochia capta colonias indidem in Persidem transtulit, suoque nomine insigniendas curavit.		540	8	5	3	5	
					PERSÆ (8) PRÆFECTI post Vardum dominati sunt Armeniis annis IV.		
		541	9	6	1	6	
	330	542	10	7	2	7	
Horrenda hominum lues, cui parem nemo novit, ab Occidentis regionibus initium cepit.		543	11	8	3	8	Post S. Gregorium annus CCLII (9).
		544	12	9	4	9	
					MEZEZIUS GNUNIUS annis XXX.		
		545	13	10	1	10	Fortis Mezezius, gente Gnunius, pulsis hostibus, præfectura potitus est.
	331	546	14	11	2	11	
		547	15	12	3	12	
		548	16	13	4	13	

(6) Antiquiores adhuc Hunnorum in Armeniam incursiones memorant Socrates, VI, 1, et Sozomenus, VIII, 1.

(7) Procul dubio intelligitur Moses ille historicus: namque et Thomas Arzerunius in calce libri primi *Historiæ* suæ hæc ante Samuelem ait: *Quidquid autem a regno Fortis Arsacis usque ad præsens tempus scripsit ille magnus historicus Moses Taronensis* (idem qui *Chorenensis*) *Bagrevantiæ et Arsaruniæ episcopus*, etc. De Mose episcopo historico et rhetore disseritur in præfatione *Progymnasmatum* ejusdem Venetiis editorum.

(8) Al. cod., *Saraceni*.

(9) Nempe post S. Gregorium anno Christi 291 excruciatum.

	OLYMP.	CHRISTI.	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Justinianus	Chosroes	Mezezius	Joannes	
	332	549	17	14	5	14	
		550	18	15	6	15	
						MOSES annis xxx.	
Prodigia in Ostania Armeniorum, quibus permotus fidem amplexus est beatus Machozius.		551	19	16	7	1	Dominus Moses ex Aragazotæ oppido Elivardo.
		552	20	17	8	2	S. Managirhus, qui appellatus est (10) Gregorius, gente Rhazichus (11), martyrium consummavit.
		553	21	18	9	3	

Hic post Christi natalia annus DLIII expletus est, quo tempore Andreæ (12) quoque cyclus ducentorum annorum absolvebatur. Atque hinc æra Armeniorum protinus oborta ob ejusmodi causam. Cum ducenarii cycli extremum plenilunium in die xxv Martii incideret, initium autem die IV Aprilis fuisset, pergi ulterius haud poterat, propterea quod post diem xxv Martii ponenda fuisset dies XIII Aprilis, in quam nonum plenilunium incidebat : ideoque festa omnia, uti constat, et Kalendarii rationes perturbabantur. Tum demum ejus ætatis sapientes celebrato conventu æram Armeniorum condiderunt, ut paschale videlicet festum Domini et reliqua dirigerentur. Sed enim cum annis novem experti essent nondum se regulam satis firmam tenere, anno æræ decimo Oeas quidam (13) solerti mente præditus invocatique ab eo sagaces magnique ingenii homines cyclum de communi sententia constituerunt qui dicitur quingentorum annorum. Hæc æræ Armeniacæ origo est (14), quam nos ob tempora promptius exhibenda hosce in canones assumemus.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Justinianus	Chosroes	Mezezius	Moses	annus primus	
Pace inter Justinianum et Chosroem composita, res universæ Ecclesiæ prospero cursu utebantur.	333	554	22	19	10	4	1	S. Isthutzius, qui et Machosius, martyrium pro Christo subiit. Idem passi sunt Isaacus et Samuel et Izmuchius eadem Persica gente orti.
		555	23	20	11	5	2	
		556	24	21	12	6	3	
Iberorum adversus nos schisma hic a nonnullis collocatur.		557	25	22	13	7	4	
	334	558	26	23	14	8	5	
		559	27	24	15	9	6	
		560	28	25	16	10	7	
		561	29	26	17	11	8	
	335	562	30	27	18	12	9	
		563	31	28	19	13	10	Hoc anno quingentorum annorum cyclus conditus est.
		564	32	29	20	14	11	
		565	33	30	21	15	12	
		566	34	31	22	16	13	(15) Irion paschalem canonem violavit.
Nerses patricius, gente Armenius, in Græci imperatoris aula florebat.	336	567	35	32	23	17	14	
		568	36	33	24	18	15 (16)	

(10) Puta in baptismo.

(11) *Rhazichi* populus Persidis. Al. cod., *Chuzichus*.

(12) Hic Andreas Byzantinus anno Christi 353 cognoscebatur, uti in loco notatum est.

(13) Oeas in Armeniaco Kalendario dicitur Alexandrinus. Ejus autem cyclus, quanquam vulgo dicitur annorum quingentorum, constat reapse annis DXXXII. Confer inferius ad Christi annum 1096.

(14) De hac æra Armeniorum legendus Freretus, *Mémoir. de l'Acad. des inscript.*, t. XIX, p. 85 sqq., qui usus est Samuelis nostri excerptis a celebri Villefroyo sibi traditis : quem item Villefroyum legesis loquentem de eodem Samuele apud Montfauconium, *Biblioth. mss.* p. 1026.

(15) An legendum *Kyrion?*

(16) Ad hunc annum scripta erat in codice vetustiore satis longa pericope, quæ ob paginam putrefactam exscribi non potuit.

	L. TEMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Justinus	Chosroes	Mezezius	Moses		
			JUSTINUS annis xiv.					
		569	1	34	25	19	16	
Rursus hominum lues.	337	570	2	35	26	20	17	
		571	3	36	27	21	18	
		572	4	37	28	22	19	
		573	5	38	29	23	20	
	338	574	6	39	30	24	21	
					TYRANNI PERSO-SARACENI annis xxxvi.			
Hac ætate dissidia, pugnæ, clades immanes, captivitates, direptiones, conclusiones in carceribus, dira fames, pestis, aliæque multimodæ calamitates.		575	7	40	1	25	22	Armeniorum proceres Persici jugi impatientes, duce Vartho Vasaci Mamicunii filio in clientelam Græcorum se contulerunt.
		576	8	41	2	26	23	
		577	9	42	3	27	24	
	339	578	10	43	4	28	25	
		579	11	44	5	29	26	
		580	12	45	6	30	27	
						ABRAHAMUS annis xxiii.		
	340	581	13	46	7	1	28	Abrahamus antea episcopus Rhestuniorum ex eadem provincia, oppido autem Albathanio.
		582	14	47	8	2	29	
			TIBERIUS annis v.					
		583	1	48	9	3	30	
				ORMIZDAS annis xii.				
		584	2	1	10	4	31	Turbæ novæ ob Chalcedonense concilium.
		585	3	2	11	5	32	
	341	586	4	3	12	6	33	
		587	5	4	13	7	34	
			MAURICIUS annis xx.					Mauricius Græcarum copiarum dux, gente Armenius, in imperium succedit.
Verthanes atque Gregorius, doctores ad Græcos profecti sunt: cum autem concordiam constituere non potuissent, cum exsecratione redierunt.		588	1	5	14	8	35	
		589	2	6	15	9	36	
	342	590	3	7	16	10	37	
		591	4	8	17	11	38	

Hac ætate Syri quidam circulatores in Armeniam delati ut Nestorii sectam studiose propagarent, anathemate expulsi sunt. Nonnulli tamen iis adhæserunt, hique fallaces eorumdem libros interpretati sunt, videlicet Cortosacium, Cyriacosacium (17), Pauli visionem, Adami pœnitentiam, Diathecen, Pueritiam Domini, item Sebium, Botryonem benedictionis, patentes codices, enarrationem Evangelii Manetis. Verum quicunque his fidem adhibuerunt, anathemate percussi sunt.

		592	5	9	18	12	39
Manifestum schisma (18).	343	593	6	10	19	13	40
		594	7	11	20	14	41
		595	8	12	21	15	42

(17) Quæ sint hæc opera curiosius inquirendum est, præsertim apud Fabricium in opere *Codex pseudepigraphus et apocryphus Veteris et Novi Testamenti*. Namque et nuperus Sammartinius in Commentariis de rebus Armeniacis, p. 13, locum hunc Samuelis mutilatum exhibet sic: *Des livres apocryphes de l'Ancien et du Nouveau Testament tels que l'Apocalypse de S. Pierre* (ita pro *S. Paul*), *la Pénitence d'Adam*, *l'Evangile de l'enfance*, etc. Et præterea nihil subdit.

(18) Codices partim *verum schisma*, partim *verus motus*.

Sembatus Bagratunius plurimis præliis contra hostes Chosrois feliciter patratis, honores a Chosroe retulit, atque Hyrcaniæ præfectura ornatus est : ad quam profectus reperit in Sagastania Armenios captivos linguæ suæ scriptæque litteraturæ jam immemores : quorum excolendorum studiosus dedit operam ut a patriarcha Armeniorum crearetur episcopus ejus loci Habelus quidam. Eam vero diœcesim cathedræ S. Gregorii esse voluit.

Plures cædes.

Mauricius propter morum sævitiam ab exercitu suo cum liberis universaque progenie miserabili excidio consumitur.

Horianus Persicarum copiarum dux, captis Hierosolymis quinquaginta hominum millia interfecit, centumque millia mancipio addixit, crucis vero salutiferum lignum cum cætera supellectile sacra in thesaurum Chosrois regis invexit.

Sembatus Bagratunius S. Gregorii templum cæsis lapidibus restaurat in urbe Devina magnificentius atque admirabilius.

Hac ætate Iberi ab Armeniorum communione secesserunt propter Chalcedonense concilium : Græcis autem per Cyrionem antistitem suum copulati sunt.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Mauricius	PERS. Chosroes	ARMEN. Tyranni	PATR. Abrahamus	ÆRÆ ARM.
		CHOSROES annis xxxvii.				
	596	9	1	22	16	43
	597	10	2	23	17	44
344	598	11	3	24	18	45
	599	12	4	25	19	46
	600	13	5	26	20	47
	601	14	6	27	21	48
345	602	15	7	28	22	49
	603	16	8	29	23	50
		JOANNES e Cogotiæ oppido Bagaranio annis xxvi.				
	604	17	9	30	1	51
346	605	18	10	31	2	52
	606	19	11	32	3	53
	607	20	12	33	4	54
		PHOCAS annis viii.				
	608	1	13	34	5	55
	509	2	14	35	6	56
347	610	3	15	36	7	57
		Tyrannis internecione sublatis, nempe Gihr-Burzeno [Gihr-Vesnasbohene, Gihr-Vezonmirhano et reliquis Perso-Saracenis, imperat [DAVID SAHARUNIUS annis xxx.				
	611	4	16	1	8	58
	612	5	17	2	9	59
	613	6	18	3	10	60
	614	7	19	4	11	61
348	615	8	20	5	12	62
		HERACLIUS annis xxxi.				
	616	1	21	6	13	63
	617	2	22	7	14	64
349	618	3	23	8	15	65
	619	4	24	9	16	66
	620	5	25	10	17	67
	621	6	26	11	18	68
350	622	7	27	12	19	69
	623	8	28	13	20	70
	624	9	29	14	21	71
	625	10	30	15	22	72
351	626	11	31	16	23	73
	627	12	32	17	24	74
	628	13	33	18	25	75
	629	14	34	19	26	76

Nonnulli historici dominum Joannem et dominum Abrahamum eodem anno exstinctos tradunt; alii tamen uti nos scribimus.

Cathedralis Merenii ædes conditur a Davide Saharunio.

Mahumeti manifestationem quidam historici hoc æræ anno LXV tradunt, alii anno LXII, alii denique anno LXVIII (19).

Argiesa urbs capitur.

(19) Imo et duo Samuelis recentiora exemplaria tradunt anno 62. Nos tamen vetustiori codici, in quo desideratur hæc de variis circa hegiram opinionibus pericope, adhærentes, trademus anno æræ Armeniacæ 95.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Heraclius	Chosroes	David	Comitas	
					COMITAS annis VIII, ex Aragaziæ oppido Alzio.	
352	630	15	35	20	1	77
	631	16	36	21	2	78
	632	17	37	22	3	79
			CAVATUS anno I.			
	633	18	1	23	4	80
			ARTASIRES annis II.			
353	634	19	1	24	5	81
	635	20	2	25	6	82
			HORIANUS anno I.			
	636	21	1	26	7	83
			CHOSROES anno I.			
	637	22	1	2	8	84
			PARBORMUS et ZARMDOCHTES anno I.			
					CHRISTOPHORUS annis II.	
354	638	23	1	28	1	85
			ISDIGERDES annis XII.			
	639	24	1	29	2	86
					ESDRAS annis IX, e Nighiæ provinciæ Pharaznocerta.	
	640	25	2	30	1	87
				THEODORUS RHESTUNIUS annis XXV.		
	641	26	3	1	2	88
355	642	27	4	2	3	89
	643	28	5	3	4	90
	644	29	6	4	5	91
	645	30	7	5	6	92
356	646	31	8	6	7	93
		CONSTANTINUS annis III.				
	647	1	9	7	8	94
	648	2	10	8	9	95

Heraclius Chosroem Persarum regem occidit.

Heraclius Horianum (21) Persis regem imponit, cruce salutifera ab eo vicissim recepta. Hunc tamen sui milites interfecerunt.

Varaztirozes princeps Bagratunius Sembati filius ingenti honore affectus a Chosroe regreditur in Armeniam.

Bellum Arabicum.

Cum Heraclius concilium in urbe Carina congregavisset, Esdras Armeniorum patriarcha in Chalcedonensi controversia consensit, cujus rei præmium retulit tertiam provinciæ Colbensis partem universamque Alesiam (22), quas *terras* Græci a nostrorum patriarcharum diœcesi abstraxerant.

Magnus patriarcha Comitas martyrium sanctæ heroinæ Rhipsimiæ mirabiliore atque illustriore structura restaurat, quod antea vulgare admodum fuerat ædificium. Ibidem cum ossa sanctæ ejusdem feminæ condita reperisset, reserare arcam non est ausus a sancto Gregorio sanctoque Isaaco sigillis obsignatam : imo eam suo quoque sigillo munitam ibidem reposuit (20).

CHRISTOPHORUS annis II. Hic nobili Apahuniorum gente ortus, religionis in primis amans, cum pravos procerum nostrorum mores frustra emendare studuisset, duobus annis post, relicta sede, monasterium sibi prope oppidum Ulesium struxit, ibique usque ab obitum mansit in secessu.

Persæ Devinam urbem ceperunt, quam Tiridatis filius Chosroes condiderat, sibique regiam sedem delegerat.

Secta discipulorum Joannis Mairacomensis emersit, quorum antesignanus erat Sergius, homo arrogans atque ambitione tumens.

(20) Comitæ patriarchæ canitur ab Armeniis prolixus hymnus de S. Rhipsimia ejusdemque sociis virginibus, idque exemplar Haicanæ poeseos omnibus numeris absolutum merito existimatur.

(21) *Horianum* historici Armenii passim cum Persis dicunt *Choremum*, idemque sæpe usuvenit etiam in Samuelis codicibus.

(22) Codd. *Ales*, qui locus nobis satis non est exploratus.

Per hosce dies inclaruit falsi prophetæ Saracenorum manifestatio, Cerinthi atque Arianorum asseclæ, cui nomen Mahumetus, gente Ismaelitæ, filii Agaris, qui præceptore usus est solitario viro quodam, nomine Bechira, secta Ariano, Sinai deserti incola : quem in locum videlicet confluentes *Ismaelitæ* numero aucti sunt, ex quo tempore Sara ancillam suam Agarem expulit.

Constantino Heraclii filio regnante capta a Saracenis Devina, ut quidam ait historicus, interfecti sunt festo die Epiphaniæ in Sancti Sergii æde duodecim millia hominum, ita ut cæsorum sanguine sacra mensa et baptismatis fons redundarent : abducta vero in captivitatem sunt plus triginta quinque hominum millia. Mox corpora eorum, qui hoc bello ceciderant, collegit Nerses patriarcha, atque in eadem sacra æde, quam refecit, collocanda curavit.

Jamvero Ismaeliticæ gentis rex eadem in urbe sedem fixit; primus quidem nomine Chalarthus, de quo vaticinium sacra Biblia cecinerant, fore scilicet ut Chalartalabii (23) populus gladios suos cruore saturaret. Hic octo post annos obiit : successitque Amaranus annis XII. Sed enim ille Chalarthus Damascum usque progressus fuerat, et in Mesopotamia Amidam urbem infinita direptione vastaverat. Exin tres duces alium alio dimiserat; in Græcas quidem provincias Jalum (24) seu Joelem, qui Græcorum septuaginta millia cecidit; in Persidem vero Othmanum Amiram Maviæumque copiarum ducem, qui debellaverunt viginti mille Myrdatis milites, itemque Armeniorum ducem Musæum cum suis equitibus : atque ita contigit ut Armeniis, Persis, Syris, Ægyptiis, Medis, Parthis et Palæstinis potirentur.

Jam causa, quamobrem hi consecuti sunt dominatum, ejusmodi fuit : Princeps quidam Damascenæ regionis Sergius haud modica re mercatores Ismaeliticos spoliabat : Chalarthus autem, cum sæpe de his injuriis expostulasset, nec ille ab ingenio decederet, ad extremum collectis gentis suæ pedestribus equestribusque copiis ter impressionem in hostem fecit, neque re sua tantum potitus est, verum etiam aliena: quare et in Armeniam delatus, vi conabatur religiosam incolarum fidem subvertere.

Præterea Ismaelitarum rex prædictus conspirantem secum nactus est quemdam nomine Mahumetum Ægyptiorum mercatorum principem. Hic legum Mosaicarum modice peritus, sed Arii Cerinthique sectæ addictus, qui regnum cœlorum corporeum esse dicebat, in quo scilicet terrestris cibus ventris inesset, itemque connubium post resurrectionem. Idem leges inter se contrarias docuit, antiqua scilicet et nova statuta, absurda comminiscens atque insolentia prædicans, nimisque impudenter fœdus illud Abrahami corrumpens, quo jussum est : « Marem omnem apud vos circumcidetis octava die (*Genes.* XXXIV, 15); » ipse autem non mares tantum, verum etiam, proh pudor! femellas : signaculum Dominici fœderis violans. Statuit insuper ut aqua tantum (25) lavarent perpetuo in fonte baptismatis : multasque præterea absurdas ejusmodi et insanas risuque dignas consuetudines docuit.

Hunc Mahumetum cum sibi legislatorem et oraculum copiarumque ducem Saraceni præfecissent annis XX, summo excidio debellaverunt Beznuniam, Aleovidiam atque Taroniam (26). Quanquam postremo Mahumetus cum fideles obluctantes sectæ suæ cognovisset, edicto copiam fecit nominatim Armeniacis provinciis Christiano ritu utendi, atque, ut ita dicam, religionem quam sectabantur eisdem vendidit, vectigali imperato, nempe ut familiæ singulæ quatuor nummos, modios aridorum tres, hippoperam, cilicinumque funem persolverent. Hujus tamen tributi immunibus esse concessit sacerdotibus, nobilibus et equitibus. Atque Saraceni, posquam prolatis imperii finibus omnium potiti sunt, dici cœperunt Amiralmumni (27). Jam post Mahumeti annos XX (28), dominati sunt Abubechirus, Othmanus et Omarus annis XXXVIII.

Hac tempestate imperium quoque Persarum, quod dicebatur Sasanidarum, sublatum est, postquam annis CCCCX perseveraverat : Persicum autem sceptrum ceperunt Saraceni, qui dicti sunt Amiralmumni.

SARACENORUM AMIRALMUMNI (29).

Mahumetus annis XX; Abubechirus annis VIII; Othmanus annis X; Omarus annis XX; Maviæus annis XXII; Meruanus anno I; Jezithus annis III; Abdelmelichus annis XXII; Velithus annis IV; Omarus annis II; Ezithus annis VI; Heschemus annis XIX; Velithus anno I; Meruanus annis VIII; Abdla annis XXII; Abdelazizus annis III; Mahdis annis IX; Musis annis X; Harunus annis XXIII; Mahmetus annis V; Maimunus annis XXVII; Ibenmeretus annis IX; Harunus annis XVIII; Ciaphares annis XI. Horum memoria perditione obruatur.

(23) Chalirth dicuntur ab Armeniis *exta*. Hoc autem loco haud scimus utrum respiciendum sit ad Deut. XXVIII, 49, an ad Hierem. XLVI, 10, vel ad psal. LVI, 5, vel ad LVIII, 8. Rem alii diligentius considerent.

(24) Hic codices aliqua corruptione laborabant.

(25) Nempe sine verbis sacris.

(26) Hæ sunt Armeniorum provinciæ.

(27) Codices partim *Amirimumni;* partim vero *Amiralmumni*, nempe *imperatores fidelium*.

(28) Codd., XL. Sed iidem ante posteaque habent XX.

(29) Hic titulus cum sequentibus Amiralmumnis abest ab antiquiore exemplari.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	PERS. Isdigerdes	ARM. Theodorus	PATR. Nerses	ÆRÆ ARM.
					NERSES annis xx, antea episcopus Daiæ ex eadem provincia.	
	649	3	11	9	1	96
		CONSTANTIUS (30) annis xxviii.				
357	650	1	12	10	2	97
			ABUBECHIRUS annis xiv.			
	651	2	1	11	3	98
	652	3	2	12	4	99
	653	4	3	13	5	100
358	654	5	4	14	6	101
	655	6	5	15	7	102
	656	7	6	16	8	103
	657	8	7	17	9	104
359	658	9	8	18	10	105
	659	10	9	19	11	106
	660	11	10	20	12	107
360	661	12	11	21	13	108
	662	13	12	22	14	109
	663	14	13	23	15	110
	664	15	14	24	16	111
			MAVIÆUS annis xxii.			
	665	16	1	25	17	112
				HAMAZASPES annis vii.		
361	666	17	2	1	18	113
	667	18	3	2	19	114
	668	19	4	3	20	115
					ANASTASIUS annis vi, oriundus Agurio ad Masisii radices.	
	669	20	5	4	1	116
362	670	21	6	5	2	117
	671	22	7	6	3	118
	672	23	8	7	4	119
				GREGORIUS an. x.		
363	673	24	9	1	5	120
	674	25	10	2	6	121
					ELIAS an. vi.	
	675	26	11	3	1	122
	676	27	12	4	2	123
	677	28	13	5	3	124

Templum Sancti Gregorii mirabile visu ædificat Nerses patriarcha, postquam aliud Sancti Sergii Devinæ, et aliud item super puteo Sancti Gregorii construxerat.

Schisma Paschatis causa.

Urbis Erevanæ seditio, cujus accuratam descriptionem lege sis apud vetustiores historicos Sapuhium (31) et Asolnichium.

Devinam urbem itemque Petizium Græci inflammaverunt.

Anastasius patriarcha magnum doctorem ad se vocat Ananiam ex oppido Aneniensi, ut firmum apud nos Kalendarium, cujuscemodi apud alias gentes est, adornaret (32); id quod solerti cura perfectum est. Sed enim cum idem synodi suffragiis confirmandum esset, moritur interim dominus Anastasius: cujus successoribus rem negligentibus, in vetere ritu perseveratum est.

Cathedrale templum Arugii conditur, in eoque baptismate tingitur martyr Christi David, dictus antea Surhanus, Persica provincia oriundus, qui Christum confessus ligno suspensus est in urbe Devina.

Nonnulli pro Elia scribunt Israelem annis viii.

(30) Codd., *Constantinus*.

(31) Sapubium Bagratunium commemorat ipse Asolnichius in Historiæ suæ prologo, præter Joannem patriarcham VI.

(32) Cum Armenii non mensis sed hebdomadæ statis diebus festa sua olim (uti nunc etiam) quotannis agitarent, idcirco Kalendarium mobilitate non carebat. Jamvero Anastasius ad cæterarum gentium rationem nisus frustra est per Ananiam accedere. Ananiæ vero doctoris, cognomento Siracunii, astronomia utuntur adhuc Armenii. Chronologiam ejusdem memorat Asolnichius dum ait, « Inter exitum Hebræorum ex Ægypto et templi ædificium, secundum Origenem atque Ananiam, interjectos esse annos CCCCLXXXX. »

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Constantinus	Maviæus	Gregorius	Elias		
			CONSTANTINUS filius Constantii annis XIV.					
	364	678	1	14	6	4	125	
		679	2	15	7	5	126	
		680	3	16	8	6	127	
						ISAACUS annis XXIII.		
		681	4	17	9	1	128	Isaacus ante fuerat Rhodicorum episcopus, oriundus e Suraphoræ oppido Arcunaseno.
	365	682	5	18	10	2	129	
					NERSEHUS annis III.			Gregorio Mamicunio, a Chaziris in bello cæso successit in Armeniorum præfecturam Nersehus Siracanus.
		683	6	19	1	3	130	
		684	7	20	2	4	131	
		685	8	21	3	5	132	
					ASUSTIUS an. III.			
	366	686	9	22	1	6	133	
				EZITHUS annis IV.				
		687	10	1	2	7	134	
		688	11	2	3	8	135	Asustius a Saracenis occiditur.
					NERSEHUS CAMSARACANUS annis III.			
Gregorius Arsaruniæ episcopus et Philo doctor in præfectura Nersehi Camsaracani sapientia florebant (33).	367	689	12	3	1	9	136	
		690	13	4	2	10	137	
				MERVANUS anno I.				
		691	14	1	3	11	138	
			JUSTINUS annis XII.					
				ABDELMELICHUS an. XXI.				
					SEMBATUS an. XX.			Sembatus Bagratunius, cognomento Byratius, principatum tenet.
		692	1	1	1	12	139	
		693	2	2	2	13	140	
Justinus seditione militari coorta naso truncatus est. Ipse autem in Indiam usque elapsus, comparato ibidem exercitu reversus est, interfectisque optimatibus imperium recepit.	368	694	3	3	3	14	141	Malimus celsioribus mœnibus Mamestiam instruxit.
		695	4	4	4	15	142	
		696	5	5	5	16	143	
	369	697	6	6	6	17	144	
		698	7	7	7	18	145	Sæva hieme mare Beznunium gelu astrictum est (34).
		699	8	8	8	19	146	
Isaacus patriarcha, vir sapientia et morum integritate conspicuus, cum aliis gentis nostræ principibus vinctus ducitur Damascum ab Abdela.		700	9	9	9	20	147	Baguanæ in Bagrevantia provincia cœnobium S. Gregorii cæde vastatur.
		701	10	10	10	21	148	
	370	702	11	11	11	22	149	Bellum Vardanocertanum duce impigro fortique Sembato.
		703	12	12	12	23	150	

(33) Gregorii dogmatica opera supersunt. Philo Socratis *Historiam ecclesiasticam* in Armeniacum sermonem transtulit; eaque interpretatio in Armeniorum bibliothecis et partim etiam Parisiis exstat.

(34) Armeniæ lacus maximus, cui nomen etiam *mare Attamari* et *mare Vani*.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
		Leo	Abdelmelichus	Sembatus	Elias		
					ELIAS annis XIV.		
		LEO annis III.					
371	704	1	13	13	1	151	Mahmetus pugna in mari Gelamio (35) conserta cepit insulam Sevaniam.
	705	2	14	14	2	152	
	706	3	15	15	3	153	
		ABSIMARES annis IV.					
372	707	1	16	16	4	154	Casmus Amira Vaspuracanorum principes cædit.
	708	2	17	17	5	155	
	709	3	18	18	6	156	
	710	4	19	19	7	157	
		JUSTINUS annis VI.					
	711	1	20	20	8	158	Ananiæ doctoris auditores Hermon, Tiridates, Azarias, Ezechiel et Cyriacus.

Hoc tempore incendio consumpti sunt Armeniorum principes in urbe Nachiciavana : quamobrem dominationis series hic abrumpitur. Jam de hoc temporis intervallo dominus Joannes in sua facunda elaborataque *Historia* sic loquitur : « Cum Agarenorum dominatus prorsus in Armenia prævaluisset, regionis nostræ proceres indigenæ desiverunt : si qui autem forte reliqui erant, ii sub jugo servili latentesque vivebant. Idcirco, inquit, in hac *Historia* series principum nostrorum defectu laborat. » Verumtamen domini Tiridatis (36) ætate cessantibus hostium incursionibus, rursus ego prædictos principes in canone collocabo.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
		Justinus	Abdelmelichus	Elias		
	712	2	21	9	159	
			VELITHIUS annis IX.			
373	713	3	1	10	160	
	714	4	2	11	161	
	715	5	3	12	162	Susanna Vahani Camsaracani filia cum in potestatem infidelium venisset martyrium fecit Charris.
	716	6	4	13	163	
		PHILICUS (37) VARDANUS an. IV.				
	717	1	5	14	164	
				JOANNES OZNIENSIS annis XI.		
374	718	2	6	1	165	Sanctus Joannes philosophus (38) legibus optimis ecclesiarum majestatem confirmabat. Idem accitus ad aulam principis Saraceni, ob eximiam formæ elegantiam magnis honoribus auctus est.
	719	3	7	2	166	
	720	4	8	3	167	
		ARTEMUS an. I.				
	721	1	9	4	168	
		LEO annis XXIV.				
			SULIMANUS annis II.			
375	722	1	1	5	169	Darbantiam capit Sulimanus.
	723	2	2	6	170	

(35) Superius, part. I, cap. ult., num. 5, *Gelacunio*.
(36) Nempe *Tiridatis secundi patriarchæ*.
(37) Ita codd., pro *Philippicus*.
(38) Hujus Joannis Ozniensis opera varia feruntur. Ejusdem oratio *contra Phantasticos* exscripta est e codice Parisiaco nuperque edita Venetiis cum Latina interpretatione.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Leo	Omarus	Joannes		
				OMARUS annis III.			
		724	3	1	7	171	
		725	4	2	8	172	Asutii Bagratunii principis obitus.
	376	726	5	3	9	173	
				EZITHUS annis VI.			
		727	6	1	10	174	
		728	7	2	11	175	
					DAVID annis XIII.		
		729	8	3	1	176	Dominus David oriundus e Cotiæ Aramunia, quo in loco templum quoque construxit atque ædes patriarchales, cathedra ex urbe Devina illuc translata, propter intolerandas molestias quæ a nefaria Mahumetanorum gente accidebant.
	377	730	9	4	2	177	
		731	10	5	3	178	
		732	11	6	4	179	
				SAHMSEMUS annis XIX.			
Darbantia instaurata est.		733	12	1	5	180	
	378	734	13	2	6	181	
		735	14	3	7	182	
		736	15	4	8	183	
		737	16	5	9	184	
	379	738	17	6	10	185	
		739	18	7	11	186	
S. Gregorii cœnobium combustum est.		740	19	8	12	187	
		741	20	9	13	188	
					TIRIDATES annis XXIII.		
	380	742	21	10	1	189	Dominus Tiridates ex Othmeso oppido, vir integritate, sanctimonia omnique virtutum genere præditus.
		743	22	11	2	190	
		744	23	12	3	191	
		745	24	13	4	192	
			CONSTANTINUS annis XXXVII.				
Constantinus Leonis filius cognomentum Caballini (39), id est stercora colligentis, idcirco sortitus est, quia cum Saracenorum exercitu premeretur in ripa Halyos fluminis castrametantium, jussit collecta stercora in profluentem projici : qua ex re hostes infinitum exercitum suspectantes metuentesque fugæ se commiserunt. Idem fertur una die quinque leones continuatis ictibus confecisse.	381	746	1	14	5	193	
		747	2	15	6	194	Vahanus Chosrois Golthaniæ principis filius martyrium fortiter fecit (40).
		748	3	16	7	195	
		749	4	17	8	196	
	382	750	5	18	9	197	
		751	6	19	10	198	
				VELITHUS annis II.			
		752	7	1	11	199	
		753	8	2	12	200	

(39) Ita Samuel pro *Copronymi*. Jam Zonaras, XV, 2, aliam causam eamque notissimam tradit hujus agnominis.

(40) In Vahanum principem, quem adolescentem Saraceni Christi odio occiderunt, superest hymnus qui editus putatur a litterata femina sorore ejus mœstissima Chosroanusa.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	PERS. Meruanus	PATR. Tiridates	ÆRÆ ARM.
			MERUANUS annis VI.		
383	754	9	1	13	201
	755	10	2	14	202
	756	11	3	15	203
	757	12	4	16	204
384	758	13	5	17	205
	759	14	6	18	206
			AMIR-ABDLA an. III.		
	760	15	1	19	207
	761	16	2	20	208
385	762	17	3	21	209
			ABDLA annis XXII.		
	763	18	1	22	210
	764	19	2	23	211

Mahmetus junior expeditione in Armenios suscepta, Armeniorum et Persarum dominatum obtinuit.

Duo sidera, alterum orientem versus, alterum in occidente apparuerunt.

Schisma Paschalis causa.

Isaacus nobilis Bagratunius, vir abundans virtutibus pacisque studiosus. Hac ætate Isaacus et Hamazaspes Vahani principis Arzeruniorum filii impressione adversus incursores facta in partibus Vaspuracaniæ multos ex iis bello fregerunt: donec ab hostibus confossi vulneribus gloriosissime obierunt.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Abdla	ARM. Asutius	PATR. Tiridates	ÆRÆ ARM.
				ASUTIUS an. XVII.	TIRIDATES annis III.	
	765	20	3	1	1	212
386	766	21	4	2	2	213
	767	22	5	3	3	214
					SION annis VIII.	
	768	23	6	4	1	215
	769	24	7	5	2	216
387	770	25	8	6	3	217
	771	26	9	7	4	218
	772	27	10	8	5	219

Hinc denuo exordiamur Armeniacorum præfectorum seriem, quorum primus est Asutius Bagratunius (41).

Dominus Tiridates alter e Dasnavoria provincia.

Constantinus Carinam urbem cepit, quam duos post annos Ezithus Amira instauravit.

Dominus Sion e Baguania provincia, ad radices montis Simi. Hic fonti exarescenti, vigiliis et precibus, perennes aquas restituit.

Hoc tempore clades Chalenii Arenii et Thalnæ (42), quo in loco septingenti homines necati sunt, capti autem mille et ducenti.

Muselius Mamicunius et Samuel cum suis familiaribus aliisque conspicuis ex Armeniorum exercitu viris per dies paschales ab Ismaelitis cæsi sunt. Hac ætate florebat Stephanus sacerdotum in aula princeps, vir doctissimus et omni philosophica et grammatica disciplina politissimus, non sine spiritalium virtutum comitatu. Item cognoscebantur illustres Armeniacarum provinciarum doctores domini Ephremus, et Anastasius et Crucedatus, et David cognomento Romanerus, magnusque philosophus Stephanus Siuniensis auditor Mosis.

(41) Hic revera incipit Bagratuniorum dominatio, qui demum regio nomine præfulserunt.

(42) Hæc nomina fortasse in aliquo mendo cubant.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Abdla	ARM. Asutius	PATR. Sion	ÆRÆ ARM.
	773	28	11	9	6	220
388	774	29	12	10	7	221
	775	30	13	11	8	222

ISAIAS annis XIII.

	776	31	14	12	1	223
	777	32	15	13	2	224
389	778	33	16	14	3	225
	779	34	17	15	4	226
	780	35	18	16	5	227
	781	36	19	17	6	228

Dominus Isaias e Nighiæ oppido Elipatrusa. Hic erat viduæ filius, quæ secum ad januas ædis patriarchalis vitam degebat, ibique filium magna cum spe nutriebat. Revera hic tandem ad patriarchalem dignitatem meritissime erectus est.

SEMBATUS annis XXII.

390	782	37	20	1	7	229

LEO annis V.

	783	1	21	2	8	230
	784	2	22	3	9	231

BAHADINUS annis X.

	785	3	1	4	10	232
391	786	4	2	5	11	233
	787	5	3	6	12	234

CONSTANTINUS et IRENE mater annis X.

Horum imperantium ætate Romæ (43) imagines restitutæ sunt. Item contigit ut ingens quædam arca marmorea viseretur : quæ postquam ab admirantibus reserata est, hæc ibi scripta occurrerunt : « Quid me tegere interest, quandoquidem Constantini et Irenes temporibus me sol visurus est (44). »

	788	1	4	7	13	235

Defuncto Isaia Ipendaclus (45) Devinensem ecclesiam spoliat : dominus autem Stephanus Devinensis non nisi ingenti pecunia soluta succedit.

STEPHANUS anno I.

	789	2	5	8	1	236

JOABUS Curopalates ex Ostania anno I.

392	790	3	6	9	1	237

SOLOMON anno I, e cœnobio Machenorum, vir grandævus (46).

	791	4	7	10	1	238

GEORGIS annis III, ortus ad Arcasi radices.

	792	5	8	11	1	239
	793	6	9	12	2	240
393	794	7	10	13	3	241

(43) Intelligit novam Romam Constantinopolim.

(44) Rem narrant etiam Zonaras XV, 10, Cedrenus p. 469 D; Glycas IV, p. 285 B-C.

(45) Hoc vocabulum fortasse mendosum.

(46) Joannes patriarcha Armeniorum et historicus, nec non Asolnichius et alii, narrant hunc Solomonem, dum ad sedem patriarchalem adduceretur, interrogatum a quibusdam curnam tam devexa ætate et corpore abstinentia confecto patriarchatum exoptasset, protinus respondisse, pergere se ut a claris pictoribus in ecclesiæ pariete cum reliquis patriarchis exprimeretur. Hoc picturæ apud Armenios documentum eruditi non spernent.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Musis	ARM. Sembatus	PATR. Josephus	ÆRÆ ARM.	
				MUSIS anno I.				
						JOSEPHUS annis XI.		
		795	8	1	14	1	242	Hic Josephus e familia Aragaziorum erat, incola autem cœnobii Sancti Gregorii.
				HARUNUS (46*) RASID annis XXIII.				
		796	9	1	15	2	243	
Constantinus postquam annis decem cum matre regnaverat, fertur hac imperio dejecta, solus rerum potitus annis VII; mox et mater Irene capti filii oculos effodisse et sola regnavisse annis V. POST ADAMUM AN. MMMMMM, POST CHRISTUM DCCCII.		797	10	2	16	3	244	
			NICEPHORUS annis IX.					
	394	798	1	3	17	4	245	Fratres duo Isaacus et Josephus abjecto Ismaelismo martyrium consummaverunt, sanctam Trinitatem professi in urbe Carina, mensis Araz (47) quinta decima die feria quinta.
		799	2	4	18	5	246	
		800	3	5	19	6	247	
		801	4	6	20	7	248	
	395	802	5	7	21	8	249	
		803	6	8	22	9	250	
					ASUTIUS an. XX.			Asutius Sembati filius cognomento Mesagher (48).
		804	7	9	1	10	251	
		805	8	10	2	11	252	
						DAVID annis XXVII.		David ortus e Mazalæ oppido Calao.
Animalium lues.	396	806	9	11	3	1	253	Nicephorus contra Bulgaros profectus interiit cum universo comitatu.
Falsus rex Thomas in urbem Carinam venit.			MICHAEL annis III.					
Sembatus atque Gregorius Churdeio geniti in Syriam abducti sunt.		807	1	12	4	2	254	
		808	2	13	5	3	255	
		809	3	14	6	4	256	
			LEO annis VIII.					
Hostis Chrysophylen usque pervenit, captæque sunt plurimæ civitates, quas inter Macedoniæ præcipua Adrianopolis.	397	810	1	15	7	5	257	Fames ubique adeo vehemens, ut in urbe Carina uno die ter mille homines exstincti sint.
		811	2	16	8	6	258	
		812	3	17	9	7	259	
		813	4	18	10	8	260	
Leo imagines dejecit. Idem ædificavit Byzum et Arcadiopolim, cepitque Camachum	398	814	5	19	11	9	261	
		815	6	20	12	10	262	
		816	7	21	13	11	263	
		817	8	22	14	12	264	
			MICHAEL annis IX.					
	399	818	1	23	15	13	265	
Sevata Agarenus ducta uxore Arusiaca de gente Bagratunia consilium iniit cum Armeniis optimatibus jugo Amirarum Saracenorum semet eripiendi.				MAHMETUS (49) an. III.				
		819	2	1	16	14	266	
		820	3	2	17	15	267	
		821	4	3	18	16	268	

(46*) Codd., *Aharon*.
(47) Illa quidem ætate hic erat *October*.
(48) Nempe *carnivorus*. Ita autem dictus est ob hostes sæpe et fortiter cæsos.
(49) Codd., *Mahmatus*.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	AMIR.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
		Michael	Maimunus	Asutius	David		
			MAIMUNUS annis xxi.				
400	822	5	1	19	17	269	
	823	6	2	20	18	270	
				SEMBATUS annis xxxii.			
	824	7	3	1	19	271	Sembatus filius Asutii cognomento Apiabasus.
	825	8	4	2	20	272	
401	826	9	5	3	21	273	
		THEOPHILUS annis xv.					
	827	1	6	4	22	274	Theophilus in Syriam profectus urbem Upatram cepit; tum in Armenia castellum Palinum et Mezcertam et Anliam in Dedniensi provincia, et Chosanam. — Cum Thoma deceptore certamen.
	828	2	7	5	23	275	
	829	3	8	6	24	276	
402	830	4	9	7	25	277	
	831	5	10	8	26	278	
	832	6	11	9	27	279	
					JOANNES annis xxii.		
	833	7	12	10	1	280	Joannes ortus erat in Cotiæ oppido Ova.
403	834	8	13	11	2	281	Sembatus templum ingens atque ornatissimum condidit Erazgavoræ, quæ nunc dicitur Siracuana.
	835	9	14	12	3	282	Theophilus Trapezuntem cepit, Persasque pulsavit.
	836	10	15	13	4	283	
	837	11	16	14	5	284	
404	838	12	17	15	6	285	
	839	13	18	16	7	286	
	840	14	19	17	8	287	Anno domini Joannis octavo malevoli quidam ejusdem curiæ homines invidiosis calumniis virum sanctum onerabant. Hi tamen pessimum vitæ finem nacti sunt.
	841	15	20	18	9	288	
		MICHAEL annis xxiv.					
405	842	1	21	19	10	289	
			ABUSHAL MAHMETUS annis ii.				
	843	2	1	20	11	290	
	844	3	2	21	12	291	
			HARUNUS (50) annis iv.				
	845	4	1	22	13	292	
406	846	5	2	23	14	293	
	847	6	3	24	15	294	
	848	7	4	25	16	295	
			CIAPHARES annis xvii.				
	849	8	1	26	17	296	

Quo tempore magnus erat Ismaeliticæ gentis Amira Ciaphares, magnus item dux Armeniorum Sembatus confessor, venit in Armeniam Amiræ ejusdem jussu quidam legatus Abusethus, qui Bagaratum principem protinus captum vinculisque constrictum misit ad Ciapharem. Montis autem Tauri incolæ, qui nunc Sasunii dicuntur, ut eorum quæ adversus Bagaratum acta fuerant pœnas expeterent, tumultuario milite conflato Abusethum pulsis ejus copiis interemerunt (51).

(50) Codd., *Aharon.*
(51) Hæc historia paulo brevior scribitur in nonnullis codicibus ad annum 846.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	AMIR.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Michael	Ciaphares	Sembatus	Joannes.	
407	850	9	2	27	18	297
	851	10	3	28	19	298
	852	11	4	29	20	299
408	853	12	5	30	21	300
	854	13	6	"1	22	301
					ZACHARIAS annis XXII, e Cotiæ oppido Zaga.	
	855	14	7	32	1	302

Pessimus denique omnium valido cum exercitu superveniens Bugha (52), quem impius Ciaphares ad ulciscendam Abusethi necem in Armeniam mittebat, pluribus calamitatibus varioque pœnarum ac cædium genere gentem excruciavit, præsertim nobiles et equestris militiæ ordinem : quibus autem vitam largiebatur, eos ut a Christo deficerent atque in sectæ suæ impietatem concederent blanditiis impellebat. Verum plurimi forti animo homines scutum sibi et arma Christi induentes, omnem suppliciorum dolorumque terrorem, qui sibi ab eo scelesto imminebat, spreverunt propter vitæ futuræ bona. In his fuit dilectus Deo Atomus ex Albage provincia, qui cum sociis magnam vim cruciatuum perpessus pretiosissimam coronam adeptus est : atque hi centum fere et quinquaginta fuerunt, præter eos qui in aliis provinciis martyres exstiterunt, quorum natale festum die quinta et vicesima Mehegan (53) mensis indictum est. Haud pauci tamen dolorum impatientes, probro semet commaculaverunt; hique amissa æterna vita præsentem haud adepti sunt (54).

Improbus igitur ac sævus ille Bugha, ubi rem ex animi sui sententia confieri sensit, regionis optimates, partim dolo, partim auctoritate in suam potestatem redegit : quos inter magnum quoque ducem Armeniarum Sembatum, cognomento Aplabasum, sane angelis exoptabilem propter veram Christi notitiam, qui et confessor appellatus est. Jam vero malus iste Bugha ad magnum Amiram reditum maturans, reliquos vinculis, Sembatum autem fraude insidiosisque bonorum promissis secum avehebat. Interim quia Joannes vita excesserat, Zacharias in sanctam dignitatem substitutus est, qui unius diei spatio a sacerdotio, imo a diaconatu, ad throni patriarchalis fastigium transiliit.

Age vero omnibus qui a scelesto Bugha abducti fuerant, protinus supremi tyranni jussu carcere conclusis, nisi Christi legem exsecrarentur, non sine diris cruciatibus moriendum fuit. Et sane non pauci corporis nece perterriti a fide defecerunt; excepto inclyto Sembato, qui etsi Christum constanter palamque confitebatur, nihilominus in vinculis morte sua obiit. Præfectus interim quidam Stephanus, cognomine Conus, intrepide Christum confessus martyrii palma donatus est anno æræ Armeniorum secundo supra trecentesimum. Porro prædicti Sembati confessoris corpus cum ingenti pompa et psalmodiis a fidelibus elatum est ad Sancti Danielis sacram ædem, illuc nimirum ubi iste olim leonum in lacum fuerat projectus.

Exstincto Sembato, rerum habenas corripuit filius ejusdem Asutius; isque præ cunctis majoribus suis claruit, seque integritate et benignitate adeo commendavit, ut omnium amoribus potitus sit. Ob ejusmodi egregiam famam missus est a magno Amira quidam Aly-Armenus nomine cum muneribus in Armeniam, qui ad Asutium præter præfecturam titulum quoque principis principum contulit : in qua is dignitate annis XXX permansit : donec virtutis ergo atque operum optimorum regio quoque diademate insignitus est, rex nimirum a duobus regibus renuntiatus Ismaelitico et Græco postremis quinque dominatus sui annis (55).

(52) Bougha apud Turcas sonat *taurum*.
(53) Hic etiam intellige *Octobrem*.
(54) Namque aliam ob causam perierunt, uti narrat Joannes patriarcha.
(55) Universa hæc narratio carptim sumitur e latiore Joannis patriarchæ Historia.

Asutius Sembati filius magnifico honore et auctoritate majores suos omnes præcellit.

Zacharias patriarcha diœcesim suam recte constituit (56).

Vehementissimo terræ motu loci multi subversi sunt per Quadragesimæ tempus : isque motus tres deinde menses perseveravit.

Basilius dicitur natus in provincia Armeniæ Taronia, oppido Thilis, in quo etiam ædem struxit quæ dicitur S. Duces.

Ciahapus latro, collecto hominum octoginta millium exercitu, ad regionem nostram occupandam se contulit. Verum Armeniacarum virium dux Abasus quadraginta militum millibus Ciahapum aggressus est circa amnem Eraschem, tantamque ei cladem imposuit ut cum sexdecim hominibus ægre se fuga subduxerit.

Bulgarorum baptismus (57).

Carinam urbem Persæ occupant.

Hamamus doctor in omni scientiarum genere versatus cognoscebatur (58).

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michael	AMIR. Ciaphares	ARM. Asutius	PATR. Zacharias	ÆRÆ ARM.
				ASUTIUS an. xxxvi.		
	856	15	8	1	2	303
	857	16	9	2	3	304
409	858	17	10	3	4	305
	859	18	11	4	5	306
	860	19	12	5	6	307
	861	20	13	6	7	308
410	862	21	14	7	8	309
	863	22	15	8	9	310
	864	23	16	9	10	311
	865	24	17	10	11	312
		BASILIUS annis xxii.				
			AHMATUS annis iv.			
411	866	1	1	11	12	313
	867	2	2	12	13	314
	868	3	3	13	14	315
	869	4	4	14	15	316
			ABUABDALLA annis iii.			
412	870	5	1	15	16	317
	871	6	2	16	17	318
	872	7	3	17	18	319
			MAHMETUS annis xxxi.			
	873	8	1	18	19	320
413	874	9	2	19	20	321
	875	10	3	20	21	322
	876	11	4	21	22	323
					GEORGIUS e maximo oppido Carnio annis xxii.	
	877	12	5	22	1	324
414	878	13	6	23	2	325
	879	14	7	24	3	326
	880	15	8	25	4	327
	881	16	9	26	5	328
415	882	17	10	27	6	329
	883	18	11	28	7	330
	884	19	12	29	8	331
	885	20	13	30	9	332
416	886	21	14	31	10	333
	887	22	15	32	11	334
		LEO annis xxvi.				
	888	1	16	33	12	333

Constantinopoli patriarcha erat Photius, qui nuper ad Zachariam patriarcham nostrum consortii ineundi causa epistolam scripserat (59).

Ab Arsacidarum dominatione sublata ad regnum Bagratuniorum anni excurrunt ccccxxxiv.

ASUTIUS PRINCEPS PRINCIPUM ARMENIÆ REX.

(56) Zachariæ patriarchæ pars Commentarii ad Matthæi Evangelium exstat in Armeniorum bibliothecis.

(57) Locus hic desideratur in vetustiore codice.

(58) Hamami quædam opuscula supersunt, præsertim grammaticale quoddam politissimo stylo.

(59) Hæc Photii prolixa epistola exstat in codicibus Arm. collegii Veneti Sancti Lazari.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	AMIR.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
		.	Leo	Mahmetus	Asutius	Georgius		
		889	2	17	34	13	336	
	417	890	3	18	35	14	337	
Asutius, omnibus ad Dei placitum ordinatis, morte transfertur in sanctorum regum ordinem.		891	4	19	36	15	338	
					SEMBATUS annis XXIV.			
		892	5	20	1	16	339	Sembatus Asutii filius patri succedit.
		893	6	21	2	17	340	
Abasus militiæ dux, Asutii regis frater, moleste fert dominationem Sembati.	418	894	7	22	3	18	341	
		895	8	23	4	19	342	Dominus Mastosius religioso vitæ instituto et philosophicis disciplinis clarus habebatur
		896	9	24	5	20	343	
		897	10	25	6	21	344	
	419	898	11	26	7	22	345	
						MASTOSIUS oriundus Sevania anno I.		
		899	12	27	8	1	346	
						JOANNES annis XXVIII (60).		
		900	13	28	9	1	347	Dominus hic Joannes discipulus ejus (*Mastosii*) fuit, ideoque duplici affinitate conjunctus (61) cum spiritali et divinitus dato homine Dei Mastosio : oriundus autem Carnio, Georgii quoque, qui hos præcesserat, patria.
		901	14	29	10	2	348	
	420	902	15	30	11	3	349	
		903	16	31	12	4	350	

Hic locus est innuendi, quemadmodum Ismaeliticæ gentis tyrannis ad exitum vergere cœperit. Nimirum cum Bagratunia familia non sine Ismaelitarum consensu regnaret, nihilo tamen secius Armeniæ pars major per illud tempus, sicuti etiam nunc, in eorum potestate erat ; haud tamen sub unius Amiræ nutu, uti mos fuerat jam inde a primo Mahumeto usque ad Ciapharem nec non ad hujus liberos. Quippe consecutis temporibus temere prout libebat præsides constituebantur. Id autem indicium est infirmi pereuntisque imperii, præsertim si dominatio in plures tribuatur, quod iis nunc usuveniebat. Namque Sanphares dominabatur in Chorasania regione; Lavicus Abuthoraphus in urbe Dara ; Ises Sechi filius in Palæstina ; Abldelphi autem filius in Telmarensi provincia ; alii denique alibi tumultibus indulgentes mutuo tyrannidem affectabant. Hinc fit ut impiorum horumce tyrannorum nomina perturbentur in Canone chronologico. Ab his interim undequaque mittebantur in plagas nostras malevoli sævique procuratores ; nempe ferinus ille Bula ; et iniquissimus Aphsinus filius ejus, qui ante præfuerat, scelesti Abusigithæ ; nec non malignus exitiosusque Iusuphus Aphsini frater ; tum Nesras, cognomine Sbercha ; tum alii his similes Christi hostes, qui usque ad Amiralmumnorum gentis Scythicæ, quæ adhuc perseverat, dominationem, populationibus perpetuis Armeniorum nostratium terminos vexaverunt. Horum, inquimus, nomina nullis in historiis, quantum vidimus, diserte scripta, fieri nequit ut sigillatim exponamus : præsertim cum ne in libro quidem vitæ sed in impiorum memoriis exarata sint.

Postea Scythæ (62) hac ratione tyrannidem occupaverunt, uti scriptum comperio a magno doctore Sarcavaco (63) qui sic loquitur : « Dum Persæ et Medi alterna fortuna inter se dimicant ad hanc usque diem, Scythica gens (haud dico Græcanicam sed barbaram) in eorum regiones ingressa hoc pacto dicitur. Plurimis devictis nationibus reges ejus ætatis, quorum nomina nobis ignota sunt (propterea quod

(60) Joannes hoc nomine sextus patriarcha historiam patriam elegantissimo haicanismo scripsit.

(61) Nempe ob discipulatum et genus.

(62) Nempe *Selgiukidæ*, de quibus vide Herbelotum et Abulfedam.

(63) Præter hæc historica Sarcavaci (id est *diaconi*) fragmenta, aliæ exstant in codicibus perutiles eruditæque ejusdem lucubrationes

nemini curæ fuit rerum memorias principumque horum nomina posteritati propagare), tandem et ipsi diuturnas clades ab Indis perpessi, maximorum spe donorum a barbaris prædictis adjumenta belli accersiverunt : quorum societate aucti felicibus præliis brevi rebellem devicerunt. Mox bello adversus eumdem redintegrato, barbaros illos qui opem ferebant, a se prohibuerunt. Atque interim rex vita excedebat. Tum Medi, societate cum his barbaris inita, Persas expellebant : atque ita roboratum est dominium, ut nonnulli tradunt, Scytharum, seu potius, ut ego existimo, Bactrianorum qui regna complurium gentium maximis bellis internecivisque deleverunt. » Hoc quidem scripto philologus noster res gestas persecutus est usque ad Melichsahi regnum, quod suo loco dicemus eodem auctore utentes; tempora inquimus parentis ejus, cruenti nempe Alphaslani, tum avi abavique, quorum nomina Tullubechus et Mahmutes et Selgiukus feruntur : sic enim diserte quondam legimus in codice manu ejusdem conscripto: cujus si codicis nobis denuo copia fuerit, utemur equidem ad hanc compositionem; si minus, utique omittemus homines suis viribus confidentes reique vanæ innitentes qui Dei penetralibus terraque viventium prohibiti sunt. Nos autem Dei clementia freti confiteamur nomini ejus, qui hoc fecit; animoque æquo feramus, quia mitis est erga sanctos suos.

Nunc igitur ad intermissum canonum ordinem revertamur, unaque serie (64) ob prædictam rationem exclusa, lætanter dicamus : *Ipsi de manu tua repulsi sunt; nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ* (65).

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Leo	Sembatus	Joannes		
Curopalates Adronerschus a Sembato coronatur rex Iberorum.		904	17	13	5	351	
		905	18	14	6	352	
	421	906	19	15	7	353	
		907	20	16	8	354	
		908	21	17	9	355	Sembatavana (66) conditur.
Princeps Gaghicus copiarum dux a Sembato deficit.		909	22	18	10	356	
	422	910	23	19	11	357	Abelgaripus Sebastem capit (67).
		911	24	20	12	358	
		912	25	21	13	359	Iusuphus Apilgiæ procuratoris filius in Armeniam veniens dolosisque artibus discordiam inter præfectos serens regionis nostræ tyrannidem invasit; cumque Sembatum regem captivum postremo inauditis cruciatibus occidisset, eumdem probri causa ligno suspendit in urbe Devina. Propterea ad septennium regio nostra principe caruit.
		913	26	22	14	360	
			ALEXIUS (68) annis III.				
	423	914	1	23	15	361	
		915	2	24	16	362	
				INTERREGNUM an. VII.			
		916	3	1	17	363	
			ROMANUS annis XXVIII.				
		917	1	2	18	364	
	424	918	2	3	19	365	
		919	3	4	20	366	
		920	4	5	21	367	
		921	5	6	22	368	
	425	922	6	7	23	369	
				ASUTIUS annis VIII.			Asutius ad Græcorum imperatorem profectus honoribus ab eo cumulatus est, dignusque habitus qui jure patri suo inclyto Sembato in regnum succederet.
usuphus dissidii causa excitandi obtrusit regem Armeniis alium Asutium, qui patruelis erat regis Asutii.		923	7	1	24	370	
		924	8	2	25	371	
		925	9	3	26	372	
	426	926	10	4	27	373	
		927	11	5	28	374	

(64) Nempe Amirarum.
(65) Psal. LXXXVII, 6, LXXVIII, 13.
(66) Id est *Sembati oppidum*.
(67) Abelgaripus Havenunius dux exercitus Arzeruniorum.
(68) Idem nomen atque *Alexander*.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Romanus	Asutius	Stephanus	
				STEPHANUS anno I.	
	928	12	6	1	375
				THEODORUS annis XI.	
427	929	13	7	1	376
	930	14	8	2	377
			ABASUS annis XXIV.		
	931	15	1	3	378
	932	16	2	4	379
428	933	17	3	5	380
	934	18	4	6	381
	935	19	5	7	382
	936	20	6	8	383
	937	21	7	9	384
429	938	22	8	10	385
	939	23	9	11	386
				ELIAS annis VII.	
	940	24	10	1	387
430	941	25	11	2	388
	942	26	12	3	389
	943	27	13	4	390
	944	28	14	5	391
		CONSTANTINUS Leonis filius annis XVI.			
431	945	1	15	6	392
	946	2	16	7	393
				ANANIAS Mocensis annis XXII.	
	947	3	17	1	394
	948	4	18	2	395
	949	5	19	3	396
432	950	6	20	4	397
	951	7	21	5	398
	952	8	22	6	399
	953	9	23	7	400
433	954	10	24	8	401
			ASUTIUS Abasi filius annis XXVII.		
	955	11	1	9	402
	956	12	2	10	403

Abasus Sembati filius et frater Asutii.

Abasus Sembati filius miræ magnificentiæ templum excitat cathedrale in urbe Carsa. Hujus ætate regni Armeniaci regiones tranquillitate utebantur, quoniam is latronum turbulentiam diligenter compescuit. Sub eodem condita sunt sacra cœnobia, quæ dicuntur Camerzazora et Capulcar, in provincia Arsarunia: in Siracia item provincia famigerata cœnobia Rhomosin et Debrevanca.

Græcorum motus adversus Armenios pro Bero (69), quem a se deficientem Abasus vicit oculisque privavit.

Magnus Chosroes Ansevansiorum episcopus doctrina florebat (70).

A domino Elia Gaghicus Agathamaram, filio vicissim attributo, accepit; ibidemque templum condidit. Idem Berdazoræ sepultus est.

Ananias patriarcha annis quinque in Agathamara, septemdecim autem in Varagho (71) sedem tenuit.

Marasa expugnatur.
Carina capitur.

Amtunisiara vastatur.
Abasus rex grandis natu quieta morte obiit.

Fames vehemens.

Infinitum locustarum agmen ingruit.

(69) Iberorum rege.

(70) Chosroes hic ante episcopatum genuisse fertur eximium Gregorium Narichiensem. Chosrois prædicti commentationes ad divinum officium editæ sunt superiore sæculo Constantinopoli.

(71) Mons hic Varaghus seu Varaga inclaruit propter insigne sanctæ Crucis templum in ejus vertice conditum, haud procul urbe lacuque Vano. Hæc autem pericope desideratur in antiquiore exemplari.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	ARM. Asutius	PATR. Ananias	ÆRÆ ARM.	
David Moghiæ episcopus ex Aparaniæ cœnobio doctrina sanctimoniaque clarus cognoscebatur.	434	957	13	3	11	404	
		958	14	4	12	405	Samuathuma capitur.
		959	15	5	13	406	
		960	16	6	14	407	Anarzaba Halapusque capiuntur (72).
			ROMANUS annis IV.				
Halbata atque Sanahina conduntur a Chosroanusa regina uxore Asutii, Sabinsahi appellati.	435	961	1	7	15	408	Asutius dominatum suum confirmavit Goro duce nonaginta militum millibus præposito. Cum vero Amadanem qui a magno Amira defecerat oppressisset, duplici ab hoc tiara redimitus est.
		962	2	8	16	409	
		963	3	9	17	410	
		964	4	10	18	411	
			NICEPHORUS annis VII.				
	436	965	1	11	19	412	
		966	2	12	20	413	
		967	3	13	21	414	
		968	4	14	22	415	
					VAHANUS anno I.		
		969	5	15	1	416	

Post domini Ananiæ obitum thronum S. Gregorii insedit dominus Vahanus Siuniæ archiepiscopus e Balia provincia. Sed enim exacto uno patriarchatus anno controversia in eum concitata est propter schismatis suspicionem. Quamobrem in arce Ania, regnante Asutio Abasi filio, multi episcopi crucigerique monachi celebratis comitiis, illum sepositum sede dejecerunt, successoremque ei dederunt Stephanum hominis Deo dilecti Mastosii consanguineum Sevania oriundum. Sed tamen Vahanus in Vaspuracania provincia moratus, ibidemque legitimus S. Gregorii successor habitus, exitioso gravique schismati ansam præbuit : certatim enim anathematibus et publicis offensionibus universam Armeniam conturbaverunt; donec Dei nutu, eodem uterque anno exstinctus est. Hos excepit interregni annus unus. Mox Asutii, cognomento Largitoris, jussu convenientes integritate præditi viri sanctique episcopi beatum Dei hominem in sede patriarchali collocant dominum Chacichium fratrem domini Ananiæ magni patriarchæ a cujus integra facundaque doctrina morumque sanctimonia os improborum oppilatum est (73).

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
					STEPHANUS annis II.		
	437	970	6	16	1	417	Admirabilis S. Gregorius Narichiensis hac tempestate sanctitatis gloria fulgebat (74).
		971	7	17	2	418	
Cyrum Joannem aiunt gente Armenium fuisse ex urbe Zimiscazaca (75).			CYRUS JOANNES an. VI.		SEDIS VACATIO anno I.		
		972	1	18	1	419	
					CHACICHIUS annis XXI.		
	438	973	2	19	1	420	Dominus Chacichius antea episcopus Arsaruniæ sedem in Arghene collocat prope Aniam urbem, quo in loco magnificam cathedralis ædis molem exstruit
		974	3	20	2	421	
		975	4	21	3	422	
		976	5	22	4	423	

(72) Hic locus abest ab antiquiore codice.
(73) Hæc de Vahano patriarcha narratio pro vario amanuensium libito in codicibus interpolata est.
(74) Gregorii Narichiensis liber precum in primis celebratur non minus ob styli splendorem quam ob eximium pietatis fructum. Hujus plurimæ editiones curatæ sunt non sine variorum notis. Ejusdem Narichiensis (quem Armenii cum primis admirantur) commentarius in Cantica canticorum editus Venetiis est.
(75) Nimirum hoc oppidum contraxit nomen ab Joanne Zimisce.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Cyrus Joannes	Asutius	Chacichius	
	977	6	23	5	424
		BASILIUS annis LI.			
439	978	1	24	6	425
	979	2	25	7	426
	980	3	26	8	427
	981	4	27	9	428
			SEMBATUS annis XIII		
440	982	5	1	10	429
	983	6	2	11	430
	984	7	3	12	431
	985	8	4	13	432
441	986	9	5	14	433
	987	10	6	15	434
	988	11	7	16	435
	989	12	8	17	436
442	990	13	9	18	437
	991	14	10	19	438
	992	15	11	20	439
	993	16	12	21	440
				SERGIUS annis XXIV.	
443	994	17	13	1	441
			GAGHICUS annis XXIX.		
	995	18	1	2	442
	996	19	2	3	443
	997	20	3	4	444
444	998	21	4	5	445
	999	22	5	6	446
	1000	23	6	7	447
	1001	24	7	8	448
445	1002	25	8	9	449
	1003	26	9	10	450
	1004	27	10	11	451
	1005	28	11	12	452
446	1006	29	12	13	453
	1007	30	13	14	454
	1008	31	14	15	455
	1009	32	15	16	456

(977) Abusah Arzerunius Vaspuracaniæ rex moritur, cui succedunt liberi Asutius, Gurgheaius et Senecherimus (76).

(981) Asutius, qui pater pauperum atque indigorum fuit, pie mortuus est.

(982) Sembatus Asutii filius cognomento Sahensahus.

(983) Sub regni sui primordiis Sembatus materia aggesta prope urbis Aniæ mœnia turres celsissimas ædificavit, occupato omni spatio a flumine Achura usque ad vallem quæ dicitur Florum. Eadem in urbe fundamenta jecit templi nobilissimi cathedralis, quod quominus absolveret prohibitus morte est.

(984) Magnus Armeniorum princeps Gregorius Pahlavunius, genere S. Isaaci ortus, longævus admodum, annos videlicet CV natus, obiit in Nighia provincia

(990) Magnificum Marmasiniæ cœnobium a probo principe principum Vahramo anno æræ CCCCXXXVII cœptum est, annoque CCCCXLIII perfectum.

(990) Post decimum nonum domini Chacichii annum Ecclesia nostra sine antistite fuit triennio, quod nos in illius annis scribemus

(995) Gaghicus Asutii filius, Sembatique Sahensahi frater, dictus æque Sahensahus, cunctos reges Bagratunios sapientia et fortitudine superavit.

(999) Quod rex Gaghicus S. Gregorii in urbe Ania in Florum valle ædificare cœperat divinum ovile(77) rationalis gregis Christi (instar illius celeberrimi magnificique *cœnobii* S. Gregorii a Nerse patriarcha conditi) perfecit anno postquam Dominus noster carneam naturam induerat millesimo.

(999) Stephanus Asolnichius doctor historicus Armeniorum cognoscebatur (78).

(76) Regnantibus in Armeniæ majore parte Bagratuniis, Vaspuracaniam orientalem provinciam imperio item regio tenebant Arzerunii : de quibus legesis Joannem patriarcham historicum, præcipueque Thomam Arzerunium.

(77) Intelligitur *cœnobium*.

(78) Stephanus Asolnichius, vel Asolichius, Taronensis chronologicam suam historiam ab orbe condito ad Sergium usque patriarcham deduxit, duce, quoad fieri potuit, Eusebio, ut ipse ait in procemio.

Cathedrali templo eximiæ pulchritudinis, quod in urbe sua Ania Sembatus fuerat exorditus, nunc denique coronis imposita est mandato et sumptibus Catramedæ reginæ conjugis Gaghici Sahensahi qui Sembati frater erat.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Basilius	Gaghicus	Sergius	
447	1010	33	16	17	457
	1011	34	17	18	458
	1012	35	18	19	459
	1013	36	19	20	460
448	1014	37	20	21	461
	1015	38	21	22	462
	1016	39	22	23	463
	1017	40	23	24	464
				PETRUS annis XLII (80).	
449	1018	41	24	1	465
	1019	42	25	2	466
	1020	43	26	3	467
450	1021	44	27	4	468
	1022	45	28	5	469
	1023	46	29	6	470

Sembatus magister angelicam ædem nempe exoptabile collegium ædificat, cujus nomen Orbagnair (79). Erat autem piorum hominum asylum.

Joannes doctor Cozerius vir facundus.

Cum Saracenorum incursionibus Vaspuracaniorum regiones vastarentur, rex harum Senecherimus innumeras molestias viginti et duobus annis perpessus, tandem ditionem suam in Basilii imperatoris potestatem transtulit anno æræ CCCCLXX, a quo Sebasten urbem vicissim recepit cum ejusdem provinciis. Cœnobia tamen, quæ CXV numerabantur, haud tradidit Basilio Senecherimus. In regione autem, qua Basilius potitus est, castella LXXII, oppida MMMM, urbes VIII censebantur.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
			JOANNES annis XIX.		
451	1024	47	1	7	471
	1025	48	2	8	472
	1026	49	3	9	473
	1027	50	4	10	474
	1028	51	5	11	475
		CONSTANTINUS annis III.			
	1029	1	6	12	476
452	1130	2	7	13	477
	1031	3	8	14	478

Hic Joannes, dictus etiam Sembatus, filius erat Gaghici Sahensahi.

Clarissimus Vest-Sergius (81) non solum castella et sacras ædes struxit, verum etiam pulcherrimas cellas, quibus templum, quod S. Sergii appellatur, ampliter ornavit.

Romanus fratris sui filiam regi nostro Joanni collocavit in matrimonio.

Hoc tempore Bergria urbs a Saracenis capta Christianorum sanguine redundavit, cum ipsius urbis excidio.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		ROMANUS annis V.			
	1032	1	9	15	479
453	1033	2	10	16	480
	1034	3	11	17	481
	1035	4	12	18	482
	1036	5	13	19	483
		MICHAEL annis VI.			
454	1037	1	14	20	484
	1038	2	15	21	485

Hoc tempore acta Petri patriarchæ optimates moleste ferentes, eo deturbato Dioscurum quemdam e Sanahina obtruserunt : quem tamen episcoporum cœtus non est veneratus : imo coacta synodo hominum prope quatuor millium, partim ecclesiasticorum, partim etiam laicorum in urbe Ania, Petrus denuo patriarcha in apostolica Sancti Illuminatoris sede confirmatus est.

(79) Id est *orborum perfugium*.

(80) Petri patriarchæ reliquiæ aliquot operum in codicibus occurrunt, præcipueque in hymnorum collectione carmina, quæ ingenium ejus satis commendant.

(81) *Vest* seu *Βέστις* dignitatis nomen in aula Constantinopolitana. Vide Cangii Glossarium med. et infim. Græc. Ejusmodi titulis Armenii quoque proceres donabantur interdum ab imperatoribus.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michael	ARM. Joannes	PATR. Petrus	ÆRÆ ARM.
Gregorius Magister Pahlavunius princeps eruditissimus cognoscebatur (82).		039	3	16	22	486
		040	4	17	23	487
		1041	5	18	24	488
Joanni regi (83) qui prolis expers obiit, successit Gaghicus Asutii filius.	455	1042	6	19	25	489
		CYRA ZOE (84) annis II.				
				GAGHICUS annis II.		
		1043	1	1	26	490
		1044	2	2	27	491
			MONOMACHUS annis XII.			
		1045	1		28	492

Tandem post Gaghicum nemo ex hac gente (85) *rex* fuit. Quippe annis XXI Græci dominati sunt. Deinde Alphaslanus Aniam Armeniorum metropolim cepit funditusque subvertit.

Sane post obitum Sembati, qui Joannes quoque dicebatur, conspirantibus suffragiis optimates cum patriarcha domino Petro in magnifica cathedrali æde metropoleos Armeniorum Aniæ congregati Gaghicum Joannis regis ex fratre nepotem in regia patrui dignitate constituerunt; verum hic bellica studia, in quibus imperia nituntur, neglexit. Atqui his præsertim temporibus vires acuendæ fuerant, bacchantibus Ismaelitis, Scythis incursantibus, uti jam diximus, Græcis denique ipsis seditione ferventibus, propterea quod regnum suum feminæ (86) arbitrio administrari viderent. Is, inquam, *Gaghicus* in litterarum disciplinis jam inde a teneris unguiculis versari solitus, in imperio quoque iisdem se oblectabat. Re Græci intellecta (quæ gens fraudibus concreta est) hominem ad se pellexerunt; usi in primis optimatum nostrorum technis, qui cum regnum ejus sancte a se custoditum iri sacramento confirmavissent, tamen Domini fœdus non servaverunt : quæ consilia hunc exitum sortita sunt, ut ipsi nimirum aliique complures ineluctabili exitio perierint. Græci enim, submoto in insulam rege, præsides quotannis mittebant : quo tempore Aniæ urbis cives atque optimates dissidio et ambitione certabant, mutuisque calumniis de læsa imperatoris majestate studioque Agarenorum inter se postulabant. Quin proceres ausi sunt patriarcham ipsum criminationibus circumvenire, qui vicissim necessitate coactus illos detulit in judicium. Quamobrem utrique laribus suis eversi sunt alioque traducti : cum interim vulgus prope exlex ad suam libidinem viveret. Atque hæc rerum publicarum ratio tenuit annos XXI. Quibus exactis turbo igneus australi flatu compulsus tulit belluam anthropophagam, cujus incendiis gens nostra deleta radicitus est : quin et urbs Ania post dierum XXV obsidionem expugnata est, ejusque cives ferri

(82) Gregorius cognomento Magister, a magistri dignitate, qua eum Græcus imperator ornavit. Idem dictus est Pahlavunius itemque Arsacides propter genus ex Armeniorum illuminatoris S. Gregorii prosapia deductum. Is traditur liberali optimaque indole præditus, princeps plane doctissimus, Græcæque et Arabicæ etiam linguæ peritus. Habetur in manibus tractatus ejus grammaticus, et epistolarum ad familiares volumen omnigena eruditione refertum : ex quo etiam cognoscitur quantopere is cuperet ad omne genus disciplinarum gentem suam impellere.

(83) Hujusce Joannis, penultimi Armeniorum regis, e Bagratuniorum dynastia, quæ annos circiter CCC occupavit, civilibus legibus diu usa est Sarmatica Armeniorum colonia : qua ex re merito arguimus circa undecimum Christianæ æræ sæculum cœptum esse migrari ex Armenia in Sarmatiam eamdemque migrationem subinde auctam propter Saracenorum in Armenia tyrannidem. Joannæum ejusmodi jus non ita pridem antiquatum est, cum Josephus II Augustus in Sarmatiæ regionibus sibi obnoxiis legem tulit, ut tam indigenæ quam Armenii uno judicii genere, id est jure Austriaco, disceptarent. Joannæum codicem in Latinam linguam conversum J. Zohrabus (quandoquidem Haicanum exemplar haud occurrebat) exscribendum curavit, cumque aliis autographis nec pœnitendæ frugis scriptis Venetias transtulit.

(84) Nomen hoc corruptum erat in codd. Arm.

(85) Scilicet Bagratunia.

(86) Prædictæ Zoes.

acie instar virgultorum succisi, ita ut sanguine tellus manaret, libidinibus autem et stupris cuncta polluerentur. Nimirum *iratus est furore Dominus*, *nimisque abominatus est hæreditatem suam* (87).

Igitur regni nostri dignitate deleta, eadem oportet in nostro canone cesset. Quanquam enim pars aliqua sceptri supererat, eorum scilicet qui in Cilicia (88) vel alibi versabantur, nihilominus et hi post metropoleos excidium vel in draconis potestatem sponte venerunt, vel ad Græcum imperatorem confugerunt; atque ita *hostes* regione nostra universa potiti sunt. Jamvero nos hisce canonibus reliqua persequamur usque ad nostram ætatem: et primo quidem laterculo Creatorem humana natura indutum, mox imperatores, deinde patriarchas, denique æram (89), inde exorsi ubi pridem desivimus.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Monomachus	Petrus	
456	1046	2	29	493
	1047	3	30	494
	1048	4	31	495
	1049	5	32	496
457	1050	6	33	497
	1051	7	34	498
	1052	8	35	499
	1053	9	36	500
458	1054	10	37	501
	1055	11	38	502
	1056	12	39	503

Saraceni in Arzam urbem irruptione facta hominum centum quadraginta millia ensis acie neci tradiderunt, ductisque in captivitatem reliquis urbem incendio absumpserunt.

Dominus Petrus ad Monomachum regem iter instituens, Chacichium sororis suæ filium

(87) *Psal.* cv, 40.

(88) Intelligit principes Rubenienses, qui Ciliciam, Armeniæ minoris partem, annis prope trecentis moderati sunt. Jam ut Armeniæ regia dignitas a domo Rubeniensi ad principes Lusignanos, qui etiam Cypro potiebantur, transierit, docet post alios cl. Sammartinius, p. 400 seqq. Ut autem Lusignana domus regnum Armeniæ simul et Cypri ad Sabaudiæ principes transtulerit, lubet hic exponere, conversis ex Italico sermone litteris, quas diligentissime ad nos scripsit Taurinensis Academiæ socius Regiæque bibliothecæ olim præses, vir doctissimus et cum primis illustris, baro Vernazza.

« Jacobus Hugone (Lusignano) Cypri rege genitus, regni Cyprii diademate insignitus est anno Christi 1384 in urbe Nicosia. Annum post nonum idem Armeniæ quoque rex appellatus est; quanquam Armenia haud paucis ante annis stabili Mahumetanorum auctoritate regeretur.

« Jacobo rege ortus est Joannes secundus Cypri rex cujus filia Anna Sabaudiæ dux anno 1462 obiit: quam nimirum Luduvicus, Amedei octavi filius, ejus videlicet qui Romanum deinde pontificatum cum Felicis quinti nomine tenuit, duxerat uxorem anno 1432; susceptis ex ea liberis non minus sexdecim, eidemque superstes triennio; donec successorem habuit Amedeum illum nonum, ad quem Beati honor ab Ecclesia defertur.

« Anna Sabaudiæ dux, Joannis tertii soror fuit regis Cypri. Hic autem Joannes præter marem nothum cui nomen Jacobo, filiam e justis nuptiis procreavit unicam Karlottam.

« Jam hæc Karlotta, Annæ amitæ officiis, sobrino nupsit Luduvico Sabaudiæ principi, Luduvici ducis filio. Exstant apud Guichenonium, p. 386, inter authentica documenta, quibus genealogica historia Sabaudicæ domus fulcitur, nuptiarum harum tabulæ anno 1458, sexto Idus Octobris confectæ, quo item anno parens uterque Karlottæ exstinctus est.

« Sane proximo anno, nono Idus Octobris, nuptiæ Luduvici cum Karlotta celebratæ sunt in urbe Nicosia. Tum et dux Luduvicus, prædicti Luduvici parens, rei certiorem fecit Karolum septimum Galliæ regem scriptis Cherio litteris Idibus Decembris, quas litteras Guichenonius p. 388 recitat.

« Karlotta, uti dictum est, Joannis tertii Cypri regis filia unica erat legitimo matrimonio suscepta: ideoque et parentis Cyprium regnum ad hanc solam hæreditario nomine pertinebat, non sine jure dominii Armeniaci.

« Et quidem apud Guichenonium in documentis p. 388 Luduvicus dux regi Galliæ hæc scribit: *A esté solemnisé et accomply le mariage de Monsieur mon fils le Roy, et de Madame ma fille la Royne de Chipres, de Jerusalem et d'ERMENIC* (sic) *et lors fut couronné Monsieur et fils.*

« Sed enim Jacobus nothus Karlottam reginam viribus superavit, Cyproque excedere coegit.

« Nothus uxorem duxit Catharinam Cornariam Venetam matronam; idemque anno 1473 veneno exstinctus est. Tum etiam posthumo hujus filio post biennium mortuo, Catharina in regia dignitate perseveravit.

« Ergo duæ Cypri reginæ appellari cœperunt; prior Karlotta, cujus vir Luduvicus anno 1482 mense Augusto obiit: hæc quidem justo jure regina, sed injusta fortuna utens. Altera vero dominatrix Catharina nothi vidua, ejus nimirum qui regnum feliciter usurpaverat.

« Karlotta quidquid sibi regiæ dignitatis ac juris erat, in ducem Sabaudiæ Carolum secundum, Amedei noni filium, transtulit anno 1485 septimo Kalendas Martias, obiitque Romæ anno 1487 mense Julio. Rei documenta profert Guichenonius p. 401 et 403.

« Catharina Cornaria anno 1489 Cypri dominam fecit rempublicam Venetorum, quorum imperio Cyprus usque ad annum 1571 obtemperavit. »

(89) Scilicet *Armeniacam*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Monomachus	Petrus		
			CYRA THEODORA annis III.			consecrat sibique substituit anno æræ DII. Post triennium vero reversus obit Sebaste anno æræ DVI.
		1057	1	40	504	
Jacobus doctor Sanahinensis vir laude litteraria clarus.	459	1058	2	41	505	
		1059	3	42	506	
			CONSTANTINUS DUCAS annis x.			
				CHACICHIUS annis VII.		Dominus Chacichius filius sororis domini Petri sedem in urbe Ania tenebat : accersitus autem a Duca multas ab eo molestias passus est propter gravia vectigalia quæ improbus ille patriarchis nostris imperabat ut aulæ Græcorum quotannis solverentur. Dominus Chacichius obiit in oppido Thaupelurio.
		1060	1	1	507	
	460	1061	2	2	508	
		1062	3	3	509	
		1063	4	4	510	
		1064	5	5	511	
		1065	6	6	512	
	461	1066	7	7	513	
				GREGORAS annis XVII.		
Hoc anno in Deiparæ festo feria secunda urbs Ania ab Alphaslano expugnatur cum internecivo summoque incolarum excidio, addictis mancipio mulieribus atque pueris. Idem Achalam quoque urbem sub suum imperium subjunxit. Eodem anno Bagaratius Cyricum cepit.		1067	8	1	514	Dominus Gregoras, qui et Vahramus, Gregorii Magistri Pahlavunii filius, vir doctrinis excultus ad patriarchalem Armeniorum dignitatem evectus est (90). Gaghicus Sahensahus Tanandiæ regulus obiit.
		1068	9	2	515	
		1069	10	3	516	
			DIOGENES annis v.			
	462	1070	1	4	517	
		1071	2	5	518	
		1072	3	6	519	
		1073	4	7	520	
	463	1074	5	8	521	

Diogenes rex ingenti stipatus exercitu Persas bello appetivit Manazacertam usque progressus quam et occupavit. Re cognita, tyrannus ille Alphaslanus statim adversatus est, prælioque ingenti patrato Diogenes superatur et capitur. Hunc victor imperato tributo libertate postea donavit; verum ei gens sua parere diutius cum nollet, regem sibi creavit Michaelem Ducæ filium. Tum Michael cum Diogene congressus superior discessit; hic autem amisso exercitu dum sacco indutus ad michaelem a militibus duceretur, in itinere Michaelis mandato luminibus privatur, cujus vulneris dolore intolerabili moritur anno æræ DXXI.

Eodem anno justissimi Numinis sententia adversus tumidam illam infrenemque belluam emicuit, cui nomen Alphaslano. Hic dum fremitu horribili ad orbis terræ dominatum anhelat, dumque virus animi sui acerbissimum in eos etiam evomere parat, quos nondum unguibus irretiverat, repentino ensis ictu succiditur e terra scelestus, neque Dei gloriam videt. Idem tamen antequam impurissimum spiritum emitteret, percussorem suum cum admiratione et stupore aspexisse perhibetur; atque ita necatus ad infera se demisit cum immani acerbitate animoque tot insontium piorumque cæde consperso.

Hic ego promissa faciam, reliquam scilicet hujus temporis narrationem persequar, quam superiore loco prætermittere necesse fuit. Divus igitur ille philologus (Sarcavacus doctor) pergit dicere: « Cum felix ille Melichsahus post Alphaslani parentis sui necem in imperii gloria versaretur, pulcherrimo sane ordine ratio regni universa utebatur. Is enimvero, quod nomen ejus indicabat, Rex regum

(90) Huic Gregoræ patriarchæ, Gregorii Magistri filio, cognomentum adhæsit Vegaiaser, id est *Martyrophilus*, quia præter alia multa quæ de Græco sermone interpretatus est, Menologium Armeniacum partim ipse per se, partim mandato suo conficiendum curavit.

fuit (91). Neque ingenium moresve patris sui æmulatus est; imo adeo tam contraria studia præ se tulit, ut prorsus existimaret nihil iniquius, nihil paci aut omnino humanæ vitæ adversantius fuisse quam patris sui consilia et voluntates. Ipse igitur bene cunctis dispositis, prudentia item ac fortitudine multos reges, et certe omnes, qui memoria nostra exstiterunt, præcellens, nihil impensius satagebat, quam ut justissime viveret, neminique injuria aut superbia molestus esset. Quin et liberali animi natura præditus erat, altoque mentis consilio, statura denique corporis quæ regem decebat: tanta vero mansuetudo morumque suavitas in eo erat, ut mirifice diligeretur. Atque ego quidem nonnisi regem ejusmodi existimo esse divitem. Hic brevi tempore terrarum orbem tantum non universum subegit: cum reliqui reges vel post diutinum tempus vel nunquam tanto imperio potiri soleant. Sed is nimirum benevolentia magis et comitate quam bellica vi utebatur. Jam si tam multa tam brevi obtinuit, profecto, uti arbitror, futurum erat, ut ne Europa quidem a regni ejus finibus se subduceret, nisi is maturius vita excessisset. » Hæc Sarcavacus de hujus vita tradit, qui annis xx dominatus est. Mox ego quæ de ejusdem morte prædictus Auctor narrat, subtexam.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michael	PATR. Gregoras	ÆRÆ ARM.
		MICHAEL annis VIII.		
	1075	1	9	522

Anno æræ DXXII vigente Sarracenorum tyrannide Ausinus (92) princeps digressus est hæreditaria ditione sua cui nomen Maireaz Ciurch, contra Ganzagam sita, comitantibus fratre Algamo, matre, conjuge aliisque summa nobilitate viris, avecta etiam omni supellectile: ingressusque Ciliciam, e Sarracenorum potestate sibi vindicavit celeberrimam Lampruniam arcem, ad Tauri montis radices ubi et Tarsus metropolis.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
	1076	2	10	523	Dominus Gregoras on curandam librorum interpretationem Constantinopolim pergit.
	1077	3	11	524	
464	1078	4	12	525	

Anno æræ DXXV Gaghicus rex Tarsum ad Apelgaripum Armeniorum principem sibi consanguineum se contulit: cum vero pedem inde referret a Græcorum principibus prope Argiam vi appetitus laqueo vitam finivit. Alii tamen aiunt, hunc venationi deditum et forte dormientem a Mandalianis (93) captum esse; exin ductum in arcem Candruscoriam ibique interfectum. Eo terrore exanimati reliqui principes Armeniorum fuga dilapsi sunt. Ex horum tamen numero princeps quidam Gaghici consanguineus, nomine Rubenus (94), qui Causitarum arcem tenebat, cognita Gaghici nece, cum omni domo sua in Phrygiæ partes migravit, oppidumque Colmesolum insedit. His forte in montibus complures degebant Armeniacæ gentis coloni, quibus sibi præclarus Rhupenius adjunctis et satis corroboratus montanam regionem armis tenuit, pulsisque Græcis, eorum oppida incoluit.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		1079	5	13	526
		1080	6	14	527
		1081	7	15	528
	465	1082	8	16	529
			ALEXIUS annis XXXVIII.		
Georgius et Stephanus doctores scriptis rebusque gestis clarescunt.		1083	1	17	530

(91) *Melich* Arabice *rex*, *schiah* Persice item *rex*. Hinc Sarcavacus facit *rex regum*.

(92) Hic Ausinus Nersem Lampruniensem Tarsi episcopum scriptisque plurimis clarum genuit.

(93) Mandales erat Græcus quidam paterfamilias aut præfectus, cujus filii aut satellites dici videntur a Samuele *Mandaliani*.

(94) Rubenus dynastiæ Rubeniensium auctor.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.	
			Alexius	Basilius		
				BASILIUS annis XXXII.		Exstincto domino Gregora Pahlavunio successit dominus Basilius sororis ejus filius, quem antea consecraverat dominus ipse Gregorius dum iter in exteras plagas librorum interpretandorum aliorumque negotiorum causa pararet.
		1084	2	1	531	
		1085	3	2	532	
	466	1086	4	3	533	
		1087	5	4	534	
		1088	6	5	535	
	467	1089	7	6	536	
		1090	8	7	537	
Horrenda fames regionem nostram vastavit, cum videlicet sceleribus nostris cumulus esset impositus.		1091	9	8	538	
		1092	10	9	539	
	468	1093	11	10	540	Hoc anno Melichsahus Sultanus obiit.
		1094	12	11	541	

Age vero quoniam regnante Melichsaho pace orbis universus præsertimque Armenia potita est, cui quidem superiores tyranni poculum exitiale tandiu propinaverant; lubet verba laudatoria prædicti eximii doctoris ascribere, qui admodum elaboratam prolixamque orationem rursus scribit, postquam scilicet res viventis absolvit sic ejusdem obitum narrans. « Anno æræ DXLI supremus Melichsahi Persarum regis administer occisus est, cujus nomen Hasanus, dignitatis autem titulus Vezrucius Chogia. Octo autem et viginti post dies ipse quoque Melichsahus interiit veneno, ut fama est, ab uxore corruptus: vir in omnes benevolus atque mitissimus, in Christianos autem prope singulariter. Hujus obitum incredibilis omnium gentium perturbatio consecuta est per quadriennium. Nam et frater Dedusius et filius Bechiaruchus his annis bella cientes omne genus institutionum bonarum subverterunt, dum neuter regno firmiter potiretur. Sanguis interim torrentium instar manabat non solum Marte certantium, verum etiam omnis ordinis civium et provincialium: præter alias ærumnas famis atque captivitatum. Sic nimirum felicitas cum vita regis pulsa est: ad quem quidem curarum regalium labor pertinuerat; ad alios vero sive optimates sive plebeios fructus earum et commoditas redundaverat, vitæ nempe securitas, rerum ubertas malorumque depulsio. Is adeo gentem nostram dilexit, ut preces exposceret ac benedictiones: cujus rei causa patriarcham quoque ad aulam accersivit. Atque utinam ad Christiana sacra moresque transisset! » Imperii ejus sedes Aspahana fuit, quæ metropolis Persarum est, ibidemque vitam conclusit.

		1095	13	12	542	
		1096	14	13	543	Revolvitur cyclus quingentorum annorum (95).
Constantinus princeps noster, Rubeni filius, effusa humanitate Romanam gentem prosecutus, honore vicissim ornatus est.		1097	15	14	544	Dedusius Damasci, Palæstinæ, finitimæque regionis rex, prælio interimitur Aspahanæ a Bechiarucho anno æræ DXLIV.
	469	1098	16	15	545	
		1099	17	16	546	

Romani per Thraciam in Asiam transmittunt, ut Scytharum, Persarum atque Saracenorum adversus Christianos injurias ultum eant. Plurimis autem incommodis afficiuntur a filio Satanæ Alexio Græcorum in urbe Constantinopolitana rege. Hic partim arcanis, partim manifestis insidiis, mortifero etiam cibo grassabatur: tum iidem mari suorumque ducatui pessimo artificio commissi significabat astute barbaris qua ratione caperentur. Hæc Dominus aliquando ulciscatur! siquidem hic homo itemque mater ejus, uti ex multis audivimus, Christiano ritu alieni erant. Id etiam Sarcavacus doctor commemorat.

Romani Hierosolyma vi Saracenis eripiunt cæsis hostium sexaginta quinque millibus in templo, et pluribus adhuc in urbe. Dominus Vahramus versabatur Hierosolymis dum urbs capiebatur (96).

(95) Recole ad an. 10 æræ Arm.

(96) Desideratur in vetustiore exemplari hæc pericope. Latet autem in eadem mendum; nam Gregoras Vahramus ante annos XVI vita excesserat.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM	
			Alexius	Basilius		
		1100	18	17	547	
		1101	19	18	548	
	470	1102	20	19	549	
		1103	21	20	550	
		1104	22	21	551	
		1105	23	22	552	Bechiaruchus Melichsahi filius mortuus est.
Chezilus Lauram capit, et sacra insuper cœnobia Halbatæ et Sanahinæ inflammat.	471	1106	24	23	553	
		1107	25	24	554	
		1108	26	25	555	
Interficitur tyrannus Scytha Chezilus (qui *ruber* explicatur) dum urbs Devinà sexto jam mense obsessa expugnaretur.		1109	27	26	556	
	472	1110	28	27	557	
		1111	29	28	558	
		1112	30	29	559	Obiit Manucieus Aniæ amira.
Obiit in Christo pius ac splendidus princeps Gol-Vasilius plurium provinciarum dominus.		1113	31	30	560	
	473	1114	32	31	561	
		1115	33	32	562	

Obiit dominus Basilius patriarcha Armeniorum, ejusque dignitatem excepit dominus Gregorius, ingenti gloria residens in throno diœceseos S. Gregorii Armeniorum Illuminatoris, cujus eum quoque genere ortum esse constabat. Hic Dei gratia affluenter ornatus, propter morum integritatem ac sanctimoniam non solum a nostratibus viris, verum etiam ab exteris regibus et principibus, imo etiam a regibus et pontificibus Romanorum summi honoris testimonia adeptus est. Idem ad sanctam Hierosolymorum urbem iter instituit, ibique sacra loca venerabundus aspexit, in quibus Deus ad humanam naturam demissus particeps fuit passionis Christi ut etiam gloriæ ejus consors fieret. Ibi enimvero Romana gens, eorumdem locorum domina, quam Francorum nomine indigitant, quanta esset in patriarcha nostro divinæ gratiæ copia cognovit : namque et ex ejus corporis forma eximia ac majestate venustas facile spiritus intelligebatur, germanaque fidei orthodoxia, quam is perspicue et secundum verissimos canones nec sine decora eloquentia significabat. Quibus rebus *Romani* mirifice delectati summi amoris necessitudine cum patriarcha nostro cumque gente Armeniaca copulati sunt. Sic Dei providentia res omnes administrantur : neque enim repulit Dominus populum suum, ut Psalmographi verba testantur.

Quo æræ anno Basilius patriarcha obiit, eodem ad Dominum morte translatus est Georgius doctor cognomento Melricius (97).

Rursus eodem anno fortis Tancredus Romanus qui Antiochiam multasque præterea civitates provinciasque tenebat, vir egregius et probus, veneno exstinctus est a suo patriarcha in eadem urbe Antiochia.

Eodem denique anno per sancti Paschatis quadragenarium jejunium quintæ hebdomadæ feria quarta, qua die sidera olim creata sunt, solis defectus fuit

GREGORIUS (98) annis LIII.

Christiani Characum Saupacumque ædificant.		1116	34	1	563	
	474	1117	35	2	564	
Balduino rege Hierosolymorum exstincto regnat secundo loco Balduinus alter Tepurus (99) prioris consanguineus annis xv.		1118	36	3	565	
		1119	37	4	566	
		1120	38	5	567	

(97) Nempe *mellitulus*.

(98) Gregorius hic, Gregorii Magistri genere ortus, ob singularem doctrinæ morumque laudem, nondum annos juveniles egressus, universalem Armeniorum patriarchatum adeptus est. Is autem ut Saracenorum molestiis careret, ad inaccessum castellum, cui nomen Rhomcla, in Armeniæ Minoris confinio sedem transtulit, quæ inibi annis ferme CL permansit.

(99) Scilicet *Du Bourg*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Calojoannes	PATR. Gregorius	ÆRÆ ARM.	
						CALOJOANNES (1) haud paucis annis regnavit.
		1121	1	6	568	Exstincto Alexio regnat filius ejus Calojoannes.
Prælium atrox Carmirovitieum, quo victus est Francorum et Armeniorum exercitus fraude procerum. Tunc et Rogerius Antiochiæ præfectus multo cum milite desideratus est.	475	1122	2	7	569	
		1123	3	8	570	Iberorum rex David Elchazium et Melchium clade afficit.
		1124	4	9	571	
		1125	5	10	572	David rex Teflisum capit.
	476	1126	6	11	573	

Incursionum, rapinarum, exitiorum et cladium, quibus Iberi certatim Saracenique provinciam Aniæ vexabant, pertæsi denique Aniæ urbis Siraciæque regionis incolæ, ut hanc a se procellam depellerent, ad Davidis Iberorum regis clientelam confugere decreverunt. Igitur conjuratum est adversus Apelsuarum amiram, Manuciei filium, qui exstincto patri in Aniæ dominatum successerat; David autem rex patentibus portis in urbem receptus: quo sic repente introgresso, nemo vitæ detrimentum passus est. Is captum cum filiis Apelsuarum in Iberiam secum avexit, locoque adeo pestilenti deposuit, ut brevi pater cum liberis duobus perierit. Interim cum fortis quoque David naturæ concessisset, Iberiæ regnum adiit Demetrius ejusdem filius, omni laude juvenilis disciplinæ cumulatissimus. Tum vero Phatlunus filiorum Apelsuari natu maximus, qui tandiu apud magnum amiram in Chorasania diversabatur, cognita parentis calamitate stationisque *noxia* natura, in regiones nostras maturavit incurrere, præfectisque suburbanis devictis, metropolim obsidione vallavit. Sæva dehinc fames annum integrum occupavit: cumque cives ad comparandam escam noctu egrederentur, structis insidiis hostis viros quidem jugulabat, ita ut cruore et ossibus terra squaleret, feminas autem puerosque vendebat. Sed tamen identidem ex Iberia duces aderant viri egregii, ut ille clarus ac strenuus Ivanes Abulethi filius qui forti animo incursores cædebat: cumque Phatlunus magna vi urbem aggrederetur, ipse paucis stipatus, adjuvantibus civibus, urbem periculo expedivit. Neque vero reticendum est feminæ cujusdam in eo certamine virile facinus, quæ satis audacter mœnibus insistens lapidum ictibus hostes pellebat, sagittis quibus extrinsecus petebatur contemptis. Feminæ nomen Caprea, quod ejus erat pernicitati consentaneum. Verumtamen regno Iberorum nondum in ea urbe satis confirmato, fame ac cædibus in dies sævientibus, coguntur cives urbem denuo ad Phatluni potestatem transferre, fide jurata ab eodem accepta, nequid contra patris fratrumque proditores statueret. Id ille fœdus etsi in præsenti non detrectavit, nihilominus pacatis rebus, eos vario criminationum genere aggressus est atque multavit. Eo regnante a consuetis quidem incursionibus quies in Armenia fuit, sed tum præterita damna, tum vectigalium rapinarumque vis summam apud nos egestatem rerumque omnium penuriam effecerunt, quæ quidem ab ea usque ætate incrementis aucta nostris adhuc temporibus perseverat.

At enim sanctus patriarcha fideique antistes dominus Gregorius, quia fœdus amicabile cum Apelsuaro fecerat, quo sedes ab eo protegeretur, audita in hunc Aniensium conspiratione, criminis auctoribus vehementer succensuit (2).

		1127	7	12	574	
		1128	8	13	575	
		1129	9	14	576	
In Halbata obiit in Christo magnus doctor Armeniorum Joannes cognomento Sarcavacus.	477	1130	10	15	577	Demetrius rex Charasgurum, qui se in arce Athabegi multo cum milite concluserat, expugnavit.
		1131	11	16	578	
Redemptoris ædes sacra corruit Aniæ die xvii mensis Mareri (3) feria quinta.		1132	12	17	579	Eodem anno Abulethus et Ivanes filius Damaniam ceperunt. Eodem item anno Ivanes atque Sembatus Chunania potiti sunt.
		1133	13	18	580	
Hoc anno obiit clarissimus doctor David Alucii filius.	478	1134	14	19	581	Phatlunus in prælio exstinguitur anno regni septimo: eique succedit Mahmutus frater.

(1) Hic est Joannes II Comnenus.
(2) Hic sequebantur in codd. moralia quædam ab amanuensibus addita, quæ nos missa fecimus.
(3) Hoc anno incidebat in *Decembrem*.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Manuel	PATR. Gregorius	ÆRÆ ARM.
		MANUEL an. XLV.		
	1135	1	20	582
	1136	2	21	583
	1137	3	22	584
479	1138	4	23	585
	1139	5	24	586
	1140	6	25	587
	1141	7	26	588
480	1142	8	27	589
	1143	9	28	590
	1144	10	29	591
	1145	11	30	592
481	1146	12	31	593
	1147	13	32	594
	1148	14	33	595
	1149	15	34	596
482	1150	16	35	597

Chuzus amira Abulethum Ivanemque profligavit.

Abulethum atque Ivanem cepit Demetrius.

Mensis Areghi (4) quinta decima die terræ motu subvertitur Ganzaga urbs, duoque doctores inclyti Gregorius et Sergius maceriis opprimuntur. In Halbata quoque templum diruitur. Eodem anno Charasgurus Ivanem in Gangenchia debellat.

Solis defectus fuit die altera Augusti, feria quarta : qui ab hora diei septima usque ad pomeridianam nonam perseveravit.

Doctor Egnatius Lucæ evangelium mirabiliter enarrabat (5).

Ciaulius Chacieniæ castellis potiebatur, fraude ac perjurio dominis illorum principibus fucum faciens. Sic regionem fame ferro et captivitatibus pessum dedit

Hoc anno Romanorum natio cum innumero exercitu mare circa eamdem Thraciam transmisit, per quam prior quoque transitus fuerat quem superius ad annum DXLVI commemoravimus. Iidem nullam præ se memoriam tulerunt earum molestiarum, quas olim a filio Belial Alexio perpessi fuerant : neque enim callidas dolosasque Græcorum fallacias senserunt, cum Alexium fidei socium Christique famulum existimarent. Ea propter hoc etiam tempore præteritorum malorum immemores gravius adhuc decepti illusique sunt ab ejusdem nepote, cujus nomen ad Antichristum alludit : quippe hic ab Emmanuelis factis et religione magnopere abhorrens, vocitatus est Manuel (6).

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.
	1151	17	36	598
	1152	18	37	599
	1153	19	38	600
483	1154	20	39	601
	1155	21	40	602
	1156	22	41	603
484	1157	23	42	604
	1158	24	43	605
	1159	25	44	606
	1160	26	45	607
485	1161	27	46	608
	1162	28	47	609
	1163	29	48	610

Thorus (7) princeps ira in Græcos excandescens gentis ejus decem millia hominum trucidavit, studio ulciscendi necem Stephani, quem illi captum in ferventem ollam crudeliter injeceraut.

Doctor Sergius in *Epistolas Catholicas* commentarios concinnabat (8).

Iberi Salduchinum circa Amam vicerunt ipsumque adeo ceperunt.

Anno æræ DCX rex Iberorum Georgius Aniam die Junii tertia decima cepit : mox Augusto exordiente octoginta militum millia Saharmeni septem millibus profligavit : quam rem nostris oculis vidimus, relata scilicet in commentarios viginti tria millia, præter reliquam multitudinem quæ agrum nostrum cadaveribus suis operiebat. Consecuto autem æræ anno DCXI die Augusti XXI Devinam urbem occupavit Georgius, indidemque sexaginta hominum millia captiva deduxit, quorum etiam superstitiosa sacella delevit. Exin anno æræ DCXII Chorasaniæ Sultanus cum innumeris armatorum copiis ad Aniæ nostræ portas progressus pavore incolas consternavit : post trigesimum autem diem clam abiit vir callidissimus magnaque clade Georgio ejusque copiis imposita in regnum se recepit.

(4) Hoc anno incidebat in *Octobrem*.

(5) Egnatii doctoris commentarius *in Lucam* summo in honore est ob perspicuam, brevem, artificialem venustamque elocutionem, ita ut huic parem facile non invenias. Antiquum operis codicem Bombycinum anno æræ Armeniacæ 672 (Christi 1225) in Armenia scriptum Zohrabus e Sarmatia Venetias tulit, eumdemque collatum cum Byzantina editione anni Christiani 1735, in sua litteraria supellectile asservat

(6) Ludere videtur Samuel in Hebraicis vocabulis Nghimmanuel *nobiscum Deus*, et Manuel sive Minuel *longe a nobis Deus*. Et nunc quidem mirifice invehitur in Manuelem Samuel; paulo tamen post patriarchæ duo Nerses et Degha cum eodem imperatore de conciliatione Armeniorum cum Græcis egerunt, mutuique officii litteræ utrinque conscriptæ sunt.

(7) Idem atque *Theodorus*.

(8) Clarissimæ famæ opus apud Armenios, cum moralibus adhortationibus, doctrina multijuga et elocutionis splendore. Id quidem Byzantii typis commissum est, valde tamen interpolatum uti Zohrabus ex antiquo Leopolitano codice intellexit, quem ipse codicem, utpote cathedrali Armeniorum Leopoleos ædi addictum, adipisci non potuit.

Amplum oppidum Asnaghium inflammavit scelestus Eltcuzus, quo incendio millia hominum septem absumpta creduntur.

Hoc tempore ingens terræ motus Ezencham concussit.

Hoc anno magnus Armeniorum princeps Thorus obiit.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	ÆRÆ ARM.
		Manuel	Gregorius	
	1164	30	49	611
	1165	31	50	612
486	1166	32	51	613
	1167	33	52	614
	1168	34	53	615
			NERSES an. VII.	
487	1169	35	1	616
	1170	36	2	617
	1171	37	3	618
	1172	38	4	619
	1173	39	5	620
	1174	40	6	621
488	1175	41	7	622
			GREGORIUS annis XXII.	
	1176	42	1	623
	1177	43	2	624
489	1178	44	3	625
	1179	45	4	626

Exstincto domino Gregorio successit frater ejusdem dominus Nerses (9) annis VII.

Domino Nersi ad Christum morte translato successit dominus Gregorius cognomento Degha (10).

(9) Hic est Nerses ab arce Rhomcla (de qua superius, not. 98) dictus *Claiensis*, propterea quod ibi vitam cum fratre patriarcha, cui et ibidem successit, diu exegit, sepultusque est. Idem vulgo appellatur etiam Senorhali *gratia plenus* seu *venustus*, et debito summoque Armeniorum studio colitur. Laudes ejusdem et plurima scripta passim prædicant scriptores quoque Europæi qui res Armeniorum ecclesiasticas illustrandas sumpserunt.

(10) *Degha* explicatur *puer* vel *infans*. Hujus antistitis jussu rationem hanc temporum videtur scripsisse Samuel Aniensis. Jam sigillum *Gregorii* nomine prænotatum, quo codicem Eusebianum distinctum esse vidimus, utrum Degham Gregorium an quemvis alium istius appellationis patriarcham innuat, quis indubia conjectura definiet? Sane fieri potest ut Degha Gregorius Eusebianum illum codicem multo jam pretiosissimum in sua bibliotheca asservaverit, ejusdemque lectione commotus Samuelem presbyterum mandato impulerit non solum ad ejus summarium conficiendum, verum etiam ad historiam usque ad sua tempora perducendam.

MONITUM.

Quæ sequuntur opuscula chronologica et astronomica cum apud eruditos plurimi valeant, et iis quasi fundamento nitantur chronologi Christiani veteres, nobis faciendum putavimus ut ea recuderemus, studioso Lectori acceptam fore confidentes hanc ad Eusebii Canones chronicos non pœnitendam mantissam. EDIT.

VETERUM SCRIPTORUM

OPUSCULA

CHRONOLOGICA ET ASTRONOMICA.

DIONYSIUS PETAVIUS LECTORI (a).

Inter auctores infra editos primus est Geminus, qui ante annos amplius quadraginta prodiit, Græce Latineque ab Edone Hilderico; scriptor eruditus et antiquus. Vixit enim Sullæ ac Ciceronis sæculo, ut ex iis constat quæ ad pag. 19 in notis observamus. Patria Rhodium fuisse inter omnes convenit. Sed Romæ, et in Italia vixisse, non levis est conjectura, ibique commentarium hunc scripsisse, ut in iisdem scholiis adnotavimus. Ac vel nomine ipso Gemini *satis hoc evincitur, Latinorum usu et commercio implicatum esse hominem; ac libertum fortean, aut clientem alicujus fuisse familiæ, cui peculiare cognomen id erat, nempe Serviliorum. Proclus in Commentariis ad priores Euclidis libros non semel Geminum laudat, quem et* Γεμῖνον *perpetuo nominat, circumflexa penultima: indidemque colligitur, quædam illum de geometria scripsisse. Cujus fidem facit catalogus librorum, qui ex Barocciana bibliotheca nuper in Angliam averti sunt, quos inter Gemini liber exstat nondum editus. Sed et Procli* Sphæra *nihil aliud est præter* Isagoges *Gemini capita quædam, quod suo loco declaravimus.*

Hujus nos testimonio scriptoris sæpe ac libenter usi sumus in his quæ ad annum Græciæ veteris et Ægyptiacum spectant. Nam de priore illo nemo est, qui diligentius expressiusque verba fecerit, cujusque propter antiquitatem et eruditionem ratio major haberi debeat. Quem si in consilium adhibuisset Scaliger, aut si eum attentius legisset, neque præjudicatam illam suam de anno Græco πρόληψιν *ad illius tractationem attulisset, non illa nobis anni Græci et Attici commenta peperisset, quæ et absurdissima sunt et unius præter cæteros Gemini auctoritate refelluntur. Hunc igitur cum Latina interpretatione veteri primo loco posuimus, qua profecto meliorem elegantioremque merebatur: et erat animus novam aggredi, nisi in Hipparchum et alios, qui nullam habebant omnino, id operæ conferre satius esse judicassem. Græca vero ad veterum manuscriptorum fidem exacte castigavimus: e quibus unum penes nos habebamus haud adeo veterem, sed accuratum ac scriptum imprimis eleganter. Alter in Oxoniensi bibliotheca reperitur, quocum editionem Hilderici diligenter contulit Henricus Briggius, Oxoniensis mathematicus; a quo id meo nomine postularat Lucas Holstenius Hamburgensis, vir eruditissimus, qui in illustr. cardin. Barberini comitatu Romæ hodie vivit. Utriusque ope ac beneficio variarum lectionum indiculum accepimus, quas paucis exceptis totidem in nostro codice deprehendimus. Quamobrem quidquid in nova hac editione Gemini aliter atque in priore, studiose Lector, offenderis, id ex amborum auctoritate et consensu immutatum esse scias. Nec pauca vero illa sunt, neque levia, ut, qui ambas legerit, agnoscet.*

Post Geminum Ptolemæi liber sequitur, qui Φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν *in antiquo codice inscriptus legitur, uti nos edidimus. Hujus nobis copiam amicus quidam fecit, qui ex antiquo codice eum descripserat. Eumdemque post invenimus in Regia bibliotheca; et a cl. V. D. Nicolao Rigaltio utendum accepimus, ex quo etiam non pauca castigavimus. De hujus auctore quid dicam nihil habeo, præter ea quæ in notis exposui. Cui quidem Kalendaria ejusdem argumenti subjecta sunt tria. Primum est sub falso nomine Ptolemæi editum a Leonico, e Græcoque translatum; quam miscellam esse tumultuariam ex variis parapegmatibus*

(a) *De doctrina temporum,* t. III, Præf.

confectam, non semel in dissertationibus ostendimus. In quo ridiculus est Solimanus exercitator, qui nunc libellum aureolum in sua farragine Plinianarum Exercitationum *nominat; ex quo nihil certi bonique, propter confusionem, et auctorum locorumque tacita vocabula, harum rerum studiosus colligat: sed habent similes labra lactucas. Alteros Fastos ex Ovidii, Columellæ Pliniique libris concinnavimus ipsi, qui Julianorum instar esse queant. Ex Sosigenis enim, vel Julii Cæsaris parapegmate, nec uniusmodi fortasse, uti libro* II Variarum *docuimus; auctores illi phænomena sua perscripserunt. Qui noster labor non parum eos adjuvabit, qui poetas aliosque scriptores in manus sumpserint; ubi orientium vel occidentium stellarum fit nonnulla mentio, præsertim si ad usum Kalendarii istius, libri primi variarum dissertationum nostrarum doctrinam adjunxerint. Tertium est Kalendarium Constantini M. a Joanne Herwarto olim editum, cujus enarrationem ὁ μακαρίτης Hieronymus Alexander scribere instituerat.*

Exinde Achillis Tatii et Hipparchi libros addidimus, quos Græce primus e Medicea bibliotheca vulgavit Petrus Victorius, nos Latinos fecimus. Ac principio quidem solum Tatium conferre in Auctarium hoc nostrum voluimus; post de Hipparcho quoque remisimus doctorum quorumdam amicorum precibus.

In Achillis commentariis nonnulla sunt περίεργα, *ac minime necessaria, plura tamen scitu non indigna. In quibus quæ erant menda corrigi non potuerunt, quod nullum vetus exemplar, quo niteremur, ad manum fuit.*

Hipparchi vero libri multis in locis emendati sunt, non ex conjectura solum, quæ, ubi opus fuit, ad marginem ascripta est, quemadmodum et in cæteris fecimus, sed etiam ex antiquo bibliothecæ Regiæ libro, pulcherrime scripto, quem nobis cl. V. D. Rigaltius commodavit. Eo præeunte libro, quidquid secus, atque in Florentina editione, in hac nostra leges, conformatum esse memineris. Asterismos autem, quos sub Hipparchi nomine eadem Florentina editio continet, consulto prætermisimus. Non enim Hipparchi sunt, sed Ptolemæi, a cujus tabula paucis interdum minutis discrepant. Itaque supervacaneum erat illos recudere.

Succedit his Gazæ liber De mensibus Atticis, *cum Latina versione Joannis Perrelli ante centum fere annos edita.*

Tum S. Maximi martyris Computus, *quem e Vaticana bibliotheca describendum curavi. Hujus excerpta quædam Josephus Scaliger operi* De emendatione temporum *inseruerat; et uberibus notis Græci computi doctrinam explicarat: quæ res, uti cætera illius operis, ei infeliciter successit, ut ex dissertatione nostra* De Græcorum æris ac computis *eruditus lector intelliget. Adjecimus et Isaaci Argyri computum duplicem, quorum prior a Jacobo Christmanno primum Græce vulgatus est; nos Latine vertimus, et posteriorem ejusdem computum ex Christianissimi regis bibliotheca subjecimus beneficio cl. V. Nicolai Rigaltii. Accessit perbrevis Andreæ Cretensis computus olim ad nos a P. Andrea Schotto missus, quem ex Vaticana se accepisse scriptum reliquit.*

ΠΕΡΙ ΙΠΠΑΡΧΟΥ

ἐκ τῶν Σουΐδα.

HIPPARCHI ELOGIUM E SUIDA.

Ἵππαρχος Νικαεὺς φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ τῶν ὑπάτων, ἔγραψε *Περὶ τῶν Ἀράτου Φαινομένων*, *περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν συντάξεως, καὶ τοῦ καταστηριγμοῦ· περὶ τῆς κατὰ πλάτος μηνιαίας τῆς σελήνης κινήσεως, καὶ εἰς τοὺς ἀστερισμούς.*

Hipparchus Nicænus philosophus, qui fuit sub consulibus, scripsit *De Arati phænomenis*, *De stellarum inerrantium constitutione, et immota statione; De menstruo lunæ motu secundum latitudinem, et in asterismos.*

ΠΕΡΙ ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΣΤΑΤΙΟΥ

ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

DE ACHILLE STATIO EX EODEM.

Ἀχιλλεὺς Στάτιος, Ἀλεξανδρεύς, ὁ γράψας τὰ *κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα*, καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ ἐν βιβλίοις η', γέγονεν ἔσχατον Χριστιανὸς καὶ ἐπίσκοπος. Ἔγραψε δὲ *Περὶ σφαίρας*, καὶ *ἐτυμολογίας*, καὶ *Ἱστορίαν σύμμικτον*, πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσαν. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ κατὰ πάντα ὅμοιος τοῖς ἐρωτικοῖς.

Achilles Statius, Alexandrinus, qui *De Leucippe et Clitophonte* scripsit, et alia amatoria libris octo; tandem factus est Christianus et episcopus. Scripsit *De sphæra*, et *Etymologia*, et *Historiam miscellaneam*; quæ multorum, et magnorum, et admirabilium virorum mentionem facit. Ipsius vero oratio in omnibus prorsus est amatoriis orationibus similis.

Meminit et Achillis Tatii Photius cod. LXXXVII, *ubi non* Στάτιον *vocat, sed* Τάτιον, *quemadmodum et Palatinus codex habebat, unde Clitophontis et Leucippes Amores Commelinus edidit. Nam altera ex errore profecta lectio videtur, repetita perperam littera Σ ex priori nomine,* Ἀχιλλέως.

ΓΕΜΙΝΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ

ΕΙΣ ΤΑ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

GEMINI ELEMENTA ASTRONOMIÆ.

Interprete Edone Hilderico D.

1 CAPUT I.

A Zodiacus circulus in duodecim dividitur partes, atque horum segmentorum unumquodque generaliter quidem vocatur dodecatemorion, id est pars duodecima, specialiter vero signum : idque a stellis, quas continet, et a quibus etiam certam effigiem sortitur. Sunt autem hæc duodecim signa : Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius et Pisces.

Dicitur signum duobus modis : uno, secundum quem est duodecima pars zodiaci : quæ est intervallum quoddam locale, quod vel stellis, vel punctis determinatur ; altero, secundum quem est constellatio quædam, ex pluribus stellis composita, B secundum similitudinem, et situm stellarum.

Dodecatemoria igitur, quoad magnitudinem inter se sunt æqualia, eo quod zodiacus in duodecim partes æquales est divisus : at signa, quæ ex fixis stellis sunt composita, neque inter se sunt æqualia quoad magnitudinem, neque ex æqualibus stellis sunt composita, neque explent propria spatia dodecatemoriorum ; sed quædam ab hujusmodi expletione deficiunt, ut Cancer, parvum enim spatium sui proprii loci occupat : quædam vero ultra sua propria loca extenduntur, et partes quasdam præcedentium et sequentium signorum occupant, ut Leo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ο τῶν ζωδίων κύκλος διαιρεῖται εἰς μέρη δεκαδύο, καὶ καλεῖται κοινῶς μὲν ἕκαστον τῶν τμημάτων δωδεκατημόριον· ἰδίως δὲ ἀπὸ τῶν ἐμπεριεχομένων ἀστέρων, ὑφ' ὧν καὶ διατυποῦται ἕκαστον αὐτῶν ζώδιον. Ἔστι δὲ καὶ τὰ δώδεκα ζώδια τάδε, Κριός, Ταῦρος, Δίδυμοι, Καρκίνος, Λέων, Παρθένος, Ζυγός, Σκορπίος, Τοξότης, Αἰγόκερως, Ὑδροχόος, Ἰχθύες.

Διχῶς δὲ λέγεται (1) ζώδιον· καθ' ἕνα μὲν τρόπον τὸ ιβ^ον μέρος τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου· ὅ ἐστι διάστημά τι τόπου, ἢ ἄστροις, ἢ σημείοις ἀφοριζόμενον· καθ' ἕτερον δὲ τὸ ἐκ τῶν ἀστέρων εἰδωλοπεποιημένον κατὰ τὴν ὁμοιότητα καὶ τὴν θέσιν τῶν ἀστέρων.

Τὰ μὲν οὖν δωδεκατημόρια ἴσα ἐστὶ κατὰ τὸ μέγεθος· διῄρηται [1] δὲ ὁ τῶν ζωδίων κύκλος εἰς ιβ' μέρη ἴσα· τὰ δὲ κατηστερισμένα [2] ζώδια οὔτε ἴσα ἐστὶ κατὰ τὸ μέγεθος, οὔτε ἐξ ἴσων ἀστέρων συνέστηκεν· οὔτε πάντα ἐκπληροῖ (2) τοὺς ἰδίους τόπους τῶν δωδεκατημορίων, ἀλλ' ἃ μὲν ἐλλείπει, καθάπερ ὁ Καρκίνος, μικρὸν δὲ τόπον ἐπέχει τοῦ ἰδίου τόπου· ἃ δὲ ὑπερπίπτει, καὶ μέρη τινὰ τῶν προηγουμένων, καὶ τῶν ἑπομένων ζωδίων ἐπιλαμβάνει [3], καθάπερ ὁ Λέων.

[1] γρ. δίοπτρα γὰρ διῄρηται. [2] γρ. κατεστηριγμένα. [3] γρ. ἐπιλαμβανόμενα.

C (1) *Διχῶς δὲ λέγεται.* Zodiacus duplex est, quod ad institutum nostrum pertinet : alter in primo mobili, qui situm non mutat, hoc est intersectiones easdem perpetuo ejus ecliptica cum æquinoctiali retinet : et est imaginum expers ; alter in orbe stellato qui εἰς τὰ ἑπόμενα progressum faciens, in aliis et aliis punctis continue intersectiones cum æquinoctiali facit. Hujus propria sunt ζώδια, sive asterismi dodecatemoriorum. Primus Hipparchus, collatis inter se veterum ac suis observationibus, suspicatus est moveri in consequentia signorum octavam sphæram, adeoque duplicem esse zodiacum. Sed quod ὁλοσχερεῖς priorum observationes forent, neque satis longum esset interjectum spatium, non penitus affirmavit. Ptolemæus vero rem plane definiit. Hæc dicenda fuerunt, ne quis id a Gemino miretur esse præteritum, qui, ut in plerisque aliis, Eudoxum potius, quam Hipparchum sequitur. Neque τὸ ἀκριβὲς consectatur, quod nec fuit necesse εἰσαγωγὴν ac prima hujus artis elementa scribenti. Quocirca de zodiaco sic loquitur, quasi unius orbis esset, ac nunquam situm mutaret. Dodecatemoria veri zodiaci, qui est in primo mobili, de ζωδίοις, et asterismis vocabula tunc acceperunt, cum ea continerent : puta Aries dictus est primum dodecatemorion, quod in eo tunc esset asterismus octavæ sphæræ, cui hoc vocabulum inditum est, quod Metonis, Eudoxi, ac Ptolemæi sæculis accurate contigit. Nostro vero longius in posteriora progressi sunt asterismi, ac toti fere extra ὁμώνυμα segmenta consistunt. Ex quo in plerisque stellis latitudines a vera ecliptica, et declinationes immutatæ sunt, ut australes fierent, quæ erant boreales, et contra.

(2) *Οὔτε πάντα ἐκπληροῖ.* Vide Hipparchum, lib. II, sub initium.

Ἔτι δέ τινα τῶν ιβʹ ζωδίων οὔτε ὅλα κεῖται ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ· ἀλλ' ἃ μέν ἐστι βορειότερα αὐτοῦ, καθάπερ ὁ Λέων· ἃ δὲ νοτιώτερα, καθάπερ ὁ Σκορπίος. A

2 Præterea ex duodecim signis quædam ne tota quidem posita sunt in zodiaco, sed alia eo sunt borealiora, ut Leo : alia australiora, ut Scorpius.

Πάλιν ἕκαστον τῶν δωδεκατημορίων διαιρεῖται εἰς μέρη λʹ, καὶ καλεῖται τὸ ἓν τμῆμα μοῖρα. Ὥστε τὸν ὅλον κύκλον τῶν ζωδίων περιέχειν ζώδια μὲν ιβʹ, μοίρας δὲ τξʹ.

Rursus unumquodque dodecatemoriorum dividitur in partes triginta, et vocatur unum segmentum pars, seu gradus. Itaque zodiacus continet signa quidem duodecim, partes vero 360.

Ὁ δὲ ἥλιος ἐνιαυτῷ (3) [1] διαπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον. Ἔστι γὰρ ἐνιαύσιος χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος περιπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀποκαθίσταται. Ὁ δὲ χρόνος οὗτός ἐστιν ἡμερῶν τξεʹ, δʺ. Ἐν τοσαύταις γὰρ ἡμέραις τὰς τξʹ μοίρας παροδεύει ὁ ἥλιος· ὥστε παρὰ μικρὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μοῖραν κινεῖσθαι τὸν ἥλιον. B

Sol autem uno anno percurrit zodiacum. Est enim tempus annuum illud, in quo sol peragrat zodiacum, et ab eodem puncto ad idem punctum redit, hoc tempus est dierum 365 1/4. In tot enim diebus illas 360 partes zodiaci sol conficit; fere itaque in uno die unum gradum sol absolvit.

Ἄλλο μέντοι γέ ἐστι μοῖρα, καὶ ἄλλο ἡμέρα. Μοῖρα μὲν γάρ ἐστι διάστημά τι λʺ μέρος ὑπάρχον τοῦ ζωδίου· ἡμέρα δέ ἐστι χρόνος τριακοστὸν μέρος ὡς ἔγγιστα τοῦ μηνιαίου χρόνου. Καὶ ἡ μὲν μοῖρα τξʹ μέρος ἐστὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἡ δὲ ἡμέρα τξεʹ καὶ δʺ μέρος ὡς ἔγγιστα τοῦ ἐνιαυσιαίου χρόνου. Καὶ πάντα [2] μὲν τὰ ζώδια τριακοντημόριά ἐστιν, οὐ πάντα δὲ τριακονθήμερα.

Verumtamen aliud est pars, aliud dies. Pars enim est intervallum quoddam, cum sit 30 pars signi; dies vero est tempus, quod fere 30 pars est menstrui temporis. Deinde pars quidem est 360 pars zodiaci, dies autem est pars 365 1/4 fere annui temporis. Ac semper quidem signa sunt 30 partium, non semper autem 30 dierum.

Διαιρεῖται δὲ ὁ ἐνιαύσιος χρόνος εἰς μέρη δʹ, ἔαρ, θέρος, φθινόπωρον, καὶ χειμῶνα. Ἐαρινὴ μὲν οὖν ἰσημερία (4) γίνεται περὶ τὴν τῶν ἀνθέων ἀκμὴν ἐν Κριοῦ μιᾷ μοίρᾳ· τροπὴ δὲ θερινὴ γίνεται περὶ τὴν τῶν καυμάτων ἐπίτασιν ἐν Καρκίνου μιᾷ μοίρᾳ· ὅπου ὁ ἥλιος τὸν βορειότατον κύκλον γράφει, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ ἡμέραν ἐπιτελεῖ, ἐλαχίστην δὲ τὴν νύκτα. C Ἡ μέντοι γε μεγίστη ἡμέρα ἴση ἐστὶ τῇ μεγίστῃ νυκτί, καὶ ἡ ἐλαχίστη ἡμέρα ἴση ἐστὶ τῇ ἐλαχίστῃ νυκτί. Ἔστι δὲ ἡ μεγίστη ἡμέρα κατὰ τὸ ἐν Ῥόδῳ κλίμα ὡρῶν ἰσημερινῶν ιδςʺ. Ἰσημερία δέ ἐστι φθινοπωρινή, ὅταν ὁ ἥλιος, ἀπ' ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν παροδεύων, πάλιν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ γένηται κύκλου, καὶ ἴσην τὴν ἡμέραν τῇ νυκτὶ ποιήσηται. Τροπὴ δέ ἐστι χειμερινή, ὅταν ὁ ἥλιος ποῤῥωτάτω [3] ἡμῶν τῆς οἰκήσεως γένηται, καὶ ταπεινότατος ὡς πρὸς τὸν ὁρίζοντα (5), καὶ νοτιώτατον κύκλον γράφῃ, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν αὐτῷ [ἐνιαυτῷ] νύκτα ποιήσηται, ἐλαχίστην δὲ ἡμέραν. Ἔστι δὲ ἡ μεγίστη νὺξ κατὰ τὸ ἐν Ῥόδῳ κλίμα ὡρῶν ἰσημερινῶν ιδςʺ. D

Dividitur autem annuum tempus in partes quatuor, ver, æstatem, autumnum, et hiemem. Vernum igitur æquinoctium fit circa florum vigorem summum, in prima parte Arietis. Solstitium æstivum contingit circa æstuum intentionem in prima parte Caneri, ubi sol borealissimum circulum describit, et longissimum omnium, qui sunt in anno, diem efficit, noctem vero brevissimam. Atqui dies longissimus æqualis est nocti longissimæ, et dies brevissimus æqualis est nocti brevissimæ. Dies vero longissimus in climate Rhodi est horarum æquinoctialium 14 1/4. Æquinoctium autumnale est, cum sol a boreali plaga ad australem plagam tendens, iterum ad æquinoctialem circulum pervenerit, et diem nocti æqualem effecerit. Solstitium autem hibernum est, cum sol longissime a puncto nostro verticali discesserit, et humillimus, quoad horizontem, factus fuerit, idemque circulum maxime australem descripserit, et noctem longissimam omnium, quæ sunt in anno, effecerit, diem vero brevissimum. Est autem longissima nox in climate Rhodi horarum æquinoctialium 14 1/2.

Οἱ δὲ μεταξὺ χρόνοι (6) τῶν τροπῶν καὶ τῶν ἰση-

Tempora vero, quæ sunt inter solstitia et æqui-

[1] γρ. ἐν αὐτῷ. [2] γρ. πάντοτε. [3] γρ. ποῤῥώτατος.

(3) *Ὁ δὲ ἥλιος ἐνιαυτῷ.* Nondum προήγησις ἰσημερινὴ liquido comperta erat, ut alibi diximus, et intelligetur iterum capite 6, *De mensibus*.

(4) *Ἐαρινὴ μὲν οὖν ἰσημερία.* Annuarum tempestatum exordia aliter ab astronomis, et ratione constituuntur, quam sensu popularique judicio. Nam astronomi per quadrantes tributo zodiaco, cuilibet tempestati quadrantem suum assignant, quem τροπὴν appellat Paulus Alexandrinus. Initium fit ab Arietis ingressu; ac sic deinceps. Popularis usus ex cœli mutatione tempestatum intervalla metitur : cui et scriptores illi serviunt, qui rem rusticam et hujus generis alia pertractant.

(5) *Καὶ ταπεινότατος ὡς πρὸς τὸν ὁρίζοντα.* Ἰδιωτικῶς, et ad oculum ita Geminus loquitur, quia tunc sol maxime dejectus, et horizonti vicinus apparet. Recte autem addidit, ὡς πρὸς τὸν ὁρίζοντα, eo sensu, quem diximus. Nam revera terris citimus non erat sol ætate Gemini in hiberno tropico : sed in Sagittarii gradu quinto circiter; ubi tum solis erat perigeum, ut apogeum in quinto Geminorum, quod et pag. 4 Geminus indicat.

(6) *Οἱ δὲ μεταξὺ χρόνοι.* Eodem modo annus ab

noctia, hoc modo dividuntur: ab æquinoctio verno, usque ad solstitium æstivum dies sunt 94 1/2; nam in tot diebus transit sol Arietem, Taurum, Geminos et ad primam partem Cancri accedens, solstitium æstivum efficit. Ab æstivo solstitio usque ad æquinoctium autumnale dies sunt 92 1/2; nam in tot diebus transit sol Cancrum, Leonem, Virginem, et ad primam partem Libræ accedens efficit æquinoctium autumnale. Ab æquinoctio autumnali usque ad solstitium hibernum dies sunt 88 1/8; nam in tot diebus transit sol Libram, Scorpium, Sagittarium, et ad primam partem Capricorni perveniens efficit solstitium hibernum. A solstitio hiberno usque ad æquinoctium vernum dies sunt 90 1/8; in tot enim diebus transit sol reliqua tria signa, Capricornum, Aquarium, Pisces. Omnes igitur dies horum quatuor temporum simul sumpti efficiunt dies 365 1/4, quot etiam in uno sunt anno.

μεριῶν τοῦτον διαιροῦνται τὸν τρόπον· Ἀπὸ μὲν ἰσημερίας ἐαρινῆς μέχρι τροπῆς θερινῆς ἡμέραι εἰσὶν ϟδς''· ἐν γὰρ τοσαύταις ἡμέραις διαπορεύεται ὁ ἥλιος Κριὸν, Ταῦρον, Διδύμους, καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην μοῖραν τοῦ Καρκίνου παραγινόμενος, τὴν θερινὴν τροπὴν ποιεῖται· ἀπὸ δὲ θερινῆς τροπῆς μέχρις ἰσημερίας φθινοπωρινῆς ἡμέραι εἰσὶν ϟβς''· ἐν γὰρ τοσαύταις ἡμέραις διαπορεύεται ὁ ἥλιος Καρκίνον, Λέοντα, Παρθένον, καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην μοῖραν τῶν Χηλῶν παραγινόμενος τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν ποιεῖται· ἀπὸ δὲ ἰσημερίας φθινοπωρινῆς μέχρι τροπῆς χειμερινῆς ἡμέραι εἰσὶν πη' η''· ἐν γὰρ τοσαύταις ἡμέραις διαπορεύεται ὁ ἥλιος Χηλὰς, Σκορπίον, Τοξότην, καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην μοῖραν παραγενόμενος ὁ ἥλιος τοῦ Αἰγόκερω, τὴν χειμερινὴν τροπὴν ποιεῖται· ἀπὸ δὲ τροπῆς χειμερινῆς μέχρις ἰσημερίας ἐαρινῆς ἡμέραι εἰσὶν ϟ'ηον· ἐν γὰρ τοσαύταις ἡμέραις διαπορεύεται ὁ ἥλιος τὰ ἀπολειπόμενα τρία ζώδια, Αἰγόκερων, Ὑδροχόον, Ἰχθύας. Αἱ πᾶσαι οὖν ἡμέραι τούτων τῶν τεσσάρων χρόνων συντιθέμεναι ποιοῦσι τξε' δ'', ὅσαιπερ ἦσαν αἱ τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Quæritur igitur in his, cur, cum quatuor dicti quadrantes zodiaci inter se sint æquales, et sol semper æqualiter moveatur, ipse in temporibus inæqualibus æquales horum quadrantum arcus peragret; nam per totam astronomiam præsupponitur, et solem, et lunam, et quinque planetas æqualiter, circulariter, et contra mundi motum moveri. Pythagoræi enim, cum primi has quæstiones aggrederentur, præsupposuerunt circulares atque æquales solis, lunæ et erraticarum stellarum motus. Nam hujusmodi irregularitatem non admiserunt in his divinis atque æternis corporibus, ut interdum velocius moverentur, interdum tardius, interdum starent, ut sane etiam stationes vocant in quinque erraticis stellis. Neque enim in homine bene composito et ordinato talem motus irregularitatem in gressibus aliquis admitteret; nam vitæ necessitates sæpe fiunt hominibus causæ tarditatis, et velocitatis. At in ipsa incorruptibili natura stellarum non potest ulla causa celeritatis et tarditatis adduci. Quam ob causam Pythagoræi hanc proposuerunt quæstionem: Quomodo per circulares et æquales motus possent apparentiæ salvari.

Ἐπιζητεῖται οὖν ἐν τούτοις, πῶς, ἴσων ὄντων τῶν τεσσάρων μορίων τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὁ ἥλιος, ἰσοταχῶς κινούμενος διὰ παντὸς, ἐν ἀνίσοις χρόνοις διαπορεύεται τὰς ἴσας περιφερείας. Ὑπόκειται γὰρ πρὸς ὅλην τὴν ἀστρολογίαν [7] ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς πέντε πλανήτας ἰσοταχῶς, καὶ ἐγκυκλίως, καὶ ὑπεναντίως τῷ κόσμῳ κινεῖσθαι. Οἱ γὰρ Πυθαγόρειοι, πρῶτοι προσελθόντες ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν, ὑπέθεντο ἐγκυκλίους καὶ ὁμαλὰς ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ε' πλανητῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις. Τὴν γὰρ τοιαύτην ἀταξίαν οὐ προσεδέξαντο πρὸς τὰ θεῖα καὶ αἰώνια· ὡς ποτὲ μὲν τάχιον κινεῖσθαι, ποτὲ δὲ βράδιον, ποτὲ δὲ ἑστηκέναι· οὓς δὴ καὶ καλοῦσι στηριγμοὺς ἐπὶ τῶν ε' πλανητῶν ἀστέρων. Οὐδὲ γὰρ περὶ ἄνθρωπον κόσμιον καὶ τεταγμένον ἐν ταῖς πορείαις τὴν τοιαύτην ἀνωμαλίαν τῆς κινήσεως προσεδέξατο [8] ἄν τις· αἱ γὰρ τοῦ βίου χρεῖαι τοῖς ἀνθρώποις πολλάκις αἴτιαι γίνονται βραδυτῆτος καὶ ταχυτῆτος· περὶ δὲ τὴν ἄφθαρτον φύσιν τῶν ἀστέρων οὐδεμίαν δυνατὸν αἰτίαν προσαχθῆναι ταχυτῆτος καὶ βραδυτῆτος. Δι' ἥντινα αἰτίαν προέτειναν οὕτω· Πῶς ἂν δι' ἐγκυκλίων καὶ ὁμαλῶν κινήσεων ἀποδοθείη τὰ φαινόμενα.

De reliquis igitur planetis in aliis scriptis causam exponemus; nunc vero de sole causam ostendemus, cur, cum æqualiter moveatur, in temporibus inæqualibus æquales arcus zodiaci conficiat. Suprema igitur est omnium ea sphæra, quæ stellarum fixarum dicitur, quæ in se continet omnium fixarum constellationum, sive signorum effigiem. Non est autem cogitandum, omnes stellas sub eadem esse positas superficie, sed alias esse subblimiores, alias humiliores. Cum enim visus noster ad æqualem longitudinem a terra in cœlum sese extendat: redditur insensibilis altitudinis differentia.

Περὶ μὲν οὖν τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐν ἑτέροις ἀποδώσομεν τὴν αἰτίαν· νυνὶ δὲ περὶ ἡλίου ὑποδείξομεν, δι' ἣν αἰτίαν ἰσοταχῶς κινούμενος, ἐν ἀνίσοις χρόνοις τὰς ἴσας περιφερείας διαπορεύεται [9]· ἀνωτάτω γὰρ πάντων ἐστὶν ἡ λεγομένη τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων σφαῖρα, ἡ περιέχουσα πάντων τῶν κατηστερισμένων ζωδίων τὴν εἰδωλοποιίαν· οὐ πάντας δὲ τοὺς ἀστέρας ὑποληπτέον ὑπὸ μίαν ἐπιφάνειαν κεῖσθαι· ἀλλ' οὓς μὲν μετεωροτέρους ὑπάρχειν, οὓς δὲ ταπεινοτέρους. Διὰ δὲ τὸ τὴν ὅρασιν ἐπὶ ἴσον ἐξικνεῖσθαι μῆκος, ἀνεπαίσθητος γίνεται ἡ τοῦ ὕψους διαφορά.

[7] γρ. ἀστρονομίαν. [8] γρ. προσεδέξεται. [9] γρ. περιπορεύεται.

Hipparcho distributus est. Vide lib. IV *De doctrina temporum*, capite 30, ubi de summa solis apside cæterisque quæ hic a Gemino tradita sunt, copiose disputatur.

Τινὲς μὲν οὖν διελάμβανον μεγίστας ἡμέρας γίνεσθαι ἐν Καρκίνῳ· ἐπείπερ αἱ θεριναὶ τροπικαὶ ἐν B τῷ προειρημένῳ ζωδίῳ γίνονται· μεγίστας δὲ νύκτας εἶναι ἐν Αἰγόκερῳ, ἐπεὶ αἱ χειμεριναὶ τροπαὶ ἐν Αἰγόκερῳ γίνονται· παραπλήσιόν τι ποιοῦντες ἁμάρτημα τῷ ἐπὶ τῶν συζυγιῶν. Εἰ μὲν γὰρ ἐν ὅλοις τοῖς ζωδίοις ἐγίνοντο τροπαὶ, ἦν ἂν ἀληθὲς τὸ προειρημένον· νῦν δὲ τὰ μὲν τροπικὰ σημεῖα λόγῳ θεωρητά ἐστι· τὸ δὲ ὅλον ζώδιον τὸ τοῦ Καρκίνου τὴν αὐτὴν ἀπόστασιν ἔχει ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ σημείου τοῖς Διδύμοις, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν παραλλήλων ἐμπεριλαμβάνεται κύκλων, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τὴν δύσιν. Εἰσὶ γὰρ ἀλλήλοις κατὰ συζυγίαν. Διὸ δὴ καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν ἴσα ἐστὶν ἐν Διδύμοις καὶ Καρκίνῳ. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὡρολογίοις τὸ ἄκρον τῆς C τοῦ γνώμονος σκιᾶς τὰς αὐτὰς γράφει γραμμὰς ἐν τοῖς προειρημένοις ζωδίοις. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν χειμερινῶν τροπῶν. Οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἐκείνων ὑποληπτέον ἐν ὅλῳ τῷ Αἰγόκερῳ μεγίστας νύκτας γίνεσθαι· ἀλλ' ἕν τι σημεῖον λόγῳ θεωρητὸν, ὃ κοινόν ἐστιν Αἰγόκερω καὶ τοῦ Τοξότου, τὴν αὐτὴν ἀπόστασιν ἔχει ἀπὸ τοῦ τροπικοῦ χειμερινοῦ σημείου, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν παραλλήλων ἐμπεριλαμβάνεται κύκλων, καὶ ἔστιν ἀλλήλοις κατὰ συζυγίαν· ὅθεν καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ἴσα ἐστὶν ἐν Τοξότῃ καὶ Αἰγόκερῳ. Καθόλου δὲ ὅσα τῶν ζωδίων κατὰ συζυγίαν ἀλλήλοις ὑπάρχει, ταῦτα τὰ ζώδια ἴσας ἡμέρας καὶ νύκτας περιέχει. Ἔσονται οὖν ἴσαι ἡμέραι ἐν Διδύμοις καὶ Καρκίνῳ, Ταύρῳ καὶ Λέοντι, Κριῷ καὶ Παρθένῳ, Ἰχθύσι καὶ Ζυγῷ, Ὑδροχόῳ καὶ D Σκορπίῳ, Αἰγόκερῳ καὶ Τοξότῃ.

Nonnulli igitur putaverunt longissimas dies fieri in Cancro : siquidem æstivæ conversiones in dicto signo fiant : noctes vero maximas fieri in Capricorno, cum hibernæ conversiones fiant in Capricorno. Qua in re simile committunt erratum ei quod committunt in syzigiis. Si enim in totis signis fierent conversiones, esset verum quod modo dictum est : at nunc puncta tropica ratione sunt contemplabilia ; totum vero signum Cancri eamdem distantiam habet ab æstivo tropico puncto quam Gemini, et ab iisdem parallelis circulis comprehenditur ; et ex eodem loco ortum facit, et in eumdem locum facit occasum. Sunt enim hæc signa sibi invicem secundum syzygiam, seu combinationem. Quamobrem etiam magnitudines dierum et noctium æquales sunt in Geminis et Cancro. Etenim in horologiis extremitas umbræ in gnomone easdem lineas describit in dictis signis. Eadem est ratio etiam in hibernis conversionibus. Neque enim in illis putandum est in toto Capricorno longissimas fieri noctes : sed unum aliquod punctum ratione intelligendum commune est Capricorno et Sagittario : totum vero signum Capricorni, et signum Sagittarii eamdem habent distantiam ab hiberno tropico puncto, et ab iisdem parallelis circulis comprehenduntur, sibique invicem sunt secundum 16
syzygiam, seu combinationem. Unde etiam magnitudines dierum et noctium æquales sunt in Sagittario et Capricorno. Universaliter autem, quæ signa inter se sunt secundum syzygiam, ea signa æquales habent dies et noctes. Erunt igitur æquales dies in Geminis et Cancro, in Tauro et Leone, in Ariete et Virgine, in Piscibus et Libra, in Aquario et Scorpio, in Capricorno et Sagittario.

Τοῦ δὲ κόσμου σφαιροειδοῦς ὑπάρχοντος, καὶ κινουμένου φορὰν ἐγκύκλιον ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν, συμβαίνει ἅπαντα τὰ ἐπὶ τῆς σφαίρας σημεῖα ἐπὶ παραλλήλων κύκλων φέρεσθαι. Ἐξ οὗ φανερὸν, ὅτι καὶ πάντες οἱ ἀστέρες ἐπὶ παραλλήλων κύκλων τὴν κίνησιν ποιοῦνται. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου πάντες οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες ἀνατέλλουσι, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δύνουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παράλληλοι κύκλοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλουσι, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δύνουσιν.

Cum autem mundus sit sphæricus, et moveatur motu circulari ab ortu ad occasum, evenit ut omnia puncta in sphæra in parallelis circulis ferantur. Ex quo manifestum, quod etiam omnes stellæ in parallelis circulis motum faciant. Quam ob causam etiam eodem ex loco omnes stellæ fixæ oriuntur, et in eumdem locum occidunt : similiter autem et paralleli circuli ex eodem loco oriuntur, et in eumdem locum occidunt.

Ὁ δὲ τῶν ζωδίων κύκλος, λοξὸς ὢν τῇ πρὸς τοὺς

At zodiacus, cum sit obliquus situ ad parallelos,

non habet omnes partes ex eodem loco orientes, A nec in eumdem locum occidentes : quamobrem neque duodecim signa ex eodem loco oriuntur, neque in eumdem locum occidunt. Nam in latitudine zodiacus circulus ortus et occasus efficit. Est autem latitudo ortus ejus semicirculus a prima parte Cancri oriente, usque ad primam Capricorni partem ascendentem. Quanta enim est in horizonte zodiaci circulatio, quæ est inter hos dies, tantus est secundum latitudinem progressus zodiaco in horizonte. His congrua etiam Aratus ostendit, cum sic inquit :

At hic tantum aquam Oceani transit,
Quantum a Capricorno oriente maxime
Ad Cancrum orientem volvitur : quantum undique B
Oriens continet, tantum certe quidem alibi occidens.

In his enim determinat progressum zodiaci circuli, quem facit secundum latitudinem in ortu et occasu : idque congruenter mathematicis et apparentiæ. Talis cum sit inclinatio zodiaci, contingit etiam dodecatemoria, etsi magnitudine æqualia sunt, tamen inæqualibus temporibus ortus et occasus facere. Quæ enim cum zodiacus fit rectus ortum faciunt, illa signa in maximo tempore ortum et occasum faciunt. Recta enim ad horizontem cadunt, ut secundum unumquodque punctum fiat ortus signi, atque ideo magnum tempus ortus et occasus consumatur. Quæ vero cum zodiacus ad horizontem fit obliquus ortum faciunt, illa minore tempore oriuntur. Nam etiam signa obliqua inci- C dunt in horizontem, ut secundum multas alias partes simul ortum faciant, atque ideo velocem ortum contingat fieri. Unde etiam illud quod apud Aratum dicitur, quæritur quomodo et in longissimis noctibus, et in brevissimis, sex signa oriantur, et sex occidant, cum noctium diversitas sit magna. Dicit autem sic Aratus :

....omni in nocte
Sex semper occidunt duodecimæ partes circuli
Totidem oriuntur : in tantam longitudinem quævis

παραλλήλους θέσει, οὐ πάντα ἔχει τὰ μέρη ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλοντα, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δύνοντα· δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ τὰ ιβ' ζῴδια ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλει, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δύνει. Ἐν πλάτει γὰρ ὁ ζῳδιακὸς κύκλος τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ποιεῖται. Ἔστι δὲ τὸ πλάτος αὐτοῦ τῆς ἀνατολῆς τὸ ἀπὸ τοῦ Καρκίνου πρώτης μοίρας ἀνατελλούσης μέχρις Αἰγόκερω πρώτης μοίρας ἀναφερομένης. Ἡλίκη γάρ ἐστιν (28) ἡ μεταξὺ τῶν ἡμερῶν τούτων περιφορὰ τούτου ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος, τηλικαύτη ἐστὶν ἡ κατὰ πλάτος πάροδος ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος τῷ ζῳδιακῷ κύκλῳ. Τούτοις δὲ συμφώνως καὶ ὁ Ἄρατος ἀποφαίνεται λέγων οὕτως·

Αὐτὰρ ὅγ' Ὠκεανοῖο τόσον παραμείβεται ὕδωρ,
Ὅσσον ἀπ' Αἰγοκερῆος ἀνερχομένοιο μάλιστα
Καρκίνον εἰς ἀνιόντα κυλίνδεται· ὅσσον ἁπάντη
Ἀντέλλων ἐπέχει, τόσσον γε μὲν ἄλλοθι δύνων.

Ἐν γὰρ τούτοις τὴν πάροδον ἀφορίζει τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, ἣν ποιεῖται κατὰ πλάτος ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως συμφώνως τοῖς μαθηματικοῖς καὶ τῷ φαινομένῳ. Τοιαύτης δὲ τῆς ἐγκλίσεως ὑπαρχούσης τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, συμβαίνει καὶ τὰ δωδεκατημόρια ἴσα ὄντα κατὰ τὸ μέγεθος ἀνίσοις χρόνοις τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ποιεῖσθαι. Ὅσα μὲν γὰρ ὀρθοῦ γιγνομένου τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται, ἐκεῖνα τὰ ζῴδια ἐν πλείστῳ [31] χρόνῳ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν δύσιν ποιεῖται. Ὀρθὰ γὰρ παρὰ τὸν ὁρίζοντα παραπίπτει· ὥστε καθ' ἓν ἕκαστον σημεῖον τοῦ ζῳδίου τὴν ἀνατολὴν γίνεσθαι· διὰ δὲ τοῦτο πολὺν χρόνον ἀναλίσκεσθαι τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως· ὅσα δὲ πλαγίου γινομένου τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, πρὸς τὸν ὁρίζοντα τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται, ἐκεῖνα ἐν ἐλάττονι χρόνῳ ἐπαναφέρεται. Πλάγια γὰρ παραπίπτει καὶ τὰ ζῴδια πρὸς τὸν ὁρίζοντα· ὥστε κατ' ἄλλα πολλὰ μέρη ἅμα τὴν ἀνατολὴν ποιεῖσθαι. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ταχεῖαν τὴν ἀνατολὴν συμβαίνει γίνεσθαι. Ὅθεν καὶ τὸ παρ' Ἀράτῳ λεγόμενον ζητεῖται, πῶς καὶ ἐν ταῖς μακροτάταις νυξὶ καὶ ἐν ταῖς βραχυτάταις ἓξ δωδεκατημόρια ἀνατέλλει, καὶ ἓξ δύνει, τῆς παραλλαγῆς τῶν νυκτῶν μεγάλης ὑπαρχούσης. Ἡ γὰρ μεγίστη νὺξ τῆς ἐλαχίστης ὑπερέχει ὥρας ἰσημερινὰς ιζ'. Λέγει δὲ Ἄρατος οὕτως·

. . . . πάσῃ δὲ ἐπὶ νυκτὶ (29)
Ἓξ ἀεὶ δύνουσι δυωδεκάδες κύκλοιο,
Τόσσαι δ' ἀντέλλουσι· τόσον δ' ἐπὶ μῆκος ἑκάστη

[31] γρ. πλείονι.

(28) *Ἡλίκη γάρ ἐστιν.* Horizontis arcum describit, qui inter punctum ortivum Capricorni ac Cancri interceptus est. Itaque περιφορά idem est quod περιφέρεια. Sed vox τούτου expungenda videtur, pro qua in codice veteri τοῦτο legitur, nihilo sincerius. Sed Arati versus, qui ab Gemino declarantur, obscurissimi sunt; ut minus miremur a Theone, sive scholiorum miscella, et ab Avieno haud satis intellectos fuisse. Sic enim explicant, quasi hoc Aratus sibi velit; tantumdem ex illo circulo supra terram ab oriente Capricorno ad orientem patere Cancrum, quantum sub terra est a Cancro ad Capricornum. Ita Theon. Festus autem Avienus:

Ille autem Oceani tantum descendit in æquor,
Quantum a cæruleo distat Cancro Capricornus.

Quæ sententia nugatoria est, neque ad rem perti- D net. Hoc enim circulis omnibus maximis convenit, qui æqualiter ab horizonte dividuntur. Imo in sphæra recta commune id est parallelis omnibus. Aratus autem peculiare aliquid zodiaco circulo versibus iisce complexus est. Ne multa, ὅσσον, et τόσσον secundum latitudinem, ut vocant, ortivam, sive κατὰ πλάτος, non κατὰ μῆκος intelligendum est, ut docet Geminus. Quantum ait intervallum est inter punctum horizontis, a quo Capricornus oritur, et illud unde Cancer exortum facit, tantam oriendi occidendive latitudinem habet zodiacus, ac tantum spatium, ab Oceano, id est horizonte attollens sese, complectitur, similiterque occidens.

(29) *Πάσῃ δὲ ἐπὶ νυκτί.* Si Solinianum exercitatorem auscultes, vapulabit Aratus, qui δυωδεκάδα dixit pro duodecima parte, cum sit duodenarius ipse totus. Nam Casaubonum redarguit, quod apud

Νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, ὅσον τέ περ ἥμισυ κύκλου
Ἀρχομένης ἀπὸ νυκτὸς ἀείρεται ὑψόθι γαίης.

Ἀπορεῖται δὴ, πῶς καὶ ἐν ταῖς μακροτάταις καὶ ἐν ταῖς βραχυτάταις νυξὶν ἡμικύκλιον τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου καὶ ἀνατέλλει, καὶ δύνει. Γίνεται δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἔγκλισιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. Διὰ γὰρ τὴν λοξότητα ἐν ἀνίσοις χρόνοις ἀνατέλλει, καὶ δύνει τὰ τοῦ ζωδιακοῦ [κύκλου] ἡμικύκλια. Ταπεινοτάτου μὲν γὰρ ὄντος τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου πρὸς τὸν ὁρίζοντα, ὅπερ γίνεται Αἰγόκερω πρώτης μοίρας μεσουρανούσης, ταχεῖαν ποεῖται τὴν ἀνατολὴν τὸ ἡμικύκλιον τὸ ἀπὸ τοῦ Κριοῦ πρώτης μοίρας μέχρι Παρθένου μοίρας λ'. Πλάγιον γὰρ παραπίπτει παρὰ τὸν ὁρίζοντα, καὶ πολλὰ μέρη ἅμα τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται. Ὀρθοτάτου δὲ ὄντος τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὅπερ γίνεται Καρκίνου πρώτης μοίρας μεσουρανούσης, ταχεῖαν ποιεῖται τὴν ἀνατολὴν τὸ ἡμικύκλιον τὸ ἀπὸ τοῦ Ζυγοῦ πρώτης μοίρας μέχρις Ἰχθύων μοίρας λ'· ὅθεν ἐν πολλῷ χρόνῳ τὴν ἀναφορὰν ποιεῖται. Εὐλόγως οὖν καὶ ἐν ταῖς χειμεριναῖς νυξὶ καὶ ἐν ταῖς θεριναῖς ἓξ ζώδια ἀνατέλλει, καὶ ἓξ ζώδια δύνει. Οἱ γὰρ ἀνατολικοὶ χρόνοι, τῶν ζωδίων ἴσων ὄντων κατὰ τὸ μέγεθος, ἄνισοι γίνονται κατὰ τοὺς χρόνους. Καὶ ἐν μὲν ταῖς χειμεριναῖς νυξὶ τὰ πολυχρόνιον ποιούμενα τὴν ἀνατολὴν ἀναφέρεται· ἐν δὲ ταῖς θεριναῖς νυξὶ τὰ ταχεῖαν ποιούμενα τὴν ἀνατολὴν ἀνατέλλει.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καθάπερ ἐπὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ζωδίων ἠγνόησαν, οὕτως καὶ ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς χρόνοις τῶν ζωδίων διήμαρτον. Ὑποστησάμενοι γὰρ ὀρθότατον εἶναι τὸν ζωδιακὸν κύκλον, Καρκίνου πρώτης μοίρας μεσουρανούσης· ἐπεὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀνατέλλει μὲν Ζυγὸς, δύνει δὲ Κριός· ἀπεφήναντο ἐν πλείστῳ μὲν χρόνῳ ἀνατέλλειν Ζυγὸν, ἐν πλείστῳ δὲ χρόνῳ δύνειν Κριόν. Πάλιν ἐπεὶ ταπεινότατος γίνεται ὁ τῶν ζωδίων κύκλος, Αἰγόκερω πρώτης μοίρας μεσουρανούσης, κατὰ τοῦταν δὲ τὸν καιρὸν ἀνατέλλει μὲν Κριὸς, δύνει δὲ Ζυγός· ἀπεφήναντο μὲν τάχιστα ἀνατέλλειν Κριὸν, ἐλαχίστῳ δὲ χρόνῳ δύνειν Ζυγόν. Πάλιν ἐπεὶ μέσην ἔγκλισιν λαμβάνει ὁ τῶν ζωδίων κύκλος πρὸς τὸν ὁρίζοντα, Κριοῦ πρώτης μοίρας μεσουρανούσης, καὶ Ζυγοῦ πρώτης μοίρας μεσουρανούσης· ἀνατέλλει μὲν Καρκίνος, δύνει δὲ Αἰγόκερως· ὥστε μέσον χρόνον τῆς ἀνατολῆς ἔχειν Καρκίνον, καὶ μέσον χρόνον τῆς δύσεως Αἰγόκερων· πάλιν δὲ Χηλῶν μεσουρανουσῶν, μέσον χρόνον τῆς ἀνατολῆς ἕξει Αἰγόκερως, καὶ μέσον τῆς δύσεως χρόνον Καρκίνος. Ἡ δὲ τοσαύτη ἔκθεσις τῶν ἀνατολικῶν χρόνων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐστὶ διημαρτημένη. Ἐπεὶ γὰρ Δίδυμοι καὶ Καρκίνος τὴν αὐτὴν ἔγκλισιν ἔχουσιν ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ πρὸς τὸν ὁρίζοντα, καὶ τὴν αὐτὴν ἀπόστασιν ἀπὸ τοῦ θερινοῦ

A *Nox semper est extensa, quantam medietas circuli*
A nocte incipiente attollitur supra terram.

Dubitatur jam quomodo etiam in longissimis et in brevissimis noctibus semicirculus zodiaci et oriatur et occidat. Fit autem hoc propter inclinationem zodiaci. Nam propter obliquitatem, in temporibus inæqualibus oriuntur et occidunt zodiaci semicirculi. Nam cum zodiacus **17** circulus est humillimus ad horizontem, quod fit cum Capricorni prima pars medium cœli tenet, velocem facit ortum semicirculus qui est ab Arietis prima parte usque ad Virginis partem tricesimam. Nam oblique cadit ad horizontem, et in multis partibus simul ortum facit. Cum vero zodiacus est rectissimus, quod fit, cum prima pars Cancri medium cœli tenet, B velocem facit ortum et semicirculus qui est a Libræ prima parte usque ad Piscium partem tricesimam : unde in longo tempore ortum facit. Convenienter igitur et in hibernis noctibus, et in æstivis, sex signa oriuntur, et sex signa occidunt. Nam ortiva tempora, etsi signa quoad magnitudinem sunt æqualia, fiunt inæqualia secundum tempora. Et quidem in hibernis noctibus ea signa oriuntur quæ tardum faciunt ortum ; in æstivis noctibus ea oriuntur signa quæ velocem faciunt ortum.

Veteres igitur, quemadmodum non recte intellexerunt signa combinatoria, sic etiam in ortivis temporibus signorum erraverunt. Cum enim præ- C supposuissent zodiacum circulum tum rectissimum esse, cum Cancri prima pars medium cœli teneret ; cumque hoc tempore oriatur Libra, occidat Aries : inde statuerunt longissimo tempore oriri Libram, et longissimo tempore occidere Arietem. Rursus cum humillimus fiat zodiacus, prima parte Capricorni tenente medium cœli, et hoc tempore oriatur Aries, Libra occidat : statuerunt celerrime oriri Arietem, et celerrimo tempore occidere Libram. Rursus cum mediam inclinationem zodiacus tum ad horizontem accipiat, cum prima pars Arietis medium cœli occupat, et Libræ pars prima medium cœli tenet, oriatur autem Cancer et occidat Capricornus : statuerunt igitur, medium tempus ortus habere Cancrum, et medium tempus occasus D Capricornum ; rursus Chelis medium cœli tenentibus, medium tempus ortus habebit Capricornus, et medium tempus occasus Cancer. Talis expositio ortivorum temporum apud veteres falsa est. Cum enim Gemini et Cancer eamdem habeant inclinationem in zodiaco ad horizontem, eamdemque distantiam ab æstivo tropico signo, et dierum magni-

Strabonem lib. II, ἑξηκοντάδας pro alia voce depravata restitui jubens, sexagesimas partes interpretatus sit. Hoc vero Salmasius (pag. 664) ideo reprehendit, quod ea notione scribendum ἑξηκοστάδας, si quidem ἑξηκοντάς, inquit, est sexagenarius, non pars sexagesima ; sicut δεκάς non decima pars, sed decuria. Secundum hoc grammaticum interdictum vadimonium Arato dicetur ; nec recusare poterit, quin ad tribunal Salmasii reus citetur, quod δωδεκάδας scripserit pro δωδεκατάδας. Ut enim ab eo, quod est ἑξηκοστός, deflecti vult τὴν ἑξηκοστάδα, sic ab δέκατος, vel δωδέκατος formare oportebit δεκατάδας, vel δωδεκατάδας. Apage has ineptias : τοῦτο νομοθετοῦντός ἐστι τοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ἀληθεύοντος, ut cum Nazianzeno loquar. Postremo vel Strabo ipse correctoris licentiam refrenat, apud quem paucis post illa versibus, τῶν ἑξηκοντάδων vocabulum legitur.

tudines æquales, et Cancro mediante in cœlo, oriatur Libra : in temporibus æqualibus oriuntur Virgo et Libra.

Cumque rectissimus fiat zodiacus, Geminis et Cancro medium cœli tenentibus, longissimo tempore oriuntur Virgo et Libra, et non tantum Chelæ, ut veteres opinabantur.

Rursus cum Sagittarius et Capricornus eamdem habeant ad horizontem inclinationem, et Sagittario medium cœli tenente oriantur Pisces, occidat Virgo : Capricorno medium cœli occupante, oriatur Aries, occidat Libra, fiatque humillimus zodiacus, cum Sagittarius et Capricornus in cœlo mediant : in brevissimo tempore occidunt Virgo et Libra.

Rursus vero cum Piscibus medium cœli tenentibus oriantur Gemini : Ariete medium cœli occupante oriatur Cancer : Piscibus vero et Ariete in cœlo mediantibus, mediam inclinationem habeat zodiacus : medium igitur tempus ortus continent Gemini et Cancer, Sagittarius vero et Capricornus occasus.

Similiter cum, Virgine et Chelis medium cœli tenentibus, mediam inclinationem zodiacus habere dicatur, et Virgine medium cœli tenente, oriatur Sagittarius, occidant Gemini ; Chelis vero cœli medium occupantibus oriatur Capricornus, occidat Cancer, medium tempus habebunt ortus Sagittarius et Capricornus, occasus vero Gemini et Cancer.

Ex his manifestum est quod ea signa quæ æqualiter a punctis tropicis et æquinoctialibus distant, æqualibus temporibus oriantur et occidant; et cum omni nocte sex signa oriantur in horis 12, et omni die sex signa oriantur in horis 12, manifestum est quod et in die et in nocte 12 signa oriantur in horis 24, et unum signum in 2 horis secundum medium ortuum tempus. Et rursus cum omni nocte sex signa oriantur in horis 12, manifestum est ex iisdem, quod unum signum in duabus horis occidat, et 12 signa oriantur, et occidant in horis æquinoctialibus 24, et omnium signorum tempus ortus et occasus, simul sumptum, sit æquale tempori horarum æquinoctialium 24, et quod quæcunque signa longissimo tempore oriuntur, ea brevissimo tempore occidant : quæ vero brevissimo tempore oriuntur, ea longissimo tempore occidant.

18 CAPUT VI.

De mensibus.

Mensis est tempus a conjunctione ad conjunctionem, aut a plenilunio ad plenilunium. Est autem conjunctio, cum in eadem parte fuerint sol et luna : quod fit circa tricesimum diem lunæ. Plenilunium dicitur, cum luna secundum diametrum

A τροπικοῦ σημείου, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν ἴσα· καὶ Διδύμων μὲν μεσουρανούντων ἀνατέλλει Παρθένος· Καρκίνου δὲ μεσουρανοῦντος, ἀνατέλλει Ζυγός· ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀνατέλλουσι Παρθένος καὶ Ζυγός.

Καὶ ἐπεὶ ὀρθότατος γίνεται ὁ τῶν ζωδίων κύκλος, Διδύμου καὶ Καρκίνου μεσουρανούντων, ἐν πλείστῳ χρόνῳ ἀνατέλλουσι Παρθένος καὶ Ζυγὸς, καὶ οὐ μόνον αἱ Χηλαὶ, καθάπερ οἱ ἀρχαῖοι διελάμβανον.

Πάλιν δὲ ἐπεὶ Τοξότης καὶ Αἰγόκερως τὴν αὐτὴν ἔγκλισιν ἔχουσι πρὸς τὸν ὁρίζοντα, καὶ Τοξότου μεσουρανοῦντος, ἀνατέλλουσιν Ἰχθύες, δύνει δὲ Παρθένος· Αἰγόκερω δὲ μεσουρανοῦντος, ἀνατέλλει μὲν Κριὸς, δύνει δὲ Ζυγὸς, καὶ γίνεται ταπεινότατος ὁ τῶν ζωδίων κύκλος, Τοξότου καὶ Αἰγόκερω μεσουρανούντων· ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ δύνουσι Παρθένος καὶ B Ζυγός.

Πάλιν δὲ ἐπεὶ Ἰχθύων μεσουρανούντων ἀνατέλλουσι Δίδυμοι, Κριοῦ μεσουρανοῦντος ἀνατέλλει Καρκίνος, Ἰχθύων δὲ καὶ Κριοῦ μεσουρανούντων, μέσην ἔγκλισιν ἔχει ὁ ζωδιακὸς κύκλος· μέσον ἄρα χρόνον τῆς ἀνατολῆς περιέχουσι Δίδυμοι καὶ Καρκίνος, δύσεως δὲ Τοξότης καὶ Αἰγόκερως.

Ὁμοίως δὲ ἐπεὶ Παρθένου καὶ Χηλῶν μεσουρανουσῶν μέσην ἔγκλισιν ἔχειν λέγεται ὁ ζωδιακὸς κύκλος, καὶ Παρθένου μεσουρανούσης, ἀνατέλλει μὲν Τοξότης, δύνουσι δὲ Δίδυμοι· Χηλῶν δὲ μεσουρανουσῶν ἀνατέλλει Αἰγόκερως, δύνει δὲ Καρκίνος· μέσον χρόνον περιέξουσι τῆς ἀνατολῆς Τοξότης καὶ Αἰγόκερως, C τῆς δὲ δύσεως Δίδυμοι καὶ Καρκίνος.

Ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι τὰ ἴσον ἀπέχοντα τῶν τροπικῶν, καὶ τῶν ἰσημερινῶν σημείων ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀνατέλλει, καὶ δύνει· καὶ ἐπεὶ ἐν πάσῃ νυκτὶ ἓξ ζώδια ἀνατέλλει ἐν ὥραις ιβ', φανερὸν, ὅτι καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ ιβ' ζώδια ἀνατέλλει ἐν ὥραις κδ'. τὸ δὲ ἓν ζώδιον ἀνατέλλει ἐν δυσὶν ὥραις κατὰ τὸν μέσον τῶν ἀνατολῶν χρόνον. Καὶ πάλιν ἐπεὶ ἐν πάσῃ νυκτὶ ἓξ ζώδια δύνει ἐν ὥραις ιβ', φανερὸν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὅτι τὸ ἓν ζώδιον ἐν δυσὶν ὥραις δύνει, καὶ ιβ' ζώδια ἀνατέλλει καὶ δύνει ἐν ὥραις ἰσημεριναῖς κδ'· καὶ πάντων τῶν ζωδίων ὁ συναμφότερος χρόνος τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεώς ἐστιν ἴσος ὡρῶν ἰσημερινῶν κδ'· καὶ ὅσα μὲν τῶν ζωδίων ἐν πλεί- D στῳ χρόνῳ ἀνατέλλει, ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ δύνει· ὅσα δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ἀναφέρεται, ἐν πλείστῳ χρόνῳ δύνει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ μηνῶν.

Μὴν ἐστι χρόνος (30) ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον, ἢ ἀπὸ πανσελήνου ἐπὶ πανσέληνον. Ἔστι δὲ σύνοδος μὲν, ὅταν ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ γένηται ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη· τοῦτ' ἔστι περὶ τὴν τριακάδα σελήνης. Πανσέληνος δὲ λέγεται, ὅταν ἡ σελήνη κατὰ διάμετρον

(30) *Μὴν ἐστι χρόνος*. Sextum hoc caput Gemini longe utilissimum est, ac pulcherrimum ad anni Græci et Attici veteris formam explicandam. Eo nos usi sumus passim lib. I et II *De doctr. temp.*

γένηται τῷ ἡλίῳ· τοῦτο δέ ἐστι περὶ τὴν διχομηνίαν. A 'Εστι δὲ μηνιαῖος χρόνος (31) ἡμερῶν κθ' α'/β' α'/λγ' ἐν δὲ τῷ μηνιαίῳ χρόνῳ ἡ σελήνη διαπορεύεται τόν τε τῶν ζωδίων κύκλον, καὶ ἔτι τὴν περιφέρειαν ἣν ὁ ἥλιος ἐν τῷ μηνιαίῳ χρόνῳ εἰς τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων μεταβαίνει. Αὐτὴ δέ ἐστιν ὡς ἔγγιστα ζωδίου· ὥστε ἐν τῷ μηνιαίῳ χρόνῳ ιγ' ζώδια ὡς ἔγγιστα κινεῖσθαι τὴν σελήνην. 'Εστι δὲ ὁ μὲν ἀκριβὴς μηνιαῖος χρόνος, καθάπερ εἴρηται, ἡμερῶν κθ' α'/β' α'/λγ'· οἱ δὲ πρὸς τὴν πολιτικὴν ἀγωγὴν ὁλοσχερέστερον λαμβανόμενοι μηνιαῖοι χρόνοι εἰσὶν ἡμερῶν κθ α'/β', ὥστε τὸν δίμηνον χρόνον γενέσθαι ἡμερῶν νθ'. Ὅθεν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οἱ κατὰ πόλιν μῆνες ἐναλλὰξ ἄγονται πλήρεις καὶ κοῖλοι· διὰ τὸ τὴν σελήνην δίμηνον ἡμερῶν εἶναι νθ'.

opponitur soli. Hoc fit circa medium mensem. Est autem menstruum tempus dierum 29 1/2 1/33; in menstruo autem tempore luna peragrat et circulum zodiacum, et præterea eum arcum quem sol in menstruo tempore in consequentia signa transit. Hic arcus autem fere est unius signi. Itaque in menstruo tempore luna fere 13 signa percurrit. Est autem exactum menstruum tempus, sicut dictum est, dierum 29 1/2 1/33, quæ vero menstrua tempora ad civilem usum minus accurate sumuntur, ea sunt dierum 29 1/2, ita ut bimestre tempus fiat dierum 59: unde propter hanc causam civiles menses alternatim aguntur pleni, et cavi: propterea quod luna bimestris sit dierum 59.

B

Ἐκ δὲ τούτων συνάγεται ὁ κατὰ σελήνην ἐνιαυτὸς ἡμερῶν τνδ'. Ἐὰν γὰρ τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας τὰς κθ' α'/β' δωδεκάκις πολλαπλασιάσωμεν, ἀποτελεσθήσονται ἡμέραι αἱ τοῦ κατὰ σελήνην ἐνιαυτοῦ τνδ'. Ἄλλος γάρ ἐστι καθ' ἥλιον ἐνιαυτὸς, καὶ ἄλλος κατὰ σελήνην. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἡλίου ιβ' ζωδίων ἔχει περιδρομὴν τοῦ ἡλίου· ὅπερ εἰσὶν ἡμέραι τξε' α'/δ'· ὁ δὲ τῆς σελήνης, ιβ' μηνῶν περιέχει χρόνον τῆς σελήνης, ὅπερ ἐστὶν ἡμέραι τνδ', ἐπεὶ οὔτε ὁ μὴν ἐξ ὅλων ἡμερῶν συνέστηκεν, οὔτε ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτός. Ἐζητεῖτο οὖν χρόνος ὑπὸ τῶν ἀστρολόγων, ὃς περιέχει ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλους μῆνας, καὶ ὅλους ἐνιαυτούς.

Ex his autem colligitur lunaris annus dierum 354. Si enim unius mensis dies 29 1/2 duodecies multiplicaverimus, efficientur lunaris anni dies 354. Alius enim est annus solaris, et alius annus lunaris. Solaris enim annus habet circuitum solis per 12 signa, qui habet dies 365 1/4: at lunaris annus continet tempus 12 mensium lunarium, quod est dierum 354. Siquidem nec mensis ex integris constat diebus, nec annus solaris. Quærebatur igitur tempus ab astrologis quod integros dies, et integros menses, et integros annos contineret.

Πρόθεσις γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις (32) τοὺς μὲν μῆνας C ἄγειν κατὰ σελήνην, τοὺς δὲ ἐνιαυτοὺς καθ' ἥλιον. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν χρησμῶν παραγγελλόμενον, τὸ θύειν κατὰ γ', ἤγουν τὰ πάτρια, μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς· τοῦτο διέλαβον ἅπαντες οἱ Ἕλληνες τῷ τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς συμφώνως ἄγειν τῷ ἡλίῳ, τὰς δὲ ἡμέρας καὶ τοὺς μῆνας τῇ σελήνῃ. Ἔστι δὲ τὸ μὲν καθ' ἥλιον ἄγειν τοὺς ἐνιαυτοὺς τὸ περὶ τὰς αὐτὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τὴν μὲν ἐαρινὴν θυσίαν διὰ παντὸς κατὰ τὸ ἔαρ συντελεῖσθαι, τὴν δὲ θερινὴν κατὰ τὸ θέρος· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς καιροὺς τοῦ ἔτους τὰς αὐτὰς θυσίας πίπτειν. Τοῦτο γὰρ ὑπέλαβον προσηνὲς καὶ κεχαρισμένον εἶναι τοῖς θεοῖς. Τοῦτο δὲ ἄλλως οὐκ ἂν δύναιτο γενέσθαι, εἰ μὴ αἱ τροπαὶ καὶ αἱ ἰσημερίαι περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους γίγνοιντο. D Τὸ δὲ κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας τοιοῦτόν ἐστι, τὸ ἀκολούθως τοῖς τῆς σελήνης φωτισμοῖς τὰς προσηγορίας τῶν ἡμερῶν γίνεσθαι. Ἀπὸ γὰρ τῶν τῆς σελήνης φωτισμῶν αἱ προσηγορίαι τῶν ἡμερῶν κατωνομάσθησαν.

Propositum enim fuit veteribus menses quidem agere secundum lunam, annos vero secundum solem. Quod enim a legibus et oraculis præcipiebatur, ut sacrificarent secundum tria, videlicet patria, menses, dies, annos; hoc ita distincte faciebant universi Græci, ut annos agerent congruenter cum sole; dies vero, et menses cum luna. Porro secundum solem annos agere est circa easdem tempestates anni eadem sacrificia diis perfici; et vernum sacrificium semper in vere consummari, æstivum autem in æstate: similiter et in reliquis anni temporibus eadem sacrificia cadere. Hoc enim putabant acceptum et gratum esse diis. Hoc autem aliter fieri non posset, nisi conversiones solstitiales et æquinoctia in iisdem zodiaci locis fierent. Secundum lunam vero dies agere est tale, ut congruant cum lunæ illuminationibus appellationes dierum. Nam a lunæ illuminationibus appellationes dierum sunt denominatæ.

Ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἡμέρᾳ νέα ἡ σελήνη φαίνεται, κατὰ συναλοιφὴν νεομηνία [33] προσηγορεύθη· ἐν ᾗ δὲ

In qua enim die luna apparet nova, ea per synalœphen, seu compositionem, νεομηνία, id est, no-

[33] f. νουμηνια.

(31) *Ἔστι δὲ μηνιαῖος χρόνος*. Non exactus hic lunaris syzygiæ modus est, ut ex pag. 21 constabit.

(32) *Πρόθεσις γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις*. Hic minimum annum usurpat Geminus pro majori, et ex pluribus conflato: cujusmodi erat octaeteris enneadecaeteris; qui annus Cleostrati, vel Harpali, vel Metonis, aut Calippi nominari consueverat. Hæc vel pueris ignorare non licet.

vilunium appellatur; in qua vero die secundam facit apparitionem, eam secundam lunam vocarunt; apparitionem lunæ, quæ circa medium mensis fit, ab ipso eventu, διχομηνίαν, id est medietatem mensis nominarunt, ac summatim omnes dies a lunæ illuminationibus denominarunt. Unde etiam tricesimam mensis diem, cum ultima sit, ab ipso eventu triacada vocarunt. His consentanea etiam Aratus in appellationibus dierum demonstrat, cum sic inquit :

Nonne vides, cum parva cornibus luna
Vesperi apparuerit, crescentis docet
Mensis (signum) *inde cum primus splendor diffunditur,*
Ut umbram faciat, tendit ad quartum diem.
Octo dies in medio orbe luminis medietatem mensis
tota facie (33).
B *Semper autem alio tempore alias frontes inclinans*
Dixerit, quota mensis aurora circumvolvatur.

19 In his enim perspicue inquit ab illuminationibus lunæ appellationes dierum denominatas esse. Hujus quod secundum lunam accurate dies Græci agant, argumentum est hoc, quod solis eclipses fiant in triacade, hoc est die tricesima. Tunc enim luna conjungitur cum sole, et in eodem gradu constituitur. Lunæ vero eclipses contingant ea nocte quæ tendit ad medietatem mensis. Tunc enim secundum diametrum luna soli opponitur, et incidit in umbram terræ. Cum igitur et anni accurate agantur secundum solem, et menses et dies secundum lunam, tunc putant Græci se secundum patria sacrificare; hoc autem est iisdem temporibus anni C eadem sacrificia diis consummare. Atque Ægyptii quidem contrariam Græcis et sententiam et propositum habuerunt. Neque enim annos agunt secundum solem, neque menses et dies secundum lunam, sed propria quadam ratione sunt usi. Volunt enim sacrificia diis fieri non secundum idem tempus anni; sed ea per omnes anni quadrantes ire, et fieri ex æstivo festo et hibernum, et autumnale, et vernum. Agunt enim annum dierum 365, duodecim enim menses agunt 30 dierum, et quinque dies epactas addunt. Sed quadrantem illum diei non intercalant propter prædictam causam; ut videlicet illis festa anticipent. Nam in quatuor annis uno die Ægyptii deficiunt a sole, in 40 annis decem diebus deficient D propter annum solis. Itaque etiam totidem diebus anticipant festa, ut ne contingant secundum eosdem quadrantes anni. In annis vero 120 menstrua erit varietas, respiciendo cum ad annum solis, tum ad anni quadrantes. Quamobrem erratum illud, quod apud Græcos circumfertur, cum propter temporis longitudinem approbatione dignum sit habitum, etiam ad nostra usque tempora pro vero creditum fuit. Putant enim plurimi Græcorum in festum Isi-

A ἡμέρᾳ τὴν δευτέραν φάσιν ποιεῖται, δευτέραν προσηγόρευσαν· τὴν δὲ κατὰ μέσον τοῦ μηνὸς γινομένην φάσιν τῆς σελήνης ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ συμβαίνοντος διχομηνίαν ἐκάλεσαν. Καὶ καθόλου δὲ πάσας τὰς ἡμέρας ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης φωτισμῶν προσωνόμασαν. Ὅθεν καὶ τὴν τριακοστὴν τοῦ μηνὸς ἡμέραν ἐσχάτην οὖσαν ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ συμβαίνοντος τριακάδα ἐκάλεσαν. Τούτοις δὲ ἀκολούθως καὶ ὁ Ἄρατος ἐπὶ τῶν προσηγοριῶν τῶν ἡμερῶν ἀποφαίνεται, λέγων οὕτως·

Οὐχ ὁράας, ὀλίγη μὲν ὅταν κεράεσσι σελήνη
Ἑσπερόθεν φαίνηται, ἀεξομένοιο διδάσκει
Μηνός, ὅτε πρώτη ἀποκλίδναται αὐτόθεν αὐγή,
Ὅσσον ἐπισκιάειν ἐπὶ τέτρατον ἦμαρ ἰοῦσα.
Ὀκτὼ δ' ἐν διχάσει· διχόμηνα δὲ παντὶ προσώπῳ.
Αἰεὶ δ' ἄλλοθεν ἄλλα παρακλίνουσα μέτωπα
Εἴρῃ, ὁποσταίη μηνὸς περιτέλλεται ἠώς.

Ἐν γὰρ τούτοις σαφῶς φησιν ἐκ τῶν φωτισμῶν τῆς σελήνης τὰς προσηγορίας τῶν ἡμερῶν κατωνομάσθαι. Τοῦ δὲ κατὰ σελήνην ἄγειν ἀκριβῶς τὰς ἡμέρας παράδειγμά ἐστι τὸ τὰς μὲν τοῦ ἡλίου ἐκλείψεις γίνεσθαι τῇ τριακάδι. Τότε γὰρ συνοδεύει ἡ σελήνη τῷ ἡλίῳ, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν μοῖραν γίνεται. Τὰς δὲ τῆς σελήνης ἐκλείψεις νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς τὴν διχομηνίαν. Τότε γὰρ κατὰ διάμετρον γίνεται ἡ σελήνη τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐμπίπτει εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα. Ὅταν οὖν καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ ἀκριβῶς ἄγωνται καθ' ἥλιον, καὶ οἱ μῆνες, καὶ αἱ ἡμέραι κατὰ σελήνην, τότε νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες κατὰ τὰ πάτρια θύειν· C τοῦτο δ' ἐστὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς συντελεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι (34) τὴν ἐναντίαν διάληψιν καὶ πρόθεσιν ἐσχήκασι τοῖς Ἕλλησιν. Οὔτε γὰρ τοὺς ἐνιαυτοὺς ἄγουσι καθ' ἥλιον, οὔτε τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ τὴν σελήνην· ἀλλ' ἰδίᾳ τινὶ ὑποστάσει κεχρημένοι εἰσί. Βούλονται γὰρ τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι· ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διελθεῖν· καὶ γίνεσθαι τὴν θερινὴν ἑορτὴν καὶ χειμερινὴν, καὶ φθινοπωρινὴν, καὶ ἐαρινήν. Ἄγουσι γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε· δώδεκα γὰρ μῆνας ἄγουσι τριακονθημέρους καὶ πέντε ἡμέρας ἐπάγουσι. Τὸ δὲ α'/δ' οὐκ ἐπάγουσι διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζωνται αἱ ἑορταί. D Ἐν γὰρ τοῖς δ' ἔτεσι μιᾷ ἡμέρᾳ ὑστεροῦσι παρὰ τὸν ἥλιον· ἐν δὲ τοῖς μ' ἔτεσι ι' ἡμέραις ὑστερήσουσι παρὰ τὸν τοῦ ἡλίου ἐνιαυτόν· ὥστε καὶ τοσαύταις ἡμέραις ἀναποδίζουσιν αἱ ἑορταὶ, πρὸς τὸ μὴ γίνεσθαι κατὰ τὰς αὐτὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἐν δὲ τοῖς ρκ' [23] ἔτεσι μηνιαῖον ἔσται τὸ παράλλαγμα καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἡλίου ἐνιαυτὸν, καὶ πρὸς τὰς κατὰ τὸ ἔτος ὥρας. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ τὸ περιφερόμενον ἁμάρτημα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐκ πολλῶν χρόνων παραδοχῆς

[23] γρ. ρκε'.

(33) Id est integro orbe lucens.

(34) *Οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι.* Hic locus Soliniani commentatoris castigat errorem, qui annum Ægypliacum ita contexuit, ut præter dies CCCLXV horæ sex quotannis insererentur.

A ἠξιωμένον μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεπίστευται. Ὑπολαμβάνουσι γὰρ οἱ πλεῖστοι (35) τῶν Ἑλλήνων ἅμα τοῖς Ἰσίοις κατ' Αἰγυπτίους καὶ κατ' Εὔδοξον εἶναι χειμερινὰς τροπάς· ὅπερ ἐστὶ παντάπασι ψεῦδος. Μηνὶ γὰρ ὅλῳ παραλλάσσει τὰ Ἴσια πρὸς τὰς χειμερινὰς τροπάς. Ἐῤῥύη δὲ τὸ ἁμάρτημα ἀπὸ τῆς προειρημένης αἰτίας· πρὸ γὰρ ρκ' ἐτῶν συνέπεσε κατ' αὐτὰς τὰς χειμερινὰς τροπὰς ἄγεσθαι τὰ Ἴσια· ἐν ἔτεσι δὲ τέσσαρσι μιᾶς ἡμέρας ἐγένετο παράλλαγμα. Τοῦτο οὖν οὐκ αἰσθητὴν ἔσχε παραλλαγὴν πρὸς τὰς κατ' ἔτος ὥρας. Ἐν ἔτεσι δὲ μ' ἡμερῶν ι' ἐγένετο παράλλαγμα. Οὐδ' οὕτως αἰσθητὴν εἶναι συμβαίνει τὴν παραλλαγήν. Νυνὶ μέντοιγε μηνιαίας γινομένης παραλλαγῆς ἐν ρκ' ἔτεσιν, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπουσιν ἀγνοίας οἱ διαλαμβάνοντες ἐν τοῖς
B Ἰσίοις κατ' Αἰγυπτίους, καὶ κατ' Εὔδοξον τὰς χειμερινὰς τροπὰς εἶναι. Μιᾷ μὲν γὰρ ἡμέρᾳ ἢ δυσὶ διενεχθῆναι ἐνδεχόμενόν ἐστι· μηνιαῖον δὲ παράλλαγμα ἀδύνατόν ἐστι λαθεῖν. Καὶ γὰρ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν ἐλέγχειν δύναται, μεγάλην ἔχοντα παραλλαγὴν πρὸς τὰς χειμερινὰς τροπάς. Καὶ αἱ τῶν ὡρολογίων καταγραφαὶ ἐκδήλους ποιοῦσι τὰς κατ' ἀλήθειαν γινομένας τροπάς, καὶ μάλιστα παρ' Αἰγυπτίοις ἐν παρατηρήσει γενομένοις. Ὅθεν τὰ Ἴσια πρότερον μὲν ἤγετο [a] κατὰ τὰς χειμερινὰς τροπάς· καὶ πρότερον δ' ἔτι κατὰ θερινὰς τροπάς· ὡς καὶ Ἐρατοσθένης (36) ἐν τῷ *Περὶ τῆς ὀκταετηρίδος* ὑπομνήματι μνημονεύει· καὶ ἀχθήσεται πάλιν κατὰ φθινόπωρον, καὶ κατὰ τὰς θερινὰς τροπάς, καὶ κατὰ τὸ ἔαρ, καὶ κατὰ τὰς χειμερινὰς τροπάς. Ἐν ἔτεσι γὰρ
C χιλίοις τετρακοσίοις ἑξήκοντα ἅπασαν ἑορτὴν διελθεῖν δεῖ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν, καὶ πάλιν ἀποκατασταθῆναι ἐπὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἔτους.

A dis, secundum Ægyptios et secundum Eudoxum, hibernas conversiones incidere. Quod falsum est omnino. Mense enim toto festum Isidis distat ab hibernis conversionibus. Fluxit autem erratum illud ex causa prædicta; nam ante 120 annos contigit ut festum Isidis in ipsis hibernis conversionibus ageretur : in annis autem quatuor unius diei fiebat variatio. Hoc igitur non habuit sensibilem varietatem ad anni tempestates. In annis autem 40 facta est decem dierum variatio. Nec sic quidem evenit sensibilem fieri mutationem. At nunc cum in annis 120 fiat menstrua varietas, excessum ignorantiæ non relinquunt ii qui putant in festo Isidis, secundum Ægyptios et secundum Eudoxum, hibernas fieri conversiones.
B Uno enim die aut duobus dissentire aliquos hac de re possibile est; at menstruam varietatem latere, impossibile est. Etenim magnitudines dierum, cum habeant magnam mutationem in hibernis conversionibus, eos arguere possunt. Et horologiorum descriptiones manifestas faciunt veras conversiones, et maxime apud Ægyptios, qui eas observant. Unde festum Isidis prius quidem fiebat in hibernis conversionibus : et adhuc prius in æstivis conversionibus : sicut et Eratosthenes in commentario *De octaeteride* meminit : et agetur iterum in autumno, et in æstivis conversionibus, et in vere, et in hibernis conversionibus. In annis enim 1460 omne festum transire oportet per omnes anni quadrantes; et rursus restitui ad idem tempus anni. **20**
C Ægyptii igitur secundum propriam hypothesin propositi finis; Græci vero, cum contrariam sententiam habeant, annos agunt secundum solem, dies vero, et menses secundum lunam.

Οἱ μὲν οὖν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν τοῦ προκειμένου τέλους, οἱ δὲ Ἕλληνες, τὴν ἐναντίαν γνώμην ἔχοντες, τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς καθ' ἥλιον ἄγουσι, τοὺς δὲ μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην.

[a] γρ. ἐγένετο.

(35) *Ὑπολαμβάνουσι γὰρ οἱ πλεῖστοι.* Mirum est Achillem Tatium in eodem errore versari cap. 23 *Isagog.* sub finem. Igitur quod Isia olim in τροπάς incidissent, id esse perpetuum arbitrabantur imperiti. Quos ex eo refellit Geminus, quod ante annos cxx, quam scribebat, illud accidisset, ac proinde tempore suo solidum jam mensem festum idem τροπάς anteverteret. Scalig. lib. II *De emend. temp.*, capite *De octaeter. Eudoxi*, ex hoc Gemini loco colligebat Eudoxum octaeteridem suam ab Isiis auspicatum esse, quasi hoc Geminus diceret, ab anno illo, unde octaeteridem suam inchoavit Eudoxus, ad ætatem suam annos elapsos esse centum et viginti. Porro cum Eudoxum anno tertio olympiadis CIII octaeteridem suam cœpisse putet, Nabonassari CCCLXXXIII; si ad hunc annos adjicias cxx, conflet annus Nabonassari DIV, quo scribebat Geminus. Ita erit Hipparcho vetustior. Ad hanc dubitationem nihil se quod respondeat habere fatetur. Sed nullus hic erat hæsitandi locus. Non enim Isia in ipsiusmet Eudoxei anni primi τροπάς incurrisse vult Geminus ante cxx annos quam scriberet, verum in illum ipsum diem, in quem τροπάς Eudoxus conjecerat : cuique affixas easdem esse posteritas deinceps omnis existimabat, solaris anticipationis ignara. Nos Eudoxum circa olympiadem XCVIII condidisse octaeteridem suam ostendimus lib. II *De doctr. temp.*, cap. 6, quo tempore solstitium hibernum verum cadebat in Decembris xxv, medium in XXVI. Jam Isia, de quibus Geminus loquitur, ea esse videntur, quæ ab XVII die Athyr ad XX fiebant, ut testis est Plutarchus tract. *De Iside et Osiride* (pag. 366 edit. Græco-Lat.). Nam ea πένθιμα, et lugubria fuisse scribit; et inter illorum causas hanc recenset, quod contractis diebus noctes fiant longiores. At Achilles Tatius capite 23, docet ob hanc eamdem causam Isia, quæ in τροπάς incidunt, ab Ægyptiis celebrari solita. Quare nullum jam dubium est, de quibus Isiis intelligen-
D dus sit Geminus. Hunc enim certum est de iis agere, quæ XVII Athyr inibant. Athyr, inquam, vagi, non Juliani et fixi. Quo posito facile erit investigare quod a Gemino tempus hoc loco designetur. Nam ut XVII dies Athyr in Decembris XXVI incidat, necesse est Neomeniam Thoth cadere in Octobris XI. Id accidit primum anno Nabonassari DLII, quarto olympiadis CXLV, periodi Julianæ 4517. Adde igitur annos 120, exsistet annus periodi Julianæ 4637, quartus olympiadis CLXXV, Urbis conditæ DCLXXVII. Sullæ itaque tempore floruit Geminus noster. In lib. II *De doctrina temporum*, cap. 6, non multum ablusimus ab hoc calculo. Sed τροπάς Eudoxi ex communi et Scaligeriana sententia constituimus quarto die post solstitium, in XXX Decembris, ut ex hypothesi et concessis ab illo rebus argumentatio nostra procederet.

(36) *Ὡς καὶ Ἐρατοσθένης.* Hujus libri Eratosthenis meminit et Tatius.

Veteres igitur agebant menses 30 dierum; menses autem intercalares propter annum solis. Cum autem per apparentiam statim veritas deprehenderetur, eo quod dies et menses non responderent lunæ, anni vero non congruerent cum sole, hinc quærebant periodum, quæ in annis responderet soli, in mensibus vero et diebus lunæ. Continet autem hujus periodi tempus integros menses, et integros dies, et integros annos. Primam autem constituerunt periodum octaeteridis, quæ continet menses quidem 99, in quibus intercalares menses sunt tres, dies vero 2922, et annos octo. Constituerunt autem octaeterida hoc modo: Cum enim annus solaris sit dierum 365 1/4, annus vero lunaris sit dierum 354, acceperunt excessum, quo excedit annus solaris annum lunarem. Excessus autem hic est dierum 11 1/4. Si igitur secundum lunam agamus menses, in anno deficiemus ab anno solis diebus 11 1/4. Quæsiverunt igitur, quoties hi dies multiplicati efficiant integros dies et integros menses. Octies ergo multiplicati efficiunt integros dies et integros menses; dies quidem 90, menses vero tres. Si igitur in anno juxta solem deficimus diebus 11 1/4, manifestum est quod in octo annis deficiemus juxta solem diebus 90, qui sunt menses tres. Quam ob causam in quavis octaeteride tres aguntur menses intercalares, ut defectus qui fit singulis annis a sole, repleatur, et rursus a principio, cum octo anni fuerint elapsi, festa congruant ad easdem anni tempestates. Hoc enim cum fit, sacrificia diis semper perficientur in iisdem anni tempestatibus.

Jam vero cum menses intercalares, quantum fieri poterat, ex æquo collocarent (neque enim exspectandum erat, donec menstrua fieret variatio ad apparentiam, neque juxta solarem cursum integer mensis erat antevertendus), ob eam causam intercalares menses constituerunt agi in tertio anno, et quinto, et octavo; duos quidem menses, interjectis duobus annis: unum vero mensem, uno duntaxat anno interposito. Nihil autem refert, etiamsi in aliis annis eamdem dispositionem intercalarium mensium aliquis faceret. Agitur autem lunaris annus dierum 354: quam ob causam putaverunt men-

A Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τοὺς μῆνας τριακονθημέρους ἦγον· τοὺς δὲ ἐμβολίμους παρ' ἐνιαυτόν. Ταχέως δὲ ὑπὸ τοῦ φαινομένου ἐλεγχομένης τῆς ἀληθείας διὰ τὸ τὰς ἡμέρας καὶ τοὺς μῆνας μὴ συμφωνεῖν τῇ σελήνῃ, τοὺς δ' ἐνιαυτοὺς μὴ στοιχεῖν τῷ ἡλίῳ. Ὅθεν ἐζήτουν [88] περίοδον, ἥτις κατὰ μὲν τοὺς ἐνιαυτοὺς τῷ ἡλίῳ συμφωνήσει, κατὰ δὲ τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας τῇ σελήνῃ. Περιέχει δὲ ὁ τῆς περιόδου χρόνος ὅλους μῆνας, καὶ ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλους ἐνιαυτούς. Πρῶτον δὲ συνεστήσαντο τὴν περίοδον τῆς ὀκταετηρίδος, ἥτις περιέχει μὲν μῆνας ϞΘ', ἐν οἷς ἐμβόλιμοι γ', ἡμέρας δὲ βϠΚβ', ἔτη δὲ η'. Συνεστήσαντο δὲ τὴν ὀκταετηρίδα τὸν τρόπον τοῦτον· Ἐπεὶ γὰρ ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτὸς ἡμερῶν ἐστι τξε', α'/δ'. ὁ δὲ κατὰ σελήνην ἐνιαυτός ἐστιν ἡμερῶν τνδ', ἔλαβον τὴν ὑπερβο- B λὴν ἣν ὑπερέχει ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτὸς τοῦ κατὰ σελήνην. Εἰσὶ δὲ ἡμέραι ια' α'/δ'. Ἐὰν ἄρα κατὰ σελήνην ἄγωμεν τοὺς μῆνας ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, ὑστερήσομεν ἡμέρας παρὰ τὸν τοῦ ἡλίου ἐνιαυτὸν ια' α'/δ. Ἐζήτησαν οὖν ποσάκις αὗται αἱ ἡμέραι πολυπλασιασθεῖσαι ἀποτελοῦσιν ὅλας ἡμέρας καὶ ὅλους μῆνας. Ὀκτάκις οὖν πολυπλασιασθεῖσαι ἀποτελοῦσιν ὅλας ἡμέρας καὶ ὅλους μῆνας· ἡμέρας μὲν Ϟ', μῆνας δὲ τρεῖς. Ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ παρὰ τὸν ἥλιον ὑστεροῦμεν ἡμέρας ια' α'/δ', φανερὸν, ὅτι ἐν τοῖς η' ἔτεσιν ὑστερήσομεν παρὰ τὸν ἥλιον ἡμέρας Ϟ', αἵπερ εἰσὶ μῆνες γ'. Δι' ἣν αἰτίαν καθ' ἑκάστην ὀκταετηρίδα τρεῖς ἄγονται μῆνες ἐμβόλιμοι, ἵνα τὸ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν γινόμενον ἔλλειμμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀναπληρωθῇ, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς, διελθόντων τῶν η' ἐτῶν, συμφωνῶσιν αἱ ἑορταὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ὥρας. Γινομένου δὲ τούτου, αἱ θυσίαι τοῖς θεοῖς διὰ παντὸς ἐπιτελεσθήσονται κατὰ τὰς αὐτὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ.

C Ἤδη μέντοιγε τοὺς ἐμβολίμους διατάξαντες ὡς ἦν ἐνδεχόμενον μάλιστα δι' ἴσου· οὔτε γὰρ περιμένειν δεῖ, ἕως οὗ μηνιαῖον γένηται παράλλαγμα πρὸς τὸ φαινόμενον, οὔτε προλαμβάνειν παρὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον μῆνα ὅλον· δι' ἣν αἰτίαν τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἔταξαν ἄγεσθαι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει, καὶ πέμπτῳ, καὶ ὀγδόῳ· δύο μὲν μῆνας μεταξὺ δύο ἐτῶν πιπτόντων, ἕνα δὲ μεταξὺ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἀγομένου. Οὐδὲν δὲ διαφέρει, ἐὰν καὶ ἐν ἄλλοις ἔτεσι τὴν αὐτὴν διάταξιν τῶν ἐμβολίμων μηνῶν ποιήσηταί τις. Ἄγεται δὲ ὁ κατὰ σελήνην ἐνιαυτὸς ἡμερῶν τνδ'· δι' ἣν αἰτίαν (37) ὑπέλαβον εἶναι τὸν κατὰ σελήνην μῆνα

[88] f. ἐντεῦθεν

(37) *Δι' ἣν αἰτίαν.* Animadvertendus hic est embolimorum mensium situs in octaeteride, quos anno tertio, quinto, et octavo intercalatos esse docet. Falso ergo Macrobius, et ante hunc Solinus in fine octaeteridis tres solidos menses extra ordinem inculcatos a Græcis asserunt: ita ut nonus annus quadringentis et quatuor diebus explicaretur, hoc est nonaginta ad ordinarios CCCLIV adjunctos caperet. Nunquam ita Græci annum suum ordinarunt. Itaque *παράκουσμα* istud est Solini; quem temere assectatus est Macrobius. Cum enim legisset ille, in octaeteride Græca menses esse intercalares tres, sive ita, vertente octaeteride totidem extra ordinem imputatos esse menses ἐμβολίμους, putavit ἀθρόως et in eumdem annum esse congestos. Verum qui ita scribebant, non utique simul, et D eodem in anno, sed paulatim dispensatos esse τοὺς ἐμβολίμους asserebant; quemadmodum Geminus egregie demonstrat: qui quidem scriptor propter non vetustatem modo, sed usum etiam doctrinæ hujus, ac scientiam, sexcentis Solinis ac Macrobiis antecellit.

Credit Solinianus commentator (Salmas., *Plin. exercit.* p. 19 B et C) in descriptione illa Græcanicæ intercalationis non convenire Macrobium inter et Solinum: quod Solinus anno nono intercalatos esse scripserit menses tres, sive dies nonaginta: *Qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos quadraginta quatuor*, at Macrobius *octavo quoque anno* id dicat esse perfectum. Nulla inter eos discordia; neque Solinus principio anni noni intercalatum esse docet, cum id octavo

ἡμερῶν κθ' α/β. τὸν δὲ δίμηνον χρόνον ἡμερῶν νθ'. Ὅθεν κοῖλον καὶ πλήρη μῆνα παρὰ μέρος ἄγουσιν, ὅτι ἡ δίμηνος ἡ κατὰ σελήνην ἡμερῶν ἐστι νθ'. Γίνονται οὖν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἓξ πλήρεις, καὶ ἓξ κοῖλοι. Συνάγονται δὲ ἡμέραι τνδ'· διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν μῆνα παρὰ μῆνα πλήρη καὶ κοῖλον ἄγουσιν.

Εἰ μὲν οὖν ἔδει τοῖς καθ' ἥλιον ἐνιαυτοῖς μόνον ἡμᾶς συμφωνεῖν, ἀπήρκει ἂν τῇ προειρημένῃ περιόδῳ χρωμένους συμφωνεῖν πρὸς τὰ φαινόμενα· ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον δεῖ (38) τοὺς ἐνιαυτοὺς ἄγειν καθ' ἥλιον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην, ἐσκέψαντο πῶς ἂν καὶ τοῦτο τοῦ τέλους τυγχάνῃ. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ κατὰ σελήνην (39) μὴν ἀκριβῶς εἰλημμένος ἐστὶν ἡμερῶν κθ' α/β τριακοστοῦ τρίτου, εἰσὶ δὲ ἐν τῇ ὀκταετηρίδι σὺν τοῖς ἐμβολίμοις μῆνες ϟθ'· ἐπολυπλασίασαν τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας κθ' α/β α/λγ ἐπὶ τοὺς ϟθ' μῆνας. Γίνονται οὖν ἡμέραι ,βϡκγ' α/β. Ἐν ἄρα τοῖς η' ἔτεσι τοῖς καθ' ἥλιον δεῖ ἄγεσθαι κατὰ σελήνην ἡμέρας ,βϡκγ' α/β. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτός ἐστιν ἡμερῶν τξε' α/δ, τὰ δὲ η' ἔτη καθ' ἥλιον περιέχει ἡμέρας ,βϡκβ'· ὀκταπλασιασθεῖσαι γὰρ αἱ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι τοσοῦτον ἀποτελοῦσι πλῆθος· ἐπεὶ οὖν αἱ κατὰ σελήνην ἡμέραι ἦσαν ἐν τοῖς η' ἔτεσι ,βϡκγ' α/β, ὑστερήσομεν καθ' ἑκάστην ὀκταετηρίδα παρὰ τὴν σελήνην καὶ ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει. Ἐν ἄρα τοῖς ις' ἔτεσιν ὑστερήσομεν παρὰ τὴν σελήνην ἡμέρας γ'. Δι' ἣν αἰτίαν καθ' ἑκάστην ἑξκαιδεκαετηρίδα πρὸς τὸν τῆς σελήνης δρόμον γ' ἐπάγονται ἡμέραι· ἵνα κατὰ μὲν ἥλιον τοὺς ἐνιαυτοὺς ἄγωμεν, κατὰ δὲ σελήνην τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας.

Γενομένης δὲ τῆς τοιαύτης διορθώσεως, ἕτερον ἁμάρτημα ἐπακολουθεῖ. Αἱ γὰρ κατὰ τὴν σελήνην ἡμέραι ἐπαγόμεναι γ' ἐν τοῖς ις' ἔτεσι πλεονάζουσι πρὸς τὸν ἥλιον ἐν ταῖς ις' δεκαετηρίσι λ' ἡμέρας

sem lunarem esse dierum 29 1/2, tempus autem bimestre dierum 59. Unde cavum et plenum mensem per vices agunt, eo quod luna bimestris dierum est 59. Fiunt igitur in anno sex pleni, et sex cavi menses. Colliguntur autem dies 354; ac propterea mensem post mensem plenum et cavum agunt.

Si igitur oporteret nos tantum annis solaribus congruere, sufficeret, cum prædicta periodo uteremur, eam congruere ad apparentias. Cum vero non tantum secundum solem oporteat annos agere, sed etiam menses et **21** dies secundum lunam, consideraverunt qua ratione et hoc finem suum assequeretur. Cum igitur lunaris mensis præcise sumptus sit dierum 29 1/2 et 1/33, sint autem in octaeteride una cum intercalaribus menses 99, multiplicaverunt mensis dies 29 1/2 et 1/33 in 99 menses. Fiunt igitur dies 2923 1/2. Ergo in annis solaribus octo, lunæ dies aguntur 2923 1/2. Atqui cum annus solaris sit dierum 365 1/4, et octo anni solares contineant dies 2922, octies multiplicati dies anni hunc efficiunt numerum. Cum igitur lunares dies sint in octo annis 2923 1/2, deficiemus a luna in quavis octaeteride die 1, et insuper dimidio. Quare in 16 annis deficiemus a luna diebus 3. Quam ob causam in quavis hecædecaeteride ad lunæ cursum tres adjiciuntur dies, ut secundum solem annos agamus, secundum lunam autem menses et dies.

Cum talis emendatio facta esset, sequitur aliud erratum. Nam lunares dies 3 intercalati in 16 annis abundant supra solem in 16 decaeteridibus, diebus 30; hoc est integro mense. Ob quam cau-

exeunti Macrobius assignet, ut idem Solinianus existimat. Non idem solum uterque, sed eodem etiam modo factum intelligit. Annus quilibet octavus, et ultimus octaeteridis idem et octavus est periodi, et ab ultimo antecedentis est nonus. Quare intercalatio quævis nono anno fiebat ab anteriori intercalatione, et octavo nihilominus periodi suæ. Sic Olympiacus agon omnis et anno quinto fiebat ab antecedente, et quarto tetraeteridis suæ, si tetraeteridem ab eo, qui ab ludorum commissione proximus est, auspicemur. Hinc scriptores alii quarto quoque anno celebratos illos esse ludos, alii quinto quoque dixerunt; neque propterea dissentiunt invicem. Idem et in bissexto Romano evenit. Hoc animadvertere critici hominis interfuit, non tam localiter hallucinari in re nihili.

Quod autem Glaucippum auctorem citat Macrobius (I *Saturn.* 6, 13), cave putes veterem hunc scriptorem tale quid prodidisse memoriæ, quale de anno Græco isti fabulantur; nimirum in fine octaeteridis nonaginta dies tresve solidos menses ad annum accessisse. Nihil enim ille scripsit aliud, quam superfluos dies ultimo anni sui mensi interseruisse Græcos, quod de paucis diebus, non de mensibus integris usurpavit. Nam hecædecaeteridi dies tres accrescebant, ut auctor est Geminus.

Postremo notetur illa quoque Gemini ratio (pag. 21), quam affert, cur anno tertio, quinto, et octavo intercalatum fuerit; videlicet quod exspectandum minime fuerit; dum mense solido annus anteverteret; quam πρόληψιν embolimi mensis nostri quoque computi artifices olim adhibuerunt. Vide lib. VI *De doctrina temporum*, cap. 6.

(38) Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον δεῖ. Observent studiosi quo sensu in anni Græci ratione describenda Geminus affirmet, studuisse Græcos, uti annus suus cum sole paria faceret, menses cum luna; quod non semel monere satis habemus propter Hispanici jurisconsulti ἀτοπίαν, qui præfracte asserit, ex mente Gemini Græcos sic annos suos ordinasse, ut et singuli menses lunares essent, et anni singuli solares. Hoc non docet Geminus, sed mensem quidem cum lunæ cursu quemlibet exæquatum fuisse; cum sole vero, systema ipsum annorum plurium, puta octaeteridem et enneadecaeteridem.

(39) Ἐπεὶ τοίνυν ὁ κατὰ σελήνην. Prima octaeteris dierum exstitit 2922, menses habens 99, e quibus ordinarii erant 96, reliqui tres embolimi. Illi ἐναλλὰξ pleni et cavi. Hi pleni omnes ac tricenarii. Posterior octaeteris ex diebus componitur 2923 1/2. Ita menses singuli diebus constant 29 1/2 1/33, hoc est supra dies 29 horas habent 12, et 24/33 unius horæ, vel 8/11. Nam in priore octaeteridis modo, singulæ syzygiæ colligunt dies 29, horas 12 et 12/33, sive 4/11 unius horæ. Ducantur enim 99 in 29 1/2 1/33 unius diei, conficit numerus dierum 2923 1/2. Perperam itaque Scaliger lib. II *De emend.* cap. quod inscribitur *Elenchus octaeteridis*, errorem esse putat in Gemino α/λγ pro β/λγ, quasi mensis supra dies 29 1/2 exigat 2/33. Id si esset verum, syzygia dierum esset 29, horarum 13 15/33 sive 13, 27', 16'' 4/11. Octaeteris vero dierum 2926 1/2.

eam per annos 160 unus mensis intercalarium ex octaeteridibus aufertur. Nam pro tribus mensibus, qui debebant in 8 annis agi, duo tantum intercalantur; ut rursus mense subtracto, in mensibus et diebus congruant ad lunam, in annis vero ad solem.

Talis cum facta esset correctio, ne sic quidem contingit eam congruere ad apparentiam; totam enim octaeterida contigit aberrare, et secundum menses, et secundum dies, et secundum intercalares menses. Nam menstruum tempus non præcise sumptum est. Est enim tempus menstruum præcise sumptum dierum 29, minutorum primorum 31′, secundorum 40″, et tertiorum 50‴, et quartorum 24⁗ [36]. Propter hoc autem oportebit aliquando in 16 annis pro intercalaribus diebus dies 4 intercalari. Unde non oportet in ulla periodo menses cavos pares plenis agere; sed plures esse plenos cavis. Si enim menstruum tempus tantum esset dierum 29 1/2, oporteret pares menses plenos et cavos agi. Nunc 22 autem est particula sensibilis in menstruo tempore, quæ complet diurnam magnitudinem.

[36] Hæc cum Græco non concordant.

A tionis, stella aliqua in horizonte constituta oritur, sole occidente. Atque hi ortus sunt invisibiles propter radios solis. In diebus vero sequentibus, cum propter solis progressum distantia ejus a stella minuatur, stella quidem oritur ante solis occasum, adhuc tamen a sole obscurata invisibilis est: cum vero post solis occasum primum conspecta fuerit effugisse radios solis, tunc dicitur apparentem vespertinum ortum facere. In sequentibus vero noctibus semper magis magisque sublimis apparet.

Similiter etiam occasuum duæ dicuntur differentiæ: horum enim alii sunt matutini, alii vespertini, matutini occasus dicuntur, cum sole oriente occidit stella aliqua. B Dicitur vespertinus occasus, cum sole occidente simul aliqua stella defertur infra horizontem. Sunt autem matutinorum occasuum differentiæ duæ. Alii enim sunt veri, alii apparentes: veri quidem, cum simul in horizonte constituti fuerint et sol et stella; sol quidem oriens, stella vero occidens. Hi autem occasus invisibiles sunt propter radios solis; apparens vero matutinus occasus est, cum ante solis ortum postremo stella spectatur occidere. Similiter etiam in vespertinis occasibus duæ sunt differentiæ. Alii enim eorum sunt veri, alii apparentes. Veri quidem, cum ambo penitus in horizonte constituti fuerint, et sol et stella ambo occidentes. Invisibiles sunt et hi occasus propter radios solis. Apparentes autem occasus C vespertini sunt, cum post **28** solis occasum insuper occidit aliqua stella conspecta a nobis. Ex matutinis igitur ortibus et occasibus, ii qui sunt veri, prius fiunt; qui apparentes, posterius. Ex vespertinis vero ortibus et occasibus ii, qui sunt apparentes, prius fiunt; qui veri, posterius. Matutinus quidem ortus post matutinum, et vespertinus ortus post vespertinum ortum: et in summa omnis similis species a simili specie omnibus astris per annum contingit; sol enim annuo tempore zodiacum circulum peragrans, rursus ad easdem stellas accedit.

Matutinus ortus a vespertino ortu iis astris quæ in zodiaco sunt sita, per semestre tempus contingit; item matutinus occasus a vespertino occasu; at D iis astris, quæ extra zodiacum versus boream sunt sita, matutinus ortus a vespertino ortu per majus tempus quam semestre contingit; astris vero his, quæ extra zodiacum versus meridiem posita sunt, matutinus ortus a vespertino ortu per brevius tempus, quam semestre, contingit. Tempus vero majus semestri non est omnibus astris definitum, sed aliis longius, aliis brevius. Nam iis astris quæ semper magis magisque versus septentrionem sunt sita, semper quoque majus majusque tempus contingit: eo quod semper majora segmenta supra terram ferantur iis quæ semper magis versus septentrionem sunt posita. At iis astris quæ versus meridiem ma-

gis declinant, semper magis magisque brevius evenit tempus; stellæ enim versus meridiem positæ feruntur in minoribus segmentis supra terram.

Contra iis stellis quæ extra zodiacum versus boream sunt sitæ, tempus illud minus est semestri, quod est a matutino occasu usque ad vespertinum ortum. Iis vero stellis, quæ versus meridiem sunt positæ, majus semestri est tempus illud, quod est a matutino occasu usque ad vespertinum ortum. Varietas autem temporum respondet distantiis stellarum a zodiaco circulo, secundum segmentorum varietatem, quæ supra terram ab horizonte intercipiuntur.

Stellis iis quæ in zodiaco circulo sunt sitæ simul contingit matutinus ortus et vespertinus occasus, et rursus simul matutinus occasus et vespertinus ortus. Reliquis astris non simul prædictæ species perficiuntur; sed hæ variant secundum tempora, cum stellæ habeant circularem motum ab ortu versus occasum. Quæ enim eorum astrorum sita sunt in circulo æquinoctiali, æqualem habent cursum supra terram, et infra terram; æqualiter enim secatur æquinoctialis circulus ab horizonte: quæ vero astra extra æquinoctialem versus boream sunt sita, hæc majori tempore feruntur supra horizontem, minore tempore infra horizontem. Omnium enim circulorum in quibus moventur inerrantes stellæ, majora segmenta supra terram intercipiuntur ab horizonte, minora vero infra terram, propter elevationem poli; quæ vero astra extra æquinoctialem versus meridiem sunt posita, ea minorem habent motum supra terram, majorem infra terram. Rursus enim australes circuli, in quibus inerrantes stellæ feruntur, minora segmenta habent supra terram, majora infra terram. Talis cum sit motus, inerrantibus astris, evenit ut non omnia quæ simul oriuntur simul etiam occidant, sed ex iis quæ simul oriuntur ea quæ magis sunt australia semper prius occidant, eo quod minora segmenta habeant supra terram; similiter neque ea quæ simul occidunt, simul etiam oriuntur, sed ex iis ea quæ sunt magis borealia, prius oriuntur, eo quod infra horizontem minora habeant segmenta. Rursus neque ea quæ prius oriuntur, etiam prius occidunt; sed quædam eorum quæ prius oriuntur, simul etiam occidunt; quædam vero posterius. Similiter eorum quæ prius occidunt, quædam non oriuntur prius, sed simul oriuntur et occidunt, alia prius, alia posterius. Mentionem facit et horum ex parte Aratus, cum sic inquit:

Sed semper Taurus velocior Auriga
In alteram partem descendere, licet simul ascendat.

In his enim inquit, Taurum simul cum Auriga ortum, prius tamen occidere. Fit autem hoc propter segmentorum excessum, in quibus supra terram, et infra terram inerrantes stellæ feruntur. Propter hanc autem sphæram non omnia astra

[65] Hæc desunt in veteribus.

A γὰρ τὰ τμήματα ὑπὲρ γῆν φέρονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν ἀστέρες κείμενοι.

Ἀνάπαλιν δὲ τοῖς πρὸς ἄρκτον κειμένοις τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ἐλάττων ἐστὶ χρόνος ἑξαμήνου ὁ ἀπὸ ἑῴας δύσεως μέχρις ἑσπερίας ἐπιτολῆς· [65] τοῖς δὲ πρὸς μεσημβρίαν πλείων ὁ χρόνος ἑξαμήνου ἀπὸ ἑῴας δύσεως μέχρις ἑσπερίας ἐπιτολῆς. Ἡ δὲ παραλλαγὴ τῶν χρόνων ἀκολούθως γίνεται ταῖς προστάσεσι τῶν ἀπὸ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου κατὰ τὴν τῶν τμημάτων παραλλαγὴν τῶν ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβανομένων ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος.

Τοῖς δὲ ἐπὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου κειμένοις ἅμα B γίνεται ἑῴα ἐπιτολὴ καὶ ἑσπερία δύσις, καὶ πάλιν ἅμα ἑῴα δύσις καὶ ἑσπερία ἐπιτολή. Τοῖς δὲ λοιποῖς ἄστροις οὐχ ἅμα τὰ προειρημένα εἴδη ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ διαλλάσσει κατὰ τοὺς χρόνους, τῶν ἀστέρων κινουμένων ἐγκύκλιον φορὰν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δύσιν. Ὅσα μὲν οὖν αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου κεῖται, τὸν ἴσον δρόμον ὑπὲρ γῆν φέρεται καὶ ὑπὸ γῆν· διχοτομεῖται γὰρ ὁ ἰσημερινὸς κύκλος ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος· ὅσα δὲ τῶν ἄστρων πρὸς ἄρκτον κεῖται τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, ταῦτα πλείονα μὲν χρόνον ὑπὲρ γῆν φέρεται, ἐλάττονα δὲ ὑπὸ γῆν. Πάντων γὰρ κύκλων, καθ' ὧν φέρονται οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες, μείζονα μὲν τμήματα ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεται ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος, ἐλάττονα δὲ ὑπὸ γῆν, διὰ τὸ ἔξαρμα τοῦ πόλου. Ὅσα δὲ τῶν ἄστρων πρὸς μεσημβρίαν κεῖται C τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, ἐλάττονα μὲν φορὰν ὑπὲρ γῆν φέρεται, πλείονα δὲ ὑπὸ γῆν. Πάλιν γὰρ τῶν κύκλων, καθ' ὧν φέρονται οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες οἱ ἐπὶ μεσημβρίαν κείμενοι, ἐλάττονα μὲν τμήματα ὑπὲρ γῆν ἔχουσι, μείζονα δὲ ὑπὸ γῆν. Τοιαύτης δὲ φορᾶς τοῖς ἀπλανέσιν ἄστροις ὑπαρχούσης, συμβαίνει μὴ πάντα τὰ ἅμα ἀνατέλλοντα καὶ ἅμα δύνειν, ἀλλὰ τῶν ἅμα ἀνατελλόντων ἀεὶ τὰ πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον αὐτῶν κείμενα πρότερον δύνειν, διὰ τὸ ἐλάττονα τμήματα ὑπὲρ γῆν φέρεσθαι· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τὰ ἅμα δύνοντα ἅμα καὶ ἀνατέλλει, ἀλλὰ τὰ πρὸς ἄρκτον αὐτῶν μᾶλλον κείμενα πρότερον ἀνατέλλει, διὰ τὸ ἐλάττονα τμήματα ὑπὸ γῆν φέρεσθαι. Πάλιν δὲ οὐδὲ τὰ πρότερον ἀνατέλλοντα καὶ πρότερον δύνει· ἀλλὰ τινὰ μὲν τῶν πρότερον ἀνατελλόντων ἅμα καὶ D δύνει, τινὰ δὲ ὕστερον. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν πρότερον δυνόντων τινὰ μὲν οὐ προανατέλλει, ἀλλ' ἅμα μὲν ἀνατέλλει καὶ δύνει, τὰ μὲν πρότερον, τὰ δὲ ὕστερον. Μνημονεύει δὲ καὶ τούτων ἐπὶ ποσὸν Ἄρατος λέγων οὕτως·

Ἀλλ' αἰεὶ Ταῦρος προφερέστερος Ἡνιόχοιο
Εἰς ἑτέρην καταβῆναι, ὁμηλυσίῃ περ ἀνελθών.

Ἐν γὰρ τούτοις φησὶν ἅμα τὸν Ταῦρον τῷ Ἡνιόχῳ ἀνατείλαντα πρότερον δύνειν. Γίνεται δὲ οὕτω παρὰ τὴν τῶν τμημάτων ὑπεροχὴν, ὧν ὑπὲρ γῆν φέρονται καὶ ὑπὸ γῆν οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες. Διὰ δὲ τὴν τοιαύτην σφαιροποιΐαν οὐ πάντα τὰ ἄστρα ἀνατέλλοντα

ἑκάστην νύκτα· ἀλλὰ τινὰ μὲν ἀνατέλλει καὶ δύνει, τινὰ δὲ ἀνατέλλει μὲν, οὐ δύνει δέ· ἃ δὲ οὔτ' ἀνατέλλει, οὔτε δύνει· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀρκτικώτερα κείμενα, μετέωρα ὑπάρχοντα μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, πρὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς ἔτι μετεωρότερα φαίνεται· τὰ δὲ μεσημβρινώτερα κείμενα οὔτ' ἀνατέλλοντα, οὔτε δύνοντα θεωρεῖται· ἀλλὰ πάντα τὸν τῆς νυκτὸς χρόνον ὑπὸ γῆν φέρονται. Ὅθεν καί τινα τῶν ἄστρων ἀμφιφανῆ καλεῖται, καθάπερ καὶ ὁ Ἀρκτοῦρος· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν πλεονάκις θεωρεῖται δύνων τε ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ, καὶ προανατέλλων τοῦ ἡλίου φαίνεται [46]. Δι' ἣν αἰτίαν καλεῖται ἀμφιφανὴς, ὅτι καὶ ἀφ' ἑσπέρας δύνων, καὶ ἀνατέλλων ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ θεωρεῖται. Τὰ δὲ ἐναντίαν ἔχει τάξιν, ὅσα προδύνει μὲν τῆς τοῦ ἡλίου δύσεως, ἐπανατέλλει δὲ μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν· ὥστε καθ' ὅλην τὴν νύκτα μὴ θεωρηθῆναι μήτ' ἀνατέλλοντα, μήτε δύνοντα· ἃ δὴ καλοῦσί τινες νυκτιδιέξοδα. Οὐ κατὰ πάντα δὲ καιρὸν ταῦτα πάντα τὰ ἰδιώματα περὶ τοὺς αὐτοὺς ἀστέρας ὑπάρχει· ἀλλὰ περὶ τὰς τοῦ ἡλίου μεταβάσεις ἀλλοιοῦται καὶ τὰ περὶ τὰς ἀνατολὰς, καὶ τὰ περὶ τὰς δύσεις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

Περὶ τῶν ἐν γῇ ζωνῶν.

Ἡ τῆς συμπάσης γῆς ἐπιφάνεια, σφαιροειδὴς ὑπάρχουσα, διαιρεῖται εἰς ζώνας πέντε· ὧν δύο μὲν αἱ περὶ τοὺς πόλους, ποῤῥώτατα δὲ κείμεναι τῆς τοῦ ἡλίου παρόδου, κατεψυγμέναι λέγονται, καὶ ἀοίκητοι διὰ τὸ ψύχος· ἀφορίζονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τοὺς πόλους· αἱ δὲ τούτων ἑξῆς, συμμέτρως δὲ κείμεναι πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου πάροδον, εὔκρατοι καλοῦνται· ἀφορίζονται δὲ αὐταὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀρκτικῶν καὶ τροπικῶν κύκλων, μεταξὺ κείμεναι αὐτῶν. Ἡ δὲ λοιπὴ μέση τῶν προειρημένων, κειμένη δὲ ὑπ' αὐτὴν τὴν τοῦ ἡλίου πάροδον, διακεκαυμένη καλεῖται· διχοτομεῖται δὲ αὐτὴ ὑπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ ἰσημερινοῦ κύκλου, ὃς κεῖται ὑπὸ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ ἰσημερινὸν κύκλον. Τῶν δὲ εὐκράτων δύο ζωνῶν τὴν βόρειον ὑπὸ τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν, ἐπὶ μὲν τὸ μῆκος οὖσαν ὡς ἔγγιστα περὶ δέκα μυριάδας σταδίων, ἐπὶ δὲ τὸ πλάτος ὡς ἔγγιστα τὸ ἥμισυ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓʹ.

Περὶ οἰκήσεων.

Τῶν δὲ ἐπὶ γῆς κατοικούντων οἱ μὲν λέγονται σύνοικοι, οἱ δὲ περίοικοι, οἱ δὲ ἄντοικοι, οἱ δὲ ἀντίποδες. Σύνοικοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον τῆς αὐτῆς ζώνης κατοικοῦντες· περίοικοι δὲ οἱ ἐν τῇ αὐτῇ ζώνῃ κύκλῳ περιοικοῦντες· ἄντοικοι δὲ οἱ ἐν τῇ αὐτῇ νοτίῳ ζώνῃ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ἡμισφαίριον κατοικοῦντες· ἀντίποδες δὲ οἱ ἐν τῇ νοτίῳ ζώνῃ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ κατοικοῦντες κατὰ τὴν αὐτὴν διάμετρον κείμενοι τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ· διὸ κέκληνται ἀντίποδες. Πάντων γὰρ τῶν βαρέων ἐπὶ τὸ κέντρον συννευόντων, διὰ τὸ ἐπὶ μέσον εἶναι τὴν φο-

[46] γρ. βλέπεται.

A oriuntur omni nocte; sed quædam oriuntur et occidunt : quædam vero oriuntur quidem, non tamen occidunt : quædam vero neque oriuntur, neque occidunt; sed ea, quæ magis sunt borealia, cum sint sublimia post solis occasum, ante solis ortum adhuc sublimiora apparent; quæ vero sunt magis
29 australia, ea neque oriri, neque occidere videntur : sed per omne noctis tempus sub horizonte feruntur. Unde quædam astrorum vocantur bis apparentia, sicut et Arcturus; post solis enim occasum sæpe videtur et occidere eadem nocte, et ante solem oriri. Quam ob causam vocatur bis apparens, quod et a vespera occidere, et oriri in eadem nocte spectetur. Alia vero ordinem habent contrarium, quæ occidunt ante solis occasum, oriuntur vero B post solis ortum, ita ut per totam noctem non videantur neque oriri, neque occidere; quæ nonnulli vocant νυκτιδιέξοδα, id est noctu late expatiantia. Non omni autem tempore omnes hæ proprietates circa easdem stellas eveniunt, sed circa solis transitus variantur ea quæ ad ortus, et quæ ad occasus spectant.

CAPUT XII.

De zonis in terra.

Totius terræ superficies, cum sit globosa, dividitur in quinque zonas : quarum duæ, quæ sunt circa polos et longissime sitæ a solis itinere, frigidæ dicuntur, atque inhabitabiles propter frigus. C Determinantur autem a circulis arcticis versus polos; zonæ vero quæ his sunt proximæ, et mediocriter positæ ad solis accessum, temperatæ vocantur; determinantur autem hæ a circulis in mundo arcticis et tropicis, cum inter eos sint sitæ. Reliqua, quæ est media prædictarum, et sita sub ipso solis accessu, torrida vocatur; atque hæc a terrestri æquinoctiali æqualiter secatur, qui situs est sub mundano æquinoctiali circulo. Ex temperatis zonis duabus eam quæ est borea, quæque a nobis habitatur, contingit habitari, cum in longitudinem sit fere 100000 stadiorum, in latitudinem fere dimidio constet.

CAPUT XIII.

De habitationibus.

D Eorum qui in terra habitant, alii dicuntur synœci, alii periœci, alii antœci, alii antipodes. Synœci igitur sunt qui circa eumdem locum ejusdem zonæ habitant; periœci vero, qui in eadem zona in circuitu circumhabitant; antœci vero, qui in eadem australi zona sub eodem hemisphærio habitant; antipodes vero, qui in australi zona in altero hemisphærio habitant, secundum eamdem diametrum positi cum habitabili nostra terra; quamobrem vocati sunt antipodes. Cum enim omnia gravia versus centrum vergant, eo quod versus medium sit

motus corporum, si ab aliqua habitatione earum quæ sunt in nostro orbe habitabili ad centrum terræ adjungatur aliqua recta, et producatur, tum hi qui sunt positi secundum extremitatem diametri in australi zona fiunt antipodes eorum qui in boreali zona habitant.

Dividitur autem nostra terra habitabilis in tres partes, Asiam, Europam, Lybiam. Duplo autem major est fere longitudo habitabilis terræ latitudine : quam ob causam qui consentaneas rationi terræ descriptiones instituunt, oblongas tabulas adhibent ; quod longitudo duplo sit major latitudine. Qui vero terræ descriptiones rotunda figura faciunt, multum aberrant a vero; æqualis enim fit longitudo latitudini; quod natura non patitur. Necesse igitur est, ut non serventur distantiarum mensurationes in rotundis descriptionibus. Segmentum enim quoddam est sphæræ pars terræ habitata, quæ longitudinem duplo habet majorem latitudine, quod segmentum non potest abscindi circulariter. Dimenso autem maximo circulo **30** eorum, qui sunt in terra secundum meridianum mundi, et invento myriadum 25, et stadiorum 2000 ; diametro vero myriadum 8, et stadiorum 415 ; diviso autem meridiano circulo in partes 60, vocatur unum segmentum sexagesimum, quod est 4200. Si enim dividuntur 25 myriades, et 2000 stadia in partes 60, fit sexagesimum 4200. Distantiæ igitur inter zonas hoc modo sunt definitæ. Frigidarum quidem zonarum duarum latitudo utriusque earum est sexagesimorum 6, quæ sunt stadia 25200 ; temperatarum vero zonarum latitudo utriusque earum est sexagesimorum 5, quæ faciunt stadia 21000; torridæ zonæ latitudo est sexagesimorum 8. Itaque ab æquinoctiali versus utramque partem usque ad tropicos sunt sexagesima 4, quæ faciunt stadia 16800. Sunt igitur a polo qui est in terra, qui situs est

A ρὰν τῶν σωμάτων, ἐὰν ἀπό τινος οἰκήσεως τῶν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ ἐπὶ τὸ κέντρον τῆς γῆς ἐπιζευχθῇ τις εὐθεῖα, καὶ ἐκβληθῇ, οἱ κατὰ τὸ πέρας κείμενοι τῆς διαμέτρου ἐν τῇ νοτίῳ ζώνῃ ἀντίποδες γίνονται τῶν ἐν τῇ βορείῳ ζώνῃ κατοικούντων.

Διαιρεῖται δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη εἰς μέρη τρία, Ἀσίαν, Εὐρώπην, Λιβύην. Διπλάσιον δέ ἐστιν ὡς ἔγγιστα τὸ μῆκος τῆς οἰκουμένης τοῦ πλάτους· δι' ἣν αἰτίαν οἱ κατὰ λόγον γράφοντες τὰς γεωγραφίας ἐν πίναξι γράφουσι παραμήκεσιν, ὡς διπλάσιον εἶναι τὸ μῆκος τοῦ πλάτους. Οἱ δὲ στρογγύλας γράφοντες τὰς γεωγραφίας πολὺ τῆς ἀληθείας εἰσὶ πεπλανημένοι· ἴσον γὰρ γίνεται τὸ μῆκος τῷ πλάτει· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ φύσει. Ἀνάγκη οὖν μὴ τηρεῖ-
B σθαι τὰς ἐπὶ διαστημάτων συμμετρίας τὰς ἐν ταῖς στρογγύλοις γεωγραφίαις. Ἔκτμημά τι γάρ ἐστι σφαίρας τὸ οἰκούμενον μέρος τῆς γῆς, διπλάσιον ἔχον τὸ μῆκος τοῦ πλάτους, ὅπερ οὐ δύναται ἀποτερματίζεσθαι κύκλῳ. Ἀναμεμετρημένου δὲ τοῦ μεγίστου (44) κύκλου τῶν ἐν τῇ γῇ κατὰ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ μεσημβρινὸν, καὶ εὑρημένου μυριάδων κε' καὶ σταδίων ,β, τῆς διαμέτρου μυριάδων η', καὶ σταδίων υιε' [47]· διαιρουμένου τε τοῦ μεσημβρινοῦ (45) κύκλου εἰς μέρη ξ', καλεῖται τὸ ἓν τμῆμα ἑξηκοστόν· ὃ γίνεται ,δσ' στάδια. Ἐὰν γὰρ μερισθῶσιν αἱ κε' μυριάδες καὶ τὰ ,β στάδια εἰς μέρη ξ', γίνεται τὸ ἑξηκοστὸν σταδίων ,δσ'. Ἔστιν οὖν τὰ μεταξὺ τῶν ζωνῶν διαστήματα τοῦτον ἀφωρισμένα τὸν τρόπον.
C Τῶν μὲν κατεψυγμένων ζωνῶν δύο τὸ πλάτος ἑκατέρας αὐτῶν ἑξηκοστῶν ς', ἅπερ εἰσὶ στάδιοι μὲν ,κεσ'· τῶν δὲ εὐκράτων δύο ζωνῶν τὸ πλάτος ἑκατέρας αὐτῶν ἑξηκοστῶν ε', ἃ γίνεται στάδιοι μὲν ,κα'· τῆς δὲ διακεκαυμένης ζώνης τὸ πλάτος ἑξηκοστῶν η'· ὥστε ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐφ' ἑκάτερα πρὸς τοὺς τροπικοὺς ἑξηκοστὰ εἶναι δ', ἃ γίνεται στάδια μὲν ,ιςω'. Γίνονται οὖν ἀπὸ μὲν τοῦ πόλου τοῦ ἐν τῇ γῇ, ὡς

[47] Pro υιε' vet. habet δ'.

(44) *Ἀναμεμετρημένου δὲ τοῦ μεγίστου*. Eratosthenea est hæc dimensio maximi circuli, ut auctor est Strabo lib. II, et Plinius lib. II, cap. 108, quam stadiorum 252000 mensuram Romana computatione dicit efficere trecenties, et quindecies centena millia passuum, quod et verum est. Nam stadium CXXV passibus constat. Proinde si 252000 per 125 multiplices, fient 31500000 passuum, quæ sunt milliariorum 31500. At Cleomedes lib. I, cap. 10, refert ab Eratosthene definitum esse terræ ambitum 250000 stadiorum : et qua methodo deprehensus sit modus ille, describit, nimirum ex eo quod angulus, qui gnomone et radio solis includitur Alexandriæ, sole in Cancri tropico meridiano tempore sito, pars est quinquagesima quatuor rectorum, ut et peripheria circuli in horologio descripti, cui ille angulus insistit, pars est quinquagesima circuli totius. Quare cum Syenen inter et Alexandriam, quæ sub eodem meridiano sunt, intervallum sit quinque millium stadiorum : quæ est quinquagesima pars ambitus terræ : totus ambitus 250000 stadiorum colliget. Verum cum tot antiquis testibus constet ab Eratosthene mensuram illam, quam diximus, terreni ambitus esse perscriptam ; videtur paulo plus quinquagesima parte tam angulo, quem gnomon cum radio continet, quam circumferentiæ circuli maximi in Sciotherico tributum auctore illo fuisse.

Strabo loco citato Hipparchum ait eumdem cum Eratosthene terræ circuitum sumpsisse, stadiorum 252000. Plinius vero adjecisse illum asserit ad Eratosthenis mensuram paulo minus stadiorum 25000. Qua ratione maximus circulus erit stad. 277000.

D Ut ad Geminum nostrum redeam, cum is terræ ambitum ex Eratosthenis sententia circumscribat stadiorum 252000, falsum est quod ex eo consequens facit, diametrum constare stad. 80415. Nam cum ea ratio sit diametri ad ambitum, quæ est 7 ad 22 : oportet diametrum terræ colligere stad. 80182 fere.

(45) *Διαιρουμένου δὲ τοῦ μεσημβρινοῦ*. Circulum veteres astronomi in partes sexaginta distribuerunt, ut supra diximus. Ita sexagesimæ cuique parti competunt stadia 4200. Quod si in 360 partes dividatur circulus, pars quælibet stadia postulat 700. Vide Achillem Tatium *Isag.* cap. 29. Jam hoc admonuimus, dimensionem istam ad Rhodiacum ἔγκλιμα referri, in quo semidiameter arctici circuli graduum est 36. Hinc etiam frigidam zonam definit arctico circulo illius loci proprio : ut quibus polus gradibus 54, ac deinceps pluribus attollitur, frigida in zona esse censeantur, quod est absurdum.

κεῖται κατὰ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ πόλον, μέχρι τοῦ ἐν τῇ γῇ ἀρκτικοῦ στάδιοι μὲν ,κεσ'· ἀπὸ δὲ τοῦ ἐν τῇ γῇ ἀρκτικοῦ, ὃς κεῖται κατὰ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ ἀρκτικὸν, πρὸς τὸν ἐν τῇ γῇ τροπικὸν, ὃς κεῖται κατὰ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ θερινὸν τροπικὸν, στάδιοι μὲν ,κα'· ἀπὸ δὲ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ μέχρι τοῦ ἐν τῇ γῇ ἰσημερινοῦ, ὃς κεῖται κατὰ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ ἰσημερινὸν, στάδιοι ,ιςω'. Πάλιν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς τὸν ἕτερον τροπικὸν ,ιςω'· ἀπὸ δὲ τοῦ τροπικοῦ πρὸς τὸν ἀρκτικὸν στάδια ,κα'· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρκτικοῦ πρὸς τὸν ἕτερον πόλον ,κεσ'· ὥστε συνάγεσθαι τὸ μεταξὺ τῶν πόλων διάστημα μυριάδων ιβ' καὶ σταδίων ,ς, ὅπερ ἐστὶν ἥμισυ τῆς περιμέτρου τῆς γῆς· τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ πόλου ἐπὶ τὸν πόλον ἐστὶν ἡμικύκλιον. Ἡ δὲ διαίρεσις τῶν ἑξηκοστῶν τούτων καὶ ἐν ταῖς κρικωταῖς σφαίραις ἡ αὐτὴ ὑπάρχει. Κατασκευάζονται γὰρ αἱ κρικωταὶ σφαῖραι οὕτως· ἀπὸ τοῦ πόλου ὁ ἀρκτικὸς διίσταται μοίρας λς', ἅπερ ἐστὶν ἑξηκοστὰ ς'· ἑξάκις γὰρ ἓξ γίνεται λς'. Ὁ δὲ ἀρκτικὸς ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ διίσταται μοίρας λ'· ἅπερ ἐστὶν ἑξηκοστὰ ε'. Ὁ δὲ θερινὸς τροπικὸς ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ διέστηκε μοίρας κδ', ἅπερ ἐστὶν ἑξηκοστὰ δ'· ὁ δὲ ἰσημερινὸς ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ διέστηκε τὰς ἴσας μοίρας κδ'· ὁ δὲ χειμερινὸς τροπικὸς τοῦ ἀνταρκτικοῦ διέστηκε μοίρας λ'· ὁ δὲ ἀνταρκτικὸς ἀπὸ τοῦ νοτίου πόλου διέστηκε μοίρας λς'· ὥστε πάλιν ἀπὸ τοῦ πόλου ἐπὶ τὸν πόλον συνάγεσθαι μὲν μοίρας ρπ', ἑξηκοστὰ δὲ λ'· πρὸς γὰρ τοῦτο τὸ ἓν κλίμα καὶ αἱ κρικωταὶ σφαῖραι κατασκευάζονται, καὶ αἱ στερεαὶ, τῶν ἀρκτικῶν μόνων μεταπιπτόντων ἔν τισιν οἰκήσεσι κατὰ τὰς διαστάσεις. Αἱ μέντοιγε ἐν τῇ γῇ ζῶναι πρὸς τὸ εἰρημένον ἓν κλίμα λαμβάνουσι τὴν διαίρεσιν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς κατοικούντων. Ὅσοι μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κατοικοῦσι, τούτοις τὰ αὐτὰ φαινόμενα κατὰ τὰς οἰκήσεις γίνονται, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν ἴσα, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἐκλείψεων (46) τοιαῦτα, καὶ τῶν ὡροσκοπείων καταγραφαὶ αἱ αὐταί· καὶ καθόλου πάντα τὰ περὶ τὰς οἰκήσεις τὰς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κειμένας, τὰ αὐτὰ ὑπάρχει. Τὸ γὰρ ἔγκλιμα τοῦ κόσμου μένει τὸ αὐτό. Παρὰ γὰρ τὸ ἔγκλιμα τοῦ κόσμου διάφορα γίνεται τὰ φαινόμενα. Αἱ μέντοιγε ἀρχαὶ τῶν ἡμερῶν καὶ αἱ τελευταὶ οὐχ ἅμα πᾶσι γίνονται, ἀλλ' οἷς μὲν πρότερον, οἷς δὲ ὕστερον. Καί ἐστιν ἡ παρὰ πᾶσιν [44] α' ὥρα, παρ' ἄλλοις μέσον ἡμέρας οὖσα, παρ' οἷς δὲ δύσις οὖσα. Ἤδη μέντοιγε πρὸς τὴν αἴσθησιν σχεδὸν ἐπὶ σταδίους υ' ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ὁ αὐτὸς ὁρίζων διαμένει· ὥστε πρὸς αἴσθησιν ἅμα τὴν ἀνατολὴν αὐτοῖς γίνεσθαι καὶ τὴν δύσιν. Ὅταν δὲ πλεῖον γένηται τὸ διάστημα τῶν υ' σταδίων, προανατολαὶ καὶ προδύσεις γίνονται. Τοῖς δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κατοικοῦσι μέχρι μὲν σταδίων υ' ἀνεπαίσθητος γίνεται ἡ

A sub polo mundi, usque ad circulum arcticum qui est in terra, stadia 25200: rursus ab arctico qui est in terra, et sub cœli arctico, usque ad tropicum terrenum, qui ponitur sub cœlesti tropico æstivo, stadia 21000; rursus ab æstivo tropico usque ad terrestrem æquinoctialem, qui situs est sub æquinoctiali mundano, sunt stadia 16800; rursus ab æquinoctiali usque ad alterum tropicum stadia sunt 16800. Deinde a tropico usque ad arcticum sunt stadia 21000; postremo ab arctico usque ad alterum polum 25200, ut distantia inter polos colligatur esse 12 myriadum, et præterea 6000 stadiorum, quod est dimidium circumferentiæ terræ; nam distantia quæ est a polo usque ad polum, est semicirculus. Divisio autem horum sexa-
B gesimorum etiam in armillaribus sphæris eadem est. Parantur enim armillares sphæræ sic. A polo arcticus distat partibus 36, quæ sunt sexagesima 6; sexies enim sex sunt 36. Arcticus ab æstivo tropico distat gradibus 30, qui faciunt sexagesima 5; æstivus tropicus distat ab æquinoctiali gradibus 24, qui sunt sexagesima 4. Æquinoctialis distat ab hiberno tropico totidem gradibus 24. Rursus hibernus tropicus ab antarctico distat gradibus 30; antarcticus ab australi polo distat gradibus 36; ut rursus a polo usque ad polum colligantur gradus 180, sexagesima vero 30. Ad hoc enim unum clima, et sphæræ armillares, et solidæ parantur, cum soli arctici in quibusdam habitationibus secundum distantias mutentur. At zonæ terrestres ad dictum
C unum clima accipiunt divisionem eorum, qui in terra habitant. Igitur qui eodem in parallelo habitant, his eædem sunt apparentiæ secundum habitationes; et magnitudines dierum æquales; et magnitudines eclipsium similes; et descriptiones horologicorum instrumentorum eædem; et summatim omnia quæ contingunt circa habitationes in eodem parallelo positas, sunt eadem. Nam inclinatio mundi manet eadem. Propter inclinationem enim mundi diversæ sunt apparentiæ. Atqui initia dierum et fines non simul fiunt omnibus, sed aliis prius, aliis posterius: estque apud omnes prima hora, cum ea apud alios sit medium diei, apud alios occasus. Jam vero quoad sensum, fere ad stadia
D 400 ab ortu versus occasum idem manet horizon. Itaque quoad sensum simul ipsis evenit ortus, et occasus. At ubi distantia fuerit major 400 stadiis, ibi antegressiones ortuum et occasuum fiunt. Iis vero qui in eodem meridiano habitant, usque ad stadia 400 insensibilis fit climatum varietas simul. Verumtamen ob eam distantiam, quæ magis transcendit versus septentrionem aut meridiem, alia fit inclinatio. Itaque omnes apparentiæ

[44] f. τισίν.

(46) *Καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἐκλείψεων*. Falsum. Nam neque de lunaribus, neque de solaribus id recte dicitur. Lunares quippe non in iisdem solummodo parallelis æquales apparent, sed ubicunque luna prospicitur. Solares autem etiam sub eodem parallelo inæquales videntur; aut etiam alibi minime videntur. Quare aliud agenti hoc Gemino excidit.

sunt diversæ. Etenim magnitudines dierum, et magnitudines eclipsium, et horologiorum descriptiones diversæ propter habitationes fiunt iis qui in eodem meridiano habitant. Nam inclinatio mutatur, cum vel ad boream, vel ad meridiem fit transitus. Atqui medietates dierum et medietates noctium simul eveniunt omnibus iis qui in eodem habitant meridiano.

A τῶν κλιμάτων παραλλαγὴ ἅμα· τὸ [49] μέντοι τὸ πλεῖον διάστημα ὑπερβῆναι [50] πρὸς ἄρκτον ἢ πρὸς μεσημβρίαν, ἄλλο γίνεται ἔγκλιμα· ὥστε πάντα τὰ φαινόμενα διάφορα γίνεσθαι. Καὶ γὰρ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἐκλείψεων, καὶ αἱ τῶν ὡρολογίων καταγραφαὶ διάφοροι παρὰ τὰς οἰκήσεις γίνονται τοῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κατοικοῦσι. Τὸ γὰρ ἔγκλιμα μεταπίπτει, ἢ πρὸς ἄρκτον ἢ πρὸς μεσημβρίαν τῆς μεταβάσεως γινομένης. Τὰ μέντοιγε μέσα τῶν ἡμερῶν καὶ τὰ μέσα τῶν νυκτῶν ἅμα πᾶσι γίνεται τοῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κατοικοῦσιν.

31 Cum autem de australi zona dicimus, et de iis qui in ea habitant, ad hæc de antipodibus qui in eadem sunt; convenit ea quæ dicuntur sic intelligere, ut nos de australi quidem zona nullam historiam acceperimus, neque an ulli in ea habitent; sed quod ratione totius sphæræ, et figuræ terræ, et progressus solis, qui fit inter tropicos, sit aliqua etiam altera zona, seu plaga versus austrum sita, quæ habeat idem temperamentum cum borea zona, in qua nos habitamus; similiter etiam dicimus de antipodibus, non quasi omnino habitent aliqui in eadem diametro nobiscum: sed quod sit aliquis locus habitabilis in terra secundum eamdem diametrum nobiscum.

Ὅταν δὲ περὶ τῆς νοτίου ζώνης λέγωμεν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων, πρὸς δὲ τούτοις περὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀντιπόδων τῶν λεγομένων· οὕτως ἀκούειν προσήκει, ὡς μηδεμίαν ἡμῶν ἱστορίαν παρειληφότων περὶ τῆς νοτίου ζώνης, μηδὲ εἴ τινες B ἐν αὐτῇ κατοικοῦσιν· ἀλλ' ὅτι ἕνεκεν τῆς ὅλης σφαιροποιίας, καὶ τοῦ σχήματος τῆς γῆς, καὶ τῆς παρόδου τοῦ ἡλίου τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν γινομένης, ἔστι τις καὶ ἑτέρα ζώνη πρὸς νότον κειμένη, τὴν αὐτὴν εὐκρασίαν ἔχουσα τῇ βορείῳ ζώνῃ, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν ἡμεῖς· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀντιπόδων λέγομεν, οὐχ ὡς κατὰ πᾶν οἰκούντων τινῶν κατὰ τὴν αὐτὴν διάμετρον ἡμῖν, ἀλλ' ὄντος τινὸς τόπου οἰκησίμου ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ διάμετρον ἡμῖν.

Sub torridam autem zonam nonnulli veterum, inter quos est et Cleanthes Stoicus philosophus, prodiderunt fusum esse inter tropicos Oceanum: quibus congruenter et Crates grammaticus errorem Ulyssis disponens, et totam sphæram terræ describens certis circulis, quemadmodum prædiximus, fingit inter tropicos Oceanum esse positum, dicens congruenter mathematicis totius se terræ dispositionem instituere.

Ὑπὸ δὲ τὴν διακεκαυμένην ζώνην τινὲς τῶν ἀρχαίων ἀπεφήναντο, ὧν ἐστι καὶ Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὑποκεχύσθαι μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν Ὠκεανόν· οἷς ἀκολούθως καὶ Κράτης ὁ γραμματικὸς, C τὴν πλάνην τοῦ Ὀδυσσέως διατάσσων, καὶ τὴν ὅλην σφαῖραν τῆς γῆς καταγράφων τοῖς ὁριζομένοις κύκλοις, καθὼς προειρήκαμεν, ποιεῖ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν Ὠκεανὸν κείμενον, λέγων ἀκολούθως τοῖς μαθηματικοῖς τὴν ὅλης γῆς διάταξιν ποιεῖσθαι.

At talis dispositio aliena est et a mathematica et a physica doctrina, et apud nullum veterum mathematicorum inter tropicos, ut Crates docet, collocata. Nam nostris temporibus jam et perspecta et inventa sunt plurima loca habitabilia, et non mari ubique comprehensa: et cum illius intermedii intervalli, quod est ab æstivo tropico usque ad æquinoctialem, spatium sit stadiorum 16800, fere ad 20800 stadia, quatenus investigandi copia fuit, harum rerum historia conscripta est, cum ea per reges Alexandrinos sit explorata. Unde falsi sunt qui opinantur Oceanum fusum esse inter tropicos. Est autem et ex his manifestum, quod et illa opinio, quod inhabitabilis sit regio inter tropicos posita propter æstus excessum, et maxime ea regio quæ est in medio torridæ zonæ, sit falsa. Nam Æthiopes, qui in extremitatibus torridæ zonæ habitant, in conversionibus, seu solstitiis habent in vertice solem. Existimandum est enim duas esse natura Æthiopias, cum et circa æstivum tropicum circulum, qui apud nos est, habitent Æthiopes; et circa eum tropicum qui nobis quidem est hi-

Ἡ δὲ τοιαύτη διάταξις ἀλλοτρία ἐστὶ καὶ τοῦ μαθηματικοῦ καὶ τοῦ φυσικοῦ λόγου, καὶ παρ' οὐδενὶ τῶν ἀρχαίων μαθηματικῶν κατακεχωρισμένη, ὡς ἀποφαίνεται Κράτης, μεταξὺ τῶν τροπικῶν. Ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἤδη καὶ κατώπτευται, καὶ εὕρηται τὰ πλεῖστα οἰκήσιμα, καὶ οὐ πελάγει πάντοθεν περιεχόμενα· καὶ τοῦ μεταξὺ διαστήματος ὑπάρχοντος ἀπὸ θερινοῦ τροπικοῦ μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ ,ιςω' [51], καὶ ὡς σχεδὸν ἐπὶ σταδίους ,κω' [52], ὡς D εὐπόρηται, καὶ ἡ περὶ τούτων ἱστορία ἀναγέγραπται διὰ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλέων ἐξητασμένη. Ὅθεν ψευδοδοξοῦσιν οἱ νομίζοντες τὸν Ὠκεανὸν ὑποκεχύσθαι μεταξὺ τῶν τροπικῶν. Ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι καὶ τὸ δοξαζόμενον, ὅτι ἀοίκητός ἐστιν ἡ μεταξὺ τῶν τροπικῶν κειμένη χώρα διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολὴν, καὶ μάλιστα ἡ περὶ μέσην τὴν διακεκαυμένην ζώνην, ψεῦδός ἐστιν. Οἱ μὲν γὰρ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκοῦντες Αἰθίοπές εἰσι κατὰ κορυφὴν ἔχοντες ἐν ταῖς τροπαῖς τὸν ἥλιον. Δύο γὰρ Αἰθιοπίας τῇ φύσει ὑποληπτέον ὑπάρχειν, περί τε τὸν θερινὸν τροπικὸν τὸν παρ' ἡμῖν κύκλον περιοικούντων [53] Αἰθιόπων, καὶ περὶ

[49] f. τῷ. [50] γρ. ὑπερβαῖνον. [51] γρ. μυρίων. [52] γρ. ,β. al. ,βω'. His non concordat versio Latina. [53] γρ. ὑπεροικούντων.

ἡμῖν μὲν χειμερινὸν τροπικὸν, τοῖς δὲ ἀντίποσι A
ινόν. Τοῦτο δέ φησι Κράτης καὶ τὸν Ὅμηρον λέ-
ν ἐν οἷς φησιν·

ἰοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν·

μὲν δυσσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

ἄτης μὲν οὖν, παραδοξολογῶν, τὰ ὑφ' Ὁμήρου ;αϊκῶς καὶ ἰδικῶς εἰρημένα μετάγει πρὸς τὴν :' ἀλήθειαν σφαιροποιίαν. Ὅμηρος μὲν γὰρ καὶ ἀρχαῖοι ποιηταὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, πάντες ἐπί-ἰον ὑφίστανται τὴν γῆν, καὶ συνάπτουσι τῷ κόσμῳ ; κύκλῳ τὸν Ὠκεανὸν περικείμενον, καὶ τὴν τοῦ ζοντος ἐπέχοντα τάξιν, καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐκ τοῦ κεανοῦ, καὶ τὰς δύσεις εἰς τὸν Ὠκεανόν· ὥστε ις πλησιάζοντας τῇ ἀνατολῇ καὶ τῇ δύσει Αἰθίοπας B ελάμβανον γίνεσθαι καταιθομένους ὑπὸ τοῦ ἡλίου. τη δὲ ἡ πρόληψις τῇ μὲν προκειμένῃ διατάξει όλουθός ἐστι, τῆς δὲ κατὰ φύσιν σφαιροποιίας ἀλ-τρία. Ἡ γὰρ γῆ μέση κεῖται τοῦ σύμπαντος κό-ου, σημείου τάξιν ἐπέχουσα· αἱ δὲ ἀνατολαὶ τοῦ ίου γίνονται καὶ αἱ δύσεις ἐκ τοῦ αἰθέρος καὶ εἰς ν αἰθέρα, διὰ παντὸς τοῦ ἡλίου ἴσον ἀπέχοντος τῆς ῆς. Ὅθεν αἱ μὲν προειρημέναι Αἰθιοπίαι ἀδιανόητοί σιν· αἱ δὲ ὑπὸ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τροπικοὺς κεί-ιναι, αἵτινες ὑπάρχουσιν ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν δια-καυμένων ζωνῶν, κατὰ φύσιν ἔχουσιν. Οὐ μέντοι ; ὑποληπτέον ἀοίκητον εἶναι τὴν διακεκαυμένην ώνην. Ἤδη γὰρ ἐπὶ πολλοὺς τόπους τῆς ζώνης τῆς ακεκαυμένης ἐληλύθασί τινες, καὶ τὰ πλεῖστα οἰ-ήσιμα εὕρηται. C

Ὅθεν καὶ ζητεῖται παρὰ πολλοῖς, εἰ τὰ περὶ μέ-ην τὴν διακεκαυμένην οἰκησιμώτερα μᾶλλόν ἐστι ὢν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης ὑπαρ-χουσῶν οἰκήσεων. Πολύβιος οὖν ὁ ἱστοριογράφος πε-πραγμάτευται βιβλίον, ὃ ἐπιγραφὴν ἔχει· « Περὶ ῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως· » αὕτη δέ ἐστιν ' μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ· καί φησιν οἰ-εῖσθαι τοὺς τόπους, καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν κησιν τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώ-ης οἰκούντων· καὶ ἃ μὲν ἱστορίας φέρει τῶν κατ-εσκευκότων τὰς οἰκήσεις, καὶ ἐπιμαρτυρούντων ῖς φαινομένοις· ἃ δὲ ἐπιλογίζεται ἐπὶ τῆς φυσικῆς ερὶ τὸν ἥλιον ὑπαρχούσης κινήσεως. Ὁ γὰρ ἥλιος ερὶ μὲν τοὺς τροπικοὺς κύκλους πολὺν ἐπιμένει D ρόνον κατὰ τὴν πάροδον [31] τὴν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀποχώρησιν· ὥστε σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ' μένει ὡς αἴσθησιν ἐπὶ τροπικῶν κύκλων· δι' ἣν αἰτίαν μεγέθη τῶν ἡμερῶν σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ' ταυτὰ μένει· ὅθεν, ἐπιμονῆς γινομένης πρὸς τὰς οἰκή-ις τὰς κειμένας ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς, ἀνάγκη ἐκ-ροῦσθαι τὴν οἴκησιν, καὶ ἀοίκητον γίνεσθαι διὰ τοῦ καύματος ὑπερβολήν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσημερι-κύκλου ταχείας συμβαίνει τὰς ἀποχωρήσεις γί-σθαι· ὅθεν καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν περὶ τὰς ημερίας μεγάλας λαμβάνει τὰς παραυξήσεις. Εὔ-λογον οὖν καὶ τὰς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κειμένας οἰ-

[31] γρ. πρόσοδον.

bernus, antipodibus vero æstivus. Hoc autem Crates inquit etiam Homerum dicere in his, ubi ait :

Æthiopes, qui bifariam divisi sunt, extremi virorum,
Alii quidem ad occidentem solem, alii vero ad orientem.

Crates igitur, cum absurda loquatur, ea quæ ab Homero veteri et proprio more sunt dicta, transfert ad veram sphæræ formationem. Homerus enim, et veteres poetæ fere, ut summatim dicam, omnes, planam constituunt terram, et eam convertunt mundo. Quinetiam fingunt in circuitu Oceanum circumfusum, et habentem rationem horizontis : ad hæc ortus ex Oceano et occasus in Oceanum fieri. Itaque Æthiopas, qui erant propinqui ortui et occasui, putabant comburi a sole. Hæc autem opinio propositæ quidem dispositioni congrua est ; sed a vera naturalique sphæræ formatione est aliena. Terra enim in medio ponitur universi mundi, habetque puncti rationem. Ortus vero solis et occasus fiunt ex æthere, et in æthere, cum sol semper æqualiter distet a terra. Unde prædictæ Æthiopiæ non sunt cogitandæ : quæ vero positæ sunt sub tropicis mundi, quæque sunt in extremitatibus torridarum zonarum, sunt secundum naturam. Verumtamen non est cogitandum inhabitabilem esse zonam torridam. Jam enim ad multa loca zonæ torridæ venerunt aliqui, et plurima loca inventa sunt habitabilia.

Unde etiam quæritur a multis, an loca circa mediam torridam zonam sint magis habitabilia, quam habitationes quæ exsistunt circa extremitates torridæ zonæ. Polybius igitur historicus conscripsit librum qui inscribitur, *De habitatione circa æquinoctialem.* Hæc autem est in media torrida zona; atque inquit habitari hæc loca, et habere magis temperatam habitationem, quam habent ii qui circa extremitates torridæ zonæ habitant : ac partim historias affert eorum qui viderant has habitationes, et insuper testimonium præbebant apparentiis; partim ratiocinatur ex naturali solis motu. Sol enim circa tropicos circulos longo commoratur tempore, secundum accessum ad eos, et discessum, ut fere ad dies quadraginta **32** maneat, quoad sensum, in tropicis circulis. Quam ob causam magnitudines dierum fere ad dies 40 manent eædem. Unde cum mora fiat ad illas habitationes quæ sitæ sunt sub tropicis, necesse est ut ardore torreatur hæc habitatio, atque inhabitabilis fiat propter æstus excessum. At ab æquinoctiali circulo contingit veloces fieri discessus : unde etiam magnitudines dierum circa æquinoctia magna capiunt incrementa. Consentaneum est igitur eas etiam habitationes, quæ sunt sitæ sub æquinoctiali, magis esse temperatas ; cum ascensio quidem fiat super puncto ver-

ticali, velociter tamen sol recedat. Omnes enim qui inter tropicos circulos habitant, ad accessum solis similiter sunt collocati : is tamen longioribus temporibus apud eos commoratur, qui circa tropicos habitant; quam ob causam temperatiores esse contingit eas habitationes quæ sunt circa æquinoctialem, quæque sitæ sunt in media zona torrida, quam sunt iis qui circa extremitates zonæ torridæ habitant, quique sunt positi sub tropicis.

CAPUT XIV.

De significationibus astrorum.

Sermo de significationibus apud idiotas diversam parit opinionem, quasi propter astrorum ortus et occasus fiant aeris mutationes. Mathematicus vero et physicus aliam habet opinionem. Ac primo quidem statuendum est, quod hæ significationes imbrium et ventorum, quæ fiunt, circa terram fiant, et ad majorem altitudinem non tendant: exhalationes enim sunt e terra variæ et expertes ordinis, ut sit impossibile eas usque ad inerrantium stellarum sphæram tendere : sed neque singulæ nubes propter altitudinem eo tendunt. Qui igitur ascendunt Cyllenen, altissimum in Peloponneso montem, et Mercurio in vertice montis dicato sacrificant, hi, cum rursus post annum ascendentes sacrificia perficiunt, inveniunt et femora et cinerem ab igne relictum in eodem loco manentia, in quo reliquerant; et neque a ventis, neque ab imbribus immutata, eo quod omnes nubes et ventorum constitutiones infra verticem montis constituantur. Sæpe etiam illi qui in Satabyrium ascendunt, per nubes faciunt ascensum, et infra verticem montis spectant nubium collectiones. Et Cyllenes quidem altitudo est minor stadiis 15, ut Dicæarchus geometrice demonstrat; Satabyrii vero perpendiculum minus est stadiis 14. Omnes enim nubes, ut diximus, cum ex terra habeant exhalationem, circa terram fiunt. Prædictiones autem significationum, quæ in parapegmatibus fiunt, non constant quibusdam certis præceptis, neque arte quadam traduntur, ut habeant necessarium effectum. Sed qui ex eo, quod plerumque fit, per quotidianam observationem congruentiam capiunt, hi in tabulas conferunt. Facta est autem ista collectio et observatio hoc modo. Capientes enim principium anni, et observantes in quo signo sit sol in principio anni, et gradum ascribentes, per singulos dies et per singulos menses factas integras mutationes aeris, ventorum, imbrium et grandinis, ascripserunt ad solis loca per signum quodlibet et gradum. Quod per plures annos observantes,

A κήσεις εὐκρατοτέρας ὑπάρχειν, ἐπιτολῆς μὲν γινομένης ἐπὶ τοῦ κατὰ κορυφὴν σημείου, ταχέως δ' ἀποχωροῦντος τοῦ ἡλίου. Πάντες γὰρ μεταξὺ τῶν τροπικῶν κύκλων οἰκοῦντες παρὰ τὴν πάροδον ὁμοίως κεῖνται τοῦ ἡλίου· πλείονας δὲ χρόνους ἐπιμένει τοῖς περὶ τοὺς τροπικοὺς οἰκοῦσι· δι' ἣν αἰτίαν εὐκρατοτέρας εἶναι συμβέβηκε τὰς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεις, αἵτινες κεῖνται ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ, τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης οἰκούντων, οἵτινες ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς κύκλους κεῖνται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἄστρων [85].

Ὁ περὶ ἐπισημασιῶν λόγος παρὰ μὲν τοῖς ἰδιώ-
B ταις ἀλλοίαν ἔχει διάληψιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς καὶ δύσεσι τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν γινομένων· ὁ δὲ μαθηματικὸς καὶ φυσικὸς ἑτέραν ἔχει δόξαν. Καὶ πρῶτον μὲν διαληπτέον, ὅτι αἱ γινόμεναι ἐπισημασίαι ὄμβρων καὶ πνευμάτων περὶ τὴν γῆν γίνονται, εἰς δὲ πλεῖον ὕψος οὐ διατείνουσιν· ἀναθυμιάσεις γάρ εἰσιν ἐκ γῆς παντοδαπαὶ καὶ ἄτακτοι· ὥστε μὴ οἷόν τε εἶναι μέχρι τῆς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων σφαίρας διατείνειν· ἀλλὰ μηδὲ ἕκαστα διὰ τὸ ὕψος ἀνατείνειν τὰ νέφη. Οἱ γοῦν ἐπὶ τὴν Κυλλήνην (47) ἀναβαίνοντες, ὄρος ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ὑψηλότατον, καὶ θύοντες τῷ καθωσιωμένῳ ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ἑρμῇ, ὅταν πάλιν δι' ἐνιαυτοῦ ἀναβαίνοντες τὰς θυσίας ἐπιτελοῦ-
C σιν, εὑρίσκουσι καὶ τὰ μηρία, καὶ τὴν τέφραν τὴν ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τῇ αὐτῇ τάξει μένουσαν, ἐν ᾗ καὶ κατέλιπον· καὶ μήθ' ὑπὸ πνευμάτων, μήθ' ὑπὸ ὄμβρων ἠλλοιωμένα· διὰ τὸ πάντα τὰ νέφη καὶ τὰς τῶν ἀνέμων συστάσεις ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς συνίστασθαι. Πολλάκις δὲ καὶ οἱ εἰς τὸ Σαταβύριον (48) ἀναβαίνοντες διὰ τῶν νεφῶν ποιοῦνται τὴν ἀνάβασιν, καὶ ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς θεωροῦσι τὴν τῶν νεφῶν σύστασιν. Καὶ ἔστι μὲν τῆς Κυλλήνης τὸ ὕψος ἔλασσον σταδίων ιε', ὡς Δικαίαρχος ἀναμετρικῶς [86] ἀποφαίνεται· τοῦ δὲ Σαταβυρίου ἐλάσσων ἐστὶν ἡ κάθετος σταδίων ιδ' [87]. Πάντα γὰρ τὰ νέφη, καθάπερ εἴπομεν, ἐκ γῆς ἔχοντα τὴν ἀναθυμίασιν, περὶ τὴν γῆν γίνεται. Αἱ δὲ γινόμεναι προῤῥήσεις τῶν ἐπισημασιῶν ἐν τοῖς
D παραπήγμασιν, οὐκ ἀπό τινων παραγγελμάτων ὡρισμένων γίνονται, οὐδὲ τέχνῃ τινὶ μεθοδεύονται κατηναγκασμένον ἔχουσαι τὸ ἀποτέλεσμα· ἀλλ' οἱ ἐκ τοῦ ὡς ἐπίπαν γινομένου διὰ τῆς καθ' ἡμέραν παρατηρήσεως τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες εἰς τὰ παραπήγματα κατεχώρισαν. Ἐγένετο δὲ ἡ σύστασις καὶ ἡ παρατήρησις τοῦ τρόπου τούτου. Λαμβάνοντες γὰρ ἀρχὴν ἐνιαυτοῦ, καὶ παρατηρήσαντες, ἐν τίνι ζωδίῳ ὁ ἥλιος ὑπῆρχε κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν μοῖραν ἀναγράφοντες καθ' ἑκάστην

[85] γρ. τῶν χρόνων. [86] f. ἀναμεμετρηκώς. [87] γρ. σταδίων δ'

(47) *Οἱ γοῦν ἐπὶ τὴν Κυλλήνην.* Cujus κάθετον alii xx, alii xv stadiis definiunt. Strabo libro VIII.

(48) *Εἰς τὸ Σαταβύριον.* Leg. Ἀταβύριον. De quo Strabo lib. XIV, et Stephanus. Mons est in Rhodo insula.

ἡμέραν καὶ μῆνα τὰς γενομένας ὁλοσχερεῖς μεταβολὰς τοῦ ἀέρος, πνευμάτων, ὄμβρων, χαλάζης, παρετίθεσαν ταῖς τοῦ ἡλίου ἐποχαῖς κατὰ ζώδιον καὶ κατὰ μοῖραν. Τοῦτο ἐπὶ πλείονα ἔτη παρατηρήσαντες, τὰς μάλιστα περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους τοῦ ζωδιακοῦ γινομένας μεταβολὰς ἐν τοῖς παραπήγμασιν ἀνεγράψαντο, οὐχ ἀπό τινος τέχνης οὐδὲ μεθόδου ὡρισμένης λαβόντες τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλ' ἐκ τῆς πείρας τὸ σύμφωνον, ὡς ἔγγιστα, λαβόντες. Ἐπειδὴ [88] οὐκ ἐδύναντο οὔθ' ἡμέραν, οὔτε μῆνα, οὔτε ἐνιαυτὸν ὡρισμένον ἀναγράψαι, ἐν ᾧ τι τούτων ἐπιτελεῖται, διὰ τὸ τὰς ἀρχὰς τῶν ἐνιαυτῶν μὴ παρὰ πᾶσιν εἶναι τὰς αὐτὰς, μηδὲ τοὺς μῆνας τοὺς αὐτοὺς εἶναι παρὰ πᾶσι ταῖς ὀνομασίαις, μηδὲ τὰς ἡμέρας ὁμοίως ἄγεσθαι· ἱσταμένοις τισὶ σημείοις ἠθέλησαν ἀφορίσαι τὰς μεταβολὰς τοῦ ἀέρος. Ὅθεν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς κατὰ τοὺς καιροὺς ἀφωρισμέναις αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος γίνονται, οὐχ ὡς τῶν ἄστρων δύναμιν ἐχόντων πρὸς τὴν μεταβολὴν τῶν πνευμάτων καὶ τῶν ὄμβρων, ἀλλ' ὡς σημείου χάριν παρειλημμένων πρὸς τὸ προγινώσκειν ἡμᾶς τὰς περὶ τὸν ἀέρα περιστάσεις. Καὶ ὥσπερ ὁ πυρσὸς οὐκ αὐτός ἐστι παραίτιος τῆς πολεμικῆς περιστάσεως, ἀλλὰ σημεῖόν ἐστι πολεμικοῦ καιροῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἐπιτολαὶ οὐχ αὐταὶ παραίτιοί εἰσι τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν, ἀλλὰ σημεῖα ἔκκεινται τῶν τοιούτων περιστάσεων. Οἱ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς παρατηρήσαντες καὶ συνταξάμενοι τὰ παραπήγματα, ἐξετάσαντες τοὺς τόπους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐν οἷς ὡς ἐπίπαν αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος γίνονται, ἐπεσκέψαντο κατὰ τοὺς χρόνους τούτους τίνα τῶν ἄστρων ἀνατέλλει, ἢ συγκαταδύνει, καὶ ταῖς τούτων ἐπιτολαῖς καὶ δύσεσι σημείοις ἐχρήσαντο εἰς τὴν πρόγνωσιν τῶν προειρημένων. Τὰς μὲν γὰρ ἀνατολὰς τὰς ἀληθινὰς καὶ δύσεις ἀθεωρήτους εἶναι συμβέβηκε· τὰς δὲ φαινομένας ἠδύναντο ὁρᾷν, καὶ περὶ τοὺς ῥηθέντας καιροὺς διαλαμβάνειν, ὅτι αἱ Πλειάδες δύνουσαι ἔχουσί τινα τοιαύτην δύναμιν, ὥστε ὑγρασίαν τινὰ περὶ τὸν ἀέρα ἀπογεννᾷν· ἢ πάλιν ἐπιτέλλουσαι θέρους ἀρχὴν διασημαίνουσιν. Ὅθεν καὶ Ἡσίοδός φησι·

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων,
Ἄρχεσθ' ἀμήτου· ἀρότοιο δὲ, δυσσομενάων.

Οὐ διὰ τὴν τοῦ ἄστρου δύναμιν· παντελῶς γάρ ἐστιν ἀπόπληκτον· εἴτε γὰρ πύρινά ἐστι τὰ ἄστρα, εἴτε αἰθέρια, ὡς ἀρέσκει τισὶ, πάντα τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ δυνάμεως κεκοινώνηκε, καὶ οὐδεμίαν συμπάθειαν ἔχει πρὸς τὰ ἐπὶ τῆς γῆς γινόμενα. Ἡ γὰρ σύμπασα γῆ κέντρου λόγον ἔχει πρὸς τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν, καὶ οὐδεμία ἀποφορὰ, οὐδὲ ἀπόῤῥοια διικνεῖται ἀπὸ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐπὶ τὴν γῆν. Πῶς ὑποληπτέον τούτους ὄμβρων καὶ πνευμάτων καὶ χαλάζης παραιτίους γίνεσθαι, ἀφ' ὧν οὐδεμία δύναμις πίπτει πρὸς ἡμᾶς; Ἀπὸ μὲν γὰρ ἡλίου καὶ σελήνης διικνεῖται ἡ δύναμις ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὰς μεταβάσεις αὐτῶν καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων· ὅθεν εὔλογον πρὸς τούτους συμπάθειαν εἶναι κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν αὐτῶν· αἱ δὲ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις σημείου τάξιν ἐπέχουσι, καθάπερ προείπομεν. Ὅθεν οὐδὲ προληπτέον τὰς αὐτὰς ἐπισημασίας ἐπιτελεῖσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν ἄστρων·

[88] f. ἐπεὶ δέ.

eas mutationes, quæ maxime circa eadem zodiaci loca contingunt, in tabulis conscripserunt, non ex arte aliqua, neque ex certa methodo sumentes descriptionem, sed ab experientia, id quod fere congruit, sumentes. Cum vero non possent singulos dies, neque menses, neque annos certos inscribere, in quibus horum aliquid perficiebatur; eo quod initia annorum apud omnes non sint eadem, neque menses sint apud omnes iisdem appellationibus, neque dies similiter agantur; immotis quibusdam signis voluerunt determinare mutationes aeris. Unde astrorum ortibus, cum hi in temporibus sint determinati, mutationes aeris fiunt; non quod astra vim habeant ad mutationem ventorum et imbrium, sed quod signi gratia assumpta sint ad hoc, ut præcognoscamus aeris affectiones. Et ut lampas, seu fax, non ipsa est causa bellici motus, sed signum est bellici **33** temporis: ita et astrorum ortus non ipsi sunt causa mutationum aeris, sed proposita sunt signa talium affectionum. Nam qui a principio observaverunt et composuerunt tabulas illas, exploratis locis zodiaci circuli, in quibus ut plurimum mutationes aeris fiunt, consideraverunt quæ astra temporibus illis oriantur, aut simul occidant, atque horum ortibus et occasibus pro signis sunt usi ad præcognitionem prædictorum. Ortus enim veros et occasus contingit esse invisibiles; eos vero, qui apparebant, ortus et occasus, poterant videre, et circa tempora dicta discernere, eo quod Pleiades occidentes habeant talem vim, ut humiditatem quamdam circa aerem generent; aut rursus orientes æstatis initium significent. Unde et Hesiodus inquit:

Pleiadibus Atlantis filiabus orientibus
Incipe messem: arationem vero occidentibus

Non propter astri vim: omnino enim id est stupidum: sive enim ignea sunt astra, siveætherea, ut placet aliquibus, omnia eamdem essentiam et vim sortita sunt, et nullam habent mutuam compassionem erga ea quæ in terra fiunt. Universa enim terra centri rationem habet ad inerrantium sphæram; nec ulla vis emanans aut profluvium pervenit ab inerrantibus stellis ad terram. Quomodo putandum est has imbrium et ventorum et grandinum causas esse, a quibus nulla vis cadit ad nos? Nam a sole quidem et luna pervenit vis ad terram secundum transitus eorum et majorum et minorum. Unde consentaneum est terræ cum his esse mutuam consensionem secundum vim cujusque eorum. Inerrantium vero stellarum ortus et occasus signi rationem obtinent, sicut prædiximus. Unde ne statuendum quidem est easdem significationes perfici ex iisdem astris; sed secun-

dum eorumdem climatum varietates, diversos et ortus et occasus astrorum fieri, et quidem in quolibet horizonte propria signa habere mutationis aeris. Idem enim parapegma non potest congruere in urbe Roma, et in Ponto, et in Rhodo, et in urbe Alexandriæ; sed necesse est ut diversæ sint observationes in diversis horizontibus, et in qualibet urbe alia sumantur astra significationes efficientia.

Unde manifestum est quod non naturaliter astrorum ortus et occasus affectiones aeris generent; sed quod in quolibet horizonte diversæ fiant observationes et aerum mutationes. Quamobrem neque omnes significationes in tabulas relatæ semper congruunt; sed interdum universaliter non fiunt: sed qui maximas tempestates comprehendunt ortus et occasus, hi efficiunt serenitates: interdum in urbe serenitas contingit, in agris imber. Sæpe post dies tres aut quatuor aliquis significavit per ortum aut occasum astri mutationem aeris: interdum antevertit significationem diebus quatuor. Unde qui aberrant in prædictionibus significationum, habent excusationem, quod anticiparunt significationem, eo quod posterius est facta.

Ex quibus omnibus manifestum est quod quæ ad significationes spectant, ea in tabulis rudi Minerva sint inscripta, cum non arte quadam, neque necessitate sint tradita, sed ex continua observatione inscripta. Eam ob causam sæpe hæc fallunt. Unde astrologi non sunt accusandi, si aberraverint in significationibus. Si vero eclipsin prædicens aliquis, aut ortum astri, aberraverit, merito et studium, et qui illud tractat, accusantur. Omnia enim quæ arte traduntur debent infallibilem habere prædictionem, seu enuntiationem. At ea quæ ad significationes spectant, neque cum ea assequimur, perfectam laudem, neque cum ab iis aberramus, accusationem merentur. Astrologiæ enim hæc est quædam pars expers artis, et indigna quæ proferatur in medium. Idem opinandum est fieri etiam circa Canis ortum. Omnes enim putant, hanc stellam propriam vim habere, et causam esse intensionis æstuum, cum simul oritur cum sole. At hoc non ita se habet: sed quoniam juxta calidissimum tempus anni hæc stella ortum faciebat, hujus apparitione aeris in æstum mutationem notarunt. Est autem sol causa intensionis æstuum. Primum enim cum ex hieme simus frigefacti, secundum appropinquationem quæ fit ad nos, incipit nos sol calefacere: nondum tamen manifestam efficit calefactionem, cum adhuc frigefactio, quæ est ab hieme, permaneat; cum vero fit commoratio, et semper magis **34** magisque appropinquat sol, contingit fieri sensum calefactionis; deinde contingit bis ad eamdem habitationem continuo solem accedere. Etenim in progressu ad æstivum tropicum circulum, et in recessu, per easdem habitationes transit sol. Unde evenit propter causam hanc intensiones æstuum fieri. Præterea accessus ad æstivum tropicum et

A ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν αὐτῶν κλιμάτων παραλλαγὰς διαφόρους καὶ τὰς ἐπιτολὰς καὶ τὰς δύσεις τῶν ἄστρων γίνεσθαι. Καὶ δὴ καθ' ἕκαστον ὁρίζοντα ἴδια σημεῖα ἔχειν τῆς περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῆς. Τὸ γὰρ αὐτὸ παράπηγμα οὐ δύναται συμφωνεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· ἀλλὰ ἀνάγκη διαφόρους τὰς παρατηρήσεις εἶναι ἐν διαφόροις ὁρίζουσι, καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν ἕτερα λαμβάνεσθαι ἄστρα ἐπισημασίας ἐπιτελοῦντα.

Ἐξ οὗ φανερὸν, ὅτι οὐ φυσικῶς αἱ τῶν ἄστρων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις τὰ περὶ τὸν ἀέρα πάθη ἀπογεννῶσιν· ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ὁρίζοντα διάφοροι παρατηρήσεις γεγόνασι, καὶ τῶν ἀέρων μεταβολαί. Διόπερ οὐδὲ πᾶσαι ἐπισημασίαι, ἐν τοῖς παραπήγμασιν ἀγόμεναι, ἀεὶ συμφωνοῦσιν· ἀλλ' ἔστι μὲν ὅτε καθόλου B οὐ γίνονται, ἀλλὰ τοὺς μεγίστους περιέχουσαι χειμῶνας ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις, εὐδίας ἀποτελοῦσιν· ἔστι δ' ὅτε κατὰ μὲν τὴν πόλιν εὐδία ἐγένετο, ἐπὶ χώρας δὲ ὄμβρος· πολλάκις δέ τις μεθ' ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας ἐπεσήμηνε τῇ ἐπιτολῇ ἢ τῇ δύσει τοῦ ἄστρου· ἔστι δὲ ὅτε προέλαβε τὴν ἐπισημασίαν πρὸ ἡμερῶν τεσσάρων. Ὅθεν καὶ οἱ ἀποτυγχάνοντες ἐν ταῖς προῤῥήσεσι τῶν ἐπισημασιῶν ἔχουσιν ἀπολογίαν, ὅτι προέλαβον τὴν ἐπισημασίαν, ὅτι ὑστέρα ἐγένετο.

Ἐξ ὧν πάντων φανερὸν, ὅτι τὰ κατὰ τὰς ἐπισημασίας ἐν τοῖς παραπήγμασιν ὁλοσχερέστερον ἀναγέγραπται, οὐ τέχνῃ τινὶ οὐδὲ ἀνάγκῃ μεθοδευόμενα, ἀλλ' ἐκ τῆς συνεχοῦς παρατηρήσεως ἀναγεγραμμένα. Διὸ πολλάκις διαψεύδεται. Ὅθεν οὐδὲ κατηγορητέον C ἐστὶ τῶν ἀστρολόγων, ἐὰν ἀποτυγχάνωσιν ἐν ταῖς ἐπισημασίαις. Ἐὰν δ' ἔκλειψιν προειπών τις ἢ ἐπιτολὴν ἄστρου διαμάρτῃ, εὐλόγως καὶ τὸ ἐπιτήδευμα καὶ ὁ μεταχειριζόμενος κατηγορίας ἀξιωθήσεται. Πάντα γὰρ τέχνῃ μεθοδευόμενα ἀδιαμάρτητον ἔχειν ὀφείλει τὴν ἀπόφασιν. Τὰ δὲ περὶ τὰς ἐπισημασίας οὔτ' ἐπιτυγχανόμενα ὁλοσχερῆ τὸν ἔπαινον ἔχει, οὔτ' ἀποτυγχανόμενα κατηγορίαν. Ἄτεχνον γάρ τι μέρος ἐστὶ τοῦτο τῆς ἀστρολογίας, καὶ οὐκ ἄξιον προφορᾶς. Τὸ δὲ αὐτὸ ὑποληπτέον καὶ περὶ τὴν Κυνὸς ἐπιτολὴν γίνεσθαι. Πάντες γὰρ ὑπολαμβάνουσιν ἰδίαν δύναμιν ἔχειν τὸν ἀστέρα, καὶ παραίτιον γίνεσθαι τῆς τῶν καυμάτων ἐπιτάσεως ἅμα συνεπιτέλλοντα τῷ ἡλίῳ. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον· ἀλλὰ ἐπεὶ κατὰ τὸν πυροειδέστατον καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗτος ὁ ἀστὴρ D ἐπέτελλε, τῇ τούτου φάσει ἐσημειώσαντο τὴν πρὸς τὸ καῦμα μεταβολὴν τοῦ ἀέρος. Ἔστι δὲ ὁ ἥλιος παραίτιος τῆς ἐπιτάσεως τῶν καυμάτων. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἐκ τοῦ χειμῶνος κατεψυγμένων ἡμῶν, κατὰ τὸν συνεγγισμὸν τὸν πρὸς ἡμᾶς ἄρχεται ἡμᾶς θερμαίνειν· οὔπω δὲ ἔκδηλον ποιεῖ τὴν θερμασίαν, ἔτι τῆς καταψύξεως ἀπὸ τοῦ χειμῶνος διαμενούσης· ἐπιμονῆς δὲ γινομένης, καὶ μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον συνεγγίζοντος τοῦ ἡλίου, ἐπαίσθησιν συμβαίνει τῆς θερμασίας γίνεσθαι· ἔπειτα συμβαίνει δὶς ἐπὶ τὴν αὐτὴν οἴκησιν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιβάλλειν τὸν ἥλιον. Καὶ γὰρ ἐν τῇ παρόδῳ τῇ πρὸς τὸν θερινὸν τροπικὸν κύκλον, καὶ ἐν τῇ ἀποχωρήσει τὰς αὐτὰς οἰκήσεις παροδεύει ὁ ἥλιος. Ὅθεν συμβαίνει διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην τὰς ἐπιτάσεις τῶν καυμάτων γίνεσθαι. Ἔτι δὲ καὶ τὰς

προσόδους τὰς πρὸς τὸν θερινὸν τροπικὸν καὶ τὰς A ἀποχωρήσεις μικράς τε παντελῶς καὶ ἀνεπαισθήτους εἶναι συμβέβηκε· σχεδὸν γὰρ ἐφ' ἡμέρας μ' ἐπὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ κύκλου τὴν ἐπιμονὴν ποιεῖται. Ὅθεν καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν περὶ τὰς τροπὰς ἀνεπαίσθητον ἔχει τὴν παραύξησιν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦτον* τὸν καιρὸν ἐπέτελλεν** ὁ Κύων, τῇ τούτου φάσει τὸν καιρὸν ἐσημειώσαντο τῆς τῶν καυμάτων ἐπιτάσεως, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ ἄστρου παραιτίου γινομένου, ἀλλ' ὡς τοῦ ἡλίου τὴν αἰτίαν ἔχοντος.

Εἰ μὲν οὖν ὡς σημεῖόν τις λαμβάνει τοῦ καιροῦ τὴν τοῦ Κυνὸς ἐπιτολὴν, ὀρθῶς λαμβάνει, καθάπερ Ὅμηρός φησιν ἐπὶ τοῦ Κυνὸς οὕτως·

Κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται.

B Οὐ γὰρ ὡς ἰδίαν δύναμιν ἔχοντος αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων, ἀλλ' ὡς σημείου χάριν παρειλημμένου.

Ὅσοι μέντοιγε τῶν ποιητῶν καὶ φιλοσόφων τὴν δύναμιν τῆς ἐπιτάσεως τῶν καυμάτων τῷ Κυνὶ προσάπτουσι, πολὺ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ φυσικοῦ λόγου πεπλανημένοι εἰσίν. Ὁ γὰρ ἀστὴρ οὗτος τῆς αὐτῆς οὐσίας κεκοινώνηκε πᾶσι τοῖς ἄστροις. Εἴτε γὰρ πύρινά ἐστιν, εἴτε καὶ αἰθέρια τὰ ἄστρα, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν πάντα, καὶ ὀφείλει κατακρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἄστρων ἡ ἀπὸ τοῦ Κυνὸς ἀποφορά. Καὶ γὰρ τῷ μεγέθει μείζονες αὐτοῦ εἰσιν ἕτεροι, καὶ τῷ πλήθει ἄπειροι. Εἰ οὖν ἐξ ἁπάντων αὐτῶν ἡ δύναμις οὐ διικνεῖται μέχρι τῆς γῆς, οὐδὲ εἰς τὴν τοῦ ἡλίου δύναμιν οὐδὲν συμβάλλεται, πῶς πιθανὸν τὴν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἄστρου ἀποφορὰν τηλικαύτην ἐπί- C τασιν τῶν καυμάτων ποιεῖν; Εἰ δὲ μὴ συνεργοῦσί τι πάντες οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες, τῆς αὐτῆς δυνάμεως κεκοινωνηκότες, οὐκ ἐνδέχεται τὴν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἄστρου θερμασίαν αἰσθητὴν διαφορὰν ἀποφαίνειν ἐν ταῖς συνανατολαῖς τοῦ ἡλίου.

Ἔστι δ' αὐτὸς ὁ ἥλιος παραίτιος τῶν καυμάτων, κατὰ τὸ συνεχὲς τὸν αὐτὸν τόπον τῆς οἰκήσεως ἐπιπορευόμενος. Οὐ δυνάμενοι δὲ κοινὴν ἡμέραν ἅπασιν ἀφορίσαι, ἐν ᾗ γίνονται αἱ ἐπιτάσεις τῶν καυμάτων, ἐπεὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπέτελλεν οὗτος ὁ ἀστὴρ, τῇ τούτου φάσει τὸν καιρὸν ἐσημειώσαντο.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ὁ ἀστὴρ παραίτιος τῆς ἐπιτάσεως τῶν καυμάτων, ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων φανερόν. Πρῶτον μὲν γὰρ πολλάκις συνανατέλλουσι τῷ ἡλίῳ D καὶ πλείονες καὶ μείζονες ἀστέρες, καὶ οὐδεμίαν αἰσθητὴν ποιοῦσι παραλλαγὴν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε ἐκ τῶν ἐναντίων ἐν ταῖς ἐπιτολαῖς αὐτῶν καὶ δύσεσι χειμῶνες γίνονται, καὶ ἄνεμοι ψυχροὶ πνέουσιν, ὡς μηδὲν αὐτῶν συμβαλλομένων πρὸς τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων· πολλάκις δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ζωδίῳ τῷ ἡλίῳ γίνονται ἀστέρες τῶν ε' πλανητῶν οἱ μέγιστοι, Φαέθων, Φωσφόρος, Πυρόεις, ἀφ' ὧν καὶ δυνάμεις ἐπὶ τὴν γῆν πίπτουσι, καὶ οὐδὲν παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν διαφορώτερον περὶ τὸν ἀέρα γίνεται. Ἐξ οὗ φανερὸν, ὅτι οὐδὲν συμβάλλονται πρὸς τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων οὔθ' οἱ ἀπλανεῖς οὔθ' οἱ πλανῆται ἀστέρες· εἰ γὰρ δύναμίν τινα προσεφέρετο ὁ Κύων, ἔδει κατὰ

** γρ. ἐπιτέλλει.

recessus omnino et parvos et insensibiles esse contingit. Fere enim ad dies 40 in æstivo tropico circulo moram facit. Unde et magnitudines dierum circa solstitia insensibile habent incrementum. Cum vero circa hoc tempus ortum faceret Canis, hujus apparitione significaverunt tempus intensionis æstuum; non quod ipsum astrum sit causa, sed quod sol hanc causam habeat.

Si igitur aliquis pro signo temporis accipiat Canis ortum, recte accipit; sicut Homerus inquit de Cane sic:

Malum autem signum factum est.

Non enim cogitandum est, quasi propriam vim habeat Canis ad intensionem æstuum, sed quod signi gratia assumptus sit Canis.

Verumtamen qui ex poetis et philosophis vim intensionis æstuum Cani ascribunt, hi multum a veritate et naturali doctrina aberraverunt. Hæc enim stella eamdem naturam sortita est cum omnibus astris. Sive enim ignea sunt, sive ætherea astra, eamdem omnia habent vim, et debet vinci a multitudine astrorum defluxus a Cane. Nam magnitudine etiam stellam Canis superant aliæ stellæ, et multitudine sunt infinitæ. Si igitur ex omnibus ipsis vis non pervenit usque ad terram, neque ad solis vim quidquam confert, quomodo credibile est defluxum ab uno astro tantam æstuum intensionem facere? Quodsi non adjuvant quidquam omnes inerrantes stellæ, cum eamdem vim sint sortitæ, non possibile est calefactionem ab una stella progredientem efficere sensibilem varietatem in coortibus cum sole.

Est autem ipse sol causa æstuum, continuo ad eumdem locum habitationis accedens. Cum autem non possent omnibus hominibus communem diem determinare, in qua hæ intensiones æstuum fiunt, cumque circa hoc tempus hæc stella oriretur, hujus apparitione hoc tempus significaverunt.

Quod autem hæc stella non sit causa intensionis æstuum, ex iis quæ dicentur erit manifestum. Primum enim sæpe cooriuntur cum sole et plures et majores stellæ, et nullam sensibilem efficiunt varietatem, sed interdum econtrario in ortibus et occasibus earum tempestates fiunt, et venti frigidi spirant, tanquam hi ortus et occasus nihil conferant ad intensionem æstuum. Sæpe etiam in eodem signo cum sole sunt e quinque planetis stellæ maximæ, Jupiter, Lucifer et Mars; a quibus et vires in terram cadunt, et tamen propter horum causam nihil circa aerem magis fit diversum. Ex quo manifestum est quod nihil conferant ad intensionem æstuum neque inerrantes neque errantes stellæ. Si enim vim quamdam afferret Canis, oportebat in vero ortu intensionem æstuum fieri. Tunc enim

simul una oritur cum sole. Non fit autem hoc, sed in apparenti ortu maximi fiunt æstus. Circa hoc enim tempus sol propter dictas causas efficit intensionem æstuum. In Rhodo enim post 30 dies a solstitio oritur hæc stella; in aliis locis post 40 dies æstivi solstitii; aliis post 50: ita ut ejus ortus non amplius faciat intensionem æstuum: quod nemini non manifestum est, quod cum unum sit illud tempus, quod intensionem æstuum comprehendit, quod est post dies 30 solstitii æstivi; in hoc ipso tempore apud alios Canis oritur, et tempus indicat, apud alios vero aliud quoddam ex astris constellationum; non enim simul omnibus astris ortus et occasus contingit fieri.

Quod vero a plurimis dicitur, quod circa tempus hoc **35** Canis oriatur cum sole, omnino est imperitum. In hoc enim tempore plurimum a sole distat hæc stella. Sol enim omnino in æstivo tropico circulo iter facit: Canis vero in hiberno tropico circulo situs est; ita ut hi maximam a se invicem distantiam habeant. Quomodo igitur posset Canis causa esse intensionis æstuum? faceret autem intensionem, si quam vim haberet hæc stella, tum cum esset conjuncta soli secundum hibernas conversiones, cumque ferretur in eodem circulo hæc stella cum sole; tunc enim oportebat aliquam fieri, contra id quod apparet, sensibilem aeris mutationem. Non fit autem hoc, sed e contrario potius hiems. Unde tabulis pro signo ascribitur ortus Canis. Itaque manifestum est ex omnibus, neque hanc stellam, neque aliam ullam tantam habere vim, ut circa aerem mutationes efficiat; sed principalem esse causam solem: harum vero ortus et occasus in cognitionem mutationum aeris apponi. Quam ob causam neque semper congruunt. Unde melioribus aliquis uteretur iis signis quæ a natura nobis dantur, quibus et Aratus est usus. Nam eas aeris mutationes, quæ fiunt ex ortibus et occasibus astrorum, putavit esse falsas: eas vero quæ fiunt naturaliter, et quadam ex causa, seorsim posuit in Apparentiarum tractatu, in extrema libri totius parte. Sumit enim præscientias a solis ortu et occasu, et a lunæ ortibus et occasibus, ab area, sive corona, quæ fit circa lunam, a stellis cadentibus et a brutis animalibus. Nam quæ præscientiæ cum quadam naturali causa ex his fiunt, necessaria habent effecta. Unde et Boethus philosophus, in quarto libro expositionis Arati, physicas causas cum ventorum, tum

A τὴν ἀνατολὴν τῶν καυμάτων γίνεσθαι ἐπίτασιν· τότε γὰρ ἅμα συνανατέλλει τῷ ἡλίῳ. Οὐ γίνεται δὲ τοῦτο· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιφαινομένην ἐπιτολὴν τὰ μέγιστα καύματα γίνεται. Περὶ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ ἥλιος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας παραίτιός ἐστι τῆς ἐπιτάσεως τῶν καυμάτων. Ἐν Ῥόδῳ μὲν γὰρ μετὰ λ' ἡμέρας τῆς τροπῆς ἐπιτέλλει ὁ ἀστὴρ, ἐν ἄλλοις δὲ τόποις μετὰ μ' ἡμέρας τῆς θερινῆς τροπῆς, οἷς δὲ μετὰ ν'· ὥστε μηκέτι τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων τὴν ἐπιτολὴν αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἑκάστῳ φανερὸν, ὅτι ὁ μὲν τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων περιέχων καιρὸς εἷς ἐστιν ὁ μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς ἡμέρας λ'· ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ παρ' οἷς μὲν ὁ Κύων ἐπιτέλλει, καὶ τὸν καιρὸν μηνύει, παρ' οἷς δὲ ἄλλο τι τῶν κατηστερισμένων ἄστρων· οὐ γὰρ ἅμα πᾶσι τοῖς ἄστροις B τὰς ἐπιτολὰς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνει γίνεσθαι.

Τὸ δὲ λεγόμενον (49) ὑπὸ τῶν πλείστων, ὅτι περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀνατέλλει σὺν τῷ ἡλίῳ, παντελῶς ἐστιν ἰδιωτικόν. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ἡλίου διέστηκεν ὁ ἀστήρ. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος πάντως ἐπὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ κύκλου τὴν πάροδον ποιεῖται· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ κύκλου κεῖται· ὥστε πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διάστημα ἀπέχειν αὐτούς. Πῶς ἂν οὖν δύναιτο παραίτιος γίνεσθαι τῆς ἐπιτάσεως τῶν καυμάτων; ἐπίτασιν δὲ ἐποίει ἂν, εἴ τινα δύναμιν εἶχεν ὁ ἀστὴρ, ἅμα γινόμενος τῷ ἡλίῳ κατὰ χειμερινὰς τροπὰς, ὅταν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κύκλου φέρηται ὁ ἀστὴρ τῷ ἡλίῳ. Τότε γὰρ ἔδει γενέσθαι τινὰ πρὸς τὸ φαινόμενον αἰσθητὴν περὶ τὸν ἀέρα παραλλαγήν. Οὐ γίνεται δὲ τοῦτο, ἀλλ' ἐκ τῶν A ἐναντίων χειμών. Ὅθεν τοῖς παραπήγμασι παράκειται σημεῖον· ὥστε εἶναι φανερὸν ἐκ πάντων, ὅτι οὔθ' οὗτος ὁ ἀστὴρ, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς τηλικαύτην τινὰ δύναμιν ἔχει, ὥστε μεταβολὰς περὶ τὸν ἀέρα κατασκευάζειν· ἀλλ' ἔστι τὸ ἡγεμονικὸν αἴτιον περὶ τὸν ἥλιον· αἱ δὲ τούτων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις ἐπὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν παράκεινται. Δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ διὰ παντὸς συμφωνοῦσιν. Ὅθεν βελτίοσιν ἄν τις σημείοις χρήσαιτο τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως ἡμῖν διδομένοις· οἷς καὶ Ἄρατος κέχρηται. Τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐπιτολῶν καὶ δύσεων τῶν ἄστρων γινομένας μεταβολὰς τοῦ ἀέρος ᾠήθη εἶναι διεψευσμένας· τὰς δὲ φυσικῶς γινομένας καὶ μετά τινος αἰτίας κατεχώρισεν ἐν τῇ τῶν Φαινομένων πραγματείᾳ ἐπὶ πᾶσι τῆς ὅλης συντάξεως. Λαμβάνει γὰρ τὰς προγνώσεις ἀπὸ τῆς D τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς καὶ δύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς σελήνης ἀνατολῶν καὶ δύσεων, καὶ ἀπὸ τῆς ἅλω τῆς γινομένης περὶ τὴν σελήνην, καὶ ἀπὸ τῶν διαϊσσόντων ἀστέρων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων· αἱ γὰρ ἀπὸ τούτων προγνώσεις, μετά τινος φυσικῆς αἰτίας γινόμεναι,

(49) *Τὸ δὲ λεγόμενον*. Mirum insignem mathematicum adeo pueriliter hallucinatum esse. Nam cujusmodi est, obsecro, illius ratio? Caniculam cum sole conjunctam nihil ad æstivos calores augendos conferre, quo tempore exortum facere vulgo dicitur, ex eo demonstrat, quod tum ab ea sol abest longius. Hoc vero inde concludit, quod tunc sol æstivum tropicum tenet: Canicula vero in hiberno tropico sita est: quare si quam vim incendendis æstibus haberet illius cum sole conjunctio, ea potissimum appareret quando sol in hiberno tropico versatur, hoc est in eodem cum Canicula circulo. Nihil hac argumentatione falsius. Quæ tum procederet, si hiems æstas esset, aut in ipso Capricorno sita esset Canicula. Hæc enim Gemini tempore in gradu Geminorum circiter XV collocabatur. Distabat ab æquinoctiali gradibus fere XVI, a tropico et a sole prope XL. Cum autem sol in Capricorni tropico stabat, intervallum inter hunc et Caniculam amplius erat semicirculo. Quid igitur cogitabat Geminus, cum propinquiorem soli Caniculam esse scriberet, quando hibernum ille tropicum occupat quam cum in æstivo moratur?

κατηναγκασμένα ἔχουσι τὰ ἀποτελέσματα. Ὅθεν καὶ Βόηθος ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀράτου ἐξηγήσεως, φυσικὰς τὰς αἰτίας ἀποδέδωκε τῶν τε πνευμάτων καὶ ὄμβρων, ἐκ τῶν προειρημένων εἰδῶν τὰς προγνώσεις ἀποφαινόμενος. Τούτοις δὲ τοῖς σημείοις καὶ Ἀριστοτέλης κέχρηται ὁ φιλόσοφος, καὶ Εὔδοξος, καὶ ἕτεροι πλείονες τῶν ἀστρολόγων.

A imbrium exposuit, ex prædictis generibus præcognitiones ostendens. His signis et Aristoteles philosophus usus est, et Eudoxus, et plures alii astrologi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ ἐξελιγμοῦ (50).

Ἐξελιγμός ἐστι χρόνος ἐλάχιστος περιέχων ὅλους μῆνας, καὶ ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλας ἀποκαταστάσεις τῆς σελήνης. Ἐπεὶ γὰρ ὁ μηνιαῖος χρόνος παρετηρήθη ὑπάρχων ἡμερῶν εἴκοσιν ἐννέα α'/β', ὡς ἔγγιστα καὶ τριακοστοῦ τρίτου, ἡ δὲ ἀποκατάστασις τῆς σελήνης ἡμερῶν κζ' καὶ ὀκτωκαιδεκάτου ὡς ἔγγιστα· ἐζητεῖτο χρόνος ὁ ἐλάχιστος, ὅστις περιέχει ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλους μῆνας, καὶ ὅλας ἀποκαταστάσεις· ἔστι δὲ τοιαύτη εὕρεσις· Ἡ σελήνη ἀνωμάλως φαίνεται διαπορευομένη τὸν ζωδιακὸν κύκλον, καὶ περιφέρειάν τινα ἐνεχθεῖσα, ἐν τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ μείζονα ταύτης κινεῖται, καὶ ἀεὶ μείζονα ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ἕως ἂν μεγίστην περιφέρειαν κινηθῇ· εἶτ' αὖθις εἰς τὴν ἐλάττονα τῆς προηγουμένης, ἕως ἂν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐλαχίστην περιφέρειαν ἀποκατασταθῇ. Ὁ δὲ χρόνος ὁ ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης κινήσεως ἐπὶ τὴν ἐλαχίστην κίνησιν ἀποκατάστασις καλεῖται. Παρατετήρηται δὲ ὁ ἐξελιγμὸς περιέχων ὅλους μῆνας χξθ', ἡμέρας δὲ ͵αθψνς'. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ ποιεῖται τῆς κατὰ μῆκος ἀνωμαλίας ἡ σελήνη ἀποκαταστάσεις ψιζ', κύκλους δὲ ζωδιακοὺς διαπορευομένη ἐν τῷ προειρημένῳ χρόνῳ ψκγ', καὶ προσεπιλαμβάνουσα μοίρας λβ'. Ἔχοντες δὲ ταῦτα τὰ φαινόμενα ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐζητημένα, δέον συστήσασθαι τὴν κατὰ μῆκος ἀνωμαλίαν ἡμερήσιον τῆς σελήνης, τίς ἐστιν ἐλαχίστη κίνησις αὐτῆς, καὶ τίς ἡ μεγίστη, καὶ τίς ἡ μέση, καὶ τίς ἡ καθ' ἡμέραν παραύξησις καὶ μείωσις αὐτῆς· ἐπιλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου καὶ τοῦτο, ὅτι ἐὰν μὲν καὶ τὰς ἐλαχίστας κινῆται, πλείονα μὲν τῶν ια' μοιρῶν κινεῖται, ἐλάττονα δὲ τῶν ιβ'· ὅταν δὲ τὰς μεγίστας κινῆται, πλείονα μὲν τῶν ιε' μοιρῶν κινεῖται, ἐλάττονα δὲ τῶν ις'· ἐπεὶ τοίνυν παρατετήρηται ἡ σελήνη ἐν ἡμέραις ͵αθψνς' διαπορευομένη ζωδιακοὺς κύκλους ψκγ', καὶ ἔτι μοίρας λβ', ἕκαστος δὲ τῶν κύκλων ἔχει μοίρας τξ'· ἀνελύσατο τῶν κύκλων πλῆθος εἰς μοίρας, καὶ προσέθηκε τὰς λβ'. Γίνεται ὁ πᾶς ἀριθμὸς μοιρῶν ͵σξτιβ'. Ἐν ἄρα ἡμέραις μάλιστα ͵αθψνς' διαπορεύεται ἡ σελήνη τὸ προειρημένον πλῆθος τῶν μοιρῶν· ὃ δὴ πλῆθος, εἰς τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος μερίσαντες, εὑρήσομεν τὴν μέσην ἡμερήσιον κίνησιν τῆς σελήνης. Ὅταν γὰρ μήτε τὴν ἐπίτασιν τῆς κινήσεως, μήτε τὴν ἄνεσιν ὑπολογιζάμενοι, ἐξ ὁμαλοῦ μερίσωμεν τὸ τῶν μοιρῶν πλῆθος, τότε ἡ εὑρεθεῖσα κίνησις μέση καλεῖται. Εὑρίσκεται δὲ αὕτη γινομένη μοιρῶν ιγ' πρώτων ἑξηκοστῶν, καὶ δευτέρων λε'. Καλεῖται δὲ τὸ τῆς μιᾶς μοίρας ἑξηκοστὸν πρῶτον ἑξηκοστὸν, τὸ δὲ τοῦ πρώτου ἑξηκοστοῦ ἑξηκοστὸν δεύτερον ἑξηκοστόν· ὁμοίως δὲ τὸ

CAPUT XV.

De evolutione.

Evolutio est tempus minimum, continens integros menses, et integros dies, et integras restitutiones lunæ. Cum enim menstruum tempus observatum sit esse dierum 29 1/2, 1/33, fere: restitutio vero lunæ dierum 27 1/18 fere, quæsitum est tempus minimum, quod continet integros dies, et integros menses, et integras B restitutiones: inventio autem est talis: Luna irregulariter peragrare zodiacum circulum, et fieri per arcum quemdam conspicitur. Die sequenti hoc arcu majorem conficit, et semper majorem diebus continuo sequentibus, donec per maximum arcum mota fuerit. Deinde rursus in arcum minorem præcedenti die, donec in minimum, qui fuit ab initio, arcum restituta fuerit. Tempus vero, quod est a minimo motu ad minimum motum, restitutio vocatur. Observata autem est evolutio continens integros menses 669, dies vero 19756. In hoc autem tempore luna anomaliæ secundum longitudinem facit restitutiones 717, circulos zodiacos peragrans in jam dicto tempore 723, et insuper assumens gradus 32. Habentes autem has apparentias ex veteribus temporibus quæsitas, C quando constituere oportet eam diurnam lunæ anomaliam, quæ est secundum longitudinem, quis sit minimus motus ejus, et quis maximus, quis medius, et quod quotidianum incrementum et decrementum ejus: accipimus insuper ex apparentia et hoc, cum luna motus minimos facit, plus eam moveri undecim gradibus, minus duodecim: cum vero maximos conficit motus, amplius eam moveri 15 gradibus, minus vero 16 gradibus; cum igitur observatum sit, lunam in diebus 19756 peragrare zodiacos circulos 723, et præterea adhuc gradus 32: unusquisque autem circulorum habeat gradus 360, refundit luna circulorum multitudinem in gradus, et addit gradus 32. Fit igitur totus numerus graduum 260312. In diebus igitur maxime 19756 per- D currit luna prædictum numerum graduum: quam multitudinem in dierum multitudinem dividentes inveniemus medium diurnum motum lunæ. Cum enim neque intentionem motus, neque remissionem reputantes, ex æquali diviserimus graduum multitudinem, tunc inventus motus 36 vocatur medius. Invenitur autem hic medius motus graduum 13 primorum sexagesimorum 10', et secundorum 35". Vocatur autem unius gradus sexagesimum, primum sexagesimum; et unius primi sexagesimi sexagesimum vocatur secundum sexagesimum; similiter etiam unum secundum sexagesimum, cum

(50) *Περὶ ἐξελιγμοῦ.* Vide Ptolemæum lib. IV, cap. 2.

divisum est in partes 60, vocatur una particula A tertium sexagesimum. Eadem est ratio etiam in reliquis sexagesimis.

Cum numerorum hic sit ordo, a Chaldæis inventus est medius motus lunæ graduum 13, 10′, 35″, cumque in diebus 19756 luna faciat restitutiones 717, si voluerimus cognoscere unam restitutionem in quot diebus faciat luna, dividemus dierum multitudinem in restitutionum multitudinem; et fiunt dies restitutionis 27, et unius diei sexagesima prima 33, et secunda 20. In tot igitur diebus luna a minimo motu ad minimum motum proficiscitur.

δεύτερα κ′. Ἐν ἄρα ἡμέραις τοσαύταις ἡ σελήνη ἀπὸ γίνεται.

Et cum in omni restitutione 4 sint tempora æqualia, acceperunt quartam partem dierum 27, 33′, et 20″, et fiunt dies 6, 53′, et 20″. In tot igitur diebus luna a minimo motu ad medium proficiscitur, et a medio ad maximum; et rursus similiter a maximo ad medium, et a medio ad minimum. Nam hæc quatuor tempora inter se sunt æqualia. B

Et cum, si fuerint tres numeri ex æquo se superantes, extremi simul sumpti sint duplo majores medio, in motu autem lunæ tres sint numeri ex æquo se invicem superantes, nempe motus minimus, et medius, et maximus: si igitur motum maximum et minimum componamus, erunt hi compositi duplo majores medio. Erat autem medius C motus graduum 13, 10′, 35″. Multiplicaverunt hæc bis, et proveniunt ex multiplicatione gradus 26, 21′, 10″. Maximus igitur motus lunæ, et minimus præcise compositi sunt dies 26, 21′, 10″. Atqui gradus ex observatione sumpti non exacte maximi et minimi motus sunt gradus 26. Reliqua igitur sunt ea sexagesima, quæ effugerunt observationem per apparentias et organa factam, videlicet unius gradus prima sexagesima 21′, et secunda 10″. Hæc igitur oportet insuper attribuere et minimo et maximo motui: ut duo hi motus compositi efficiant gradus 26, 21′, 10″. Addere autem oportet sic hanc necessariam appendicem, ut neque minimus motus agatur major gradibus 12, neque maximus major gradibus 16. Sic autem attribuemus: Cum luna in D diebus 6, 53′, 20″ proficiscatur a minimo motu ad medium, et a medio ad maximum, et semper æquali incremento et decremento utatur: inveniendus est numerus qui, multiplicans quartam partem restitutivi temporis, efficiat numerum qui, additus medio motui, colligat quemdam numerum majorem quidem 15 gradibus, minorem vero 16; sublatus autem a medio motu, relinquat numerum quemdam majorem quidem 11 gradibus, minorem vero 12. At quæ adduntur gradus 15, et gradibus 11, ea erunt quoque prima sexagesima 21′, et secunda 10″. Invenitur autem hoc facere numerus 18 sexagesimorum primo-

A δεύτερον ἑξηκοστὸν, διαιρεθὲν εἰς μέρη ξ′, καλεῖται τὸ ἓν μέρος τρίτον ἑξηκοστόν. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἑξηκοστῶν.

Τοιαύτης δὲ τῆς διατάξεως ὑπαρχούσης τῶν ἀριθμῶν, ὑπὸ τῶν Χαλδαίων, εὕρηται ἡ μέση κίνησις τῆς σελήνης μοιρῶν ιγ′, ι′, λε′· καὶ ἐπεὶ ἐν ἡμέραις ͵αϡψνϛ′ ἀποκαταστάσεις ποιεῖται ἡ σελήνη ψιζ′, ἐὰν βουλώμεθα ἐπιγνῶναι τὴν μίαν ἀποκατάστασιν ἐν πόσαις ἡμέραις ποιεῖται ἡ σελήνη, μεριοῦμεν τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος εἰς τὸ τῶν ἀποκαταστάσεων πλῆθος· γίνονται δὲ ἡμέραι τῆς ἀποκαταστάσεως εἴκοσιν ἑπτὰ, καὶ μιᾶς ἡμέρας ἑξηκοστὰ πρῶτα λγ′, καὶ τῆς ἐλαχίστης κινήσεως ἐπὶ τὴν ἐλαχίστην παραγί-

B Καὶ ἐπεὶ ἐν πάσῃ ἀποκαταστάσει δ′ εἰσὶ χρόνοι ἴσοι, ἔλαβον τέταρτον μέρος τῶν κζ′ ἡμερῶν, λγ′ λεπτῶν πρώτων, καὶ κ′ δευτέρων λεπτῶν, καὶ γίνονται ἡμέραι ϛ′, νγ′, καὶ κ′. Ἐν ἄρα τοσαύταις ἡ σελήνη ἡμέραις ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης κινήσεως ἐπὶ τὴν μέσην παραγίνεται, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης ἐπὶ τὴν μεγίστην, καὶ πάλιν ὁμοίως ἀπὸ τῆς μεγίστης ἐπὶ τὴν μέσην, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης ἐπὶ τὴν ἐλαχίστην. Οἱ γὰρ δ′ οὗτοι χρόνοι εἰσὶν ἀλλήλοις ἴσοι.

Καὶ ἐπεὶ ἂν ὦσι τρεῖς ἀριθμοὶ ἴσῳ ἀλλήλων ὑπερέχοντες, γίνονται οἱ ἄκροι τοῦ μέσου διπλασίονες· ἐν δὲ τῇ κινήσει τῆς σελήνης τρεῖς εἰσιν ἀριθμοὶ τῷ ἴσῳ ἀλλήλων ὑπερέχοντες, ἥ τε ἐλαχίστη κίνησις, καὶ ἡ μέση, καὶ ἡ μεγίστη· ἐὰν ἄρα τὴν μεγίστην καὶ τὴν ἐλαχίστην συνθῶμεν, ἔσονται διπλασίονες τῆς C μέσης κινήσεως. Ἦν δὲ ἡ μέση κίνησις μοιρῶν ιγ′, λεπτῶν ι′, λε′. Ἐπολλαπλασίασαν ταῦτα δίς· καὶ γίνονται μοῖραι κϛ′, κα′, ι′. Ἡ ἄρα μεγίστη κίνησις τῆς σελήνης καὶ ἡ ἐλαχίστη, ἐπ' ἀκριβὲς συντεθεῖσαι, γίνονται ἡμέραι [60] κϛ′, κα′, ι′. Ἀλλὰ αἱ κατὰ τὸ ὁλοσχερὲς ἐκ τηρήσεως εἰλημμέναι, ἥ τε μεγίστη καὶ ἐλαχίστη, μοῖραι κϛ′. Λοιπὰ ἄρα ἐστὶ τὰ ἐκφυγόντα τὴν διὰ τῶν φαινομένων καὶ τὴν τῶν ὀργάνων παρατήρησιν, μιᾶς μοίρας πρῶτα ἑξηκοστὰ κα′, καὶ δεύτερα ι′. Ταῦτα ἄρα δεῖ προσεπιμερίσαι τῇ τε ἐλαχίστῃ καὶ τῇ μεγίστῃ, ὅπως αἱ δύο συντεθεῖσαι κινήσεις ἀποτελῶσι μοίρας κϛ′, κα′, ι′. Προσθεῖναι δὲ τὴν ἐπουσίαν οὕτως, ὥστε μήτε τὴν ἐλαχίστην μείζονα ἄγεσθαι τῶν ιβ′ μοιρῶν, μήτε τὴν μεγίστην μείζονα μοιρῶν ιϛ′. Ἐπιμεριοῦμεν δὲ οὕτως· Ἐπεὶ D ἡ σελήνη ἐν ἡμέραις ϛ′ τε καὶ νγ′ πρώτοις, καὶ δευτέροις κ′ παραγίνεται ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης κινήσεως ἐπὶ τὴν μέσην, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης ἐπὶ τὴν μεγίστην, καὶ διὰ παντὸς τῇ ἴσῃ παραυξήσει καὶ μειώσει χρῆται· δεῖ εὑρεῖν ἀριθμὸν, ὃς πολλαπλασιάσας τὸ τέταρτον μέρος τοῦ ἀποκαταστατικοῦ χρόνου, ἀποτελέσει τινὰ ἀριθμὸν, ὃς, προστιθεὶς μὲν τῇ μέσῃ κινήσει, συνάξει [61] τινὰ ἀριθμὸν μείζονα μὲν τῶν ιε′ μοιρῶν, ἐλάττονα δὲ τῶν ιϛ′· ἀφαιρεθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς μέσης κινήσεως, ἀπολείψει τινὰ ἀριθμὸν, μείζονα μὲν τῶν ια′ μοιρῶν, ἐλάττονα δὲ τῶν ιβ′. Τὰ δὲ προστιθέμενα ταῖς ιε′ μοίραις καὶ ταῖς ια′, ἔσται ἐπὶ τὸ αὐτὸ πρῶτα ἑξηκοστὰ κα′, καὶ δεύτερα ι′. Εὑρίσκεται δὲ τοῦτο

[60] *f.* μοῖραι. [61] γρ. ποιήσει.

A ποιῶν ὁ τῶν ιη' ἑξηκοστῶν πρώτων· ἐὰν γὰρ ταῦτα πολλαπλασιασθῇ ἐπὶ τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἀποκαταστάσεως, ἐπὶ τὰς ἡμέρας ς', ιγ' πρῶτα λεπτὰ, καὶ κ' δεύτερα, ἀποτελοῦνται μοῖραι β' καὶ πρῶτα ἑξηκοστὰ δ'. Ταῦτα προσέθηκα τῇ μέσῃ κινήσει ιγ', ι', λε', καὶ γίνονται μοῖραι ιε', ιδ', λε'· καὶ ἀφεῖλον ἀπὸ τῆς μέσης κινήσεως τὰς β' μοίρας, καὶ τὰ πρῶτα ἑξηκοστὰ δ', καὶ τὰ λείποντα [1], μοίρας ια', ς', λε'. Εὕρηται ἄρα ἡ μὲν ἐλαχίστη κίνησις τῆς σελήνης μοιρ. ια', πρώτων ἑξηκοστῶν ις', δευτέρων δὲ ια', τρίτων λε'· ἡ δὲ μέση κίνησις μοιρ. ιγ', ι', λε'· ἡ μεγίστη κίνησις μοιρ. ιε', ια', λε'· ἡ δὲ ἡμερησία παραύξησις πρώτων ἑξηκοστῶν ιη'.

rum; si enim hæc multiplicata fuerint in quartam partem restitutionis, nempe in dies 6, 13', et 20'', producuntur gradus 2 et 4'. Hæc addidi medio motui, nempe gradibus 13, 10', 35'', et fiunt gradus 15, 14', 35''. Subtraxi a medio motu hos gradus 2 et 4', et reliqui sunt gradus 11, 6', 35''. Inventus est igitur minimus motus lunæ graduum 11, 6', 11'', 35'''; medius motus graduum 13, 10', 35''; maximus motus graduum 15, 11', 35''; diurnum autem incrementum primorum sexagesimorum 18'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Χρόνοι τῶν ζωδίων ἐν οἷς ἕκαστον αὐτῶν ὁ ἥλιος διαπορεύεται· καὶ αἱ καθ' ἕκαστον ζώδιον γινόμεναι ἐπισημασίαι αἱ ὑπογεγραμμέναι εἰσίν. B

Ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ θερινῆς τροπῆς.

Καρκίνον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα'.

Ἐν δὲ τῇ α' ἡμέρᾳ Καλίππῳ Καρκίνος ἄρχεται ἀνατέλλειν, τροπαὶ θεριναὶ, καὶ ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ θ' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ νότος πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ ια' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ Ὠρίων ἑῷος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ιγ' ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι Ὠρίων ὅλος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ις' Δοσιθέῳ Στέφανος ἑῷος ἄρχεται δύνειν.

Ἐν δὲ τῇ κγ' Δοσιθέῳ ἐν Αἰγύπτῳ Κύων ἐκφανὴς γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ κε' Μέτωνι Κύων ἐπιτέλλει ἑῷος. C

Ἐν δὲ τῇ κζ' Εὐκτήμονι Κύων ἐπιτέλλει· Εὐδόξῳ Κύων ἑῷος ἐπιτέλλει, καὶ τὰς ἐπομένας ἡμέρας ε' [2] ἐτησίαι πνέουσιν· αἱ δὲ πέντε αἱ πρῶται πρόδρομοι καλοῦνται. Καλίππῳ Καρκίνος δύνει ἀνατέλλων πνευματώδης.

Ἐν δὲ τῇ κη' Εὐκτήμονι Ἀετὸς ἑῷος δύνει· χειμὼν κατὰ θάλασσαν ἐπιγίνεται.

Ἐν δὲ τῇ λ' Καλίππῳ Λέων ἄρχεται ἀνατέλλειν· νότος πνεῖ· καὶ Κύων ἀνατέλλων φανερὸς γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ λα' Εὐδόξῳ νότος πνεῖ.

Ὁ ἥλιος τὸν Λέοντα διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λα'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ α' ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι Κύων μὲν ἐκφανὴς, πνῖγος δὲ ἐπιγίνεται, ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ ε' Εὐδόξῳ Ἀετὸς ἑῷος δύνει.

Ἐν δὲ τῇ ι' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ Στέφανος δύνει. D

Ἐν δὲ τῇ ιβ' Καλίππῳ Λέων μέσος ἀνατέλλων πνῖγη μάλιστα ποιεῖ.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Εὐκτήμονι πνῖγη μάλιστα γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ ις' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ ιζ' Εὐκτήμονι Λύρα δύεται, καὶ ἔτι ὕει, καὶ ἐτησίαι παύονται, καὶ Ἵππος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ιη' Εὐδόξῳ Δελφὶς ἑῷος δύνει. Δοσιθέῳ Προτρυγητὴρ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ κβ' Εὐδόξῳ Λύρα ἑῷος δύνει, καὶ ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ κθ' Εὐδόξῳ ἐπισημαίνει. Καλίππῳ Παρθένος ἐπιτέλλει, ἐπισημαίνει.

CAPUT XVI.

Tempora signorum in quibus unumquodque eorum sol peragrat: et significationes singulorum signorum sunt ejusmodi.

Incipiamus autem ab æstiva conversione.

Cancrum peragrat sol in diebus 31.

Primo die Calippo Cancer incipit oriri, conversiones æstivæ, et significat.

Die 9 Eudoxo flat auster.

Die 11 Eudoxo Orion mane oritur.

37 Die 13 Euctemoni Orion totus oritur.

Die 16 Dositheo Corona mane incipit occidere.

Die 23 Dositheo in Ægypto Canis apparet.

Die 25 Metoni Canis oritur mane

Die 27 Euctemoni Canis oritur. Eudoxo Canis mane oritur, et per dies sequentes quinque etesiæ spirant: e quibus diebus primi quinque vocantur præcursores. Calippo Cancer occidit, oriens flatuosus.

Die 28 Euctemoni Aquila mane occidit; tempestas per mare post excitatur.

Die 30 Calippo Leo incipit oriri; auster spirat; et Canis oriens fit conspicuus.

Die 31 Eudoxo auster spirat.

Leonem sol peragrat diebus 31.

Primo igitur die Euctemoni Canis quidem est conspicuus: post autem fit æstus, significat.

Die 5 Eudoxo Aquila mane occidit.

Die 10 Eudoxo Corona occidit.

Die 12 Calippo Leo medius oriens æstus maxime facit.

Die 14 Euctemoni æstus maxime fiunt.

Die 16 Eudoxo significat.

Die 17 Euctemoni Lyra occidit, et insuper pluit, et etesiæ cessant: Equus oritur.

Die 18 Eudoxo Delphinus mane occidit. Dositheo Vindemiator vesperi oritur.

Die 22 Eudoxo Lyra mane occidit, et significat.

Die 29 Eudoxo significationem habet. Calippo Virgo oritur, significat.

[1] γρ. καταλειφθέντα. [2] γρ. νε'.

Virginem percurrit sol diebus 30.

Die 5 Eudoxo ventus spirat magnus, et insuper tonat. Calippo humeri Virginis oriuntur, et etesiæ spirant.

Die 10 Euctemoni Vindemiator apparet; oritur et Arcturus, et Sagitta occidit mane. Tempestas fit per mare. Eudoxo pluvia, tonitrua; ventus magnus spirat.

Die 17 Calippo Virgo media oriens significat, et Arcturus oriens est conspicuus.

Die 19 Eudoxo Arcturus mane oritur, et per sequentes dies 7 spirant venti, serenitas est plerumque. Cessante hoc tempore, ventus ab aurora exsistit.

Die 20 Arcturus Euctemoni conspicuus. Autumni initium, et Capra oritur, stella magna in Auriga, et deinde significat. Tempestas per mare.

Die 24 Calippo spica Virginis oritur.

Libram sol peragrat diebus 30.

Die 1 Euctemoni æquinoctium autumnale, et significat. Calippo Aries incipit occidere. Æquinoctium autumnale.

Die 3 Euctemoni Hædi vespertini oriuntur. Tempestas exsistit.

Die 4 Eudoxo Capra vesperi oritur.

Die 5 Euctemoni vespertinæ apparent Pleiades ab ortu. Calippo Virgo cessat oriri.

Die 7 Euctemoni Corona oritur. Tempestas est.

Die 8 Eudoxo Pleiades oriuntur.

Die 10 Eudoxo . . . mane oritur.

Die 12 Eudoxo Scorpius vesperi incipit occidere, et tempestas insuper oritur, et ventus flat magnus.

Die 17 Eudoxo totus Scorpius vesperi; Capra penitus occidit. Calippo Chelæ incipiunt oriri, significant.

Die 19 Eudoxo boreæ et austri spirant.

Die 22 Eudoxo Hyades vesperi oriuntur.

Die 28 Calippo Tauri cauda occidit, significat.

Die 29 Eudoxo boreas et auster spirant.

Die 30 Euctemoni magna per mare tempestas.

Scorpium sol permeat diebus 30.

Die 3 Dositheo tempestas est.

Die 4 Democrito Pleiades occidunt summo mane, venti hiberni plerumque et frigora, et pruina. Solet oriri flatus. Folia abjicere maxime incipiunt arbores. Calippo Scorpii frons oritur cum flatu.

A Τὴν δὲ Παρθένον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ ε' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ ἄνεμος μέγας πνεῖ, καὶ ἐπιβροντᾷ. Καλίππῳ δὲ οἱ ὦμοι τῆς Παρθένου ἐπιτέλλουσι, καὶ ἐτησίαι πνέουσιν [a].

Ἐν δὲ τῇ ι' ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι Προτρυγητὴρ φαίνεται· ἐπιτέλλει δὲ καὶ Ἀρκτοῦρος· καὶ Ὀϊστὸς δύεται ὄρθρου. Χειμὼν κατὰ θάλασσαν. Εὐδόξῳ ὑετὸς, βρονταὶ, [b] ἄνεμος μέγας πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ ιζ' Καλίππῳ Παρθένος μέση ἐπιτέλλουσα ἐπισημαίνει, καὶ Ἀρκτοῦρος ἀνατέλλων φανερός.

Ἐν δὲ τῇ ιθ' Εὐδόξῳ Ἀρκτοῦρος ἑῷος ἐπιτέλλει, καὶ τὰς ἑπομένας ἡμέρας ζ' ἄνεμοι πνέουσιν, εὐδία ὡς τὰ πολλά. Λήγοντος δὲ τοῦ χρόνου, ἀπ' ἠοῦς
B πνεῦμα γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ κ' Ἀρκτοῦρος Εὐκτήμονι ἐκφανής. Μετοπώρου ἀρχὴ, καὶ Αἶξ ἐπιτέλλει, ἀστὴρ μέγας ἐπὶ τοῦ Ἡνιόχου, κἄπειτα ἐπισημαίνει. Χειμὼν κατὰ θάλασσαν.

Ἐν δὲ τῇ κδ' ἡμέρᾳ Καλίππῳ στάχυς ἐπιτέλλει τῆς Παρθένου.

Τὸν δὲ ζυγὸν διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λ'.

Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι ἰσημερία μετοπωρινὴ, καὶ ἐπισημαίνει. Καλίππῳ ὁ Κριὸς ἄρχεται δύνειν. Ἰσημερία μετοπωρινή.

Ἐν δὲ τῇ γ' Εὐκτήμονι Ἔριφοι ἐπιτέλλουσιν ἑσπέριοι. Χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ δ' Εὐδόξῳ Αἶξ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.

C Ἐν δὲ τῇ ε' Εὐκτήμονι Πλειάδες ἑσπέριαι φαίνονται ἐκ τοῦ πρὸς ἕω. Καλίππῳ Παοθένος λήγει ἀνατέλλουσα.

Ἐν δὲ τῇ ζ' ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι Στέφανος ἀνατέλλει. Χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ η' Εὐδόξῳ Πλειάδες ἐπιτέλλουσιν.

Ἐν δὲ τῇ ι' Εὐδόξῳ... ἑῷος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ιβ' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ Σκορπίος ἀκρόνυχος ἄρχεται δύνειν, καὶ χειμὼν ἐπιγίνεται, καὶ ἄνεμος μέγας πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ ιζ' Εὐδόξῳ Σκορπίος ὅλος ἀκρόνυχος· Αἶξ ὅλως δύνει. Καλίππῳ Χηλαὶ ἄρχονται ἀνατέλλειν· ἐπισημαίνουσιν.

Ἐν δὲ τῇ ιθ' Εὐδόξῳ βορέαι καὶ νότοι πνέουσιν.

Ἐν δὲ τῇ κβ' Εὐδόξῳ Ὑάδες ἀκρόνυχοι ἐπιτέλ-
D λουσιν.

Ἐν δὲ τῇ κη' Καλίππῳ τοῦ Ταύρου κέρκος δύνει, ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ κθ' Εὐδόξῳ βορέας καὶ νότος πνέουσιν.

Ἐν δὲ τῇ λ' Εὐκτήμονι χειμὼν κατὰ θάλασσαν πολύς.

Τὸν δὲ Σκορπίον ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ τρίτῃ Δοσιθέῳ χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ δ' ἡμέρᾳ Δημοκρίτῳ Πλειάδες δύνουσιν ἅμα ἠοῖ· ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ψῦχος, ἤδη καὶ πάχνη. Ἐπιπνεῖν φιλεῖ. Φυλλοῤῥοεῖν ἄρχεται τὰ δένδρα μάλιστα. Καλίππῳ τοῦ Σκορπίου τὸ μέτωπον ἐπιτέλλει, πνευματῶδες [c].

[a] γρ. λήγονται. [b] γρ. βροντᾷ. [c] γρ. πνευματώδη.

Ἐν δὲ τῇ ε' Εὐκτήμονι Ἀρκτοῦρος ἑσπέριος δύεται, καὶ ἄνεμοι μεγάλοι πνέουσιν. A

Ἐν δὲ τῇ η' Εὐδόξῳ Ἀρκτοῦρος ἀκρόνυχος πρωΐας ὕνει, καὶ ἐπισημαίνει, καὶ ἄνεμος πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ θ' Καλίππῳ τοῦ Ταύρου δύνει κεφαλὴ ῴα· ὑετοί [67].

Ἐν δὲ τῇ ι' Εὐκτήμονι Λύρα ἑῷος ἐπιτέλλει, καὶ πιχειμάζεται ὑετῷ.

Ἐν δὲ τῇ ιβ' Εὐδόξῳ Ὠρίων ἀκρόνυχος ἄρχεται πιτέλλειν.

Ἐν δὲ τῇ ιγ' Δημοκρίτῳ Λύρα ἐπιβάλλει ἅμα ἡλίῳ νίσχοντι· καὶ ὁ ἀὴρ χειμερινὸς γίνεται ὡς ἐπὶ τὰ ολλά.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Εὐδόξῳ ὑετία.

Ἐν δὲ τῇ ιε' Εὐκτήμονι Πλειάδες δύνουσι, καὶ ἐπισημαίνει, καὶ Ὠρίων ἄρχεται καὶ μεσοῦντι καὶ λήγοντι ἐπιχειμάζειν. B

Ἐν δὲ τῇ ις' Καλίππῳ ὁ ἐν τῷ Σκορπίῳ λαμπρὸς ἀστὴρ ἀνατέλλει, ἐπισημαίνει· καὶ Πλειάδες δύνουσι φανεραί.

Ἐν δὲ τῇ ιη' Εὐδόξῳ Σκορπίος ἄρχεται ἐπιτέλλειν ἑῷος.

Ἐν δὲ τῇ ιθ' Εὐδόξῳ Πλειάδες ἑῷαι δύνουσι· καὶ Ὠρίων ἄρχεται δύνειν, καὶ χειμάζει.

Ἐν δὲ τῇ κα' Εὐδόξῳ Λύρα ἑῷος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ κζ' Εὐκτήμονι Ὑάδες δύνονται· καὶ ἔτι ὕει.

Ἐν δὲ τῇ κη' Καλίππῳ τοῦ Ταύρου τὰ κέρατα δύεται· ὑετία.

Ἐν δὲ τῇ κθ' Εὐδόξῳ Ὑάδες δύνουσι, καὶ χειμαίνει σφόδρα. C

Τὸν δὲ Τοξότην ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ ἑβδόμῃ Εὐκτήμονι Κύων δύεται, καὶ ἐπιχειμάζει. Καλίππῳ ὁ Τοξότης ἄρχεται ἀνατέλλειν· καὶ Ὠρίων δύνειν φανερῶς. Χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ η' Εὐδόξῳ Ὠρίων ἑῷος δύνει.

Ἐν δὲ τῇ ι' Εὐκτήμονι τοῦ Σκορπίου τὸ κέντρον ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ιβ' Εὐδόξῳ Κύων ἑῷος δύνει, χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Εὐδόξῳ ὑετός.

Ἐν δὲ τῇ ιε' Εὐκτήμονι Ἀετὸς ἐπιτέλλει, νότος πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ Ἀετὸς ἐπιτέλλει ἅμα ἡλίῳ, καὶ ἐπισημαίνειν φιλεῖ βροντὴν, καὶ ἀστραπὴν, καὶ ὕδατι ἢ ἀνέμῳ, ἢ ἀμφότερα ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. Εὐδόξῳ Κύων ἀκρόνυχος [68] ἐπιτέλλει, καὶ ὅτι Καλίππῳ οἱ Δίδυμοι μετίασι δυόμενοι, νοτία [69]. D

Ἐν δὲ τῇ ιθ' Εὐκτήμονι, Εὐδόξῳ δύνει.

Ἐν δὲ τῇ κα' Εὐδόξῳ Σκορπίος ἑῷος ἐπιτέλλει, καὶ χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ κγ' Εὐδόξῳ Αἲξ ἑῴα δύνει.

Ἐν δὲ τῇ κς' Εὐδόξῳ Ἀετὸς ἑῷος ἐπιτέλλει.

Τὸν δὲ Αἰγόκερων ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ α' ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι τροπαὶ χειμε-

Die 5 Euctemoni Arcturus vesperi occidit, magnique spirant venti.

Die 8 Eudoxo Arcturus in extremitate noctis mane occidit, et significat; ventus spirat.

Die 9 Calippo Tauri caput occidit mane; pluviæ.

Die 10 Euctemoni Lyra mane oritur, atque insuper hiems est cum pluvia.

Die 12 Eudoxo Orion vesperi incipit oriri.

Die 13 Democrito Lyra ascendit una cum sole
38 oriente, et aer fit tempestuosus plerumque.

Die 14 Eudoxo est pluvia.

Die 15 Euctemoni Pleiades occidunt, et significant. Orion incipit cum medio mense, tum desinente, tempestatem excitare.

Die 16 Calippo splendida in Scorpio stella oritur, significat; et Pleiades occidunt apparenter.

Die 18 Eudoxo Scorpius incipit oriri mane.

Die 19 Eudoxo Pleiades mane occidunt; et Orion incipit occidere, et tempestatem excitat.

Die 21 Eudoxo Lyra mane oritur.

Die 27 Euctemoni Hyades occidunt, atque insuper pluit.

Die 28 Calippo Tauri cornua occidunt; et fit pluvia.

Die 29 Eudoxo Hyades occidunt; et magna est tempestas.

Sagittarium sol percurrit diebus 29.

Die 7 Euctemoni Canis occidit, atque insuper fit tempestas. Calippo Sagittarius incipit oriri, et Orion occidere apparenter. Oritur tempestas.

Die 8 Eudoxo Orion mane occidit.

Die 10 Euctemoni Scorpii aculeus oritur.

Die 12 Eudoxo Canis mane occidit, fit tempestas.

Die 14 Eudoxo est pluvia.

Die 15 Euctemoni Aquila oritur, flat auster.

Die 16 Democrito Aquila oritur simul cum sole, et insuper significare solet tonitru et fulgur, cum aqua aut vento, aut utraque plerumque. Eudoxo Canis vesperi oritur, eo quod Calippo Gemini transeunt occidentes, fit pluvia.

Die 19 Euctemoni et Eudoxo occidit.

Die 21 Eudoxo Scorpius mane oritur, estque tempestas.

Die 23 Eudoxo Capra mane occidit.

Die 26 Eudoxo Aquila mane oritur.

Capricornum sol peragrat diebus 29.

Die 1 Euctemoni solstitium hibernum significat.

[67] γρ. ὑετοσίαι. [68] γρ. ἀκρόνυξ. [69] γρ. νοτια.

Calippo Sagittarius desinit oriri; conversiones contingunt hibernæ, fit tempestas.

Die 2 Euctemoni Delphinus oritur, exsistit tempestas.

Die 4 Eudoxo fiunt hibernæ conversiones, exsistit tempestas.

Die 7 Euctemoni Aquila vesperi occidit, fitque tempestas.

Die 9 Eudoxo Corona vesperi oritur.

Die 12 Democrito auster spirat . . . oritur.

Die 14 Euctemoni media hiems. Auster multus flat hibernus per mare.

Die 15 Calipoo Capricornus incipit oriri, flat auster.

Die 16 Euctemoni auster hibernus per mare.

Die 18 vesperi post solem occidit Perseus, et spirat auster.

Die 27 Euctemoni Delphinus vespertinus occidit. Calippo Cancer desinit occidere; est tempestas.

Aquarium permeat sol diebus 30.

Die 2 Leo incipit occidere, fit pluvia. Democrito hiems exsistit.

Die 4 Eudoxo Delphinus vesperi occidit.

Die 11 Eudoxo Lyra vesperi occidit. Exsistit pluvia.

Die 14 Eudoxo serenitas, interdum etiam flat zephyrus.

Die 16 Democrito zephyrus incipit flare, et manet per dies 43 a conversionibus.

Die 17 Euctemoni tempus est ut spiret zephyrus. Calippo Aquarius medius oriens est; flat zephyrus.

Die 25 Euctemoni vesperi occidit, et insuper magna est tempestas.

Pisces sol percurrit diebus 30.

Die 2 tempus est hirundinem apparere, et spirant ornithiæ, seu venti aviarii. Calippo Leo desinit occidere, et hirundo apparet, significat.

Die 4 Democrito varii sunt dies qui vocantur dies halcyonum. Eudoxo Arcturus vesperi oritur, et exsistit pluvia, hirundo apparet, et per sequentes dies 30 boreæ spirant, et maxime illi qui dicuntur proornithiæ, seu venti anteaviarii.

Die 12 Euctemoni Arcturus vesperi oritur, et Vindemiator fit apparens. Insuper flat frigidus boreas.

39 Die 14 Democrito frigidi flant venti qui ornithiæ vocantur, per dies maxime novem. Euctemoni Equus mane occidit: insuper frigidus flat boreas.

Die 17 Eudoxo exsistit tempestas, et milvus apparet. Calippo Piscium australis oritur, desinit boreas.

Die 21 Eudoxo Corona vesperi oritur, incipiunt ornithiæ spirare.

Die 22 Euctemoni milvus apparet, ornithiæ spirant usque ad æquinoctium.

[10] γρ. ἀκρόνυξ ubique. [11] f. νότιος, al. ἄλοπος.

A ριναὶ ἐπισημαίνουσι. Καλίππῳ Τοξότης λήγει ἀνατέλλων. Τροπαὶ χειμεριναὶ, χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ β' Εὐκτήμονι Δελφὶς ἐπιτέλλει, χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ δ' Εὐδόξῳ τροπαὶ χειμεριναὶ, χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ ζ' Εὐκτήμονι Ἀετὸς ἑσπέριος δύεται, καὶ χειμαίνει.

Ἐν δὲ τῇ θ' Εὐδόξῳ Στέφανος ἀκρόνυχος δύνει.

Ἐν δὲ τῇ ιβ' Δημοκρίτῳ νότος πνεῖ, ... ὡς ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Εὐκτήμονι μέσος χειμών. Νότος πολὺς ἐπιπνεῖ χειμερινὸς κατὰ θάλασσαν.

Ἐν δὲ τῇ ιε' Καλίππῳ Αἰγόκερως ἄρχεται ἀνατέλλειν, νότος.

Ἐν δὲ τῇ ις' Εὐκτήμονι νότος χειμέριος κατὰ θά-

B λασσαν.

Ἐν δὲ τῇ ιη' ἀκρόνυχος ἐπιδύνει ὁ Περσεὺς, καὶ νότος πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ κζ' Εὐκτήμονι Δελφὶς ἑσπέριος δύνει. Καλίππῳ Καρκίνος λήγει δύνων· χειμαίνει

Τὸν δὲ Ὑδροχόον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ β' Καλίππῳ Λέων ἄρχεται δύνειν· ὑετία. Δημοκρίτῳ [ἄλοχος] χειμών.

Ἐν δὲ τῇ δ' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ Δελφὶν ἀκρόνυχος [10] δύνει.

Ἐν δὲ τῇ ια' Εὐδόξῳ Λύρα ἀκρόνυχος δύνει. Ὑετία.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Εὐδόξῳ εὐδία· ἐνίοτε καὶ ζέφυρος πνεῖ.

C Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ ζέφυρος πνεῖν ἄρχεται, καὶ παραμένει ἡμέρας γ' καὶ μ' ἀπὸ τροπῶν.

Ἐν δὲ τῇ ιζ' Εὐκτήμονι ζέφυρος πνεῖ. Καλίππῳ Ὑδροχόος μέσος ἀνατέλλων· ζέφυρος πνεῖ.

Ἐν δὲ τῇ κε' Εὐκτήμονι ἑσπέριος δύνει· καὶ σφόδρα ἐπιχειμάζει.

Τοὺς δὲ Ἰχθύας ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ β' χελιδόνα ὥρα φαίνεσθαι, καὶ ὀρνιθίαι πνέουσι. Καλίππῳ δὲ Λέων δύνων λήγει, καὶ χελιδὼν φαίνεται, ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ δ' Δημοκρίτῳ ποικίλαι ἡμέραι γίνονται ἀλκυονίδες καλούμεναι. Εὐδόξῳ δὲ Ἀρκτοῦρος ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει, καὶ ὑετὸς γίνεται, καὶ χελιδὼν φαίνεται· καὶ τὰς ἑπομένας ἡμέρας λ' βορέαι πνέουσι, καὶ μάλιστα οἱ προορνιθίαι καλούμενοι.

D Ἐν δὲ τῇ ιβ' Εὐκτήμονι Ἀρκτοῦρος ἑσπέριος ἐπιτέλλει, καὶ Προτρυγητὴρ ἐκφανής. Ἐπιπνεῖ βορέας ψυχρός.

Ἐν δὲ τῇ ιδ' Δημοκρίτῳ ἄνεμοι πνέουσι ψυχροὶ, οἱ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ'. Εὐκτήμονι δὲ Ἵππος ἑῷος δύνει· ἐπιπνεῖ βορέας ψυχρός.

Ἐν δὲ τῇ ιζ' Εὐδόξῳ χειμαίνει, καὶ ἰκτῖνος φαίνεται. Καλίππῳ τῶν Ἰχθύων ὁ νότος [11] ἐπιτέλλει· λήγει βορέας.

Ἐν δὲ τῇ κα' Εὐδόξῳ Στέφανος ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει· ἄρχονται ὀρνιθίαι πνέοντες.

Ἐν δὲ τῇ κβ' Εὐκτήμονι ἰκτῖνος φαίνεται, ὀρνιθίαι πνέουσι μέχρις ἰσημερίας.

Ἐν δὲ τῇ κθ' Εὐκτήμονι τοῦ Σκορπίου οἱ πρῶτοι A ἀστέρες δύνουσιν, ἐπιπνεῖ βορέας ψυχρός.

Ἐν δὲ τῇ λ' Καλίππῳ τῶν Ἰχθύων ὁ βόρειος ἐπιτέλλων λήγει, ἰκτῖνος φαίνεται, βορέας πνεῖ.

Τὸν δὲ Κριὸν διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα'.

Ἐν μὲν τῇ πρώτῃ Καλίππῳ σύνδεσμος τῶν Ἰχθύων ἀνατέλλει. Ἰσημερία ἐαρινή, καὶ ψεκὰς λεπτή· χειμαίνει σφόδρα, ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ γ' Καλίππῳ Κριὸς ἄρχεται ἐπιτέλλειν· ὑετὸς, ἢ νιφετός.

Ἐν δὲ τῇ ς' Εὐδόξῳ ἰσημερία, ὑετὸς γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ ι' Εὐκτήμονι Πλειάδες ἑσπέριοι κρύπτονται.

Ἐν δὲ τῇ ιγ' Εὐδόξῳ Πλειάδες ἀκρόνυχοι δύνουσι· καὶ Ὠρίων ἄρχεται δύνειν ἀπὸ ἀκρονύχου· ὑετὸς γίνεται. Δημοκρίτῳ Πλειάδες κρύπτονται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, καὶ ἀφανεῖς γίνονται νύκτας μ'.

Ἐν δὲ τῇ κα' Εὐδόξῳ Ὑάδες ἀκρόνυχοι δύνουσιν.

Ἐν δὲ τῇ κγ' Εὐκτήμονι Ὑάδες κρύπτονται, καὶ χάλαζα ἐπιγίνεται, καὶ ζέφυρος πνεῖ. Καλίππῳ Ζυγὸς ἄρχεται δύνειν, πολλαχῇ δὲ καὶ χάλαζα.

Ἐν δὲ τῇ κζ' Εὐδόξῳ Λύρα ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.

Τὸν δὲ Ταῦρον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λβ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ α' ἡμέρᾳ Εὐδόξῳ Ὠρίων ἀκρόνυχος δύνει· ὑετία. Καλίππῳ ὁ Κριὸς λήγει ἐπιτέλλων· ὑετία· πολλαχῇ δὲ καὶ χάλαζα.

Ἐν δὲ τῇ β' Εὐκτήμονι Κύων κρύπτεται, καὶ χάλαζα γίνεται. Τῇ δ' αὐτῇ Λύρα [11] ἐπιτέλλει Εὐδόξῳ. Κύων ἀκρόνυχος δύνει, καὶ ὑετὸς γίνεται. Καλίππῳ τοῦ Ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει· νοτία.

C

Ἐν δὲ τῇ ζ' Εὐδόξῳ ὑετὸς γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ η' Εὐκτήμονι Αἲξ ἑῴα ἀνατέλλει· εὐδία· ὕει νότῳ ὕδατι.

Ἐν δὲ τῇ θ' Εὐδόξῳ Αἲξ ἑῴα ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ια' Εὐδόξῳ Σκορπίος ἑῷος δύνειν ἄρχεται, καὶ ὑετὸς γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ ιγ' Εὐκτήμονι Πλειὰς ἐπιτέλλει· θέρους ἀρχὴ, καὶ ἐπισημαίνει. Καλίππῳ ἡ τοῦ Ταύρου κεφαλὴ ἐπιτέλλει· ἐπισημαίνει.

Ἐν δὲ τῇ μιᾷ καὶ εἰκάδι Εὐδόξῳ Σκορπίος ἑῷος ὅλος δύνει.

Ἐν δὲ τῇ κβ' Εὐδόξῳ Πλειάδες ἐπιτέλλουσι, καὶ ἐπισημαίνουσιν.

Ἐν δὲ τῇ κε' Εὐκτήμονι Ἀετὸς ἑσπέριος δύνει.

D

Ἐν δὲ τῇ λ' Εὐκτήμονι ἑσπέριος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ λα' Εὐκτήμονι Ἀετὸς ἑσπέριος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ λβ' Εὐκτήμονι Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει· ἐπισημαίνει. Καλίππῳ ὁ Ταῦρος λήγει ἀνατέλλων. Εὐκτήμονι Ὑάδες ἑσπέριαι ἐπιτέλλουσιν, ἐπισημαίνουσι.

Τοὺς δὲ Διδύμους ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λβ'.

Ἐν μὲν οὖν τῇ β' Καλίππῳ οἱ Δίδυμοι ἄρχονται ἐπιτέλλειν· νοτία.

Ἐν δὲ τῇ ε' Εὐδόξῳ Ὑάδες ἑῷαι ἐπιτέλλουσιν.

Ἐν δὲ τῇ ζ' Εὐδόξῳ Ἀετὸς ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ ι' Δημοκρίτῳ ὕδωρ γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ ιγ' Εὐδόξῳ Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει

[11] γρ. καὶ αὐτὸ Λύρα.

Die 29 Euctemoni Scorpii primæ stellæ occidunt, flat frigidus boreas.

Die 30 Calippo Piscium borealis desinit occidere; apparet milvus, flat boreas.

Arietem pertransit sol diebus 31.

Die 1 Calippo vinculum Piscium oritur. Fit æquinoctium vernum, et pluvia minutula; magna fit tempestas, significat.

Die 3 Calippo Aries incipit oriri; exsistit pluvia aut nix.

Die 6 Eudoxo est æquinoctium, fit pluvia.

Die 10 Euctemoni Pleiades vesperi occultantur.

Die 13 Eudoxo Pleiades vesperi occidunt, et Orion incipit occidere vespertino occasu. Pluvia B exsistit. Democrito Pleiades occultantur simul cum sole ascendente, et non apparent per noctes 40.

Die 21 Eudoxo Hyades vesperi occidunt.

Die 23 Euctemoni Hyades occultantur, et grando post exsistit, et flat zephyrus. Calippo Libra incipit occidere, passim exsistit et grando.

Die 27 Eudoxo Lyra vesperi oritur.

Taurum sol peragrat diebus 32.

Die 1 Eudoxo Orion vesperi occidit, fit pluvia: Calippo Aries desinit oriri; fit pluvia, et passim grando.

Die 2 Euctemoni Canis occultatur, et grando exsistit: eodem die Lyra oritur Eudoxo. Canis vesperi occidit, et fit pluvia. Calippo Tauri cauda oritur, exsistit humiditas.

Die 7 Eudoxo exsistit pluvia.

Die 8 Euctemoni Capra mane oritur; serenitas; pluit austro.

Die 9 Eudoxo Capra mane oritur.

Die 11 Scorpius matutinum occasum facere incipit, et pluvia exsistit.

Die 13 Euctemoni Pleias oritur; æstatis est initium, et significat. Calippo Tauri caput oritur, significat.

Die 21 Eudoxo Scorpius totus mane occidit.

Die 22 Eudoxo Pleiades oriuntur, et significant.

Die 25 Euctemoni Aquila vesperi occidit.

Die 30 Euctemoni vesperi oritur.

Die 31 Euctemoni Aquila vesperi oritur.

Die 32 Euctemoni Arcturus mane occidit, significat. Calippo Taurus desinit oriri. Euctemoni Hyades vesperi oriuntur, significant.

Geminos sol permeat diebus 32.

Die 2 Calippo Gemini incipiunt oriri; exsistit humiditas.

Die 5 Eudoxo Hyades mane oriuntur.

Die 7 Eudoxo Aquila vesperi oritur.

Die 10 Democrito aqua exsistit.

Die 13 Eudoxo Arcturus mane occidit.

Die 18 Eudoxo Delphinus vesperi oritur.

Die 24 Euctemoni Orionis humerus oritur, Eudoxo Orion incipit oriri.

Die 29 Democrito Orion incipit oriri, et solet post ipsum significare.

Ἐν δὲ τῇ ιη' Εὐδόξῳ Δελφὶς ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.

Ἐν δὲ τῇ κδ' Εὐκτήμονι Ὠρίωνος ὦμος ἐπιτέλλει· Εὐδόξῳ Ὠρίων ἄρχεται ἐπιτέλλειν.

Ἐν δὲ τῇ κθ' Δημοκρίτῳ ἄρχεται Ὠρίων ἐπιτέλλειν, καὶ φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ' αὐτῷ.

40 *DIONYSII PETAVII JUDICIUM DE SEQUENTE PTOLEMÆI LIBELLO.*

Sic in ms. conceptus erat titulus, ut edidimus. Leg. tamen videtur Φάσεις ἀπλανῶν, καὶ ἐπισημασίαι· *sive, ut est apud Suidam,* Περὶ φάσεως, καὶ ἐπισημασιῶν ἀστέρων ἀπλανῶν. *In eum librum quædam universe notata esse debent. Primum est, de hujus auctore quæri posse, sitne Ptolemæus, an ei falso tribuatur, perinde ut alter a Leonico Latine tantum editus. Nam de hoc, quin* ψευδεπίγραφος *sit, ambigi non oportet. At de nostro duo sunt, quæ falsi suspicionem movent. Alterum, quod æquinoctium autumnale cum Ptolemæi observatione non convenit. Nam Thoth Actiaci* XXVIII, *id est Septembris* XXV, *ascribit æquinoctium. Ptolemæus autem anno Christi* CXXXIX *observavit idem æquinoctium Septembris* XXVI, *hora fere* VII *matutina; tardius uno die. Congruit parapegma nostrum cum vero ingressu solis in Libram anno primo Juliano. Sed huic opponi potest consensus utriusque in æquinoctio verno. Nam Ptolemæus anno Christi* CXL *observavit æquinoctium Martii* XXII, *hora* I *post meridiem, qui est Phamenoth Actiaci* XXIII, *quem in diem nostrum quoque parapegma contulit: in quo a Juliano cardine ambo discrepant. Æstivum solstitium in nostro, librariorum fortasse culpa, excidit, quod Ptolemæus observavit anno eodem Christi* CXL, *Junii* XXV. *Hibernum porro solstitium Choiac* XXVI, *sive Decembris* XXII, *affigitur in parapegmate, quod a Juliano solstitio distat. Itaque prior ista ratio non satis idonea est, ob quam a Ptolemæo librum hunc abjudicemus.*

Alterum argumentum sumere ex eo possumus, quod cum mensibus Ægyptiis, Augusteis et Actiacis, sive fixis, Julianos haud satis exacte comparet: quasi ambo idem initium, ac finem eumdem habeant. Ut, exempli causa, mensem Thoth, Septembrem; Paophi, Octobrem inscribit; cum tamen particulam Augusti Thoth, Paophi partem Septembris occupet. Sed nec inde conjectura satis firma contra libelli hujus ἐπιγραφὴν *ducitur. Non enim ab ipso Ptolemæo necesse est Romanos menses additos fuisse: sed ab alio, qui quibus mensibus majori sui parte respondebant Ægyptiaci, eos adnotavit: quod et ab aliis passim fieri cernimus; ac vel ab ipso Ptolemæo sic descriptos esse nihil prohibet, qui ad usum civium suorum calendarium hoc, velut parapegma, conficere potuit.*

Refert Suidas Claudium Ptolemæum scripsisse libros duos, De apparentiis et significationibus stellarum fixarum. *Horum alter is ipse est, qui primum hic a nobis in lucem editur, alter vero vel non exstat, vel qui a Leonico Latine vulgatus est eum exhibet, non tamen sincerum, sed interpolatum et ex variis pannis centonis more consarcinatum; vel denique, cum sub nomine Ptolemæi ante aliquot sæcula legi cœpisset, Suidas pro germano illius habuit. Utcunque res habet, longe illi anteponendus est noster. Non enim miscella tumultuaria est et incondita, ut iste alter: sed ratione atque ordine digestus; nec in eo cardines anticipantur, aut in diversis diebus locantur, quemadmodum neque stellarum ortus et occasus, quos Leonici Ptolemæus varios ad dies ascribit. Quinetiam scriptorum nomina, quorum e parapegmatibus φάσεις singulæ, vel* ἐπισημασίαι *descriptæ sunt, in nostro commemorantur, quæ in altero prætermissa sunt. Atque sine auctorum et, quod inde sequitur, locorum temporumque, quibus illi floruerunt, notitia, nullus istorum parapegmatum notationumque fructus est, qui ob idipsum eximius capitur e nostro. Accedit in fine scholion non valde longum, sed quod nonnulla nos docet, quæ ad hanc scientiam nosse inprimis expedit; quæ haud scio an alibi legantur. Hoc vero scholion non alterius esse quam Ptolemæi, vel ex stylo ipso, et loquendi genere mihi videor animadvertisse; quod ei par et affine est quod in opere* τῆς Μεγάλης συντάξεως *cernitur. Atqui in scholii inscriptione, quam præfiximus, contrarium dici videtur. Sed negandi particula excidit. Legendum enim:* Quæ sequuntur utiliter haud ab alio, quam Hemerologii scriptore notata sunt.

Ex hoc scholio didicimus, non omnes eas stellas quæ apud auctores celebrantur, in Hemerologium esse relatas; sed solas primæ ac secundæ magnitudinis. Ideo nulla Pleiadum in illo mentio, nec Hædorum, neque Vindemiatoris, aliarumve, quæ

ὀλίγαι μὲν, καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασταί,

ut de Vergiliis Aratus cecinit. Triginta universe descriptas esse notat scholion; quindecim primæ magnitudinis; totidem secundæ, quas et singillatim percenset. Verum, librarii, ut apparet, vitio, primæ magnitudinis tantum stellæ XIV, *secundæ vero* XIII, *exprimuntur, quas hic alphabetico ordine subjiciemus.*

STELLÆ HEMERALOGII PTOLEMAICI.

Primæ magnitudinis.

1 Arcturus.
2 Canis.
3 Canobus.
4 Capella.
5 Centauri ἡ ἐν τῷ ἐμπροσθίῳ βατραχίῳ.
6 Fluvii postrema.
7 Hyadum lucida.
8 Leonis cauda.
9 Lyræ lucida.
10 Orionis humerus succedens.
11 Orionis et Fluvii communis.
12 Piscis notius.
13 Procyon.
14 Spica Virginis.

Secundæ magnitudinis.

1 Antares, sive cor Scorpii.
2 Aquilæ lucida.
3 Aurigæ succedens humerus.
4 Chelæ borealis lucida.
5 Chelæ australis lucida.
6 Coronæ borealis lucida.
7 Equi et Andromedæ communis.
8 Gemini præcedentis caput.
9 Hydri lucida.
10 Orionis antecedens humerus.
11 Orionis baltei media.
12 Persei lucida.
13 Sagittarii genu.

Ταῦτα δὲ προενεγκαμενος ὁ Ἄτταλος ἐπιφέρει· « Ἐν δὲ τούτοις ἀδυνατώτερον ὁ ποιητὴς ἀνέστραπται, πολλάκις ἐπὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐπιφερόμενος, καὶ οὐ δυνάμενος τὸν λόγον εὐπεριγράφως ἐξενεγκεῖν. Βούλεται γὰρ δηλῶσαι, διότι οἱ μεταξὺ τοῦ Κήτους καὶ τοῦ Πηδαλίου τεταγμένοι ὑποκάτω τοῦ Λαγωοῦ, ἐν οὐδενὶ ἄστρῳ καταριθμοῦνται, ἀλλ' εἰσὶν ἀνώνυμοι. Πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἀστέρων, καὶ ἐνίων τὰ μεγέθη καὶ τὰ χρώματα ὅμοια ἐχόντων, ὁ πρῶτος διατάξας τὰ ἄστρα, καὶ κατὰ συστάσεις ἑκάστοις ὄνομα περιθεὶς, οὐκ ἂν ἐδυνήθη, σποράδην αὐτῶν κειμένων, τὴν ἐπίγνωσιν αὐτῶν λαμβάνειν, εἰ μὴ λαβὼν ἐξ αὐτῶν τοὺς δυναμένους μετ' ἀλλήλων διασημαίνειν τι τῶν ἄστρων, οὕτως κατωνόμασεν αὐτά. » Δοκεῖ δέ μοι πᾶν τοὐναντίον ὁ μὲν Ἄτταλος μὴ κεκρατηκέναι τῆς τοῦ ποιητοῦ διανοίας· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἣν προέθετο διάνοιαν τῶν στίχων ἀποδοῦναι, μηδὲ ταύτην σαφῶς, ἀλλ' ἀσυνέτως ἐξενηνοχέναι· ὁ μέντοι γε Ἄρατος κεκρατημένως ἀποδεδωκέναι. Βούλεται γὰρ λέγειν, ὅτι μεταξὺ τοῦ Πηδαλίου καὶ τοῦ Κήτους ὑπὸ τὸν Λαγωὸν κεῖνται ἀστέρες ἀνώνυμοι, ὀλίγοι τῷ πλήθει καὶ τῷ μεγέθει. Οὐ γὰρ οὕτως κεῖνται, ὥστε ἐκ τῆς θέσεως αὐτῶν ὁμοίως διαμορφωθῆναι ζῶα, ἤ κατασκεύασμά τι, οἷά ἐστι τὰ λοιπὰ ἄστρα, ἃ διετύπωσέ τις τῶν ἀρχαίων· οὐκ ἔτι δὲ ἐπεβάλετο πάντα διαμορφῶσαι. Πολλῶν γὰρ ὄντων ἀστέρων τῶν κατ' ἰδίαν διεῤῥιμμένων, οὐκ ἂν ἐδυνήθη ἑνὶ σχήματι μεταλαβεῖν [76] αὐτοὺς *ἤλιθα μορφώσας*· δι' ἣν αἰτίαν ἔδοξεν αὐτῷ τοὺς παρακειμένους πως ἀλλήλοις ἀστέρας, καὶ ὁμηγερέας τῷ ὀνόματι διαπλάσαι, καὶ ὀνοματοποιῆσαι.

ΙΘ'. Ἑξῆς δέ φησιν ὁ Ἄρατος περὶ τοῦ Θυμιατηρίου·

Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέραος μεγάλοιο
Σκορπίου, ἄγχι νότοιο, Θυτήριον αἰωρεῖται·
Τοῦ δή τοι ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἐόντος
Πεύσεαι· ἀντιπέρην γὰρ ἀείρεται Ἀρκτούροιο.
Καὶ τοῦ μὲν μάλα πάγχυ μετήοροί εἰσι κέλευθοι
Ἀρκτούρου· τὸ δὲ θᾶσσον ὑφ' ἑσπερίην ἅλα [*νεῖται.*

Ἐν δὲ τούτοις δοκεῖ μοι ἀγνοεῖν ὁ Ἄρατος, ὑπολαμβάνων ὅσον ἀπέχει ὁ Ἀρκτοῦρος ἀπὸ τοῦ ἀεὶ φανεροῦ πόλου, τοσοῦτον ἀπέχειν καὶ τὸ Θυμιατήριον ἀπὸ τοῦ νοτίου πόλου· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἄτταλος, ὡς ἂν συναποφαινόμενος αὐτῷ, ἀγνοεῖ. Ἐξηγούμενος γὰρ τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων στίχων, λέγει οὕτως· « Περὶ δὲ τοῦ Θυμιατηρίου ποιούμενος

[76] *Req.* μεταβαλεῖν.

A *Magnitudineque, et color; omnes utique circumvo-* [*lubiles.*
Quare et simul collectas visum est ei facere
Stellas, ut ordinatim alii adjacens alia
Imagines effigiarent, moxque appellabilia fierent
Sidera; atque haud amplius cum admiratione nunc [*lucet stella.*
Sed hæ quidem conspicuis insignitæ imaginibus
Apparent; aliæ subter fugientem Leporem
Omnes plane obscuræ, et sine nomine feruntur.

His in medium allatis, Attalus infert: « In his paulo infelicius poeta conflictatur, in eamdem sententiam incurrens sæpius; neque plane, ac citra ambages orationem explicans. Hoc enim significare vult; stellas inter Cetum et Gubernaculum sitas, B ac Lepori subjectas nulla constellatione censeri; sed appellatione carere. Cum enim stellæ complures essent, et ex iis aliquot magnitudine, ac colore similes; qui primus sidera digessit, et per constellationes distributis singulis appellationes indidit, non potuisset sparsim eas collocatas dignoscere, nisi prius eas e turba selegisset, quæ in unum collectæ certam configurare possent effigiem; atque ita suis vocabulis afficeret. » Atqui contrarium prorsus existimo: neque Attalum poetæ mentem assecutum fuisse; et quam versuum illorum sententiam explicare cupiebat, obscure imperiteque declarasse: Aratum denique id quod res est perfecte significasse. Hic enim voluit inter Gubernaculum et Cetum sub Lepore sitas esse carentes nomi- C nibus stellas, numero et magnitudine pariter exiguas. Non enim ita collocatas esse, ut ex earum situ perinde conformari queant animalia, vel constellationis aliquid; cujusmodi sunt astra reliqua, quæ veterum aliquis in formas redegit: ita tamen ut non omnibus figuram auderet affingere. Nam cum plures essent stellæ, singillatimque dispersæ, nunquam eas potuisset una quapiam effigie complecti, « confertim effigians. » Quam ob causam visum est illi vicinas invicem stellas, et in unum collectas certis comprehendere, ac conformare vocabulis.

XIX. Post hæc Aratus de Ara ita scribit:

At sub flagrante aculeo monstri ingentis
D *Scorpii, prope austrum, Ara pendet:*
Quam certe modicum quidem ad tempus sursum [*exsistentem*
Senties: e regione enim attollitur Arcturi.
At hujus quidem admodum multum sublimes sunt viæ
Arcturi: illa vero citius sub occiduum mare redit.

In his hallucinatus mihi videtur Aratus, existimans quantum ab apparente semper circulo distat Arcturus, tantum ab australi polo Aram esse remotam; tum etiam Attalus eidem assensus erravit. Nam eorum versuum, quos attulimus, sententiam his verbis explicat: « De Ara sermonem instituens, ait ipsam ad nunquam apparentem circulum sitam

esse, et eodem habere se modo, quo Arcturus circa A apparentem perpetuo polum collocatus est. Ob id Aræ supra terram perbrevem ait esse motum; Arcturi vero longiorem. » Sed hæc illorum falsa ratio est, tantumdem Arcturum a boreali polo distare, quantum ab australi Ara distat. **111** In primis enim stellæ, quæ in Ara sunt, nequaquam in isto æquidistante circulo sunt: sed longe aliæ australiores aliis; borealiores aliæ sunt. Deinde, ut his omissis, cum medio stellarum, quæ sunt in Ara, potissimum comparatio fiat, ne sic quidem illorum dictum cum veritate consentiet. Etenim Arcturus abest a boreali polo partibus 59; lucida vero, quæ est in Ara media, distat ab australi polo partibus 46. Multo itaque longius quam Ara, distat Arcturus: nec Ara longius tantum; sed etiam Scor- B pio ipso, cui est Ara subjecta; exceptis iis stellis, quæ in illius pectore ac fronte positæ sunt; tum uno spondylo, qui post pectus primus est. Quippe secundus a pectore spondylus ab australi polo abest partibus 59, quot a boreali distat Arcturus: reliquæ stellæ minus ab illo remotæ sunt; quarum australissima partibus abest 52, 20'.

A τὸν λόγον, φησὶν αὐτὸ κεῖσθαι πρὸς τὸν ἀφανῆ πόλον, οὕτως ἔχον, ὡς ἀστὴρ ὁ καλούμενος Ἀρκτοῦρος περὶ τὸν φανερὸν κεῖται πόλον. Διό φησι τοῦ Θυμιατηρίου τὴν ὑπὲρ γῆς φορὰν βραχεῖαν εἶναι· τοῦ δὲ Ἀρκτούρου πολλήν. » Ψευδῶς δὲ διαλαμβάνουσι τὸν Ἀρκτοῦρον ἴσον ἀπέχειν ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου, καὶ τὸ Θυμιατήριον ἀπὸ τοῦ νοτίου. Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ ἐν τῷ Θυμιατηρίῳ ἀστέρες οὐχ ἐπὶ τούτου τοῦ παραλλήλου κεῖνται· ἀλλὰ πολλῷ εἰσιν ἀλλήλων οἱ μὲν νοτιώτεροι, οἱ δὲ βορειότεροι· ἔπειτα, ἐὰν, τοῦτο παραπέμψαντες, ποιῶμεν τὴν σύγκρισιν πρὸς τὸ μέσον μάλιστα τῶν ἐν τῷ Θυμιατηρίῳ, οὐδ' οὕτως ἐστὶν ὑγιὲς τὸ λεγόμενον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀρκτοῦρος ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου ἀπέχει μοί. νθ'· ὁ δὲ ἐν μέσῳ τῷ Θυμιατηρίῳ (63) λαμπρὸς ἀστὴρ ἀπὸ τοῦ νοτίου B πόλου ἀπέχει μοί. μς'. Πολλῷ οὖν πλέον ἀπέχει ὁ Ἀρκτοῦρος τοῦ Θυμιατηρίου· καὶ οὐ μόνον γε τοῦ Θυμιατηρίου πλεῖον ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σκορπίου, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ Θυμιατήριον· χωρὶς τῶν ἐν τῷ στήθει, καὶ τῷ μετώπῳ αὐτοῦ κειμένων ἀστέρων, καὶ ἔτι ἑνὸς τοῦ πρώτου μετὰ τὸ στῆθος σπονδύλου. Ὁ μὲν γὰρ δεύτερος μετὰ τὸ στῆθος σπόνδυλος ἀπέχει ἀπὸ τοῦ νοτίου πόλου μοί. νθ', ὅσας καὶ Ἀρκτοῦρος ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου· οἱ δὲ λοιποὶ ἔλασσον τούτου ἀπέχουσι· καὶ ὁ νοτιώτατος αὐτῶν ἀπέχει μοί. νβ', γ'.

XX. Porro cum Aratus de Ara scripsisset, quoties obducta nube a septentrionibus ea conspecta fuerit, tunc austrum exspectandum esse, de Centauro statim ista subjicit:

Si vero ab hesperio quidem mari Centauri absfuerit
Humerus, quantum a priori: modica autem eum occultaverit nebula
Ipsum: insuper autem eadem signa faciat
Nox cum splendidissima Ara; minime te oportet
Ad Austrum, sed circa Eurum speculari ventum.
Invenies autem sidus hoc duobus suppositum aliis,
Hujus enim partes homini assimilatæ infra jacent
Scorpium; posteriores vero equinas sub se Chelæ agunt,

K'. Εἰπὼν δὲ ὁ Ἄρατος περὶ τοῦ Θυμιατηρίου, διότι, ἐπὰν συμφανὲς γένηται ἀπ' ἄρκτου νεφέλῃ πεπιεσμένον, τότε δεῖ νότον προσδέχεσθαι, ἐπιφέρει ἑξῆς περὶ τοῦ Κενταύρου τὸν τρόπον τοῦτον·

C *Εἰ δέ κεν ἑσπερίης μὲν ἁλὸς Κενταύρου ἀπείη*
Ὦμος, ὅσον προτέρης, ὀλίγη δέ μιν εἰλύει ἀχλὺς
Αὐτόν· ἀτὰρ μετόπισθεν ἐοικότα σήματα τεύχοι
Νὺξ ἐπὶ παμφανόωντι Θυτηρίῳ· οὔ σε μάλα χρὴ
Εἰς νότον, ἀλλ' εὔροιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.
Δήεις δ' ἄστρον ἐκεῖνο δύω ὑποκείμενον ἄλλοις.
Τοῦ δή τοι τὰ μὲν ἀνδρὶ ἐοικότα νειόθι κεῖται
Σκορπίου, ἱππουραῖα δ' ὑπὸ σφίσι Χηλαὶ ἄγουσιν.

In his primum utrum humerum observari jubeat, asseverari non potest. Non enim separatim alter præ altero constellatione distinguitur; sed ambo simul culminant. Unde poetæ verba tam ad unum e duobus, quam ad ambos accommodari queunt. Quod si humerus Centauri ab ortu et occasu distet ex æquo; quem occasum *hesperii* vox indicat; id autem culminante ipso contingit: tunc Eurus, non D Auster exspectandus est. Nam non parum humeri Centauri invicem distant ab ortu versus occasum.

Ἐν δὲ τούτοις πρῶτον μὲν ποῖον ὦμον τοῦ Κενταύρου σημειοῦται, ἔστιν [77] εἰπεῖν, ὡς οὐδαμῶς χωρὶς τοῦ ἑτέρου ὁ εἷς αὐτῶν ἠστέρισται [78]· ἀλλ' ἀμφότεροι ἅμα μεσουρανοῦσιν. Ὥστε ἀδιάφορον ἢ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς εἰπεῖν, ἢ ἐπ' ἀμφοτέρων οὕτως. Ἐὰν δὲ ὁ ὦμος τοῦ Κενταύρου ἴσον ἀπ' ἀνατολῆς καὶ δύσεως ἀπέχῃ· ὅπερ ἐστὶ τὸ αὐτὸ τῷ ἀπὸ *ἑσπερίης*· ὃ δὲ γίνεται, μεσουρανοῦντος αὐτοῦ· κἂν ἐπιγένηται τὰ ὅμοια σημεῖα τοῖς ἐπὶ τοῦ Θυτηρίου· τότε εὖρον, ἀλλ' οὐ νότον δεῖ προσδέχεσθαι. Ἱκανὸν γὰρ διεστήκασιν οἱ ὦμοι τοῦ Κενταύρου ἀπ' ἀλλήλων, ὡς ἀπ' ἀνατολῆς πρὸς δύσιν.

Sed ut missa ista faciam, in eo quoque penitus

Χωρὶς δὲ τούτων (64) ὁλοσχερῶς ἀγνοεῖ, λέγων τὸν

[77] *f.* οὐχ ἔστιν. [78] *Reg.* ὑστέρισται.

(63) *Ὁ δὲ ἐν μέσῳ τῷ Θυμιατηρίῳ.* Ita ex tabulis nostris inventa est a nobis declinatio grad. 44 australis, adeoque distantia a polo grad. 46.

(64) *Χωρὶς δὲ τούτων.* Quod Aratus scripserat, Centauri superiora, id est humanas corporis partes subesse Scorpio, equinas vero Chelis, id ex situ ejusdem asterismi refellit, sed ita ut dodecatemoria rursus cum signis stellatis permisceat. Etenim postrema omnium in capite sita est, inquit, in XXIX Virginis, quæ in dextro humero in Libræ VII; australior posteriorum pedum in gradu Virginis XIII. Non possunt igitur humanæ partes subesse Scorpio: equinæ vero Chelis. Verum situs isti omnes ad æquinoctialem, vel parallelum referuntur; ac proinde Virgo, Chelæ, Scorpius, dodecatemoria sunt æquinoctialis, non stellatæ formæ, de quibus solis loquitur Aratus; cui tamen ne sic quidem ratio constat.

ἔνταυρον ὑπὸ τῷ Σκορπίῳ καὶ ταῖς Χηλαῖς κεῖσθαι. A λος γὰρ σχεδὸν ὑπὸ τῇ Παρθένῳ κεῖται· πλὴν ὅσον δεξιὸς ὦμος, καὶ ἡ δεξιὰ χείρ, καὶ τὰ ἐμπρόσθια σκέλη τοῦ Ἵππου ὑπὸ τὰς Χηλὰς τέτανται. Ὁ γὰρ ...μενος μάλιστα τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀστὴρ ἐπέχει Παρθένου μοί. κθ'· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ὤμου ἐπέχει Χηλῶν μοί. ζ'· ὁ δὲ νοτιώτερος τῶν ἐν τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσιν, ἀπέχει [79] Παρθένου περὶ μοί. ιγ'. Πῶς οὖν δυνατὸν τὰ μὲν ὅμοια τῷ ἀνθρώπῳ μέρη τοῦ Κενταύρου ὑπὸ τῷ Σκορπίῳ κεῖσθαι, τὰ δὲ ἱππουραῖα ὑπὸ ταῖς Χηλαῖς; Παραπέμπει δὲ καὶ τοῦτο ὁ Ἄτταλος, ὡς εὖ εἰρηκότος αὐτοῦ.

Ἀκολούθως δὲ τούτοις ἠγνόηται καὶ τὸ ἐπιφερόμενον παρ' αὐτοῦ·

Αὐτὰρ ὁ δεξιτερὴν αἰεὶ τανύοντι ἔοικεν,
Ἀντία δινωτοῖο Θυτηρίου. B

Μεταξὺ γὰρ τῆς δεξιᾶς χειρὸς καὶ τοῦ Θυτηρίου ὅ τε Θηρίον ὅλον κεῖται, καὶ τοῦ Σκορπίου τὰ πλεῖστα μέρη· ἡ μὲν γὰρ δεξιὰ χεὶρ περὶ τὰ μέρη τῶν Χηλῶν κεῖται· τὸ δὲ Θυμιατήριον ὑπὸ τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τοῦ Σκορπίου· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ἄρατος λέγει·

Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέραος μεγάλοιο
Σκορπίου, ἄγχι νότοιο Θυτήριον αἰωρεῖται.

ΚΑ'. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τῶν τροπικῶν, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, καὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου λέγων φησίν·

Αὐτοὶ δ' ἀπλατέες (65) *καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισι*
Πάντες· ἀτὰρ μέτρῳ γε δύω δυσὶν ἀντιφέρονται.

Γραφομένου δὴ διχῶς, καὶ ἐν οἷς μέν· *Αὐτοὶ δ' ἀπλατέες*· ἐν οἷς δέ· *Αὐτοὶ δὲ πλατέες*· ὁ Ἄτταλός φησι βέλτιον εἶναι· *Αὐτοὶ δὲ πλατέες*. C « Καὶ γὰρ οἱ ἀστρολόγοι, φησὶ, πλατεῖς ὑποτίθενται τούς τε τροπικοὺς καὶ τὸν ἰσημερινὸν, καὶ τὸν ζωδιακόν· » καὶ τὸν ἥλιον τὰς τροπὰς μὴ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κύκλου ποιεῖσθαι· ἀλλὰ ποτὲ μὲν νοτιώτερον, ποτὲ δὲ βορειότερον. Καὶ ὅτι γίνεται τοῦτο καὶ Εὔδοξός φησι· λέγει γοῦν ἐν τῷ *Ἐνόπτρῳ* οὕτως· « Φαίνεται δὲ διαφορὰν τῶν κατὰ τροπὰς τόπων καὶ

aberravit, quod Centaurum Scorpio ac Libræ subjicit. Etenim totus hic fere sub Virgine collocatus est, nisi quod dexter humerus, et dextra manus, atque anteriora Equi crura sub Libra porriguntur. Quippe succedens potissimum earum, quæ sunt in capite, Virginis partem obtinet 29 quæ in dextro humero, Libræ partem occupat 7; australior earum, quæ in posterioribus cruribus, abest a Virgine partibus 13. Quinam ergo fieri potest, similes ut hominis in Centauro partes, Scorpio; equinæ vero Libræ subjaceant? Verum hæc omnia, tanquam ab illo recte dicta, prætermisit Attalus.

Secundum hæc erratum etiam in eo est quod apud eumdem poetam sequitur :

Cæterum hic dexteram semper tendenti similis est
E regione rotundæ Aræ.

Nam inter dexteram et Aram non solum Fera integra; sed etiam Scorpii pleræque partes interjacent. Siquidem dextra manus circa Chelarum partes posita est; Ara sub postremis Scorpii : quod Aratus ipse docuit :

Cæterum sub ardenti stimulo monstri ingentis
Scorpii, prope austrum Ara suspensa est.

XXI. Deinceps Aratus idem de tropicis et æquinoctiali ac zodiaco circulo sic loquitur :

Ipsi vero latitudine carentes, et congruentes invicem :
Omnes porro mensura duo duobus respondent.

112 Cum hic varia sit lectio : et alii codices habeant : *Ipsi vero* ἀπλατέες, latitudinis expertes; alii : *Ipsi vero* δὲ πλατέες, lati; posterius hoc anteponit Attalus : « Astrologi enim, ait, latos constituunt tropicos cum æquinoctiali, ac zodiaco circulo, » asseruntque solem non in eodem perpetuo circulo conversiones facere, sed alias australiorem, alias borealiorem. Hoc vero confirmat et Eudoxus his verbis, quæ in *Enoptro* leguntur : « Videtur autem diversis in locis sol conversiones facere :

[79] f. ἐπέχει.

(65) *Αὐτοὶ δ' ἀπλατέες*. Hodie neutrum legitur, sed ἀπλανέες, quam lectionem agnoscit et interpretatur Theo., ἀπλανεῖς, inquit, καὶ ἡρμοσμένοι ἀλλήλοις κατὰ τὸ μέγεθος. Festus Avienus :

Ipsæ inconcussa retinentur sede per annos :
Mutuaque implexæ sibimet consortia mordent.

Nec aliter Cicero ipse legit, qui hæc, ἀπλανέας, καὶ ἀρηρότας ἀλλήλοισι, vertit,

Vinctos inter se, et nodis cœlestibus aptos.

Longe ergo præferenda est vulgata lectio utrique illi, quam vel Hipparchus, vel etiam Attalus agnoverunt : priori quidem; non tam quia zodiacus non est ἀπλατής (nam Hipparchus de solo τῷ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλῳ Aratum interpretatur) quam quod minus cohæret cum sequentibus, nostra vero eximie convenit. Secundum quam nominis ἀπλανέες vis et causa declaratur in iis quæ proxime subjiciuntur. Ideo enim circuli immoti, inconcussique sunt, quod invicem nexi et astricti continentur. Quippe zodiacus tres reliquos obit, ac permeat, et quodammodo inter se colligat, ac devincit, ut luxari ac fluctuare nequeant. Proinde ἀπλανέες idcirco sunt, quia sunt ἀρηρότες ἀλλήλοισι, compacti et cohærentes invicem. Scio Theonem aliter hæc posteriora sumpsisse, ut sint ἡρμοσμένοι ἀλλήλοις, hoc est magnitudine sibi respondeant, æquinoctiali zodiacus; tropicus alter alteri tropico. Verum prius illud Cicero et Avienus exprimunt; estque haud paulo consentaneum magis. Attali vero lectio prorsus est inepta. Non enim lati D illi quatuor circuli sunt. Eadem tamen pulcherrimam ἐπίστασιν habet, et observationis antiquæ vestigium in primis illustre : ex quo appareat anomaliam obliquitatis eclipticæ odoratos esse veteres illos, qui tam diserte solstitia non in eodem perpetuo puncto fieri putarunt, sed alias australiora, alias esse borealiora viderunt : ut Eudoxus; ut Attalus, qui etiam propterea circulis latitudinem affinxit : quam utique, pari jure ac zodiaco, solis tropicis imputare poterat; et ab Hipparchi reprehensione esse securus. Ut enim propter planetarum aliquot excursiones, certi limites utrinque ab ecliptica positi sunt; ac circulus quidam baltei instar, aut fasciæ designatus in cœlo; ita propter solis fluctuationes in solstitiis, et longinquiores appulsus ad boream, vel ad austrum recessus, latus aliquis informari circulus potest. Itaque mirificus ille locus est Hipparchi et consideratione dignus.

sed obscuriori] ac perexiguo discrimine. » Verum hac in re inscitiam suam prodidisse mihi videtur Attalus, cum existimat solem interdum australiores, interdum borealiores habere conversiones: ideoque latos fingi circulos oportere. Etenim si non per medium signorum circulum sol movetur, sed ab eo declinat in septentrionem vel meridiem, quemadmodum luna: consequens est umbram, quæ a terra provenit, eodem modo variari. Quo posito, lunæ deliquia plurimum ab astrologorum prædictionibus discrepare necesse sit, cum hoc illi sumant in omni operatione sua; medium umbræ in transeunte per media signa circulo moveri. Atqui non plus digitis duobus interdum, idque perraro; ab exquisitissimis ratiociniis differunt. Dicere vero tantam circulis istis inesse latitudinem, perinde est ac latitudinis expertes facere: ut illud omittam, non satis constare, utrum ex solis an ex lunæ motu contingat, ut in lunaribus deliquiis tantum varietatis incidat. Ad hæc tropicos duntaxat circulos ea de causa latitudinem habere tam Aratus quam mathematici finxerunt; æquinoctialem vero nequaquam. Sed ut universe loquar, mathematicos istos omnes, quos dixi, arbitror nullam tropicis circulis, aut æquinoctiali, aut semper apparenti, vel semper occulto, latitudinem tribuisse. Nam ne cogitando quidem fingi potest, ullam ipsos latitudinem habere. Ita quippe singulos informare contemplando solemus, ut cogitatione constantem sola lineam, nec latitudine præditam habeant. Præterea cum asserunt æquinoctialem et zodiacum e maximis in sphæra circulis esse, et ab utroque bipertiri sphæram: tum zodiaci, æquatoris, horizontis et meridiani idem esse centrum; zodiacum insuper in uno puncto tropicos contingere; nec non ejusmodi alia pleraque: satis omnibus iisce demonstrant circulos illos latitudinis esse prorsus expertes. Nihil enim ex iis omnibus recte posset usurpari, si lati essent iidem circuli; nec in una tantum die, sed pluribus æquinoctium fieret. Quippe sol plurium in æquinoctiali circulo dierum moram faceret, si is latitudine constaret. Tum in gnomonicis omnibus conficiendis rationibus hoc fundamenti instar adhibetur; latum istorum circulorum esse nullum, cum partim ab ipso centro solis, partim ab oculo describantur. Aratum vero, perinde ac mathematicos, citra latitudinem ullam circulos istos concipere, ex eo quivis intelliget, quod de æquatore scripsit:

In eo vero dies noctibus æquales sunt utrisque
Desinente æstate, vel ineunte vere.

Nam alioqui non in unum duntaxat diem vere, autumnoque, sed in plures æquinoctium redderet, si latitudinem haberet. Constat item ex iis quæ de tropico canit:

A ὁ ἥλιος ποιούμενος· ἀδηλοτέραν δὲ πολλῷ, καὶ παντελῶς ὀλίγην. » Δοκεῖ δή μοι καὶ ἐν τούτοις ὁ Ἄτταλος ἀγνοεῖν, ὑπολαμβάνων τὸν ἥλιον ποτὲ μὲν νοτιωτέρας, ποτὲ δὲ βορειοτέρας ποιεῖσθαι τὰς τροπάς· καὶ διὰ τοῦτο δεῖν τοὺς κύκλους πλατεῖς ὑποτίθεσθαι. Εἰ γὰρ μὴ τὸν διὰ μέσων τῶν ζωδίων φέρεται κύκλον ὁ ἥλιος, ἀλλὰ παραλλάσσει τούτου πρὸς ἄρκτους καὶ πρὸς μεσημβρίαν, ὡς καὶ ἡ σελήνη· δῆλον, ὅτι καὶ ἡ ἀπὸ τῆς γῆς σκιὰ ὁμοίως αὐτοῖς παραλλάσσει. Τούτου δὲ γινομένου, ἔδει τὰς τῆς σελήνης ἐκλείψεις πολὺ διαφωνεῖν πρὸς τὰς συντασσομένας ὑπὸ τῶν ἀστρολόγων προῤῥήσεις· ὑποτιθεμένων δὴ αὐτῶν ἐν ταῖς πραγματείαις τὸ μέσον τῆς σκιᾶς φέρεσθαι ἐπὶ τοῦ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλου. Οὐ διαφωνοῦσι δὲ πλέον ἢ δακτύλοις δυσὶ, σπανίως δὲ σφόδρα ποτὲ, B πρὸς τὰς χαριέστατα συντεταγμένας πραγματείας. Τό γε μὴν λέγειν τηλικοῦτον πλάτος ἔχειν καὶ τοὺς κύκλους ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπλατεῖς αὐτοὺς ὑποτίθεσθαι· χωρὶς τοῦ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἄδηλον εἶναι, πότερον παρὰ τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν ἢ παρὰ τὴν τῆς σελήνης τὰ μεγέθη τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων ἐπὶ τοσοῦτον διαφωνεῖ. Ἔπειτα τοὺς τροπικοὺς μόνον διὰ τοῦτο πλατεῖς ὅ τε Ἄρατος ἔλεγε καὶ οἱ μαθηματικοὶ ὑπετίθεντο· τὸν δὲ ἰσημερινὸν οὐκ ἔτι. Καθόλου τε οἶμαι τοὺς μαθηματικοὺς ἅπαντας τοὺς εἰρημένους ἀπλατεῖς ὑποτίθεσθαι τοὺς τροπικοὺς, καὶ τὸν ἰσημερινὸν, καὶ τὸν ἀεὶ φανερὸν, καὶ τὸν ἀεὶ ἀφανῆ. Οὐδὲ γὰρ ἐπινοῆσαι δυνατόν ἐστι τούτους πλάτος ἔχοντας. Τὸ γὰρ ἴδιον ἑκάστου περινοητὴν [80] καὶ ἀπλατῆ γραμμὴν ἔχον θεωρεῖσθαι συμβέβηκεν. Ἔτι δὲ καὶ ὅταν C λέγωσι τὸν ἰσημερινὸν καὶ τὸν ζωδιακὸν τῶν μεγίστων εἶναι ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλων, καὶ διχοτομεῖσθαι τὴν σφαῖραν ὑφ' ἑκατέρου αὐτῶν, καὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, καὶ τοῦ ὁρίζοντος, καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, καὶ τὸν ζωδιακὸν ἐφάπτεσθαι τῶν τροπικῶν καθ' ἓν σημεῖον· καὶ ἄλλα πλείονα τοιαῦτα· ἀπλατεῖς αὐτοὺς καὶ διὰ τούτων σημαίνουσιν. Οὐδὲν γὰρ τῶν προειρημένων ὑγιῶς ἂν λέγοιτο, τὸ πλάτος αὐτῶν ἐχόντων· ἰσημερίαν τε οὐκ ἂν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἦγεν, ἀλλ' ἐν πλείοσι. Καὶ γὰρ ὁ ἥλιος πλείονας ἂν τῆς μιᾶς ἡμέρας ἐν τῷ ἰσημερινῷ ἐποιεῖτο, πλάτος γε δὴ ἔχοντος αὐτοῦ. Τά τε γνωμονικὰ θεωρήματα πάντα γράφουσιν, ἀπλατεῖς πάντας τοὺς κύκλους ὑποτιθέμενοι· ὡς ἂν τῶν μὲν ὑπὸ τοῦ D κέντρου τοῦ ἡλίου γραφομένων, τῶν δὲ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας ὄψεως. Ὅτι δὲ καὶ Ἄρατος τοῖς μαθηματικοῖς ἀκολούθως ἀπλατεῖς αὐτοὺς νοεῖ ὑπάρχοντας, μάθοι ἄν τις ἔκ τε τοῦ περὶ τοῦ ἰσημερινοῦ λέγειν·

Ἐν δέ οἱ ἤματα νυξὶν ἰσαίνεται ἀμφοτέρῃσιν
Φθίνοντος θέρεος, τότε [81] δ' εἴαρος ἱσταμένοιο.

Οὐ γὰρ ἐπὶ μίαν μόνον ἡμέραν ἰσημερίαν ἦγεν ἔν τε τῷ ἔαρι καὶ τῷ φθινοπώρῳ, ἀλλὰ πλείονας, εἰ πλάτος εἶχε. Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ λέγειν·

[80] *Reg.* περινοητικήν. [81] γρ. τοῦ τ.

Τοῦ μὲν ὅσσον τε μάλιστα δι' ὀκτὼ μετρηθέντος
Πέντε μὲν ἔνδια στρέφεται καὶ ὑπέρτερα γαίης,
Τὰ τρία δ' ἐν περάτῃ.

Πλάτος γὰρ ἔχοντος αὐτοῦ, καὶ διαιρεθέντος εἰς ὀκτὼ, δυνατὸν εἶναι ὅλα τμήματα ἄνω τε καὶ κάτω ἐγκεκλιμένου τοῦ κόσμου. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ ζωδιακοῦ λέγων ὁτὲ μὲν οὕτως·

Ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτείνεται [88] *αὐγὴ,*
Ἑξάκις ἂν τόσση μιν ὑποδράμοι· αὐτὰρ ἑκάστη
Ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα·

ὁτὲ δὲ οὕτως·

Τοῦ δ' ὅσσον κοίλοιο κατ' Ὠκεανοῖο δύηται,
Τόσσον ὑπὲρ γαίης φέρεται· πάσῃ δ' ἐπὶ νυκτὶ
Ἓξ αἰεὶ δύνουσι δυωδεκάδες κύκλοιο·
Τόσσαι δ' ἀντέλλουσι· τόσον δ' ἐπὶ μῆκος ἑκάστη
Νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, ὅσον τέ περ ἥμισυ κύκλου
Ἀρχομένης ἀπὸ νυκτὸς ἀείρεται ὑψόθι γαίης·

οὐ πλάτος ἔχοντα, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀπλατῆ διειληφέναι μοι δοκεῖ. Ἥ τε γὰρ βολὴ τοῦ ὀφθαλμοῦ εὐθεῖά ἐστι, καὶ αὐτὴ ἑξάκις καταμετρεῖ τὸν μέγιστον καὶ ἀπλατῆ κύκλον, ἀλλ' οὐχὶ τὸν πλάτος ἔχοντα· τοῦ τε ζωδιακοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα ἡμικύκλιον ἀνατέλλει, καὶ δύνει, τοῦ ἡλίου ἐπὶ τοῦ ἀπλατοῦς καὶ διὰ μέσων τῶν ζωδίων φερομένου· ἐπὶ γὰρ τοῦ πλάτος ἔχοντος οὐ δυνατὸν τοῦτο συμβαίνειν. Καὶ ἐξ ἄλλων δὲ πλειόνων φανερός ἐστιν ὁ Ἄρατος ἀπλατεῖς τοὺς κύκλους ὑποτιθέμενος ἀκολούθως τοῖς μαθηματικοῖς.

ΚΒ'. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τοῦ γαλαξίου κύκλου εἰπὼν, ἐπιφέρει, ὅτι τῶν δ' κύκλων δύο τούτων ἴσοι εἰσίν· οἱ δὲ δύο πολλῷ ἐλάσσονες, λέγων οὕτως·

Τῷ δή τοι χροιὴν μὲν ἀλίγκιος οὐκ ἔτι κύκλος
Δινεῖται· τὰ δὲ μέτρα τόσοι, πισύρων παρ' ἐόντων,
Οἱ δύο· τοὶ δέ σφεων μέγα μείονες εἱλίσσονται.

Οὐκ εὖ δέ μοι δοκεῖ λέγεσθαι οὐδὲ τοῦτο, ὅτι πολλῷ ἐλάσσονές εἰσιν οἱ τροπικοὶ τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ ζωδιακοῦ· ἔλασσον γὰρ ἢ τῷ ια' (65*) μέρει λείπονται αὐτῶν.

Περὶ δὲ τῶν ἀστέρων, οἳ κεῖνται ἐφ' ἑκατέρου τῶν τροπικῶν καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, γράφει ὁ Ἄρατος τοῦτον τὸν τρόπον·

Τῶν ὁ μὲν ἐγγύθεν ἐστὶ κατερχομένου Βορέαο·
Ἐν δέ οἱ ἀμφότεραι κεφαλαὶ Διδύμων φορέονται·
Ἐν δὲ τὰ γούνατα κεῖται ἀρηρότος Ἡνιόχοιο.

Αἱ μὲν οὖν κεφαλαὶ τῶν Διδύμων οὐ κεῖνται ἐπὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ. Ὁ μὲν γὰρ θερινὸς τροπικὸς τοῦ ἰσημερινοῦ βορειότερός ἐστι μοί. ὡς ἔγγιστα κδ'· τῶν δὲ Διδύμων ἡ μὲν ἑπομένη κεφαλὴ βορειοτέρα ἐστὶ τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. λ'· ἡ δὲ ἡγουμένη μοί. λγ' S'. Ὥστε

A *Hoc quidem in totum per octo partes dimenso*
Quinque de his in superiori parte volvuntur, ac supra terram ;
Tres autem in infima.

Quod si latitudo illius esset ulla, et in partes octo tribueretur, fieri posset, ut tota segmenta forent superne inferneque, inclinante mundo. Quinetiam de zodiaco loquens, cum interdum hæc scribit :

Quantum autem ocularis visus extenditur radius,
Sexies tantumdem subter ipsum meaverit. Porro quævis portio
Ex æquo dimensa duo abscindit astra.....

113 et alias ita loquitur :

Hujus autem quantum concavum sub Oceanum occiderit,
Tantum supra terram fertur : per omnem vero noctem
B *Sex semper occidunt duodecimæ circuli :*
Totidem oriuntur : tantam autem ad longitudinem quævis
Nox semper extenditur, quantum dimidium circuli
Ineunte ab nocte attollitur supra terram.....

in his, inquam, omnibus nulla constantem latitudine, sed ejus contra penitus expertem delineare circulum mihi quidem videtur : siquidem conjectus oculi rectus est : idemque sexies maximum, et latitudine carentem, non ea præditum circulum metitur : zodiaci quoque singulis diebus, ac noctibus semicirculus oritur et occidit, cum sol in circulo neque lato et media signa permeante fertur : quod fieri non posset, si latitudinis ei circulo aliquid inesset. Potest et aliis compluribus argu-
C mentis ostendi ; non aliter ac mathematici faciunt latitudine carentes circulos ab Arato constitui.

XXII. De lacteo vero circulo deinceps agens scribit, e circulis quatuor duos æquales esse ; reliquos duos haud paulo minores, his versibus :

Huic porro colore quidem similis nullus præterea circulus
Versatur : sed magnitudine tanti quatuor exsistentium
Duo ; duo vero ipsis longe minores volvuntur.

Quod ipsum ne carere quidem reprehensione mihi videtur ab eo dictum, multo minores esse tropicos æquinoctiali ac zodiaco ; minus enim undecima parte ab his illi superantur.

De stellis, quæ in utroque tropico, et æquinoctiali sitæ sunt, hunc in modum scribit Aratus :
D
Horum alter quidem prope est descendentem boream.
In eo vero utrumque caput Geminorum fertur :
Ibidemque genua sunt aptati Heniochi.

Atqui Geminorum capita non sunt in æstivo tropico. Siquidem tropicus æstivus æquinoctiali circulo borealior est partibus circiter 24 ; Geminorum vero succedens caput borealius est æquinoctiali partibus 30 ; antecedens partibus 33 1/2. Ita

[88] γρ. ἀποτέμνεται.

(65*) *Ἔλασσον γὰρ ἢ τῷ ια'.* Manifesta ratio est, quam attigimus supra. Est enim eadem proportio maximi circuli ad tropicum, gradibus quatuor et viginti ab eo recedentem, quæ est 1,000,000 sinus totius, ad 91,355 sinum grad. 66, complementi distantiæ tropici, hoc est ut 11 ad 10 6905/100000.

alterum parte quinta unius signi borealius est æstivo tropico; alterum fere tertia.

Cæterum Heniochus nullas in genibus stellas habet. Quod si quis exiguarum obscuras aliquot ibidem collocat, imperite facit. Nam proxime tropicum circulum illius sunt pedes. Quæ enim est in sinistro, borealior est æquinoctiali partibus 27; quæ in dextro, partibus. . . . Neque vero dici illud potest, quas in pedibus stellas ponimus, eas in genibus ab illo constitutas esse. Etenim quod in dextro pede nos esse dicimus, ibidem quoque illud esse docet his versibus:

. . . Sinistri vero cornu summitatem
Et pedem dextrum propinqui Aurigæ
Una stella obtinet.

Tum in sequentibus:

Lævum vero crus, et sinister humerus in ipso
Persei.

In quibus etiam plurimum dissidet a vero. Nam lucida medio in Persei corpore borealior est æquinoctiali partibus 40. Tropico itaque borealior erit partibus 16. Quod dimidia signi parte amplius est. Quamobrem eodem tropico multo borealior est humerus sinister. Etenim Persei situs est ejusmodi, ut partes illius ad caput positæ ad Septentriones pertineant: pedes autem ad meridiem; ad orientem paululum declinante capite.

XXIII. De Andromeda scribit Aratus:

. . . Andromedæ mediam supra cubitum
Dextram continet.

114 In quo fugit illum ratio. Quæ enim in dextro sunt illius humero, borealiores sunt tropico. Nam cum sint stellæ tres, quæ ex his australior est, ab æquinoctiali declinat in boream partibus amplius 30. Trium vero, quæ sunt in dextra manu, australior æquinoctiali borealior est partibus 32. Ex iis evidens est flexum cubiti borealiorem admodum esse tropico, non, ut Aratus putat, australiorem.

Pergit idem:

Ungulæ vero Equinæ, et collum Cygninum
Extremo cum capite.

Cujusmodi stellas ungulis affigat Equi non satis constat; verum ex iis, quæ de Cygno ait:

. . . ad dextram manus
Cephei, pennæ dextros limites ostentans,
Sinistræ autem alæ ungula acclinata est Equi;

haud longe a veritate esse videatur. Nam quæ est

A τὴν μὲν ε' μέρει ἑνὸς ζωδίου βορειοτέραν εἶναι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ· τὴν δὲ γ' ἔγγιστα μέρει.

Ὅ τε μὴν Ἡνίοχος οὐδὲ ἔχει ἐπὶ τῶν γονάτων ἀστέρας. Εἰ δὲ τῶν μικρῶν τινας ἀμαυροὺς τίθησιν, ἀγνοεῖ. Ἔγγιστα γὰρ ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ οἱ πόδες αὐτοῦ κεῖνται. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ (66), βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. κζ'· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μοί.... Οὐ δὲ μὴν τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ὑφ' ἡμῶν λεγομένους ἀστέρας ἐπὶ τῶν ποδῶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν γονάτων τίθησιν. Ὃ γὰρ ἡμεῖς φαμεν εἶναι ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς, κἀκεῖνος λέγει ἐν τούτοις·

. . . . Λαιοῦ δὲ κεράατος ἄκρον
Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακειμένου Ἡνιόχοιο
Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

B Ἑξῆς δέ φησι·

Λαιὴ δὲ κνήμη καὶ ἀριστερὸς ὦμος ἐκ αὐτοῦ
Περσέος.

Πολὺ δὲ καὶ ἐν τούτοις (67) ἀποσφάλλεται τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ ἐν μέσῳ σώματι τοῦ Περσέως λαμπρὸς ἀστὴρ βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. μ'. Τοῦ τροπικοῦ ἄρα βορειότερός ἐστι μοί. ις'· ὅ ἐστι πλεῖον ἡμίσεως μέρους ζωδίου. Πολλῷ ἄρα μᾶλλον ὁ ἀριστερὸς ὦμος βορειότερός ἐστι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ. Κεῖται γὰρ ὁ Περσεὺς τῇ θέσει, ὥστε τὰ μὲν πρὸς τῇ κεφαλῇ μέρη εἶναι αὐτοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις, τοὺς δὲ πόδας πρὸς μεσημβρίαν, μικρὸν πρὸς ἀνατολὰς τῆς κεφαλῆς ἀποκλινούσης.

ΚΓ'. Περὶ δὲ τῆς Ἀνδρομέδας φησίν·

C *. . . . Ἀνδρομέδης μέσσην ἀγκῶνος ὕπερθε*
Δεξιτερὴν ἐπέχει.

Ἀγνοεῖ δὲ καὶ κατὰ τοῦτο. Καὶ γὰρ οἱ ἐν τῷ δεξιῷ αὐτῆς ὤμῳ βορειότεροί εἰσι τοῦ τροπικοῦ. Τριῶν γὰρ ὄντων ἀστέρων, ὁ νοτιώτερος αὐτῶν βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ πλεῖον μοι. λ'. Τῶν δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ γ' ὁ πρὸς μεσημβρίαν βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. λβ'. Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ὁ ἀγκὼν βορειότερός ἐστιν ἱκανῶς τοῦ τροπικοῦ, καὶ οὐ νοτιώτερος, ὡς Ἄρατός φησιν.

Ἑξῆς δὲ λέγει·

Ὁπλαὶ δ' Ἵππειοι, καὶ ὑπαύχενον Ὀρνίθειον
Ἄκρῃ σὺν κεφαλῇ.

D Τίνας μὲν οὖν ἀστέρας ἐτίθει ἐπὶ ταῖς ὁπλαῖς τοῦ Ἵππου, ἄδηλον· ἐκ μέντοι τῶν ἐπὶ τοῦ Ὄρνιθος λεγομένων οὕτως,

. . . . κατὰ δεξιὰ χειρὸς
Κηφείης, ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα φαίνων
Λαιῇ δὲ πτέρυγι σκαρθμὸς παρακέκλιται Ἵππου

δόξει [88] ἂν συνεγγίζειν τῇ ἀληθείᾳ. Ὁ γὰρ ἐν ἄκρῳ

[88] f. δόξειεν.

(66) *Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ.* Pene ex æquo distabant. Nam dextri pedis, et australis stella declinationem habebat ab æquatore boream versus, grad. 27, 47', Hipparchi tempore. Sinister pes, grad. 27, 7'.

(67) *Πολὺ δὲ καὶ ἐν τούτοις.* Nimis confuse et infinite refellit. Nam ambo falsa sunt, quæ Aratus scripsit de sinistra tibia et humero sinistro, sed hoc illo falsius; ut ex tropic. Eudoxei descriptione constat. Itaque argumentatio, quam Hipparchus affert, neque de sinistro humero rem conficit: neque de tibia, ut ibidem adnotamus. Stella, quæ est in sinistro Persei humero, declinabat ab æquatore Eudoxi tempore, gradibus 37, 17'; a tropico gradibus 13, 17', Hipparchi vero ætate ab æquinoctiali, gradibus 38, 34', a tropico 14, 34', utrobique minus quam lucida quæ est in latere

πτέρυγι βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. κγ'· ὁ δὲ Ὄρνιθος τὸ μὲν ῥύγχος βορειότερόν ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. κε' καὶ κγ'· ὁ δὲ ἐχόμενος αὐτοῦ, καὶ ὢν ὁ ἐν τῷ λάρυγγι κείμενος, βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. λα'. Δῆλον οὖν, ὅτι οὔτε ἡ κεφαλὴ τοῦ Ὄρνιθος οὔτε ὁ τράχηλος δύναται ἐπὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ κεῖσθαι κύκλου.

Ἑξῆς δέ φησιν.

. . . . *καλοί τ' Ὀφιούχεοι ὦμοι*
Αὐτὸν δινεύονται ἐληλαμένοι περὶ κύκλον.

Ἐν δὲ τούτοις τελέως ἀγνοεῖ. Τῶν γὰρ τοῦ Ὀφιούχου ὤμων ὁ μὲν δεξιὸς πολλῷ ἔγγιον κεῖται τοῦ ἰσημερινοῦ ἤπερ τοῦ τροπικοῦ· ὁ δὲ ἀριστερὸς τρίτῳ μέρει ἑνὸς ζωδίου νοτιώτερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ. Ὁ μὲν γὰρ δεξιὸς ὦμος βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοί. ἔγγιστα ζ'· ὁ δὲ ἀριστερὸς ὡς ἔγγιστα μοί. ιε'.

Ἑξῆς δέ φησιν.

Τ δ' ὀλίγον φέρεται νοτιωτέρη, οὐδ' ἐπιβάλλει
Παρθένος, ἀλλὰ Λέων καὶ Καρκίνος· οἱ μὲν ἄρ' ἄμφω
Ἑξείης κέαται βεβολημένοι· αὐτὰρ ὁ κύκλος
Τὸν μὲν ὑπὸ στῆθος καὶ γαστέρα μέχρι παρ' αἰδῶ
Τέμνει, τὸν δὲ διηνεκέως ὑπένερθε Χελείου
Καρκίνον· ἧχι μάλιστα διχαιόμενόν κε νοήσαις
Ὀρθόν· ἵν' ὀφθαλμοὶ κύκλου ἑκάτερθεν ἴοιεν.

Ταῦτά μοι δοκεῖ συμφώνως τοῖς φαινομένοις εἰρηκέναι. Τῶν τε γὰρ ἐν τῷ στήθει τοῦ Λέοντος ὁ μὲν νοτιώτατος καὶ λαμπρότατος, ὃν δή τινες ἐν τῇ καρδίᾳ τιθέασι, μικρῷ νοτιώτερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ· ὁ δὲ μετὰ τοῦτον πρὸς τὰς ἄρκτους αὐτοῦ κείμενος μικρῷ βορειότερος τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ· καὶ τῶν ἐν τοῖς μηροῖς, καὶ σκέλεσι τοῦ Λέοντος δ' λαμπρῶν, ὁ μὲν δεύτερος ἀπ' ἄρκτου ἐν τοῖς μηροῖς κείμενος βορειότερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ· ὁ δὲ τρίτος, καὶ ἐν τοῖς σκέλεσι κείμενος, νοτιώτερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ. Δῆλον οὖν, ὅτι διὰ μήκους ὑπ' αὐτοῦ ὁ Λέων τέμνεται ὑπὸ τὸ στῆθος καὶ τὴν λαγόνα. Τῶν δ' ἐν τῷ Καρκίνῳ ἀστέρων, τῶν περὶ τὸ νεφέλιον κειμένων τεσσάρων ὁ μὲν νοτιώτερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ οὐκ ἔλασσον ἢ μοί. α'· ὁ δὲ βορειότερος αὐτῶν βορειότερός ἐστι τοῦ τροπικοῦ θερινοῦ ἔλασσον ἢ μοί. α' [83]· τῶν δ' ἀπ' ἀνατολῆς περὶ τὸ νεφέλιον κειμένων β' ἀστέρων ὁ μὲν νοτιώτερος ἐπ' αὐτοῦ σχεδὸν κεῖται τοῦ τροπικοῦ· ὁ δὲ βορειότερος καὶ πρὸς τὰς ἄρκτους αὐτοῦ ἀπέχει μοί. ὡς ἔγγιστα β' S''. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ περὶ τὸν Καρκίνον συμφώνως ἔγγιστα ἀποδέδωκε τοῖς φαινομένοις.

Διαληπτέον μέντοι γε, ὅτι τὰ περὶ τοῦ Καρκίνου καὶ τοῦ Λέοντος, καὶ Παρθένον, καὶ τοὺς τοῦ Ἵππου πόδας, ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Περσέα, καὶ τὰ γόνατα τοῦ Ἡνιόχου, καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν Διδύμων, ἔτι πρότερον Ἀράτου Εὔδοξος ἀναγέγραφεν· ᾧ καὶ νομίζομεν κατηκολουθηκέναι τὸν Ἄρατον. Τοῦ μέντοι γε Ὀφιούχου τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐχὶ τοὺς ὤμους φησὶν Εὔδοξος ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ κεῖσθαι· ὅπερ ἐστὶ μὲν καὶ αὐτὸ ψεῦδος· συνεγγίζει μέντοι τῷ τροπικῷ ἡ κεφαλὴ μᾶλλον ἢ ὦμοι· νοτιωτέρα γάρ ἐστι τοῦ θερινοῦ τοῦ

A in extremitate alæ, borealior est æquinoctiali partibus 23; at Cygni rostrum borealius est æquinoctiali 25 et 23 : huic citima, et in gutture quodammodo posita, borealior est æquinoctiali partibus 31. Quare perspicuum est neque caput Cygni, neque collum in tropico æstivo circulo posse constitui.

Exinde scribit Aratus

. . . *præclarique Ophiuchi humeri*
Ipsum volvuntur agitati circa orbem.

In quibus plena est illius inscitia. Nam dexter humerus Ophiuchi longe propinquior est æquinoctiali quam tropico; sinister autem unius signi triente australior est tropico. Quippe dexter humerus
B borealior est æquinoctiali partibus circiter 7; sinister partibus quam proxime 15.

Rursus Aratus :

Paulo autem fertur australior; neque attingit
Virgo : sed Leo, et Cancer; hi quidem ambo
Ex ordine jacent inserti : sed circulus
Leonem quidem sub pectore et ventre, usque ad [inguina
Secat; continue vero sub Testa
Cancrum : ubi maxime bifariam sectum videas
Recte; ut oculi a circulo eant utrinque.

Hæc apparentium fidei videntur ab illo consentanee dicta. Nam earum quæ in pectore Leonis, australissima, quam nonnulli in corde collocant, paulo est australior tropico; quæ vero post ipsam
C ad septentrionem posita est, paulo est australior tropico æstivo, tum ex iis quæ ad femora, quæque in Leonis cruribus sunt quatuor lucidæ; secunda quidem a septentrione in femoribus posita borealior est tropico; tertia vero, quæ est in cruribus, eodem tropico est australior. Hinc evidens est Leonem secundum longitudinem ab illo circulo sub pectore, ilibusque dividi. Cæterum de quatuor iis stellis quæ sunt in Cancro circa nubeculam, alia est australior tropico non minus parte 1; quæ autem borealior est earumdem, tropico circulo borealior est minus parte 1; ambarum vero, quæ ab oriente circa nubeculam sitæ sunt, australior in ipso prope tropico collocata est; borealior autem, et ad septentriones vergens abest ab eodem partibus fere
D 2 1/2. Liquet ergo quæ de Cancro a poeta prodita sunt, quam proxime ad apparentium experimenta congruere.

Sic est autem existimandum de Cancro, Leone, Virgine, Equi pedibus : necnon de Perseo, genibus Heniochi, Geminorum capitibus, prius Eudoxum Arato scripsisse : adeo ut hic illum, mea quidem sententia, sit secutus. Verum Ophiuchi caput, non humeros in tropico esse sitos Eudoxus asserit : quod et ipsum est quidem falsum; sed tamen tropico vicinius est humeris caput. Est enim æstivo tropico septem fere partibus australius. Porro Cygni collum, et sinistram alam in tropico circulo

[82] Reg. καὶ κ'. [83] γρ. α', ι'.

collocavit Eudoxus: necnon dextram Andromedæ manum. Quamobrem ex iis intelligimus quantum in istis alter altero ab apparentiis magis abscedat. At Eudoxus privatim Serpentis collum, quem Ophiuchus tenet, ac dextram Ingeniculi manum in tropico statuit. Quod apparentium fidei consonat.

XXIV. Jam quæ in hiberno tropico sunt, Aratus ita describit:

115 *Alius autem in opposito austro medium Capri- [cornum*
Secat, et pedes Aquarii, et Ceti caudam.
Inest item ei Lepus; cæterum Canis non valde ma- [gnam partem
Aufert; sed quantam occupat pedibus: inest ei Argo,
Et magnum Centauri dorsum; inest et aculeus
Scorpii; inest et arcus incluti Sagittarii.

In his cætera quidem cum apparentibus conveniunt; verum quæ sunt in aculeo Scorpii stellæ, australiores sunt hiberno tropico partibus amplius 8. Verius itaque sit medium Scorpii in ipso hiberno tropico ponere. At Eudoxus, cum in aliis similiter atque ille sentiat, flexum tamen Fluminis in tropico situm esse dicit, et Canis pedes ad caudam; in eodem quoque Feram constituit, quam tenet Centaurus: in quo quidem et ipse fallitur. Est enim Fera multo quam hibernus tropicus australior.

XXV. De æquinoctiali circulo Arati hæc verba sunt:

Signum autem ei Aries, Taurique genua posita sunt.
Aries quidem in longitudinem ductus per circulum;
Tauri vero crurum quanta apparet geniculatio.

Hæc vero de Ariete imperite dicuntur. Totus enim æquinoctiali circulo borealior est, sola excepta stella quæ est in posterioribus pedibus; hæc enim in circulo æquinoctiali vehitur.

Pergit Aratus:

Ibidem est et zona splendidi Orionis,
Et flexus ardentis Hydræ: inest ei et levis
Crater; inest et Corvus.

Atqui Orionis est quidem in æquinoctiali zona posita; Draconis vero spira, et Crater atque Corvus longe sunt australiores æquatore: nisi quod partes illæ, quæ sunt Corvi caudæ propiores, ad æquinoctialem accedunt.

— *Insunt autem* (ait) *stellæ non valde multæ*
Chelarum; insunt et Ophiuchi genua.

Verum Chelarum lucida tantummodo stella, quæ est in borea Chela, ad æquinoctialem accedit; cæteræ longe sunt australiores ipso. Ophiuchi vero genua australiora sunt æquinoctiali; sinistrum quidem partibus 3 1/2; dextrum vero amplius 10.

Secundum hæc Aratus,

Non tamen ab Aquila (inquit) *disjungitur: sed valde [prope*
Jovis volitat magnus nuntius; etiam juxta ipsum
Equinum caput, et cervix volvuntur.

A τροπικοῦ μοί. ὡς ἔγγιστα ζ'. Τοῦ δὲ Ὄρνιθός φη... ὁ Εὔδοξος τὸν αὐχένα καὶ τὴν ἀριστερὰν πτέρ... κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ· τῆς δὲ Ἀνδρομέδας τὴ... δεξιὰν χεῖρα. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐφ' ὅσ... καὶ ἐν τούτοις μᾶλλον ὁ ἕτερος αὐτῶν παρὰ τὸ... ἕτερον διαλλάττει· ἰδίᾳ δὲ Εὔδοξος τὸν αὐχένα τ... Ὄφεως, ὃν ἔχει ὁ Ὀφιοῦχος, καὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα τοῦ Ἐν γούνασί φησιν ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ κεῖσ... ὅπερ ἐγγίζει τῷ φαινομένῳ.

ΚΔ'. Περὶ δὲ τῶν ἐπὶ τοῦ χειμερινοῦ τροπικ... μὲν Ἄρατός φησιν οὕτως·

Ἄλλος δ' ἀντιόωντι νότῳ μέσον Αἰγοκερῆα
Τέμνει, καὶ πόδας Ὑδροχόου, καὶ Κήτεος οὐρ... [καλλὴν
Ἐν δέ οἱ ἐστι Λαγωός· ἀτὰρ Κυνὸς οὐ μάλ...
Αἴνυται, ἀλλ' ὁπόσην ἐπέχει ποσίν· ἐν δέ ο... [Ἀργώ·
B *Καὶ μέγα Κενταύροιο μετάφρενον· ἐν δὲ τὸ κέν... [τρον*
Σκορπίου· ἐν καὶ τόξον ἀγαυοῦ Τοξευτῆρος.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα συμφωνεῖ τοῖς φαινομένοις· οἱ μέντοι γε ἐν τῷ κέντρῳ τοῦ Σκορπίου νοτιώτεροι εἰσι τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ πλέον ἢ μοί. η'. Μᾶλλον οὖν τὰ μέσα τοῦ Σκορπίου ἐπὶ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ κεῖται κύκλου. Ὁ δὲ Εὔδοξος τὰ μὲν ἄλ... ὁμοίως τούτῳ ἀποφαίνεται· τοῦ δὲ Ποταμοῦ τὴν καμπὴν φησι κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ, καὶ τοῦ Κυνὸς τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν οὐράν. Κεῖσθαι δ' ἐπ' αὐτ... φησι καὶ τὸ Θηρίον, ὃ ἔχει ὁ Κένταυρος· ἀγνοεῖ δὲ καὶ τοῦτο. Πολλῷ γὰρ νοτιώτερόν ἐστι τὸ Θηρίον τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ.

C ΚΕ'. Περὶ δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ ὁ μὲν Ἄρατος οὕτω λέγει·

Σῆμα δέ οἱ Κριός, Ταύροιό τε γούνατα κεῖται.
Κριὸς μὲν κατὰ μῆκος ἐληλαμένος διὰ κύκλου,
Ταύρου δὲ σκελέων ὅσση περιφαίνεται ὀκλάξ.

Ἐν δὲ τούτοις ἠγνόηται τὰ περὶ τὸν Κριόν. Ὅλος γὰ... βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ· μόνος δὲ ὁ ἐν τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν αὐτοῦ κείμενος ἀστὴρ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἰσημερινοῦ φέρεται.

Ἑξῆς δέ φησιν·

Ἐν δέ τέ οἱ ζώνη εὐφεγγέος Ὠρίωνος,
Καμπή τ' αἰθομένης Ὕδρης· ἔνι οἱ καὶ ἐλαφρ...
Κρητήρ· ἐν δὲ Κόραξ.

Ἡ μὲν οὖν τοῦ Ὠρίωνος ζώνη κεῖται ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ· ἡ δὲ σπεῖρα τοῦ Δράκοντος, καὶ ὁ Κρατὴρ, καὶ
D ὁ Κόραξ πολλῷ νοτιώτεροί εἰσι τοῦ ἰσημερινοῦ· πλὴν εἰ ἄρα τὰ πρὸς τὴν οὐρὰν τοῦ Κόρακος συνεγγίζει τῷ ἰσημερινῷ.

— *Ἔνι δὲ* (φησὶν) *ἀστέρες οὐ μάλα πολλοὶ*
Χηλάων· ἐν τῷ δ' Ὀφιούχεα γούνατα κεῖται.

Τῶν μὲν οὖν Χηλῶν ὁ ἐν τῇ βορείᾳ Χηλῇ λαμπρὸς ἀστὴρ μόνος συνεγγίζει τῷ ἰσημερινῷ· οἱ δὲ λοιποὶ πολλῷ νοτιώτεροί εἰσιν αὐτοῦ. Τὰ δὲ γούνατα τοῦ Ὀφιούχου νοτιώτερά ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ· τὸ μὲν ἀριστερὸν μοί. γ' S'', τὸ δὲ δεξιὸν πλεῖον ἢ μοί. ι'.

Ἑξῆς δέ φησιν·

Οὐ μὴν Αἰητοῦ ἀπαμείρεται· ἀλλὰ μάλ' ἐγγὺς
Ζηνὸς ἀητεῖται μέγας ἄγγελος· ἡ δὲ κατ' αὐτὸν
Ἱππείη κεφαλὴ καὶ ὑπαύχενον εἰλίσσονται.

A Συνεγγίζει δὲ καὶ ταῦτα τῇ ἀληθείᾳ. Ὁ δὲ Εὔδοξος μὲν ἄλλα ὁμοίως εἴρηκε· τῶν δὲ Χηλῶν τὰ μέσα ησὶν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κεῖσθαι, τοῦ τε Ἀετοῦ τὴν ιστερὰν πτέρυγα, τοῦ δὲ Ἵππου καὶ τὴν ὀσφὺν, καὶ ι τῶν Ἰχθύων τὸν βορειότερον αὐτῷν. Οὔτε δὲ ὁ ετὸς ἐπιβάλλει τῷ ἰσημερινῷ, ὅ τε ἐπὶ τῆς ὀσφύος ῦ Ἵππου βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ πλεῖον ἢ ι. γ′ S″· ὅ γε μὴν βορειότερος τῶν Ἰχθύων βοειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ ἔγγιστα μοί. ι′. Ὁ δὲ ιτταλος περὶ τῶν ἐν τοῖς εἰρημένοις κύκλοις ἀστέρων τὸν μὲν κατὰ μέρος λόγον παραπέμπει· (68) γράφει ταῦτα· « Ἐν οἷς δὲ διασαφεῖ διὰ τίνων ἀστέρων ιαστος τῶν γ′ παραλλήλων διήκει δ' ὃ παραπέμπει ασχερῶς, οὐ δυναμένων διέρχεσθαι τῶν κύκλων δι' ν φησιν ἀστέρων αὐτοὺς διήκειν, διὰ τὸ παρηκολουηκέναι σε, διὰ τῆς διόπτρας ἐπεσκεμμένον αὐτὰ, B ρῆκα νῦν διασαφεῖν. » Πρῶτον μὲν οὖν ἔδει καὶ ὧν λοιπῶν χάριν τῶν φιλομαθούντων, εἴπερ παρκολούθει, ὑποδεῖξαι τίνες τε αὐτῶν νοτιώτεροι καὶ ορειότεροι ἐφαίνοντο τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, καὶ πόσῳ· πειτα πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο μόνον κατανοῆσαι, διότι ὁ φέρονται κύκλοι διὰ τῶν εἰρημένων ἀστέρων, οὐ ρεία διόπτρας. Πολλῷ γὰρ τῶν μὲν νοτιωτέρων παρχόντων, τῶν δὲ βορειοτέρων, αὐτόθεν ἀναβλέαντι φανερὸν γίνεται, διότι οὐ δυνατὸν διὰ τῶν λεομένων ἀστέρων γραφῆναι ἢ τὸν ἰσημερινὸν, ἢ παραλληλόν τινα τούτων κύκλον.

A Quæ sunt veritati proxima. Eudoxus autem, cum in reliquis non dissentiat, Chelarum medium ait in æquinoctiali situm esse; una cum ala sinistra Aquilæ: nec non Equi lumbum et Piscium borealiorem. Verum nec Aquila contingit æquinoctialem, et quæ in lumbo est Equi, borealior est amplius partibus 3 1/2; borealior vero Piscium æquinoctiali borealior est partibus circiter 10. Attalus autem omissa particulari disputatione de his stellis, quæ in circulis insunt, quos supra memoravimus, ita scribit: « Ea vero, in quibus explicat, per quasnam stellas transeat quilibet trium parallelorum *** cum ii circuli per eas transire stellas nequeant, quas ille describit, enarrare idcirco nolui; quod eorum tu scientiam ex usu, tractationeque dioptræ sis assecu- B tus. » Verum id in primis oportebat, vel cæterorum ejus doctrinæ studiosorum gratia, si quidem intelligebat, exponere, quæ quantove ex iis stellis australiores, vel borealiores esse viderentur æstivo tropico. Deinde, ut id comprehendatur unum, per eas stellas, quæ percensitæ sunt, non duci circulos, nihil opus est dioptra. Cum enim aliæ haud paulo sint australiores, aliæ borealiores, statim aspectu ipso perspicuum est, neque circulum æquinoctialem, neque alterum æquidistantium per illas ipsas stellas posse perduci.

ΚϚ′. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων γ′ κύκλων ὁ Εὔδοξος αὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου κειμένους ἀστέρας ιασαφεῖ· καί φησιν ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι τόν τε ἀριτερὸν ὦμον τοῦ Ἀρκτοφύλακος, καὶ τὰ ἄνωθεν τοῦ C Στεφάνου, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ διὰ τῶν Ἄρκτων Ὄφεως· τῆς δὲ Λύρας καὶ τῆς δεξιᾶς πτέρυγος τοῦ Ὄρνιθος τὰ ἄνωθεν· τοῦ δὲ Κηφέως τὸ στῆθος· τῆς ὲ Κασσιεπείας τὰ ἄνωθεν. Εἶτα ὑπὸ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας τῆς μεγάλης Ἄρκτου καὶ τοῦ Λέοντος χρι πρὸς τὸν ὦμον τοῦ Ἀρκτοφύλακος, (69) νοτιώερός ἐστι τοῦ ἀεὶ φανεροῦ τοῦ ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἑλάδα τόποις, πλεῖον ἢ μοί. δ′. Ἀπὸ γὰρ τοῦ βορείου όλου ἀπέχει μοί. μδ′, δ′ (70)· ὁ δὲ ἀεὶ φανερὸς κύλος ἀπέχει μοί. λζ′. Τὸ δὲ ἄνωθεν τοῦ Στεφάνου καὶ ῆς Λύρας ὁλοσχερέστερον εἴρηται. Οὐ γὰρ συνεγίζει ταῦτα τῷ ἀειφανεῖ κύκλῳ, ἀλλ' ἑκάτερον αὐτῶν ολλῷ νοτιώτερόν ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ βορειότερος τῶν D ν τῇ Λύρᾳ ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου μοί. μθ′· δὲ κεφαλὴ (71) τοῦ διὰ τῶν Ἄρκτων Ὄφεως νοωτέρα μὲν, ἐγγὺς δὲ τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου φέρεται. Ὁ γὰρ νοτιώτερος αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ

XXVI. Præter superiores illos circulos tres Eudoxus eas stellas describit, quæ sunt in arctico circulo: in C eoque situm ait esse sinistrum Arctophylacis humerum et superiora Coronæ, cum capite Serpentis per Ursas transeuntis: item Fidiculæ, ac dextræ alæ Cygni superiores partes: Cephei quoque pectus; et superiora Cassiepeæ. Deinde sub anterioribus 116 majoris Ursæ pedibus ac Leonis, usque ad Arctophylacis humerum, australior est semper apparente circulo Græciæ partibus amplius 4; nam a boreali polo distat partibus 44,15′; circulus vero semper apparens abest partibus 37. Porro superiora Coronæ ac Fidiculæ minus accurate designata sunt. Non enim semper apparenti circulo vicina ista sunt; sed utrumque longe est australius. Nam borealior earum quæ sunt in Fidicula, distat a polo boreali partibus 49; caput vero Serpentis Ursis D interjecti australius quidem est, sed semper apparenti tamen circulo citimum est. Quippe australior illarum, et in sinistro sita tempore abest a polo partibus 37, quot semper apparens circulus

(68) Hæc sunt depravata.

(69) Deest, opinor, aliquid.

(70) Ἀπέχει μοί. μδ′. Scribe, μα′, δ′. Nam altera lectio corrupta est, ut Hipparchus ipse demonstrat.

(71) Ἡ δὲ κεφαλή. Non solum mendosus, sed mutilus etiam hic locus est. Primum pugnare secum Hipparchus, ut se habet modo, videtur. Nam caput Draconis australius facit arctico Græciæ circulo; et idem tamen præcise in eo circulo reponit, quidem utrumque gradibus septem et triginta distat a polo. Præterea cum duo sidera proposuisset, quæ ab arctico circulo, ubi ea collocarat Eudoxus, longius erant ad austrum remota, superiora Coronæ pariter, ac Lyræ; ubi de ambobus sigillatim probare cœpit, unius Lyræ meminit; de Corona ne litteram quidem fecit. Desunt igitur illa, quibus quot partibus a polo Corona distaret, aperuit. Finge Hipparchum ita scripsisse: post ista ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου μοί. μθ′· ὁ δὲ βορειότερος τῶν ἐν τῷ Στεφάνῳ, μοί. νγ′. Ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ διὰ τῶν Ἄρκτων Ὄφεως ἐπὶ τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου φέρεται. Borealior Coronæ Hipparchi tempore distabat a polo gradibus amplius 53, ex nostris tabulis, sic et Lyræ borealior partibus ab eodem polo aberat 51.

constat. Pectus autem Cephei apparente semper circulo est australius, ut supra demonstravimus. Dextræ alæ Cygni superiores partes, et pes Cassiepeæ in apparente circulo feruntur. Etenim borealior earum, quæ in extrema sunt ala dextra, distat a boreali polo partibus 40; borealior earum, quæ sunt in Cassiepea, et in pedibus sita, abest ab eodem polo gradibus 38. Quin et majoris Ursæ pedes boreaIiores feruntur semper apparente circulo. Siquidem antecedens illorum a boreali polo removetur partibus fere 24; succedens, partibus fere 25. Vere itaque pronuntiavit apparentem semper circulum transire inter Ursam ac Leonem.

Jam in eo circulo, qui nunquam apparet, quæ insunt astra, non videntur omnino. Proxime autem absunt, inquit, ab eo extremæ partes aquæ Fluminis; et fundum Navis, ac Gubernaculum. Tum Fera; nec non Ara. Item Sagittarii crus dextrum; quæ autem videtur ex Ægypto stella, in eodem continetur. Ex his quæ utcunque sunt veritati proxima, extra controversiam seponenda sunt. De ea vero stella, quæ Canopus dicitur, non recte asserit ipsam in apparente nunquam circulo ferri. Est enim hæc australior earum quæ sunt in Gubernaculo, atque lucida : quæ a polo distat partibus 38 1/2. At semper apparens Athenis circulus abest a polo partibus 37; in Rhodo vero, partibus 36. Constat igitur eamdem stellam borealiorem esse nunquam apparente Græciæ circulo, ac supra terram videri posse, ut etiam circa Rhodum prospicitur.

XXVII. Pergit Eudoxus eas explicare stellas, quæ in coluris insunt, ac docet in horum altero situm esse medium Ursæ majoris et Cancri; nec non Hydri collum, et de Navi quod puppem inter et malum intercedit. Deinde post semper latentem polum, caudam australis Piscis, et medium Capricorni pariter ac Sagittæ. Eumdem præterea per Cygni collum, alamque dextram, ac per sinistram Cephei manum describi; tum per flexum Serpentis, ac secundum minoris Ursæ caudam.

Enimvero de Ursa penitus aberrat. Hujus enim præcedentes in capite, et quæ in anterioribus pedibus, in Leonis dodecatemorio sunt sitæ. Quinam ergo fieri possit, ut medium Ursæ in Cancri principio collocetur? At præcedentes in Hydri capite

χροτάφου κείμενος ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου μοί. λζ', ὅσας καὶ ὁ ἀειφανὴς κύκλος. Τοῦ δὲ Κηφέως τὸ στῆθος νοτιώτερόν ἐστι τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου, ὡς πρότερον ὑποδεδείχαμεν. Τῆς δεξιᾶς πτέρυγος τοῦ Ὄρνιθος τὰ ἄνωθεν, καὶ τῆς Κασσιεπείας ὁ πούς, ἐν τοῦ φανεροῦ κύκλου φέρεται. Ὁ μὲν γὰρ βορειότερος τῶν ἐν ἄκρᾳ τῇ δεξιᾷ πτέρυγι ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου κύκλου μοί. μ'· ὁ δὲ βορειότερος τῶν ἐν τῇ Κασσιεπείᾳ, ὅς ἐστιν ἐν τοῖς ποσὶν, ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου μοί. λη'. Καὶ οἱ πόδες δὲ (72) τῆς μεγάλης Ἄρκτου βορειότεροι φέρονται τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου. Ὁ μὲν γὰρ ἡγούμενος αὐτῶν ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου περὶ μοί. κδ'· ὁ δὲ ἑπόμενος περὶ μοί κε. Εὐλόγως οὖν φησι τὸν ἀειφανῆ φέρεσθαι μεταξὺ τῆς Ἄρκτου καὶ τοῦ Λέοντος.

Verum conversam postea contemplatus eamdem sphæram, **150** ortuum, ac simul orientium et occidentium enarrationem iniit ab oriente Cancro, culminante Ariete, et occidente Capricorno. Orsus autem ab exortu Cancri, cum eoque simul orientia et occidentia ex adverso sidera persecutus, deinceps eumdem ordinem non tenuit, sed variis modis usus est: ut e regione interdum occidentia primum, post simul orientia describeret; in aliis vice versa, a coorientibus inciperet, iisque contrarium occasum facientia subjiceret.

Sed poeticum hoc opus plerique depravarunt, pictores, astronomi, grammatici, geometræ; cum ad suam quisque mentem ac voluntatem privatas picturas et interpretationes exigeret.

Proferuntur a nonnullis *Phænomena* sine ullo procemio in hunc modum:

Hæ quidem nihilominus multæ, et alibi aliæ positæ;

quidam diversa procemia referunt, velut:

De sole et insigni luna
Dicite mihi, Musæ.

In aliis exemplaribus:

Anclide hospitum sacrum germen, age tu mihi
Cœlestem attingas ad semitam;

alia,

Antigone, hospitum sacrum germen.

Verum omni prorsus carere procemio opus istud, indecorum est; ac cum hujus poetæ præstanti facultate, tum vero tanti argumenti majestate minus dignum, sic enim initii ac velut capitis expers esset hoc poema. Ab iis autem exordiis inchoari, *Anclide*, et id genus cæteris, non eo solum videtur absurdum, quod propter cacozeliam ab Arati stylo isti versus abhorreant; sed inest id in eo quoque pugnans, quod annis septuaginta ad idem punctum revocari solis curricula credantur. Tale est enim commentitium illud exordium:

Septies cum decenniis conversis annis.

Cum tamen Aratus novemdecim annorum spatio restitui solem in idem principium noverit, ita scribens:

. . . . Jam enim celebrati sunt
Novemdecim circuli splendidi solis.
Tum quotcunque ab cingulo ad extremum Orionem
Nox evolvit, et ad canem audacem Orionis.

Unde si procemium illud admiserimus, in eo septuaginta annorum orbem poeta constituerit: in

A σης τῆς σφαίρας περὶ ἄξονος καὶ πόλων, καὶ τῶν ἐντὸς τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου ἄστρων τὸν λόγον ποιεῖται. Λέγω δὲ Ἄρκτων, καὶ Δράκοντος, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ζώνης μέχρι ποδῶν τοῦ Κηφέως· εἶτα περὶ τῶν μεταξὺ τοῦ ἀρκτικοῦ καὶ ζῳδιακοῦ εἶναι νομιζομένων. Λέγει δὲ περὶ τῶν μεταξὺ τοῦ ἀρκτικοῦ καὶ ζῳδιακοῦ, καὶ ἀνταρκτικοῦ οὕτως·

Καὶ τὰ μὲν οὖν βορέω καὶ ἠλίσιος ἠελίοιο
Μεσσηγὺς κέχυται· τὰ δὲ νειόθεν ἄρχεται ἄλλα.

Κινουμένης δὲ τῆς σφαίρας, [43] τῶν ἀνατολῶν, καὶ συνανατελλόντων καὶ ἀντιδυνόντων πεποίηται ἀπὸ Καρκίνου ἀνατέλλοντος, καὶ μεσουρανοῦντος Κριοῦ, καὶ Αἰγόκερω δύνοντος. Ἀρξάμενος μέντοι ἀπὸ Καρκίνου ἀνατέλλοντος, καὶ [44] προσέτι τὰ συνανατέλλοντα αὐτῷ ἄστρα, καὶ ἀντιδύνοντα ἐν τοῖς ἑξῆς οὐκ ἐτήB ρησε ταύτην τὴν τάξιν· ἀλλὰ διαφόρως, ποτὲ μὲν τὰ ἀντιδύνοντα πρῶτα λέγει, ὕστερον δὲ τὰ συνανατέλλοντα· ἐπὶ δέ τινων ἀνάπαλιν· πρῶτα μὲν τὰ συνανατέλλοντα, ὕστερον τὰ ἀντιδύνοντα.

Ἐλύμηναν δὲ πολλοὶ τοῦτο τὸ ποίημα ζωγράφοι καὶ ἀστρονόμοι, καὶ γραμματικοὶ, καὶ γεωμέτραι, ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βούλημα τὸ ἴδιον γραφὰς καὶ ἐξηγήσεις ἰδίας ποιούμενοι.

Φέρεται δὴ τὰ *Φαινόμενα* ὑπὸ μέν τινων ἀπροοιμίαστα·

Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες·

ὑπὸ δέ τινων διάφορα προοίμια, ἀρχὴν ἔχοντα·

Ἀμφί μοι ἠελίοιο περικλειτοῖό τε μήνης
C *Ἔσπετέ μοι, Μοῦσαι*

τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων·

Ἀγκλείδη ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ' ἄγε σύ μοι
Οὐρανίην ψαύσειας ἐπὶ τρίβον·

ἔνια δέ·

Ἀντίγονε, ξείνων ἱερὸν θάλος.

Τὸ μὲν οὖν ἀπροοιμίαστον φέρεσθαι τὸ ποίημα παντελῶς ἐστιν ἀπρεπὲς καὶ ἀνάξιον τῆς τοῦ ποιητοῦ ἀρετῆς καὶ τῆς τηλικαύτης ὑποθέσεως· ἄναρχον γὰρ καὶ ἀκέφαλον ἔσται τὸ ποίημα· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀγκλείδη, καὶ τῶν ἑξῆς ἄρχεσθαι, πρὸς τῷ διὰ κακοζηλίαν ἐκφυγεῖν ταῦτα τὰ ἔπη τὸν Ἀράτειον χαρακτῆρα, ἔτι καὶ ἐναντίωμα ἔχει τὸ οἴεσθαι ἑβδομηκονταετηρίδα εἶναι, ἐν ᾗ ἀποκαθίσταται ὁ ἥλιος D ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον. Ἔχει γὰρ τὸ κατεψευσμένον προοίμιον οὕτως·

Ἕπταχα σὺν δεκάδεσσι περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Τοῦ Ἀράτου ἐννεακαιδεκαετηρίδα εἰδότος ἀποκαταστατικὴν τοῦ ἡλίου διὰ τούτων·

. . . . Τὰ γὰρ συναγείρεται [45] ἤδη
Ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο·
Ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης εἰς ἔσχατον Ὠρίωνα
Νὺξ ἐπιδινεῖται, Κύνα τε θρασὺν Ὠρίωνος.

Ὥστε εἰ προσδεχθείημεν τὸ προοίμιον, ἐν αὐτῷ μὲν ἑβδομηκονταετηρίδα ἔσται λέγων ὁ ποιητής, ἐν δὲ

[43] *Deest nomen* ἀρχήν. [44] *Deest aliquid.* [45] *f.* συναείδεται.

τοῖς ἑξῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδα· καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ A ἐναντιούμενος· ὅπερ ἄτοπον. Ἄμεινον οὖν τὸ διὰ τῶν πλείστων ἀντιγράφων φερόμενον προσίεσθαι, οὗ ἡ ἀρχή·

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα· τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν.

Ἁρμόττον γὰρ ἂν εἴη ἀπ' αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι τὸν περὶ τῶν οὐρανίων ἐξηγούμενον. Πρέπει δὲ καὶ ποιηταῖς μάλιστα αὕτη ἡ ἀρχή· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις τρεῖς κρατῆρας ἐκίρνων· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου, τὸν δὲ δεύτερον Διοσκούρων καὶ ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος. Διὸ καὶ ὁ Θεόκριτος·

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, φησὶ, *καὶ ἐς Δία λήγετε, Μοῦσαι.*

Ὁ δὲ Ὀρφεὺς πάντα καιρὸν ἀνατίθησι Διὶ, λέγων· B

Ζεὺς ἀρχή· Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.

Ὅθεν ἀκολούθως καὶ τῷ ἔθει τῷ παλαιῷ καὶ τῇ ὑποκειμένῃ ὑποθέσει ἀπὸ Διὸς πεποίηται τὴν ἀρχήν.

Ἐπικαλοῦσι δὲ αὐτῷ τὴν « ἐκ » πρόθεσιν ἀντὶ τῆς « ἀπὸ » παρειληφότι. Ἔδει γὰρ, φασὶν, εἰπεῖν, « ἀπὸ Διός. » Ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι καὶ Πίνδαρος κατεχρήσατο τῷ ἔθει τούτῳ, λέγων· *Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι, ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλὰ ἀοιδοὶ, ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου*· καὶ Ἀλκμάν· *Ἐγὼ δὲ ἀεὶ σοί (a) με ἐκ Διὸς ἀρχόμενα.* Ἄλλως δὲ καὶ τὸ « ἀπὸ » δύσφημόν ἐστιν· ὡς εἴ τις λέγοι, « ἄποθεν. » C

Δία δὲ οἱ μὲν τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὸν μυθικὸν ἐξεδέξαντο. Οἱ μὲν οὖν τὸν οὐρανὸν λέγοντες, παρατίθενται τὸν ποιητὴν λέγοντα·

Ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται·

τουτέστιν « ἐξ οὐρανοῦ· » καὶ Ἄρατον αὐτὸν ἐν τοῖς ἑξῆς λέγοντα περὶ τοῦ Ἵππου· *Ἐν Διὸς εἱλεῖται*· ἐστιν « ἐν τῷ οὐρανῷ· » οἱ δὲ Δία τὸν αἰθέρα παραδόντες παρατίθενται Εὐριπίδην λέγοντα·

Ὁρᾷς τόνδ' ὑψοῦ, τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Καὶ ἴσως Ζῆνά τις αὐτὸν καλοίη, διὰ τὸ πυρώδη εἶναι τὸν αἰθέρα· ἀπὸ μὲν τοῦ *αἴθεσθαι*, αἰθέρα· D ἀπὸ δὲ τοῦ *ζῆν* [46] καὶ παρὰ τὴν *ζήτησιν*, Ζῆνα· οἱ δὲ Δία τὸν ἥλιον νοήσαντες λέγουσιν, ὅτι καὶ Σοφοκλῆς Δία τὸν ἥλιον καλεῖ λέγων·

. . . . Ἠελίοιο κτείρεις ἐμέ·
Οἱ σοφοὶ [47] *λέγουσι γεννητὴν θεῶν,*
Πατέρα πάντων.

Καὶ ἔννοιαν τῆς δόξης ταύτης φασὶν ἔχειν τὸν ποιητὴν, ὅταν λέγῃ·

Ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς·

καὶ τὸ,

---

sequentibus, annorum novemdecim; ac secum ipse pugnabit; quod est absurdum. Satius est igitur initium illud adsciscere, quod in exemplaribus plerisque cernitur, nimirum:

Ab Jove auspicemur: quem nunquam viri sinimus.

Est enim consentaneum inde illum auspicari, qui de cœlestibus rebus explicare instituit. Quinetiam poetis maxime convenit hoc exordium. Nam in conviviis tres miscebant crateras: primum Jovis Olympii, secundum Castorum et heroum, tertium Jovis Sospitatoris. Unde Theocritus:

Ab Jove, inquit, *incipiamus, et in Jovem desinite, Musæ.*

Orpheus vero tempus omne Jovi tribuit his verbis:

Jupiter initium; Jupiter medium; ab Jove omnia facta sunt.

Quamobrem, ut et vetus consuetudo ferebat, et proposito argumento congruebat, ab Jove cœpit exordium.

Sunt qui reprehendant poetam, quod præpositionem « ex » potius, quam « ab » usurpaverit. Dicendum enim fuerat, inquiunt, « ab Jove, » non « ex Jove. » Sed nesciunt nimirum eodem more loquendi usum esse Pindarum ita scribentem: *Unde et Homeridæ, consutorum carminum poetæ, sæpius incipiunt Jovis ex prœmio.* » Item Alcman: « *Ego vero semper tibi me ex Jove incipiens.* Ac videtur præterea illa vox « ab » nescio quid male ominatum habere: quasi dicas: « procul ab. »

Cæterum Jovem alii cœlum interpretantur, alii æthera, alii solem, alii ad fabulosum illum Jovem referunt. Qui cœlum esse defendunt, pro se poetam citant ita loquentem:

151 *Ac veluti cum crebræ nives ab Jove volitant:* id est, « e cœlo. » Necnon ipsummet Aratum, qui in sequentibus de Equo sic scribit, *In Jove volvitur;* sed qui de æthere Jovem accipiunt, testem Euripidem adducunt, cujus hæc verba sunt:

Vides hunc in sublimi immensum æthera;
Qui terram circum continet humidis in ulnis:
Hunc tu puta Jovem: hunc arbitrare Deum.

Ac nescio annon Ζῆνα propterea quis illum dixerit, quod igneus sit æther. Quippe ab eo quod est αἴθεσθαι, id est *ardere*, nominatus est *æther*: ab eo vero, quod est ζεῖν, ac propter fervorem, Ζῆνα dixerunt. Jam qui Jovem malunt esse solem, aiunt Sophoclem eodem vocabulo solem appellasse, cum scripsit:

. . . Sol miserescat mei;
Quem sapientes aiunt genitorem deum,
Patremque omnium.

Cujus opinionis in mentem venisse poetæ volunt; cum ita loquitur:

Sonus amborum pervenit in æthera, Jovisque splendorem;

item:

---

[46] *f.* ζεῖν, *et mox* ζέσιν. [47] *f.* ἥλιος οἰκτείρειέ με· ὃν οἱ σοφοί, *etc. Mox*, καὶ πατέρα.

(a) Ἀεὶ σοί με. Forte ἀείσομαι. EDIT.

Solque, qui cuncta vides, audisque cuncta.

Propterea quod omnia conspicit Jovis oculus, et omnia cognoscit. Qui Jovem aerem interpretantur, testimonio comici Philemonis utuntur; cujus hæc verba sunt : *Quem nemo latet, neque bonum, neque malum . . . hic sum aer quem merito quis appellaverit et Jovem.* Hinc Aratum addidisse volunt :

. . . Pleni autem Jovis sunt omnes vici,
Omniaque hominum fora.

Nam in omnibus Jove opus habemus. Quippe haurientes aerem respiramus. Quin communi inter homines usu loquendi dicimus, « pluere Jovem ; » item Διοσημείας, quasi « Jovis ostenta, » nominamus; et « Nubicogum » apud poetas invenimus. Quæ omnia, et horum similia in aere contingunt. Alii Jovem illum e fabulis Saturno genitum intelligunt. Nos trifariam ab Arato proferri Jovem arbitramur : primum fabulose, ut cum ait :

. . . Si revera certe
E Creta illæ utique Jovis magni consilio;

licet enim et ex rerum natura, et ex fabularum commentis enarrare proœmium; jam illud :

Ut autem cum crebræ nives ex Jove volitant,

sic accipere, quasi idem sit atque « e cœlo, » penitus est confictum. Siquidem Homerus imbrium auctorem facit Jovem. Sic illud quoque : « *In Jovis volvitur;* eodem interpretari sensu, stolidum est. Non enim scripsit : « In Jove, » sed : In Jovis tractu vel domicilio; nimirum in cœlo, per subauditionem; quemadmodum dicimus, « apud pædotribæ, » vel « fidicinis. »

Aptissime porro ab Jove orsus est, velut opifice, ac rerum omnium domino. Quocirca cætera proœmia repudianda sunt. Etenim Hesiodus, quem unum ex omnibus æmulatum maxime esse dicimus Aratum, ab Jove cœpit.

Fuere qui poetam castigarent, quod litteram σ inseruerit vocabulo ἀρχώμεσθα. Sed huic simile est apud poetam χαζώμεσθα. Tum vero,

Tecum omnes certamus,

dixit, tanquam communia omnibus dicens; non, ut Apollonio visum est, ex propria tantummodo persona.

Orsus a te, Phœbe, quem nunquam...

Articulus præpositivus pro subjunctivo ὅν, ad vitandam collisionem. Ἀνδρός vocabulo, id est *viri*, quod particulare est, pro generali, *hominis*, uti voluit; cui simile istud est :

Alii quidem dii, et viri ex equis pugnantes.

Plenæ autem Jove sunt omnes quidem viæ. Poetæ omnituentem **152** ubique Jovem nominant, ut : *O Jupiter omnituens*; item, *Sol qui omnia lustras.* Ἀγυιαί sunt vici, per quæ γυῖα, *membra*, movemus; at *fora* sunt *conciones*. Nam et *Bulæus*, id

A *Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.*

Παρό ἐστι πάντα εἰδὼς ὁ τοῦ Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοῶν. Οἱ δὲ Δία τὸν ἀέρα ἀκούσαντες, φέρουσι μάρτυν Φιλήμονα τὸν κωμικόν· φησὶ γάρ· *Ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν, οὔτε κακὸν*[48], *οὔτε ἐσθλὸν οὗτός εἰμι ἐγὼ ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.* Διὸ καὶ τὸν Ἄρατον ἐπάγειν·

. . . . . . Μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί.

Πάντη γὰρ Διὸς κεχρήμεθα. Σπῶντες γὰρ τὸν ἀέρα ἀναπνέομεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμὲν « τὸν Διὰ ὕειν· » καὶ « Διοσημείας » καλοῦμεν· καὶ « Νεφεληγερέτην » παρὰ τοῖς ποιηταῖς εὑρίσκομεν. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐν τῷ ἀέρι. Οἱ δὲ B Δία τὸν μυθικὸν τὸν Κρόνου παῖδα νοοῦσιν. Ἡμῖν δὲ δοκεῖ τριχῶς ὑπὸ τοῦ Ἀράτου τὸν Δία προφέρεσθαι· μυθικῶς μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ·

. . . . . . Εἰ ἐτεὸν δὴ
Κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι·

ἔστι γὰρ καὶ φυσικῶς καὶ μυθικῶς ἐξηγήσασθαι τὸ προοίμιον· τὸ δὲ,

Ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται,

ἐξ οὐρανοῦ νοῆσαι, ὅλον ἐστὶ πλάσμα. Ὅμηρος γὰρ οἶδε τὸν Δία ὄμβρων παραίτιον. Καὶ πάλιν τὸ, « Ἐν Διὸς εἱλεῖται, ὡσαύτως παραλαβεῖν ἀνόητον. Οὐ γὰρ εἶπεν, « Ἐν Διὶ, » ἀλλ', Ἐν τῷ τοῦ Διὸς κλίματι ἢ οἰκητηρίῳ, οὐρανῷ κατὰ παράλειψιν· ὡς « ἐν παι- C δοτρίβου, » ἢ « κιθαριστοῦ. »

Οἰκειότατα δὲ ἀπὸ Διὸς ἤρξατο, ὡς ποιητοῦ, καὶ τῶν ὅλων δεσπότου. Ὥστε τὰ λοιπὰ προοίμια παραιτητέον. Καὶ γὰρ Ἡσίοδος, οὗ μάλιστα ζηλωτὴν τὸν Ἄρατόν φαμεν γεγονέναι, ἀπὸ Διὸς ἤρξατο.

Ἠτιάσαντο δέ τινες, ὅτι ἔγκειται τὸ σ τῷ « ἀρχώμεσθα. » Ὅμοιον δέ ἐστι τῷ παρὰ τῷ ποιητῇ « χαζώμεσθα. » Καὶ,

Σοὶ πάντες μαχόμεσθα,

δὲ εἶπεν, ὡς κοινὰ πᾶσι γράφων· οὐχ, ὡς Ἀπολλώνιος, ἐξ ἰδίου μόνου προσώπου.

D *Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε, τὸν οὐδέποτε....*

Ἄρθρον προτακτικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ « ὅν, » διὰ τὸν συγκρουσμόν. « Ἀνδρὸς » δὲ ἰδικὸν ἀντὶ γενικοῦ, « τοῦ ἀνθρώπου· » καὶ ὅμοιον τῷ·

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί.

Μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί. Ὅτι καὶ οἱ ποιηταὶ πανόπτην καλοῦσι πανταχοῦ· *Ὦ Ζεῦ πανόπτα*· καὶ, *Ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς.* « Ἀγυιαὶ » δὲ τὰ ἄμφοδα, δι' ὧν « τὰ γυῖα » φέρομεν· « ἀγοραὶ » δὲ « αἱ ἐκκλησίαι » καὶ αἱ σύνοδοι. Λέγεται γὰρ

[48] *Deest participium δράσας, aut simile aliud. Videntur autem senarii.*

καὶ Βουλαῖος Ζεύς, ὡς Ξένιος,· καὶ Ἑταιρεῖος, Φίλος, Φυτάλιμος, Ἐπικάρπιος.

Μεστὴ δὲ θάλασσα, καὶ λιμένες. Ἐπικόριος[49], καὶ Λιμένιος, καὶ Κερδῷος τοῖς ἐμπόροις. Ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισιν· ἐπεὶ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Διὰ τοῦτο καὶ ἤπιος·

. . . . . . *Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.*

Λέγει δ' ὅτι βῶλος ἀρίστη. Γράφεται καὶ ἀροτὴ ἢ «ἀροσίμη·»[50] [οὐχ ἁρμόττει δέ·] ἐπιλέγει γάρ, *βουσί τε καὶ μακέλῃσι.* Μακέλαις δὲ οὐκ ἀροῦταί τις. *Γυρῶσαι*, κύκλῳ περισκάψαι. Πᾶν γὰρ τὸ κυκλοτερὲς γυρόν· *Γυρὸς ἐν ὤμοισιν. Αὐτὸς γὰρ τάδε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξε*, τοὺς ἀστέρας καὶ τὰ εἴδωλα. Παρὰ δὲ τὸ ἐστηρίχθαι ἠτυμολόγησε τῶν ἀστέρων τὸ ὄνομα. Ἄλλοι δέ φασιν ἀπὸ Ἀστραίου. Διὰ δὲ τό, *Ἐστήριξε*, τὸ ἀκίνητον τῶν ἀπλανῶν ἐδήλωσε· *τετυγμένα*, παρῳχημένου χρόνου ἀντὶ μέλλοντος· ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ·

Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστίν·

ἀντὶ τοῦ «τελεσθησόμενον.» *Ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται*, «ἀσφαλῶς φυτεύσωσι,» παθητικῷ ἀντὶ ἐνεργητικοῦ, ἢ ἵνα φαίνηται, ὡς «*σπάρτα λέλυνται. Ἀνδράσιν ὡράων·* ἀντὶ τοῦ» ὡρῶν.» *Χαῖρε, πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ.* Οὐ λέγει, «καὶ μέγα.» *Χαῖρε αὐτός, καὶ προτέρη γενεή.* Ὦ Ζεῦ, σὺ καὶ ἡ σὴ γενεά· ἤτοι οἱ Τιτᾶνες. Ἴσως καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ·

Γηγενέας τε θεούς, προτερηγενέας τε Τιτῆνας.

Καὶ Ὅμηρος·

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Εἰ δὲ ὡς πρὸς ἀνθρώπους *προτέρα* νοήσομεν, λέγοι ἂν τὴν τετάρτην ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ γένους τὴν τῶν ἡμιθέων. Ἡμεῖς γὰρ τῆς πέμπτης γενεᾶς. Τιτῆνας δὲ διὰ τοῦτο λέγει χαίρειν, ἐπειδὴ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς Ἀστραῖον, ἕνα τῶν Τιτάνων ὄντα, ὑμνεῖ, λέγων·

Εἴτ' οὖν Ἀστραίου κείνου γένος· ὅν ῥά τέ φασιν
Ἄστρων ἀρχαῖον πατέρ' ἔμμεναι. . . . . .

Δύναται δὲ τὸ αὐτὸ καὶ τοῖς προειρημένοις, καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις συνάπτεσθαι· ὥσπερ καί, *Χαίρετε δέ, Μοῦσαι*, καθ' ἑαυτό· εἶτα, *μάλα πᾶσαι*, ὑφ' ἕν·

. . . . . . *Ἐμοί γε ἀστέρας εἰπεῖν*
Εἰ θέμις, εὐχομένῳ τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδήν.

Τό, *θέμις*, ἀμφίβολον. Ἤτοι γὰρ τῷ προτέρῳ συναπτέον, ἢ τῷ ἑξῆς· ἤτοι, *ἀστέρας εἰπεῖν*, ὡς *προσῆκον, τεκμήρατε*· ἤ, *εὐχομένῳ ὡς προσήκοντα παράσχετε εἰπεῖν, ὦ Μοῦσαι. Τεκμήρατε*, «μέχρι τέλους εἴπατε·» *τέκμωρ* γὰρ τὸ «τέλος.»

A est *Consiliarius*, appellatur Jupiter; sicut *Hospitalis*, *Socialis*, *Amicus*, *Serius*, *Frugifer*.

Plenum est mare, et portus. Dicitur enim *Portumnus* et *Lucrio* negotiatoribus. *Hic vero mitis hominibus*, quoniam *pater est virumque deumque*. Ob id et *mitis* dicitur.

. . . *Pater vero ceu mitis erat.*

Admonet autem quandonam gleba optima est. Alias ἀροστή, id est «arabilis.» Sed non congruit. Nam subjieit : *bobus et ligonibus*. At ligonibus arat nemo. *Circumvallare* est «circumfodere.» Quippe rotundum omne γυρόν appellatur, ut, *rotundus in humeris*. Sequitur : *Ipse enim hæc signa in cælo firmavit*, nempe stellas et imagines. Itaque ab eo quod est ἐστηρίχθαι, ἀστέρας, id est stellas, vocavit. Alii ab
B Astræo dictas volunt. Atque hoc *firmandi* verbo, ad fixarum immobilitatem allusit; *facta*, præterito usus est pro futuro ; ut apud poetam :

Si quidem possum perficere, et si perfectum est.

Hoc est, «si potest perfici. Pergit : *Ut stata omnia nascantur;* hoc est, «ut tuto conserant,» passivum pro activo ; aut ut videatur, *tanquam funes dissoluti sunt. Viris tempestatum*, pro ὡρῶν. *Salve, pater, magnum miraculum, magna hominibus utilitas.* Non dicit, «et magna.» *Salve tu ipse, et prior generatio.* O Jupiter, tu et progenies tua : nempe Titanes. Velut apud Antimachum :

Terrigenasque deos, antiquioresque origine Titanas.

C Sic Homerus,

Oceanumque Deum originem, et matrem Tethyn.

Quodsi ad homines vox illa, *prior*, referenda sit, de quarta ab aureo genere semideorum progenie loquetur. Nam nos in quinta progenie censemur. Ac propterea Titanas salvere jubet, quoniam in sequentibus Astræum, unum de Titanibus, prædicat his verbis :

Sive igitur Astræi illius proles : quem aiunt
Astrorum antiquum patrem esse.

Hoc ipsum vero tam cum præcedentibus, quam cum sequentibus copulari potest, quemadmodum istud : *Salvete, Musæ*, per seipsum : deinde, *admodum omnes*, conjunctim :

D . . . . . *Mihi quidem ad stellas dicendas*
Si fas est, precanti promite omnem cantum.

Vox illa, *fas*, ambigua est. Nam aut antecedentibus, aut sequentibus annectenda est. Videlicet ut ita construatur : *ad stellas dicendas, ut decet, promite;* vel : *precanti ut decentia date mihi dicere, o Musæ.* Est autem τεκμήρατε, «ad finem usque dicite ;» τέκμωρ enim «finem» significat.

[49] *f.* ἐμπόριος. [50] *Deest aliquid.* (Quod nos supplendo e versione, uncis inclusimus. Edit.)

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ

—

THEODORI GAZÆ LIBER DE MENSIBUS

JOANNE PERRELLO INTERPRETE.

—

153 I. Operæ quidem pretium est, et mensium A appellationes pernosse, et in iis utendis Atticum ordinem sequi : quanquam id assequi non est facile. Siquidem virorum prisca nostraque ætate litterarum doctrina insignium, partim de ordine eorum et usu nullam mentionem fecerunt ; partim nescio quid ordinis tradiderunt : verum dum se putant perpetuam seriem colligere, procul a recta aberrare palam arguuntur. Nonnulli vero interpretantes quisnam sit mensis Hecatombæon, quisve Posideon, et quo pacto reliquorum cuique cum mensium nominibus conveniat, ut a Romanis tempora numerantur, nihil enarrant sani, neque certe consona inter se commemorant ; sed hic Martium Hecatombæonem vocat, ille Julium ; itidemque in aliis inter se discordant ; omnesque simul a veritate ipsa dis- B cedunt. Et vero Plethon hoc sæculo vir clarus, operosum reputans invenire qua ratione hi mutuo respondeant, inquirere destitit ; in commentariisque de legum institutione, cum de diebus, mensibus, et anno præcipiat ; qua tamen ratione Athenienses menses suos agerent, ne verbum quidem facit. Tametsi in cæteris rebus, quæ ad vocem spectant, eos æmulari magnis votis expetit, in eoque sedulo, et quasi affectate operam navat : sed quod faciat quivis e vulgo, simpliciter hic ex accidente nominat, primum hunc, illum secundum ; pariterque alios, ut cujusque ad primum ordo sese habet : non secus ac si quis manus digitos nominaturus, hunc pollicem non vocet, illum indicem, C alium medium, et reliquos similiter : at præ constitutorum singulis nominum penuria, primum, secundum, et tertium dicat. Neque vero iis qui multo ante floruerunt, minus difficile fuisse vident : quandoquidem Pollux scripto *De rerum vocabulis* libro ad Commodum Cæsarem, mensis quidem dies ut numerandi sunt nominandique dicit ; etsi id non satis recte ; ipsos vero menses Atticos prætermittit. Atqui par erat eum præsertim, qui Commodum alienæ linguæ virum Attice loqui doceret, enumeratos nuncupare, et (si modo sciret) ad plenum explicare. Non facile igitur Atticos menses Romanis reddere nominibus, convenientemque ordinem his accommodare. Huic nihilominus inquisitioni opera danda est, et eorum qui diversis in rebus D mensis cujuspiam meminerunt, dicta inspectanda ;

A Α'. Πρὸ ἔργου μὲν καὶ τὸ τὰς ὀνομασίας εἰδέναι τῶν μηνῶν, καὶ τάξει χρῆσθαι ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον· οὐ ῥᾴδιον δὲ τοῦτο λαβεῖν. Τῶν τε γὰρ πρότερον καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς δὴ ἐλλογίμων οἱ μὲν οὐθὲν περὶ τάξεως καὶ χρείας ἔφασαν τούτων· οἱ δὲ τάξιν μέν τινα ἀποδεδώκασι, τὸ ἐφεξῆς οἰόμενοι λέγειν· πόῤῥω δὲ ἀποπλανώμενοι τοῦ ὀρθοῦ ἐλέγχονται φανερῶς. Ἔτι δ' ἑρμηνεύοντες, ὅστις μὲν Ἑκατομβαιὼν τῶν μηνῶν, ὅστις δὲ Ποσειδεὼν, καὶ τῶν λοιπῶν ἑκάστῳ ὡς ἐφαρμόττοι πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν μηνῶν, καθάπερ ἄγουσι Ῥωμαῖοι τοὺς χρόνους, οὐδὲν ὅ τι καὶ ὑγιὲς εἰπεῖν ἀποδιδόασιν, οὐδὲ δὴ συνῳδά γε ἀλλήλοις φασίν· ἀλλ' ὁ μὲν Μάρτιον λέγει τὸν Ἑκατομβαιῶνα, ὁ δὲ Ἰούλιον· ὁμοίως δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων διαφωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἅμα καὶ διαμαρτάνοντες ἕκαστοι τἀληθοῦς. B Καὶ Πλήθων δ' ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν, χαλεπὸν ἡγούμενος εὑρεῖν τὸ ἀνάλογον τούτοις, εἶτ' ἐπιζητεῖν· κἀν τοῖς περὶ νομοθεσίας δὴ λόγοις, περὶ ἡμερῶν καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτοῦ ὑφηγούμενος, οὐκ ὀνομάζει ὡς Ἀττικοὶ ἦγον τοὺς μῆνας (καίτοι τἄλλα τὰ περὶ τὴν φωνὴν ἕπεσθαι προθυμούμενος Ἀττικοῖς, καὶ σφόδρα περὶ τοῦτο σπουδάζων), ἀλλ' ὅπερ ἂν ὁ τυχὼν εἴποι, ἁπλῶς οὕτως ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καλεῖ, τὸν μὲν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον, καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοίως, ὡς ἕκαστος ἔχει τάξεως πρὸς τὸν πρῶτον· καθάπερ εἴ τις, τοὺς τῆς χειρὸς δακτύλους ὀνομάσαι ἐθέλων, οὐ τὸν μὲν καλεῖ μέγαν, ἢ ἀντίχειρα, τὸν δὲ λιχανὸν, τὸν δὲ μέσον, καὶ τοὺς λοιποὺς ὡσαύτως· ἀλλ' ὑπ' ἀπορίας τῶν ἑκάστοις κειμένων γε ὀνομάτων πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον προσ- C αγορεύει. Ἔοικε δὲ μηδὲ τοῖς πολὺ πρόσθε ῥᾷον εἶναι· ὅτι δὴ καὶ Πολυδεύκης, τὰ *Ὀνομαστικὰ* Καίσαρι Κομμόδῳ συγγεγραφὼς, τὰς μὲν ἡμέρας τοῦ μηνὸς ὅπως ἀριθμητέον τε καὶ ὀνομαστέον λέγει, εἰ καὶ μὴ καλῶς, τοὺς μῆνας δ' αὐτοὺς παρασιγῶν ἀπολείπει. Χρῆν δὲ καταριθμῆσαι καὶ τούτους ὀνομάζοντα καὶ διασαφοῦντα, εἴπερ ᾔδει· ἄλλως τε καὶ Κόμμοδον τῶν ἑτερογλώττων τινὰ Ἀττικίζειν διδάσκοντα τὴν φωνήν. Ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι τοῖς Ῥωμαίων ὀνόμασι τὰ τῶν Ἀθηναίων περὶ τοὺς μῆνας, καὶ τὴν προσήκουσαν τάξιν εὑρεῖν. Οὐ μὴν ἀλλὰ ζητητέον καὶ τῶν ἐπὶ πραγματείαις διαφόροις μνημονευσάντων μηνός του τὰ λεγόμενα ἐπισκεπτέον· καὶ ἐκ πλειόνων συλλογιστέον διορίζοντας, D ἐφ' ὅσον διακριβοῦσθαι καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἂν εἴη· ὅπως ἂν Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν μηνῶν ἦγον

...ιεν χρῆσθαι, Ἑλληνικῶς φράζοντες, ἀλλὰ μὴ, ἐθνεῖα παραμιγνύντες, ξενίζωμεν περὶ τὴν πατρῴαν φωνὴν, καὶ ἐκμελῆ τὸν λόγον ποιῶμεν. Φιλοσόφου δὲ καὶ τὸ περὶ τούτου ἐσκέφθαι· τῆς αὐτῆς γὰρ ἐπιστήμης ἐστὶν ὀρθῶς τε τοῖς κειμένοις χρῆσθαι ὀνόμασι, καὶ μηδὲν ἀλλοεθνὲς ἐπιπολάζειν τοῖς οἰκείοις ἐᾷν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ μὲν μὴ ὑπάρχοντα νομοθετεῖν, τὰ δὲ μοχθηρῶς ὠνομασμένα τοῖς πολλοῖς διορθοῦσθαι. Οὕτω γὰρ ἂν ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν, βέλτιον τὸ αὐτῆς ἔργον ἀποτελοῦσα, συμβάλλοιτο εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν· μάλιστα δὲ αἱ περὶ τοὺς λόγους.

...tum ex pluribus distincta explicatione ratiocinandum, quatenus fieri poterit de talibus exacta investigatio, ut Græce dicentes Græcis mensium nominibus utamur; et ne externa permiscentes, atque inculcantes, in nostrate lingua quasi hospites peregrinum quiddam sonemus, et ineptum inconcinnumque sermonem faciamus. Porro philosophi est etiam hujusmodi commentatio: cum quidem peritiæ sit rite impositis nominibus uti, et nihil peregrinum pati in propriis vernaculisque superfluere: quemadmodum certe, nomina si desunt, et nova formare et perperam a rudibus indita corrigere. Sic enim unaquæque disciplina melius magisque suo munere fungens universæ reipublicæ conducat; imprimis autem eæ artes quæ consistunt in recti sermonis ratione.

Μῆνες Ἀθηναίων.

Β'. Δώδεκα μὲν τοίνυν τὸν ἀριθμὸν εἶναι ὀνόματα μηνῶν ταῦτα, ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον, πάντες ὁμολογοῦσι·

Μουνυχιῶνα,
Θαργηλιῶνα,
Σκιροφοριῶνα,
Ἑκατομβαιῶνα,
Μεταγειτνιῶνα,
Βοηδρομιῶνα,
Μαιμακτηριῶνα,
Πυανεψιῶνα,
Ἀνθεστηριῶνα,
Ποσειδεῶνα,
Γαμηλιῶνα,
Ἐλαφηβολιῶνα.

Περὶ δὲ τάξεως καὶ τοῦ ἐφεξῆς ἡ διαφορά τε καὶ ἀμφισβήτησίς ἐστι· πρὸς δὲ καὶ περὶ τοῦ, πῶς δεῖ, μεταφέροντας εἰς τὴν Λατίνων φωνὴν, ὀνομάζειν. Πρῶτον δὴ περὶ τάξεως καὶ τοῦ ἐφεξῆς τούτων· ἔπειτα περὶ ἑρμηνείας θεωρητέον. Δοκεῖ γὰρ ὥσπερ στοιχεῖον ἑρμηνείας οὖσα τούτων ἡ τάξις· καὶ τὰ πολλὰ ἴσως τῶν πρὸς τὴν ἑρμηνείαν τεινόντων δέοι ἂν, λαμβάνοντας ἐκ τῶν τῆς συντάξεως οἰκείων, δεικνύειν. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ χρείας ῥητέον· τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ τὴν τάξιν εἰδέναι μάλιστα προαιρούμεθα. Καὶ πρὸς τούτοις, εἴ τι ἄλλο πως οἰκεῖον τῇ σκέψει τῇδέ ἐστι, προσληπτέον, βραχύ τι συμπεριλαμβάνοντας, ἵνα μὴ τοῦ ἔργου μεῖζον τὸ πάρεργον γίνηται.

154 *Menses Atheniensium.*

II. Esse igitur hæc Atticorum mensium nomina, duodecim numero, omnibus in confesso est. Sunt autem hæc:

Munychion,
Thargelion,
Scirophorion
Hecatombæon,
Metagitnion,
Boedromion,
Mæmacterion,
Pyanepsion,
Anthesterion,
Posideon,
Gamelion,
Elaphebolion.

Cæterum quis ordo, et quæ series, atque etiam quomodo, et quibus verbis in Latinam linguam transferentes appellare oporteat, hic discrimen et controversia. Primum igitur de ordine et serie; post de interpretatione considerandum. Nimirum ordo ipse velut interpretationis elementum est, cum et multa forte eorum quæ ad interpretationem tendunt, ex constructionis ordinisque proprietate elicientem oporteat ostendere. Mox de usu dicendum: cujus gratia ordinem scire imprimis statuimus. Ad hæc, si quid aliud huic commentationi proprium, nobis assumendum est, compendiariam viam amplexantibus, ut ne operis diverticulum fiat opere instituto majus.

Περὶ τάξεως τῶν μηνῶν.

Γ'. Εἰλήφθω τοιγαροῦν μὴν ὁ τυχὼν πρῶτος τῷ λόγῳ· ἔστω δὲ, εἰ δοκεῖ, Ποσειδεών· μετὰ Ποσειδεῶνα δὴ εὐθὺς Γαμηλιών. Μάρτυρες δὲ τούτου Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος, ἄνδρες παλαιᾶς μνήμης, καὶ ἐμπείρως ἔχοντες τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. Δεῖ γὰρ μὴ ἀμάρτυρα φάσκειν, ὡς οἱ προτοῦ θέσεις πρὸς τῷ ψευδεῖ καὶ ἀδεσπότους ἀποδεδώκασι, λέγοντες περὶ τούτων· ἀλλ' ἐφ' ἑκάστοις μάρτυρας παρέχεσθαι ἄνδρας ἀξιοπίστους, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ. Πᾶν γὰρ τὸ ἐν τούτοις πιστὸν οὐκ ἐκ τεκμηρίων καὶ λόγων τοιούτων, ἀλλ' ἐξ ὧν τινες τῶν ἐνδόξων εἰπόν ἐστι. Τούτων δὴ ὁ μὲν ἐν τῇ περὶ τὰ ζῶα ἱστορίᾳ ὧδε λέγει· « Ἡ δὲ θυννὶς ἅπαξ τίκτει· ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ μὲν πρώϊα, τὰ δὲ ὄψια προΐεσθαι, δὶς δοκεῖ τίκτειν. Ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος τόκος περὶ τὸν Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν

De ordine mensium.

III. Sumatur itaque primus quisque mensis, sese ut dicendo obtulerit; sitque, si placet, Posideon; post hunc continuo Gamelion. Cujus rei testes Aristoteles et Theophrastus, priscæ memoriæ viri, atque Atticæ linguæ periti. Neque enim hic non productis testimoniis agere licet, ut qui antehac falsas, testibusque egentes positiones tradiderunt, hanc de mensibus quæstionem tractantes: verum in singulis testes excitare, viros locupletes et fide dignos opus est, non secus atque in judicio. Quidquid enim in his probabile, non ex signis necessariis, hujusmodique rationibus sequi oportet: sed ex iis sumere, quæ dixere clari celebresque viri. Horum igitur alter in historia animalium sic ait: « Thunna etiam semel parit: sed cum alios fetus

præmaturos, alios serotinos producat, bis videtur parere : editque priorem partum circiter Posideonem ante brumam, posteriorem vere. » Porro Theophrastus in historia de plantis, principium sementis secundæ post brumale solstitium esse dicit, mense Gamelione : cujus quidem auctoris hæc sunt verba : « Ita appellant, » inquit, « non satus quidem rationem habentes, sed ortus et usus cujusque : quandoquidem satus fit contrariis fere temporibus. Principium enim hiberni (quem primam sementem appellant) post æstivum solstitium est, mense Metagitnione : at rursum secundi, mense Gamelione, post solstitium hibernum. » Si ergo dictum est a claris illis viris, circiter Posideonem ante brumam, et mense Gamelione post brumam : Gamelionem post Posideonem inde esse necesse est. Quod autem mox etiam sequatur, evidens est ex præcedentibus, et ex elocutione id intelligere convenit. Qui namque dicit circiter Posideonem ante brumam, et Gamelione post brumam; vel circa eum mensem (quem nominat) id solstitium esse vult, vel certe circa proximum ostendere. Nam quod hibernus sit Posideon, ex iis in promptu est quæ Aristoteles in eadem historia, de mugilibus piscibus commodissime discernit. Cum enim prius dixisset, hieme mugilem parere, postea subdit mensem, circa quem parit, puta Posideonem. Hæc vero utraque in quinto historiæ his verbis scribit : « Sunt autem quæ vel per hiemem, æstatemve suos partus edant; per hiemem, lupus, mugilis, acus : per æstatem circa Hecatombæonem, thunnæ. » Et paulo post : « Parere vero incipiunt ex mugilibus, labeones quidem mense Posideone, et mucones, et capitones, geruntque diebus tricenis. » Hoc idem rursum libro septimo dicit. Simul vero constat solstitialem esse Posideonem. Nam si ante solstitium circa Posideonem, hibernusque Posideon : manifestum est circiter Posideonem solstitium esse. Circa enim primum hibernum mensem solstitium peragitur. Et illa quidem locutio, « circa Posideonem ante brumam, » quo mense fiat circumscribit; ut dicendi quoque formula, qua quid post brumam fieri perhibetur, id esse designat **155** circiter eumdem mensem, quo solstitium confectum sit. Quinetiam Alcyon avis circa brumam parit. Quamobrem quoties bruma serena est, dies Alcyonii appellantur septem ante brumam, et septem a bruma; ut etiam Aristoteles ait, vocaturque a multis ipsa avis Posideonis, id est Decembria, ab lepido quopiam et urbano auctore, ut videtur, appellationem mutuatis, quod pariat mense Posideone : adeo ut illud abunde magnum argumentum sit, solstitialem esse Posideonem, et hiemalium mensium primum. Nunc igitur ex his sumptum sit, hibernum et solstitialem esse Posideonem; quam etiam diligentius posthac demonstrabitur. Sed nec hanc pariter in omnibus diligentiam requirere oportet; verum in singulis secundum subjectam materiam, atque hactenus, quatenus peculiaris est docendi rationi.

τροπῶν, ὁ δ' ὕστερος τοῦ ἔαρος. » Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ περὶ τὰ φυτὰ ἱστορίᾳ ἀρχὴν εἶναί φησι τοῦ δευτέρου τῶν ἀροτῶν μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, τοῦ Γαμηλιῶνος μηνός. Ἔχει δὲ ἡ λέξις αὐτῷ ὧδε· « Καλοῦσι δὲ οὕτως οὐ πρὸς τὴν σπορὰν βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν γένεσιν καὶ τὴν χρείαν ἑκάστου. Ἐπεὶ ἥ γε σπορὰ σχεδὸν ἐν τοῖς ἐναντίοις γίνεται. Χειμερινοῦ γὰρ ἀρχὴ μετὰ τροπὰς θερινὰς, τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς (καλοῦσι δὲ τοῦτον πρῶτον τῶν ἀροτῶν)· τοῦ δευτέρου πάλιν μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, τοῦ Γαμηλιῶνος μηνός. » Εἰ δὴ περὶ Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν, καὶ Γαμηλιῶνος μετὰ τροπάς· Γαμηλιῶνα μετὰ Ποσειδεῶνα εἶναι ἀνάγκη. Ὡς δὲ καὶ ἐφεξῆς, συμφανὲς ἐκ τοῦ προκειμένου, καὶ τῆς φράσεως τοῦτ' ἀκούειν χρεών. Ὁ γὰρ περὶ Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν λέγων καὶ Γαμηλιῶνος μετὰ τροπὰς, ἤτοι περὶ τὸν ὀνομαζόμενον μῆνα τὰς τροπὰς εἶναι βούλεται, ἢ περὶ τὸν ἐγγύτατά γε δηλοῦν. Ὅτι δὲ καὶ χειμερινὸς αὖ ὁ Ποσειδεὼν, δῆλον ἐξ ὧν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῇ ἱστορίᾳ διευκρινεῖ περὶ ἰχθύων τῶν καλουμένων κεστρέων. Εἰπὼν γὰρ πρόσθεν, ὅτι χειμῶνος ὁ κεστρεὺς τίκτει, μετὰ ταῦτα καὶ τὸν μῆνα, περὶ ὃν τίκτει, ὀνομάζει λέγων, ὅτι Ποσειδεῶνος. Ἄμφω δὲ ταῦτα ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς ἱστορίας ἐπὶ τῇδε τῇ λέξει· « Τίκτει δ' ἔνια καὶ χειμῶνος καὶ θέρους· χειμῶνος μὲν λάβραξ, κεστρεὺς, βελόνη· θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυννίδες· » εἶτα· « Ἄρχονται δὲ τίκτειν τῶν κεστρέων οἱ μὲν χελῶνες τοῦ Ποσειδεῶνος, καὶ ὁ μύξων καλούμενος, καὶ ὁ κέφαλος· κυοῦσι δὲ τριάκοντα ἡμέρας. » Τοῦτο δ' αὐτὸ πάλιν καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ φησίν. Ἅμα δὲ δῆλον, ὅτι καὶ τροπικὸς ὁ Ποσειδεών. Εἰ γὰρ περὶ Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν, χειμερινὸς δ' ὁ Ποσειδεών· φανερὸν, ὅτι περὶ Ποσειδεῶνα αἱ τροπαί. Περὶ γὰρ πρῶτον μῆνα τῶν χειμερινῶν γίνονται αἱ τροπαί. Καὶ ἡ « περὶ Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν » ῥῆσις, ἄρα τὸ πότε τοῦ μηνὸς διορίζει· ὡς καὶ μετὰ τροπὰς γινομένου τοῦ περὶ τὸν αὐτὸν μῆνα, περὶ ὃν αἱ τροπαί. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ὀρνίθων ἀλκυὼν τίκτει μὲν περὶ τροπὰς χειμερινάς. Διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γίνωνται αἱ τροπαὶ, Ἀλκυόνειαι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς· καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης φησί· καλεῖται δὲ Ποσειδεωνὶς τοῖς πολλοῖς ἡ ὄρνις, παρά του τῶν ἀστείων, ὡς ἔοικε, τοὔνομα εἰληφόσι, παρὰ τὸ τίκτειν Ποσειδεῶνος μηνός· ὥστε σημεῖον καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τροπικὸν εἶναι τὸν Ποσειδεῶνα, καὶ τῶν χειμερινῶν πρῶτον. Νῦν μὲν οὖν ἐκ τούτων εἰλήφθω χειμερινόν τε καὶ τροπικὸν εἶναι τὸν Ποσειδεῶνα· ὕστερον δὲ καὶ δι' ἀκριβείας μᾶλλον δειχθήσεται. Τὴν δ' ἀκρίβειαν οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν δεῖ, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον οἰκεῖα τῇ μεθόδῳ.

Gamelionem porro statim sequitur Elaphebolion; novissimo enim mense brumali opus est; atqui hic

Μετὰ δὲ Γαμηλιῶνα εὐθὺς Ἐλαφηβολιών· τελευταίου γὰρ μηνὸς τῶν χειμερινῶν δεῖ· οὗτοσὶ δὲ τῶν

λευταῖος. Σημεῖον δέ· Θουκυδίδης γὰρ ἐν τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν τὴν ἐνιαύσιον ἐκεχειρίαν, τὴν γενομένην Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις, τελευτῶντος ὀγδόου ἔτους τῷ πολέμῳ, τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ὁμολογεῖσθαί φησι· τὴν δ' αὐτὴν ἐκεχειρίαν καὶ διελθόντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγινομένου θέρους γεγονέναι. Κἀν τῇ πέμπτῃ δ' αὖ τῶν αὐτῶν ἱστοριῶν σπονδὰς γενέσθαι φησὶν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀλκαίου, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος. Τὰς δ' αὐτὰς σπονδὰς καὶ τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι γενέσθαι φησίν. Ἔτι δ' Ἀριστοτέλης τῶν θηρίων τὴν ἄρκτον ἱστορεῖ τὴν ὀχείαν ποιεῖσθαι τοῦ μηνὸς τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος· κύειν δὲ ἡμέρας τριάκοντα, καὶ τίκτειν περὶ τὸν καιρὸν, ὃν φωλεῖ· ὅταν δὲ ἐκθρέψῃ τρίτῳ μηνὶ, ἐκβαίνειν ἤδη τοῦ ἔαρος. Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐν ἑβδόμῳ, πάλιν ἐν ὀγδόῳ φησὶ τὴν ἄρκτον ἐντίκτειν περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν, καὶ φωλεῖν ἕως ἂν ὥρα ᾖ ἐξάγειν τοὺς σκύμνους· τοῦτο δὲ ποιεῖν τοῦ ἔαρος περὶ τρίτον μῆνα ἀπὸ τῶν τροπῶν. Ὥστ' ἐάν τε τίκτειν ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν περὶ τρίτον μῆνα, ἐάν τε ἐξάγειν ἀπὸ ἐαρινῆς ἰσημερίας περὶ τρίτον ἀκούειν δέῃ· κατ' ἄμφω δὲ τὸν Ἐλαφηβολιῶνά γε μῆνα τελευταῖον εἶναι τῶν χειμερινῶν καὶ τρίτον συμβαίνει. Τίκτειν γάρ φησι περὶ ὃν καιρὸν μάλιστα φωλεῖ· φωλεῖ δὲ τὰ χερσαῖα πάντα τοῦ χειμῶνος, ὡς εἴρηται ἐν τῷ ὀγδόῳ. Χειμερινὸς ἄρα ὁ Ἐλαφηβολιὼν, περὶ ὃν κύει. Οὐ πρῶτος δὲ, οὐδὲ δεύτερος· τρίτος ἄρα· εἴ γε τρεῖς περὶ ἑκάστην τῶν ὡρῶν μῆνές εἰσιν.

Ἐφεξῆς δ' Ἐλαφηβολιῶνι Μουνυχιών· τέταρτος μὲν γὰρ ἀπ' Ἐλαφηβολιῶνος Σκιροφοριών, τρίτος δὲ ἀπὸ Μουνυχιῶνος. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῇ περὶ ζώων ἱστορίᾳ ὧδε καταριθμούμενος τέταχε· « Τίκτουσι δ' οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν μησὶ τρισὶ, Μουνυχιῶνι, καὶ Θαργηλιῶνι, καὶ Σκιροφοριῶνι. » Δημοσθένης δὲ ἐν τῷ *Περὶ παραπρεσβείας* λόγῳ· « Ἡ μὲν τοίνυν εἰρήνη, » φησὶν, « Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγένετο· ἀπεδημήσαμεν δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τοὺς ὅρκους τρεῖς ὅλους μῆνας. Καὶ τοῦτον ἅπαντα τὸν χρόνον ἦσαν οἱ Φωκεῖς σῶοι. Ἥκομεν δὲ ἀπὸ τῆς πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους τρίτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Σκιροφοριῶνος. » Καὶ Αἰσχίνης δὲ ἐν τῇ *Περὶ παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ*, ὑπειπὼν, ὅτι δὴ τὴν ἐπιστολὴν γράψειε Χάρης Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος, ἐπήνεγκε τάδε· « Ἀκούετε, ὅτι Μουνυχιῶνος ἐψηφίσθη τρίτῃ ἱσταμένου· ὁ δὲ Κερσοβλέπτης πόσαις πρότερον ἡμέραις ἀπώλεσε τὴν Θράκην, πρὶν ἐμὲ ἀπιέναι; ὥς φησι Χάρης στρατηγὸς, καὶ ἐπιστολὴ, τοῦ προτέρου μηνός· εἴπερ Ἐλαφηβολιών ἐστι Μουνυχιῶνος πρότερος. »

Ὅτι περὶ Μουνυχιῶνα ἡ ἐαρινὴ ἰσημερία.

Δ'. Δῆλον δὲ τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ δεῖν μῆνα συνεχῆ εἶναι, περὶ ὃν ἰσημερία ἐαρινή. Περὶ Μουνυχιῶνα δὲ αὕτη. Θεόφραστος γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ ἀροτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τροπῶν εἶναί φησι τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου, καὶ δευτέρου τῶν ἀροτῶν, ὡς καὶ τὴν τοῦ τρίτου ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς εἶναι ἐνδεικνύμενος· « Ἀρχὴ τοῦ τούτου, » φησὶν, « ὃν καλοῦσι θερινὸν, Μουνυχιῶνος·

A certe postremus. Cujus rei signum est, quod Thucydides historiæ libro quarto inducias annuas inter Athenienses Lacedæmoniosque factas, anno belli octavo excedente, mensis Elaphebolionis quartodecimo die pactas esse dicit, et easdem exacta quidem hieme, ineunte simul vere æstatis subsequentis confectas. Et etiam in quinto ejusdem historiæ, præfectum gerente Athenis Alcæo fœdera percussa esse dicit, mensis Elaphebolionis sexto ante finem die, idque sub hiemis extremum et veris initium. Præterea vero scribit Aristoteles ursam coire mense Elaphebolione, ferreque uterum dies triginta, et parere eo tempore quo latet; cum vero prolem enutrierit, exire mense jam veris tertio. Hæcque habet in septimo. Rursum in octavo inquit,

B eo tempore ursam eniti, tandiuque latere, quoad tempus sit, ut suos catulos in apertum producat; idque verno tempore, mense a bruma tertio fieri. Quocirca sive audiendus cum dicit, parere tertio a bruma mense, sive cum producere suos fetus ab æquinoctio verno tertio mense; utroque sane modo Elaphebolionem hibernorum mensium ultimum, et tertium esse contingit. Parere enim ait per id tempus quo latet; latent vero terrestria cuncta hieme, ut ab eo dictum est in octavo. Hibernus est igitur Elaphebolion, quo mense ursa ventrem gestat. Atqui non primus, non secundus, ergo tertius. Siquidem anni tempestatibus terni menses ascribuntur.

C Continens est vero Elaphebolioni Munychion; quartus enim ab Elaphebolione Scirophorion, tertius autem a Munychione. Aristoteles in eadem historia de animalibus hos sic ordine enumerat: « Pariunt certe pisces plurimi tribus his mensibus, Munychione, Thargelione, Scirophorione. » Demosthenes vero in oratione *De ementita legatione*: « Pax (inquit) Elaphebolionis decimo sexto die facta est: porro tres integros menses ad jusjurandum recipiendum peregre abfuimus, idque totum tempus salvi fuere Phocenses; rediimusque ab ea legatione de jurejurando, decimo tertio die Scirophorionis. » Et Æschines vero in *Defensione falsæ legationis*, cum ante dixisset, epistolam per Charetem scriptam esse sexto sub finem Elaphebolionis

D die, hæc subinde intulit: « Auditis (inquit) rogationem in populo scitam fuisse tertio Munychionis die: verum quot prius diebus Cersocleptes Thraciam amisit, quam ipse abirem, ut testatur Chares imperator, et epistola, superiori mense epistola. Nam certe Elaphebolion Munychione prior. »

Quod circa Munychionem sit vernum æquinoctium.

IV. Jam vero id ipsum constat ex eo quod Elaphebolioni eum mensem continuum esse oporteat, circa quem sit æquinoctium vernum. At ipsum circa Munychionem est. Nam Theophrastus eodem quo supra de semente loco, quemadmodum principium sementis primæ et secundæ ab utroque solstitio esse dicit, ita et tertiæ post vernum æquino

etium his verbis ostendit: « Principium tertii satus (inquit) quem æstivum vocant, est Munychione: quo tempore seritur cucumis, cucurbita, blitum. » Quin etiam pisces plurimos juxta æquinoctium vernum parere ait Aristoteles: et plurima ex parte tribus his mensibus, ut dictum est, Munychione, Thargelione, Scirophorione. Eo fit ut circa Munychionem sit vernum æquinoctium, et Elaphebolionem statim Munychion consequatur. Cæterum post Munychionem continuo Thargelionem esse, deinde Scirophorionem, non modo ex iis manifestum, quæ nunc ex Aristotele retulimus; sed ex iis etiam, quæ ab ipso dicta **156** sunt de bobus, et cervis, in iisdem libris de animalibus. « Bobus (inquit) initium coitus est mense Thargelione et Scirophorione plurimis. Sed nonnullæ etiam usque ad autumnum coeundi tempus deducunt. » Et cervos præterea cornua amittere dicit mense Thargelione. Id vero mense veris secundo accidere conspicimus. Eodem porro pertinet etiam illud, quod in eo opere, quod *Μετὰ τὰ φυσικά* inscripsit, « navigationem » scribit « fieri ab æquinoctio, » et « ex Dionysiis Thargelia festa: » quod hæc certe post Dionysia. Constat enim solitum celebrari Liberó patri festum mense Munychione, circiter æquinoctium vernum. Scirophorionem vero mox esse post Thargelionem testatur Theophrastus in iisdem libris de plantis dicens: « Pinum, abietem, robur intermittere incrementum, ternaque edere germina: primum, summo vere statim, Thargelionis initio; secundum intermissis diebus circiter triginta, vel pauxillo pluribus circa Scirophorionem desinentem; tertium denique, interjecto fere quindecim dierum spatio, emittere, nec diutius senis aut septenis diebus Hecatombæonis. » Testimonii autem loco est illud quoque plebiscitum, quod producit Æschines in oratione adversus Ctesiphontem. Dicit enim decretum esse die Thargelionis penultimo, ut comitia haberentur ineuntis Scirophorionis secundo die vel tertio. Post Scirophorionem vero Hecatombæonem esse, cum in supradictis declarat Theophrastus, tum in iis quæ de amputatione tibialis calami memoriæ prodit. Ait enim, cædi solitum tempestive usque ad Antigenidem, cum adhuc simplici musica uterentur, sub Arcturo, mense Boedromione. Postquam vero accessit fictio, et cantus luxuries, mutatam cæsuram, cædique cœptum Scirophorione et Hecatombæone, velut paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio. Et Aristoteles etiam hos tres menses continenter atque ordine constituit, cum dixit: « Locustæ, inter ea quæ tenui crusta integuntur, ova, quæ post coitum conceperunt, tribus utero gerunt mensibus, Scirophorione, Hecatombæone, Metagitnione. » Insuper autem id ex aliis quoque multis certum est et exploratum. Mensem enim continuum ordinare necesse est, in quo sit solstitium æstivum, quartum quidem a Munychione, ut a vernorum mensium primo. At circa Hecatombæonem solstitium est, ut etiam Aristoteles in eadem mani-

ἐν ᾧ σπείρεται σίκυος, κολοκύνθη, βλίτον. » Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς πλείστους τίκτειν περὶ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀριστοτέλης φησί· τοὺς δὲ πλείστους καὶ ἐν τρισὶ μησὶ, Μουνυχιῶνι, Θαργηλιῶνι, Σκιροφοριῶνι, ὡς εἴρηται. Οὐκοῦν περὶ Μουνυχιῶνα ἡ ἐαρινὴ ἰσημερία, καὶ ἐφεξῆς Ἐλαφηβολιῶνι Μουνυχιών. Μετὰ δὲ Μουνυχιῶνα εὐθὺς εἶναι Θαργηλιῶνα, εἶτα Σκιροφοριῶνα, ἐπίδηλον οὐκ ἐκ τῶν νῦν δὴ εἰρημένων Ἀριστοτέλους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεχθέντων αὐτῷ περὶ βοῶν καὶ ἐλάφων ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ ζώων ἱστορουμένοις. « Ἄρχονται τῆς ὀχείας, » φησὶν, « αἱ βοῦς περὶ τὸν Θαργηλιῶνα μῆνα καὶ τὸν Σκιροφοριῶνα αἱ πλεῖσται· οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιαι καὶ μέχρι τοῦ μετοπώρου κυΐσκονται. » Καὶ τοὺς ἐλάφους δὲ ἀποβάλλειν περὶ Θαργηλιῶνα τὰ κέρατα λέγει· τοῦτο δὲ δευτέρῳ μηνὶ τῶν ἐαρινῶν συμβαῖνον ὁρῶμεν. Εἰς ταυτὸ δὲ τείνει καὶ τὸ ἐν τοῖς *Μετὰ τὰ φυσικὰ* ῥηθέν· ὅτι « ἐξ ἰσημερίας ἐγένετο ὁ πλοῦς, » καὶ « ἐκ Διονυσίων Θαργήλια· » διότι μετὰ τὰ Διονύσια. Δῆλον γὰρ, ὅτι Μουνυχιῶνος καὶ περὶ ἰσημερίαν ἐαρινὴν ἤγετο Διονύσῳ ἡ ἑορτή. Σκιροφοριῶνα δ' ἑξῆς εἶναι Θαργηλιῶνι μαρτυρεῖ καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ φυτῶν, λέγων· « Πεύκην, καὶ ἐλάτην, καὶ δρῦν διαλείπειν περὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς· τὸν μὲν πρῶτον ἄκρου ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος· τὸν δὲ δεύτερον διαλιπούσας περὶ τριάκοντα, ἢ μικρῷ πλείους ἡμέρας ἐπιβάλλεσθαι περὶ τὸν Σκιροφοριῶνα μῆνα λήγοντα· τὸν δὲ τρίτον διαλιπούσας περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας, ἐπιβάλλεσθαι ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέρας Ἑκατομβαιῶνος. » Μαρτύριον δὲ καὶ τὸ ψήφισμα, ὅπερ Αἰσχίνης προφέρεται ἐν τῷ *Κατὰ Κτησιφῶντος* λόγῳ. Φησὶ γὰρ γεγράφθαι Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν, Σκιροφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου καὶ τρίτῃ. Ἐπὶ δὲ Σκιροφοριῶνι Ἑκατομβαιῶνα εἶναι δηλοῖ μὲν καὶ ἐκ τῶν νῦν εἰρημένων Θεόφραστος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐξ ὧν ἱστορεῖ περὶ τῆς τομῆς τοῦ αὐλητικοῦ καλάμου. Λέγει γὰρ πρὸ Ἀντιγενίδου μὲν, ἡνίκα ηὔλουν ἀπλάστως, ὡραίαν τὴν τομὴν εἶναι ὑπ' Ἀρκτούρῳ Βοηδρομιῶνος μηνός· ὕστερον δὲ, ἐπειδὴ εἰς τὴν πλάσιν μετέβησαν, μετακινηθῆναι· τέμνειν γὰρ τοῦ Σκιροφοριῶνος καὶ Ἑκατομβαιῶνος· ὡσπερεὶ πρὸ τροπῶν μικρὸν, ἢ ὑπὸ τροπάς. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τρεῖς ἐφεξῆς τέταχε τουτουσὶ μῆνας, εἰπών· « Τῶν δὲ μαλακοστράκων οἱ κάραβοι μετὰ τὴν ὀχείαν κυοῦσι, καὶ ἴσχουσι τὰ ᾠὰ περὶ τρεῖς μῆνας, Σκιροφοριῶνα, καὶ Ἑκατομβαιῶνα, καὶ Μεταγειτνιῶνα. » Ἔτι δὲ βέβαιον καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων. Μῆνα γὰρ τάξαι δεῖ προσεχῆ, περὶ ὃν αἱ θεριναὶ τροπαί· τέταρτον γὰρ ἀπὸ Μουνυχιῶνος, ὃς δὴ πρῶτος ἦν τῶν ἐαρινῶν. Περὶ Ἑκατομβαιῶνα δὲ αἱ τροπαὶ αἱ θεριναὶ, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης διασαφεῖ, λέγων ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ ζώων· « Ἔνια δὲ τίκτει χειμῶνος καὶ θέρους· χειμῶνος μὲν λάβραξ καὶ κεστρεὺς, θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυννίδες, περὶ τροπὰς θερινάς· » καὶ πάλιν « Ὀχεύονται θύννοι, καὶ σκόμβροι, » φησὶ, « περὶ τὸν Ἐλαφηβολιῶνα φθίνοντα· τίκτουσι δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα ἀρχόμενον. » Ὁ γὰρ πρότερον περὶ

πὰς θερινὰς εἶπε, τοῦτ' αὐτὸ ὕστερον περὶ Ἑκα-
6αιῶνα ἀρχόμενον λέγει· ὡς ἄρα περὶ Ἑκατομ-
ῶνα ἀρχόμενον τῶν θερινῶν γινομένων τροπῶν·
λογούμενον δὲ τούτοις καὶ τὸ περὶ τομῆς τοῦ
ητικοῦ καλάμου Θεοφράστῳ λεχθέν· « Τέμνουσι
ι δὴ νῦν, » φησὶ, « τοῦ Σκιροφοριῶνος καὶ Ἑκα-
6αιῶνος, ὡσπερεὶ πρὸ τροπῶν μικρὸν, ἢ ὑπὸ
πάς· » καὶ τὸ πρότερον δὴ παρατεθὲν, ὅτι τρο-
: θερινὰς, τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνός· εἴ γε μετὰ
ατομβαιῶνα Μεταγειτνιὼν ἐφεξῆς.

A festat historia. « Quædam, inquit, pariunt hieme » alia æstate: hieme, lupus, mugilis; æstate, atque adeo Hecatombæone mense, circiter solstitium, thunnæ. » Item: « Coeunt thunni et scombri, inquit, sub finem Elaphebolionis, pariuntque Hecatombæonis principio. » Quod namque circiter æstivum solstitium prius dixit, id postea dicit initio Hecatombæonis, tanquam scilicet æstivo solstitio exsistente circa ineuntem Hecatombæonem. Jam ab iis non alienum, quod de amputatione tibialis calami ›ophrastus retulit: « Cædunt, inquit, hac tempestate mensibus his, Sciropliorione, et Hecatom›ne: paulo videlicet ante solstitium, vel sub ipso; » nec non id ipsum, quod ante ex eodem aure de semente citavimus, puta mense Metagitnione post æstivum solstitium, primam sementem i; siquidem post Hecatombæonem proxime est Metagitnion.

Ὅτι ἀρχὴ ἐνιαυτοῦ Ἀθηναίοις ὁ Ἑκατομβαιών. B

Ε'. Καὶ Ἀθηναῖοι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἤρχοντο ἀπὸ ατομβαιῶνος, διὰ τὸ τὰς τροπὰς γίνεσθαι περὶ όν. Ἀπὸ γὰρ θερινῶν τροπῶν ἡ ἀρχὴ ἦν ἐκείνοις ἔτους· ὥσπερ Ῥωμαίοις ὕστερον ἀπὸ τῶν χει- ρινῶν. Ἀρχὴν μὲν οὖν εἶναι τοῦ ἔτους τὸν Ἑκα- ιβαιῶνα δῆλον Δημοσθένης ποιεῖ ἐν τρίτῳ τῶν *Ὀλυνθιακῶν*, λέγων· « Μετὰ δὲ ταῦτα, διελθόντος ἐνιαυτοῦ τούτου, Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, ηδρομιών· τούτου τοῦ μηνὸς μόγις μετὰ μυστή- ι δέκα ναῦς ἀπεστείλατε. » Ἐπιδείκνυσι γὰρ τὴν θηναίων ἀμέλειαν καὶ εἰς τρεῖς ἔτι μῆνας τοῦ ιόντος ἐνιαυτοῦ προσπαρατετάσθαι· ὡς δ' ἀπὸ ινῶν τροπῶν εἶναι τὴν ἀρχὴν, Σιμπλίκιος, ἐξ- ούμενος Ἀριστοτέλους τῆς *φυσικῆς ἀκροάσεως* τὸ C μπτον, ὧδε περὶ τοῦ φύσει προτέρου καὶ ὑστέρου γων πιστοῦται· « Ἃς δὲ ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς, αυτοῦ μὲν περὶ θερινὰς τροπὰς, ὡς Ἀθηναῖοι· ἢ ρὶ μετοπωρινὰς, ὡς οἱ περὶ τὴν νῦν καλουμένην σίαν· ἢ περὶ χειμερινὰς, ὡς Ῥωμαῖοι· ἢ περὶ ρινὰς, ὡς Ἄραβες καὶ Δαμασκηνοί· μηνὸς δὲ, ὥς νες, ἀρχὴν τὴν πανσέληνον λέγουσιν ἢ τὴν νέαν· ονται θέσει αὗται. » Πάλιν εἰ ἀρχὴ μὲν τοῦ ἔτους ὸ τροπῶν θερινῶν Ἀθηναίοις, ὡς Σιμπλίκιος λέ- ι· θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα περὶ τροπὰς κτουσι θυννίδες, ὡς Ἀριστοτέλης· συμπέρασμα, ι ἀρχὴ τοῦ ἔτους ὁ Ἑκατομβαιὼν, τροπικὸς ὢν ρινός. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἑορτὴν Ἀθηναῖοι τότε ον δημοτελῆ, καὶ ἔθυον μεγαλοπρεπῶς τῷ Ἡλίῳ, ; περὶ τροπὰς ὄντι· ὅθεν καὶ τοὔνομα τῷ μηνὶ D Ἑκατομβαιὼν, Κρονίῳ πρότερον, ὡς Πλούταρχός ησι, καλουμένῳ.

Κέκος δὲ, Πρόκλου χλευάζων, γελοίως τὰς Ἡσιό- ου ἐξηγεῖται ἡμέρας, ἕτερον εἶναι μῆνα Ἑκατομ- ιῶνος τὸν Κρόνιον ὑπολαμβάνων, καὶ τρίτον συν- ιτων ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος· καὶ Θαργηλιῶνα μὲν αὶ Μεταγειτνιῶνα μηδαμῶς ὀνομάζων ὑπ' ἀμαθίας, ηναιῶνα δὲ (ὃν καὶ αὐτὸς ᾔδει Ἰανουάριον ὄντα) αταλέγων ἐν τοῖς τῶν Ἀθηναίων μησὶ, καὶ δεύτε- ον τιθεὶς ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος. Ἑκατομβαιῶνα μὲν ὖν εἶναι μετὰ Σκιροφοριῶνα εὐθὺς, καὶ περὶ Ἑκα- ομβαιῶνα τὰς θερινὰς εἶναι τροπὰς, φανερὸν δὴ νθένδε· Μεταγειτνιῶνα δ' ἑξῆς εἶναι, εἶτα Βοηδρο- μιῶνα, δήλωσις μὲν καὶ τὰ Δημοσθένους ἄρτι εἰρη-

Quod principium anni Attici sit Hecatombæon.

V. Et annum quidem Athenienses ab Hecatombæone incipiebant, quod eo mense perageretur solstitium. Ab æstivo enim solstitio iis erat anni principium, quemadmodum Romanis posterius ab hiberno. Principium itaque anni esse Hecatombæonem, ex Demosthene in tertia *Olynthiacarum* compertum habemus: « Deinde vero, » inquit, « hoc anno exacto labitur Hecatombæon, Metagitnion, Boedromion. Hoc mense vix tandem post mysteria decem naves misistis. » Demonstrat enim Atheniensium socordiam in tertium usque mensem ineuntis anni protractam fuisse; nam quod ab æstivo solstitio sit anni principium, Simplicius exponens quintum physicæ auscultationis Aristotelis, ita de eo, quod est natura prius et posterius edisserens, his verbis fidem facit: « Quæ, » inquit, « facimus initia, anni quidem, vel ad æstivum solstitium, ut Attici; vel ad autumnale æquinoctium, ut terræ, quæ nunc Asia dicitur, incolæ; vel circa brumam, ut Romani; vel circa æquinoctium vernum, ut Arabes et Damasceni: mensis vero, ut quidam volunt, plenilunium aut novilunium: hæc erunt positione. » Rursum si Atheniensibus anni principium est, ut refert Simplicius, ab æstiva solis reciprocatione, et æstate circa eamdem thunnæ pariunt, mense Hecatombæone, ut vult Aristoteles: inde fit, ut Hecatombæon sit anni initium; æstivus cum sit et solstitialis. At vero ferias etiam tum agebant publicas Athenienses, et splendide sacrificabant Soli: ut qui in solstitio esset: unde et mensi Hecatombæoni **157** nomen, Cronio prius, ut Plutarchus inquit, nuncupato.

Porro Cecus Proclum irridens, dies Hesiodi ridicule interpretatur, alium mensem ab Hecatombæone Cronion esse existimans, et tertium ab illo constituens: et Thargelionem quidem, ac Metagitnionem, præ imperitia, nullo modo nominans; Lenæonem vero (quem idem Januarium esse sciebat) inter Atticos menses recensens, et propinqua sede Hecatombæoni collocans. Hecatombæonem igitur esse statim a Sciropliorione, et circa Hecatombæonem æstivum solstitium confici, hinc constat dilucide. Cæterum Metagitnionem esse deinceps, postea Boedromionem, declarant quidem

ea quæ nuper ex Demosthene protulimus. Metagitnionem autem esse proximum Hecatombæoni, etiam illud Theophrasti de satu antedictum suffragatur. Hiberni enim satus initium esse dicit, post æstivum solstitium, mense Metagitnione; solstitium vero æstivum erat circa Hecatombæonem; et illud quoque Aristotelis de locustarum graviditate. Nam post Hecatombæonem statim Metagitnionem numerat. Boedromionem autem esse post Metagitnionem, ex eo quod dixit Aristoteles de locustarum partu, colligere est. Sub arcturum enim ait locustas excludere; tribus vero mensibus, quæ conceperunt ova, in utero ferre, Sciropliorione, Hecatombæone, Metagitnione. Arcturusque circa Boedromionem oritur. Nam cervas saliri ab Arcturo, mense Boedromione refert. Et Theophrastus tempestivam esse calami cæsuram sub arcturo. Porro Suidas ille dictionarii scriptor, recte hoc quidem dixit, Metagitnionem secundum esse mensem Atheniensibus. At post Boedromionem deinceps est Mæmacterion : idque in promptu est. Nam Aristoteles eodem quo de cervis loco, hunc proximum illi ordine constituit, cum dixit : « Coitus vero fit post Arcturum, circa Boedromionem et Mæmacterionem. » Animalia quoque imbecilliora prius migrare ad temporum mutationes docet, coturnices quidem Boedromione, grues autem Mæmacterione, ut scilicet videmus grues sequente mense post coturnices ex frigidis locis ad apricos et tepidos discedere. Simul autem hinc quoque compertum est, quod operæ pretium sit statuere mensem, in quo sit autumni æquinoctium, quartum quidem ab Hecatombæone, circa quem æstivum solstitium agebatur. Mæmacterion vero est, in quo fit æquinoctium. Nam circa Arcturum æquinoctium est; porro Mæmacterione est Arcturi ortus. Harum autem positionum partim auctor Theophrastus, florere siliquam ceroniam circa Arcturum, æquinoctiumque memoriæ prodens; et præterea Galenus medicus ita scribens in libris de salubribus : « Est maturrimum, » inquit « tempestivissimumque abietis semen circiter Arcturi ortum, quod tempus Romæ Septembrem vocant; » partim etiam auctor est Aristoteles : « Post Arcturum, » inquit, « Boedromione, et Mæmacterione, » ut ante explicatum est. Alioquin mensium propinquitatem nequaquam significaret, qui hoc modo scribit. Id vero absurdum, quandoquidem certis anni tempestatibus ad coitus partusque animantia natura incitat, et vel toto utitur tempore, vel maxime ejusdem medio, præsertim si jam principium occuparit. Argumentum vero hujus cohærentiæ non parvum illud quoque, quod de bubus sic dictum est : « Incipiunt coire boves Thargelione et Scirophorione plurimæ. At vero etiam aliquæ tempus coeundi usque ad autumnum deducunt. » Tempus enim plurimarum contrahens ad duos illos menses Thargelionem et Scirophorionem, a nonnullarum tempore distinxit. In summa, ubi eo ordine interpretatur, nihil præcidens, definiensve, temporis

A μένα· ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ Θεοφράστου περὶ σπόρου λεχθὲν πρότερον, Μεταγειτνιῶνα ἐφεξῆς εἶναι Ἑκατομβαιῶνι. Τοῦ γὰρ χειμερινοῦ ἀρχὴν μετὰ τροπὰς θερινὰς τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς εἶναί φησιν· αἱ δὲ θεριναὶ τροπαὶ περὶ Ἑκατομβαιῶνα ἦσαν· καὶ ἔτι τὸ Ἀριστοτέλους περὶ κυήσεως τῶν καράβων. Μετὰ γὰρ Ἑκατομβαιῶνα Μεταγειτνιῶνα καταριθμεῖ ἐφεξῆς. Βοηδρομιῶνα δὲ ἐπὶ Μεταγειτνιῶνι εἶναι συλλογίσασθαι δεῖ, καὶ ἐκ τοῦ ῥηθέντος Ἀριστοτέλει περὶ τόκου τῶν καράβων ἐστί. Πρὸ Ἀρκτούρου γάρ φησι τοὺς καράβους ἐκτίκτειν· κυοῦσι δὲ περὶ μῆνας τρεῖς, Σκιροφοριῶνα, Ἑκατομβαιῶνα, Μεταγειτνιῶνα· Ἀρκτοῦρός τε περὶ Βοηδρομιῶνα ἐπιτέλλει. Ὀχεύεσθαι γὰρ τὰς ἐλάφους φησὶ μετ' Ἀρκτοῦρον περὶ Βοηδρομιῶνα. Καὶ Θεόφραστος
B ὡραίαν εἶναι τὴν τοῦ καλάμου τομὴν ὑπ' Ἀρκτοῦρον, Βοηδρομιῶνος. Καὶ Σουΐδας δὲ δὴ ὁ λεξικὸς ὑγιῶς εἴρηκε τοῦτό γε, δεύτερον εἶναι Ἀθηναίοις μῆνα τὸν Μεταγειτνιῶνα εἰπών· μετὰ δὲ Βοηδρομιῶνα ἐφεξῆς Μαιμακτηριών. Δῆλον δέ· Ἀριστοτέλης γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ ἐλάφων, τοῦτον ἐξῆς τέταχεν εἰπών· « Ἡ δ' ὀχεία γίνεται μετ' Ἀρκτοῦρον, περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. » Καὶ τῶν ζώων δὲ τὰ ἀσθενέστερα πρότερον ποιεῖσθαι τὴν μετάστασιν πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρῶν ἐπιδεικνὺς, ὄρτυγας μὲν Βοηδρομιῶνος, γεράνους δὲ Μαιμακτηριῶνος μεταβάλλειν φησί· καθάπερ ἀμέλει δὴ καὶ ὁρῶμεν τὰς γεράνους τοῦ ἐπιόντος μηνὸς μετὰ τοὺς ὄρτυγας ἀπαίρειν ἐκ τῶν ψυχρῶν τόπων εἰς τοὺς ἀλεεινούς. Ἅμα δὲ δῆλον καὶ ἐκ τοῦ μῆνα δεῖν τάξαι, περὶ ὃν
C ἡ φθινοπωρινὴ ἰσημερία· τέταρτον γὰρ ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος, περὶ ὃν ἡ θερινὴ ἦν τροπή. Μαιμακτηριὼν δὲ, περὶ ὃν ἡ ἰσημερία. Περὶ Ἀρκτοῦρον γὰρ ἡ ἰσημερία. Περὶ Μαιμακτηριῶνα δὲ ὁ Ἀρκτοῦρος. Τῶν δὲ θέσεων τῇ μὲν αὐθέντης Θεόφραστος, ἀνθεῖν ἱστορῶν τὴν κερωνίαν περὶ Ἀρκτοῦρόν τε καὶ ἰσημερίαν· καὶ προσέτι Γαληνὸς ὁ ἰατρὸς, γράφων ἐν τοῖς περὶ ὑγιεινῶν λόγοις ὧδε· « Ἔστι μὲν ὡραιότατον τῆς ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου, ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριός ἐστι· » τῇ δ' αὐθέντης Ἀριστοτέλης· « Μετ' Ἀρκτοῦρον » γὰρ, φησὶ, « περὶ Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα, » ὡς εἴρηται. Ἢ οὐ τὸ πάρεγγυς ἂν σημαίνοι ὁ οὕτω φράζων. Τοῦτο δὲ ἄτοπον·
D ἐπεὶ καὶ ἡ φύσις πρὸς τὰς ὥρας ποιεῖται τὰς ὀχείας καὶ τοὺς τόκους τῶν ζώων· καὶ ἤτοι ὅλῃ χρῆται τῇ ὥρᾳ, ἢ τῷ μέσῳ που μάλιστα τῆς αὐτῆς, ἄλλως τε καὶ εἰ τῇ ἀρχῇ χρησαμένη ἤδη τυγχάνοι. Σημεῖον δ' οὐ μικρὸν τοῦ προσεχοῦς καὶ τὸ περὶ βοῶν οὕτω ῥηθέν· « Ἄρχονται τῆς ὀχείας αἱ βοῦς περὶ τὸν Θαργηλιῶνα μῆνα καὶ τὸν Σκιροφοριῶνα. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιαι καὶ μέχρι τοῦ μετοπώρου κυΐσκονται. Τὸν γὰρ τῶν πλείστων χρόνον ἑνώσας περὶ τοὺς δύο μῆνας Θαργηλιῶνα καὶ Σκιροφοριῶνα, διεστείλατο πρὸς τὸν τῶν ἐνίων. Ὅλως τε ὅπου ποτ' ἂν οὕτως ἑρμηνεύῃ συντάξας, μηθὲν προσδιορίζων, τὸ ἐφεξῆς τοῦ χρόνου λαμβάνει· δῆλον δὲ τὰ καθ' ἕκαστα μετιόντι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν γαλεῶν ἀστερίαν ἄρχεσθαι μὲν ὀχεύεσθαι μηνὸς Μαιμακτηριῶνός φησι, εἶτ δὲ τοῦ μηνὸς ἀπο

ετειν. Ταῦτα δὲ συμβαίνειν εὐθὺς ἀπὸ ἰσημερίας ιενοπωρινῆς οἱ περὶ Τάραντα ἁλιεῖς λέγουσιν. Εἰκὸς καὶ τῷ λόγῳ· τῶν γὰρ ἰχθύων ὀλίγοι τίκτουσι μετ- ώρου, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, οἷον σάλπη, σαρ- ς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· καὶ νάρκη, καὶ ῥίνη, μικρὸν ὸ ἰσημερίας τῆς φθινοπωρινῆς. Εἰ δὲ ἀστερίας Μαι- ακτηριῶνος τίκτει, εἰκὸς τὸν μῆνα τοῦτον μὴ εἶναι ύτερον ἀπὸ τῆς ἰσημερίας, ἀλλὰ πρῶτον· καὶ περὶ ημερίαν δὴ τίκτειν, καὶ ἀστερίαν τῶν σελαχωδῶν τα, καὶ ὁμογενῆ τῇ νάρκῃ καὶ ῥίνῃ. Ἰσημερία μὲν ν διὰ ταῦτα περὶ Μαιμακτηριῶνα· καὶ ἑξῆς ὅδε ηδρομιών ἐστι. Πυανεψιὼν δὲ μετὰ Μαιμακτηριῶνα θύς. Τὸ δὲ πιστὸν καὶ παρὰ Πλουτάρχου ληπτέον, γοντος ἐν τῷ Θησέως βίῳ ἄγειν Ἀθηναίους τὴν τῶν σχοφορίων ἑορτὴν Πυανεψιῶνος, Θησέως καταστή- αντος· φέρειν τε τοὺς ὄσχους, ὅτι συγκομιζομένης πώρας ἐπανῆκε Θησεὺς μετὰ τῶν ἠϊθέων ἐκ Κρήτης, υανεψιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου. Δῆλον γάρ, ὅτι ἀμ- ελικῆς ὀπώρας ἡ κομιδὴ ἦν. Ἡ δὲ ὀψιαιτέρα μετ' ρκτοῦρον· ἢ εἰς τρίτον μῆνα οὐκ ἂν γένοιτο περὶ ττικήν. Τρίτος δ' ἡμῖν Πυανεψιὼν ἀπὸ Βοηδρο- μιῶνος, καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Θεό- φραστος ἐν τοῖς αὐτοῖς περὶ φυτῶν ἱστορεῖ κόμαρον νθεῖν Πυανεψιῶνος. Ὁρᾶται δὲ τοῦτο γινόμενον ερὶ Ἀττικήν, καὶ τὰς ὁμοίας τὴν κρᾶσιν χώρας ευτέρῳ μηνὶ ἀπ' ἰσημερίας φθινοπωρινῆς· τρίτῳ ' ἀπανθεῖν, καὶ τὸ μεμαίκυλον ἤδη ἁδρυνόμενον χειν. Πυανεψιῶνος δὲ καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ κοκκυ- ηλέαν ἀνθεῖν φησι· τοῦτο δὲ περὶ δεύτερον γίνε- σθαι μῆνα ἀπὸ ἰσημερίας Αἰγύπτιοι λέγουσι. Καὶ λλως δὲ δόξειεν ἂν ἀμφισβητοῦντι μάλιστα τῶν λλων ἁπάντων μηνῶν ὁ Πυανεψιὼν εὐθὺς εἶναι μετὰ οηδρομιῶνα, εἴ γε περὶ αὐτὸν ἡ κομιδὴ τῆς ὀπώρας, ς Πλούταρχος ἔφη. Οὐκ ἔστι δέ· Μαιμακτηριῶνα ὰρ εἶναι ἀποδέδεικται δή. Ὁ ἄρα μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς δ' ἐστίν. Ὕστατος δὲ τῷ καταλόγῳ τῷδε ἡμῖν Ἀν- εστηριών· τῷ γὰρ ὑπολειπομένῳ τὴν λοιπὴν ἀπονεῖ- μαι χώραν δὴ ἀναγκαῖον. Καὶ πίστις ἱκανὴ τέως γε οῦτο ἂν εἴη. Ἅμα δὴ δῆλον, καὶ ὅτι περὶ Ποσει- δεῶνα αἱ χειμεριναὶ τροπαὶ ἀκριβέστερον, ὅπερ κατ' ρχὰς ἀπελίπομεν τοῖς ὑστέροις. Ἕβδομος γὰρ ὅδε πὸ Ἑκατομβαιῶνος καὶ τροπῶν θερινῶν. Φιλόστρα- ος δὲ πάμπολυ διέστηκε, φάμενος Ἀθηναίοις νόμι- μον εἶναι τοὺς παῖδας τριετεῖς γενομένους στεφανοῦ- σθαι τῶν ἀνθέων μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος. Δῆλος γὰρ στιν ἐαρινὸν τόνδε μῆνα καταριθμῶν. Εἰ μὲν οὖν οἱ π' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, τὴν τῶν προγόνων περὶ τοὺς μῆνας σύνταξιν ὑπαλλάξαντες, ἄλλως ἐχρῶντο, ἀληθὲς ντιλέγοι· πλὴν ἡμῖν, οὐχ ὅ τι οἱ ἐπὶ Φιλοστράτου Ἀθηναῖοι ἦγον, ἐπιμελὲς εἰδέναι τε καὶ λαβεῖν, ἀλλ' τι οἱ ἐπ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. Εἰ δὲ δὴ ὁ μὲν περὶ τοὺς παῖδας αὐτὸς λογοποιεῖ τε καὶ πλάττεται, ὡς καὶ ἄλλα πολλά, σοφιστὴς ὤν· τὸν δὲ μῆνα ἀπὸ τῶν ἀνθέων ἐτυμολογῶν ὑπείληφεν ἐαρι- νὸν εἶναι· οὕτω δὲ καὶ πολλῷ μᾶλλον εὐκαταφρονη- τότερα τὰ κατ' αὐτὸν γίνεται. Οὐδὲ γὰρ δὴ τὰ τῆς τυμολογίας πιθανώτερα ἀπὸ τῆς ἕξεως τῶν ἀνθέων ἀπὸ τῆς στερήσεως φαίνοιτ' ἄν. Ὅτι γὰρ στέρε- σθαι τότε ἀνθέων συμβαίνει τὴν ὥραν, Ἀνθεστη-

A seriem intelligit : id quod singula persequenti est perspicuum. Verum enimvero e mustelorum quoque genere stellarem coitum inire Mæmacterione, et bis mense partum absolvere dicit. Id autem contingere ab autumnali æquinoctio, piscatores Tarentini asseverant. Quod et rationi consentaneum, cum piscium pauci autumno pariant, ut idem auctor est Aristoteles, ut salpa, sargus, et id genus alia, et torpedo, et squatina paululum ante autumnale æquinoctium. Quod si stellaris Mæmacterione parit, consentaneum est hunc mensem non esse alterum ab æquinoctio, sed certe primum, et stellarem quoque circa æquinoctium parere, generis cum sit cartilaginei, et ejusdem, cujus testudo et squatina. B Ex his itaque circa Mæmacterionem æquinoctium est, et continuus Boedromioni Mæmacterion. Pyanepsion autem protinus a Mæmacterione est, fidemque faciant Plutarchi verba, in *Theseo* dicentis, Athenienses Pyanepsione Ramorum diem festum agere in memoriam **158** Thesei tum e Creta cum juvenibus reducis facti; et ramos gestare, quod tum redierit, cum fructus legerentur die octavo Pyanepsionis. Constat enim fuisse vindemiæ tempus : quæ in Attica nequaquam fiat serior ab Arcturo, quam tertio mense. Tertius vero nobis est a Boedromione, et ab Arcturo Pyanepsion. Atqui etiam Theophrastus in iisdem libris de plantis, Pyanepsione arbutum florere scribit; quod in Attica conspicitur, et similis temperiei regionibus, mense C ab autumnali æquinoctio secundo; tertio vero deflorere, et jam crescentia arbuta habere. Pyanepsione quoque in Ægypto prunum florere dicit : verum id fieri secundo mense ab æquinoctio Ægyptii asseverant. At cuiquam fortasse de his ambigenti videri possit Pyanepsion Boedromioni omnium proximus, si eo mense fiebat autumni fructuum comportatio, ut Plutarchus inquit. At non ita est, cum Mæmacterionem continuo esse demonstratum sit. Mæmacterioni igitur Pyanepsion contiguus. Ultimus nobis hac enumeratione est Anthesterion ; reliquo enim sedem eam, quæ superest ascribi oportet. Et hæc quidem interim probatio sufficiat. Simul vero constat, circa Posideonem brumam esse, idque ratione exactiore, D quod a principio rejecimus ad posteriora. Septimus namque est ab Hecatombæone æstivoque solstitio. Sed Philostratus longe in alia stetit sententia, dicens Atheniensibus morem fuisse pueros trimos floribus coronari, mense Anthesterione. Is enim, ut apparet, hunc mensem aperte inter vernos enumerat. Si igitur Philostrati æquales, Athenienses dico, mensibus aliter utebantur, ac ipsorum majores, eorum scilicet ordine turbato, verum aliquid diceret. Tametsi nobis curæ non est, cognoscere quid Philostrati tempore agerent Athenienses, sed quid Aristotelis et Theophrasti. Quid vero si hoc quoque de pueris comminiscitur, ut pleraque alia, ex iis unus, quos sophistas dixere : eumque mensem vernum esse credit, a floribus ducta nominis

ratione? Nempe sic quæ dixit fiunt contemptiora. Neque enim fide dignior videri queat notatio a florum copia, quam ab eorum inopia. Nam quod id temporis contingit floribus orbari, Anthesterionem dixerimus postremum autumnalium mensium si quo forte modo in nominibus rationem sequi oporteat.

A ριῶνα τὸν τελευταῖον τῶν φθινοπωρινῶν μῆνα ὀνομάσθαι φαίημεν ἂν ἡμεῖς· εἴ τι δέοι καὶ τοῖς ὀνόμασι κατακολουθεῖν.

Ordo et series Atticorum mensium.

VI. Series igitur Atticorum mensium a nobis hoc pacto ex supradictis causis ducenda est.

Hecatombæon,
Metagitnion,
Boedromion,
Mæmacterion,
Pyanepsion,
Anthesterion,
Posideon,
Gamelion,
Elaphebolion,
Munychion,
Thargelion,
Scirophorion.

Τὸ ἐφεξῆς τῶν Ἀττικῶν μηνῶν.

Ϛ'. Τὸ μὲν οὖν ἐφεξῆς τῶν Ἀττικῶν μηνῶν ὧδε ἡμῖν διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ὑφηγείσθω·

Ἑκατομβαιών,
Μεταγειτνιών,
Βοηδρομιών,
Μαιμακτηριών,
Πυανεψιών,
Ἀνθεστηριών,
Ποσειδεών,
Γαμηλιών,
Ἐλαφηβολιών,
Μουνυχιών,
Θαργηλιών,
Σκιροφοριών.

Causa mensium ignorationis.

VII. Harum autem rerum ignorationis, quæ majorum nostrorum ingenia antehac obcæcavit, causa hæc est: quod Romani et annum emendarint, et ut aliis populis, ita Græcæ genti imperarint. Ad imperium enim externum, puritate elegantiaque sermonis amissa, Græci, ut fere fit, ad imperitantium linguam transierunt, et Latina nomina cum in aliis multis, tum in mensium propriis vocabulis permiscentes, in usum suum verterunt: acceptisque Romanorum coloniis, se etiamnum Romanos, non Hellenas vocant, et nominibus mensium Romanis tanquam suis utuntur.

Αἴτιον τῆς περὶ τοὺς μῆνας ἀγνοίας.

Ζ'. Τῆς δὲ περὶ ταῦτα ἀγνοίας τοῖς πρὸ ἡμῶν αἴτιον τὸ Ῥωμαίους ἅμα καὶ διορθῶσαι τὰ περὶ τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ ἄρξαι, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ. Πρὸς γὰρ τῷ ἄρχειν ἑτέρων καὶ τὸ τῆς φωνῆς δὴ καθαρὸν καὶ κομψὸν Ἕλληνες ἀπολωλεκότες, πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων φωνὴν, ᾗ φιλεῖ γίνεσθαι, ἐξίσταντο, καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὀνομάτων ἄλλοις C τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ταῖς τῶν μηνῶν προσηγορίαις τοῖς σφετέροις ἀναμιγνύντες ἐχρῶντο· δεξάμενοί τε ἀποικίας Ῥωμαίων, αὐτούς τε ἄχρι καὶ νῦν Ῥωμαίους ἀντὶ Ἑλλήνων καλοῦσι· καὶ ὥσπερ οἰκείαις ταῖς τῶν Ῥωμαίων ἀμφὶ τοὺς μῆνας χρῶνται ὀνομασίαις.

De mensium interpretatione.

VIII. Ut vero interpretemur ad rationem Romanorum mensium, si sumpto certo indubitatoque principio unum aliquem mensium rite designaverimus juxta Atticum morem, et eumdem etiam, ut Romani appellare consueverint: sic utique non inepte fuerit traditum, ut vertendi singuli, quove modo eorumdem nominibus quolibet anni tempore sit utendum. Nam de Romanorum ordine a nemine **159** ambigitur, primum esse Januarium, deinde Februarium, postea Martium, et ita alios deinceps, ut nominantur. Capiendus itaque e tropicis unus. Estoque, si videtur, Hecatombæon. Si igitur Atheniensibus mense Hecatombæone solstitium est, certum est circa quemcunque Romanum mensem fuerit idem solstitium, hunc esse Athenis Hecatombæonem. Dico autem juxta proportionem, ut sepium, os, spinam. Non solum enim menses, ut proportione inter se respondeant, sed cætera quoque omnia simpliciter interpretanda sunt, si quid ex interpretatione fructus ad nos speremus perventurum. Jam vero mense Junio æstivum solstitium est, ut omnibus compertum est. Ergo Junius est Hecatombæon. Cæterum ponenti-

Περὶ ἑρμηνείας τῶν μηνῶν.

Η'. Ἑρμηνείας δ' ἕνεκα πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων μῆνας, εἰ λάβοιμεν ἀρχὴν ὁμολογουμένην ἕνα τινὰ τῶν μηνῶν, ὀνομάσαντες ὀρθῶς, ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον, καὶ ὡς Ῥωμαῖοι τὸν αὐτὸν προσαγορεύειν εἰώθασιν· ἔσται δὴ οὕτω καλῶς ἀποδεδομένον, ὡς ἑκάστους γε μεθερμηνευτέον, καὶ ὡς περὶ ἑκάστην δήπου τῶν ὡρῶν χρηστέον τοῖς Ἀθηναίων ὀνόμασι τούτοις. Περὶ γὰρ τάξεως τῶν Ῥωμαϊκῶν D γε ἀμφισβητεῖ οὐδεὶς, εἰ πρῶτος Ἰανουάριος, εἶτα Φεβρουάριος, εἶτα Μάρτιος, καὶ οἱ λοιποὶ, καθάπερ καὶ λέγονται ἐφεξῆς. Εἰλήφθω δὴ οὖν τις τῶν τροπικῶν. Ἔστω δὲ, εἰ δοκεῖ, Ἑκατομβαιών. Εἰ τοίνυν περὶ Ἑκατομβαιῶνα αἱ θεριναὶ τροπαὶ Ἀθηναίοις, δῆλον, ὅτι περὶ ὃν ἄν ποτε ὦσι Ῥωμαίοις τῶν οἰκείων μηνῶν αἱ αὐταὶ τροπαὶ, οὗτός ἐστιν Ἑκατομβαιών. Λέγω δὲ κατ' ἀναλογίαν, ὥσπερ σήπιον, καὶ ἄκανθαν, καὶ ὀστοῦν. Ἀνάλογον γὰρ, καὶ πάντα ἁπλῶς ἑρμηνεύειν δεῖ, μὴ ὅτι τοὺς μῆνας, εἰ μέλλοι τι ὄφελος εἶναι τῆς ἑρμηνείας. Περὶ Ἰούνιον δὲ Ῥωμαίοις ἀεὶ αἱ θεριναὶ τροπαὶ, ὡς ἴσασι πάντες· ὁ ἄρα Ἰούνιός ἐστιν Ἑκατομβαιών. Θεμένοις δὲ δὴ Ἰούνιον εἶναι τὸν Ἑκατομβαιῶνα, ἔργον οὐδὲν τῶν ἄλλων ἕκαστον ἑρμηνεῦσαι. Ὁ γὰρ ἀεὶ ἐπιὼν τῶν Ἀττικῶν κατὰ τὴν ὑπαλ-

ιν σύνταξιν. τῷ ἀεὶ ἐπιόντι τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐφαρμόττων, καὶ πρὸς τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ συμφωνῶν παρέξει. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἴ γε τοὺς χρόνους Ἀθηναῖοι ἦγον κατὰ τὴν σελήνης φορὰν, Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τὴν ἡλίου λογίζονται, πῶς ἂν οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐφαρμόζοιντο τοῖς μὲν Ῥωμαίων μησὶν, ὥστε καὶ ἀπαρτίζειν ἀεὶ, καὶ Ἰούνιον μὲν τὸν Ἑκατομβαιῶνα, Ἰούλιον δὲ τὸν Μεταγειτνιῶνα ἑρμηνεύειν ὀρθῶς· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Οὐ γὰρ ἰσοταχὴς ἡ σελήνη τῷ ἡλίῳ· οὐδ' ἅμα τελευτῶσι καὶ ἄρχονται, ὡς εἰπεῖν, περὶ τὸν τοῦ ζωδιακοῦ μερισμόν. Ἀνάγκη δὴ ἐπαμφοτερίζειν τοὺς τῶν Ἀθηναίων μῆνας. Εἰ δὲ δὴ ἕκαστος ἐπαμφοτερίζων ἀμφοῖν, ἐπιλήψεται τοῦ τε προτέρου, ὡς Ῥωμαῖοι ἄγουσι, καὶ τοῦ ὑστέρου μηνὸς, τί μᾶλλον ἀπὸ τοῦ προτέρου μεθερμηνευόμενος ὀνομάζοιτο ἂν καλῶς ἢ ἀπὸ τοῦ ὑστέρου; Ὃν δὴ τρόπον καὶ Γαληνὸς περὶ τοῦ τῆς ἐλάτης σπέρματος γράφων, « Ὅστις καιρὸς, φησὶν, ἐν Ῥώμῃ μὲν ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριός ἐστιν, ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ Μυστήρια. » Τὰ γάρ τοι μυστήρια Βοηδρομιῶνος ἦν. Περὶ εἰκάδα γὰρ τοῦ Βοηδρομιῶνος ὁ μυστικὸς Ἴακχος ἐξήγετο, ὡς καὶ Πλούταρχος ἱστορεῖ. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ Ῥωμαῖος Πλίνιος, παντοδαπῆς ἱστορίας συγγραφεὺς, οὕτω μεταφέρων Ἀριστοτέλους τὸ περὶ τόκου τῶν ἰχθύων, ὡς οἱ πλεῖστοι τίκτουσιν ἐν τρισὶ μησὶ, Μουνυχιῶνι, Θαργηλιῶνι, Σκιροφοριῶνι, φάναι ἐν τρισὶν, Ἀπρίλι, Μαΐῳ, Ἰουνίῳ, τίκτειν τοὺς πλείστους. Ἔτι τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὡς μὲν Ῥωμαῖοι ἄγουσι, τριακόσιαι καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε ἡμέραι εἰσίν· ἀκριβολογεῖσθαι δ' εἰς τὸ παρὸν οὐ δεῖ· ὡς δὲ Ἀθηναῖοι, κατὰ μὲν Ἀριστοτέλη, τριακόσιαι καὶ ἑξήκοντα. « Ἔνιαι δὲ, φησὶ, κύουσι τῶν κυνῶν πέμπτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο· » καθ' Ἡρόδοτον δὲ καὶ ἄλλους, τριακόσιαι πεντηκοντατέσσαρες. Ὡς τοσούτων δὴ γινομένων, εἰ τῶν μηνῶν οἱ μὲν πλήρεις τε καὶ τριακονθήμεροι, οἱ δὲ κοῖλοί τε καὶ μιᾷ τῶν ἑτέρων ἡμέρᾳ λειπόμενοι ἐναλλὰξ εἶεν παρ' ἴνα, ὁποτέρως δ' ἂν ἔχῃ, τὸ ἐπιὸν δὴ ἔτος ἀεὶ προτερήσει, καὶ ἐκ προσαγωγῆς εἰς ἐναντίας ὥρας ἐκπεσοῦνται οἱ μῆνες ὑποφερόμενοι. Πάλιν εἰ τὸ Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος τοῦ ἔαρος, ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος μηνὸς, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὡς ὁ Ἁλικαρνασσεὺς Διονύσιος ἀρχαιολογῶν τὰ Ῥωμαϊκά φησι· πῶς τροπικὸς θερινὸς ὁ Ἑκατομβαιών; Ὅδε γὰρ ὁ λόγος ἀποφαίνει Σκιροφοριῶνα εἶναι τροπικὸν θερινόν. Ἀνομόλογον δὲ καὶ τὸ Θεοφράστου, ὅτι ἄκρου ἔαρος εὐθὺς, ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος. Εἰ γὰρ ἄκρου ἔαρος ὁ Θαργηλιὼν, οὐκ ἂν τροπικὸς ὁ Ἑκατομβαιὼν εἴη· πολὺ δ' ἧττον ὁ Μουνυχιὼν ἐαρινός τε καὶ ἰσημερινός. Ἔοικε δ' ἀπεμφαῖνον καὶ τὸ τοῦ Πλουτάρχου· « Συγκομιζομένης ὀπώρας Πυανεψιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου. » Δοκεῖ γὰρ ὁ Πυανεψιὼν μᾶλλον εἶναι ἰσημερινὸς φθινοπωρινὸς ἢ ὁ Μαιμακτηριὼν, εἴ γε ἀμπελικῆς ὀπώρας ἡ κομιδὴ ἦν.

A bus Junium esse Hecatombæonem, jam nullus est labor reliquos interpretandi. Semper enim sequenti Attico juxta suppositum ordinem cum subinde sequenti Romano conveniet, et eadem ad anni partes erit consonantia. Sed forte quis dubitaverit, cum Athenienses ad lunæ, ad solis vero cursum Romani calculum temporum subducerent: qua ratione fieri possit, ut utriusque gentis menses alteri cum alteris sic competant, ut invicem dierum summa semper quadrans sit, et nihil in alterutris excurrat: utque Hecatombæon recte transferatur Junius, et Metagitnion Julius, ita quoque de aliis. Neque enim soli eadem, quæ lunæ, est celeritas: neque una desinunt incipiuntve ad signiferi, quod prope dixerim, partitionem. Ergo necesse est Atticos menses variare, et ambiguo plerumque esse B inter priorem Latinum, et posteriorem loco. Quod si ambiguus quisque amborum fiat particeps, cur potius a priore vertendo, quam a posteriore nominetur? Quo sane modo Galenus fecit, de abietis semine: « Quod tempus, » inquit, « Romæ est September, Pergami apud nos mensis Hyperberetæus, Athenis vero Mysteria. » Ea namque erant Boedromione. Nam circa Boedromionis vicesimum diem mysticus Bacchus ab urbe transferebatur; ut etiam Plutarchus scribit. Videtur quoque Plinius omnifariæ scriptor historiæ, sic interpretari illud Aristotelis de piscium partu, nimirum pisces plurima sui parte tribus his mensibus fetificare, Munychione, Thargelione, Scirophorione, ut dicat his C tribus, Aprili, Maio, Junio. Insuper trecenti sexaginta quinque dies sunt anni Romani; subtilius enim in præsens supputare minime oportet. Atheniensis vero anni, ex Aristotelis quidem sententia, trecenti sexaginta sunt: « Pars, » inquit, « canum fert ventrem quintam partem anni, id est dies duos et septuaginta; » at secundum Herodotum aliosque, trecenti quatuor et quinquaginta. Tot igitur cum sint, si menses alii pleni et tricenarii; alii mutili, cavi, et uno die cæteris impares in numero alternant, quocunque modo res se habeat, sequens annus semper prævertet, et paulatim ex accessione in contrarias tempestates menses incident, loco diebusque statis emoti. Item si Ilium captum est abeunte vere, octavo die, sub finem D Thargelionis, septemdecim diebus ante æstivum solstitium, ut Dionysius Halicarnasseus ait, res priscas Romanorum historiæ mandans: quo pacto Hecatombæon solstitialis æstivus sit? Nempe hic sermo ostendit, Scirophorione esse solstitium. Dissentaneum etiam est illud Theophrasti, cum dicit summo, ineunteque vere, Thargelionis principio. Si enim est summum ver Thargelion, nequaquam esse queat solstitialis Hecatombæon, et multo minus vernus et æquinoctialis Munychion. Illud quoque Plutarchi dissentire videtur, dicentis: « Dum fructus leguntur, et vindemia comportatur, octavo die Pyanepsionis incipientis. » His enim verbis videtur Pyanepsion in se continere autumni æquinoctium potius, quam Mæmacterion, siquidem erat vindemiæ collectio.

Solvendi igitur sunt hi dubiorum nodi, ut rite fiat hæc nostra commentatio, et majorem fidem dicta nostra accipiant. Quocirca vetustissimos illos homines nulla ratione, nulloque ordine mensibus usos, atque aliter alios annum ipsum partitos esse, cum ab aliis, tum vel maxime a Plutarcho, viro undecunque doctissimo, licet intelligere. Nam barbarorum nonnulli trimestrem annum habebant, et ex Græcis Arcades quadrimestrem; Acarnanes semestrem. Ægyptiis autem menstruus erat annus, deinde quadrimestris, ut aiunt. Idcirco antiquissimi videntur immensam annorum multitudinem sibi annumerantes; ut qui certe annum mense definirent. Romani vero prius decem mensium annum agebant, et menses alios neque vicenum dierum, alios tricenum quinum, alios etiam plurium: illudque solum considerabant, ut trecentorum et sexaginta dierum suus esset annus, nec quæ esset solis et lunæ inæqualitas quidquam pensi habebant. Sed postea **160** rex Numa Pompilius duos menses adjecisse fertur, et discrimen hujus inæqualitatis undecim dierum esse reputans: utpote anno lunari trecentos quinquaginta quatuor dies, solari autem trecentos sexaginta quinque habente; undecim hos dies duplicatos alternis annis intercalatione facta (quæ duorum et viginti dierum esset) in Februarium induxisse: verique simile est, hæc illum ex imitatione quadam Græcorum fecisse. Primum enim Solonem aiunt Athenis hanc mensium vagam et adhuc incertam inconstantiam deprehendisse: et diem quo luna solem assequitur et transmittit, ἕνην καὶ νέαν, id est, antiquam et novam lunam, sive extremam et primam, hoc est, interlunium vocari instituisse: et sequentem νουμηνίαν id est, novilunium, sive Kalendas appellavisse, mensemque triginta dierum constituisse: et in genere annum ipsum in concinniorem ordinem digessisse. Intercalaris vero mensis usum antiquitus fuisse Græcis, declarat Herodotus: « Græci, » inquit, « tertio quoque anno intercalationem interserunt, temporum gratia: Ægyptii vero tricenis diebus, quibus duodecim menses anni taxant, auctario facto ad eum numerum, dies quinque quotannis superaddunt: et iis ratio circuli temporum constat eodem redeuntis. » Quod si Numa quidem intercalationem duorum et viginti dierum ordinavit; Herodotus vero triginta dierum recenset, nihil hoc ad disceptationem præsentem. Verum ex his datur illud intelligi, Athenienses mense intercalario utentes anni sui defectum supplevisse, ut temporum ratio facilius solis itineri congrueret.

A Λῦσαι δὴ δεῖ τὰ ἀπορούμενα ταῦτα, ἵν' ἥ τε σύνταξις γίνηται κατὰ τρόπον, καὶ τὸ πιστὸν μᾶλλον ἔχῃ τὰ εἰρημένα. Τοὺς μὲν οὖν πάνυ ἀρχαίους ἀλογίστως τε καὶ ἀτάκτως κεχρῆσθαι τοῖς μησὶ, καὶ ἄλλως ἄλλως τὸν ἐνιαυτὸν ὡρικέναι, παρά τε ἄλλων καὶ Πλουτάρχου ἀνδρὸς πολυμαθεστάτου πυθέσθαι ἔστι. Ἔνιοι γοῦν τῶν βαρβάρων τρισὶν ἐχρῶντο μησὶν εἰς τὸν ἐνιαυτόν· καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες μὲν τέτταρσιν, Ἀκαρνᾶνες δὲ ἕξ. Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος, ὥς φασι. Διὸ καὶ ἀρχαιότατοι εἶναι δοκοῦσι, πλῆθος ἐτῶν καταριθμοῦντες σφίσιν ἀμήχανον, ἅτε δὴ τοὺς μῆνας τιθέμενοι εἰς ἐτῶν ἀριθμόν. Καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πρότερον δεκάμηνον ἦγον τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ τῶν μηνῶν τοὺς μὲν οὐδὲ εἴκοσιν ἡμερῶν, τοὺς δὲ πέντε καὶ τριάκοντα, τοὺς δὲ καὶ πλειόνων· ἐκεῖνό τε μόνον ἐσκόπουν, ὅπως B ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται· ἔννοιαν δὲ τῆς γινομένης περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἀνωμαλίας οὐκ εἶχον. Ὕστερον δὲ Νομᾶς Πομπίλιος βασιλεύων λέγεται δύο τε προσθεῖναι μῆνας, καὶ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος· ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ ἔτους τριακοσίας πεντηκοντατέσσαρας ἔχοντος ἡμέρας, τοῦ δὲ ἡλιακοῦ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε· τὰς ἕνδεκα ταύτας διπλασιάσας, ἐπαγαγεῖν παρ' ἐνιαυτὸν ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον, εἴκοσι καὶ δύο ἡμερῶν ὄντα. Εἰκὸς δ' ἐκεῖνον ταῦτα πρὸς ὁμοιότητά τινα Ἀθηναίων χρῆσιν πεποιηκέναι. Σόλωνα γὰρ πρῶτον Ἀθήνησι τὴν περὶ τοὺς μῆνας ἀνωμαλίαν συνιδεῖν φασι· καὶ τὴν μὲν ἡμέραν, καθ' ἣν ἡ σελήνη C καταλαμβάνει τε καὶ παρέρχεται τὸν ἥλιον, τάξαι ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι· τὴν δ' ἐφεξῆς νουμηνίαν προσαγορεῦσαι· ἄχρι τε τριακάδος τὸν μῆνα ἠριθμηκέναι· καὶ ὅλως ἐπὶ τὸ βέλτιον διαθέσθαι τὰ περὶ τὸν ἐνιαυτόν. Χρῆσιν δ' ἐμβολίμου μηνὸς καὶ Ἕλλησιν ἀνέκαθεν εἶναι δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος, λέγων· «Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὡρέων εἵνεκεν· Αἰγύπτιοι δὲ, τριακονθημέρους ἄγοντες τοὺς δώδεκα μῆνας, ἐπάγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας παρὲξ τοῦ ἀριθμοῦ· καί σφιν ὁ κύκλος τῶν ὡρέων ἐς ταυτὸ περιιὼν παραγίνεται.» Εἰ δὲ Νομᾶς μὲν εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν τὸν ἐμβόλιμον ἔταξεν, Ἡρόδοτος δὲ τριακονθήμερον καταριθμεῖ· οὐθὲν τουτὶ πρὸς τὸν νῦν λόγον. Ἀλλ' ἐκεῖνο δῆλον κἀκ τούτων, ὡς Ἀθηναῖοι χρώμενοι ἐμβολίμῳ προσ- D ανεπλήρουν τὸ ἐλλεῖπον πρὸς τὴν ὅλην περίοδον τοῦ ἡλίου τῶν ὡρῶν ἕνεκα.

De anno.

IX. Bifariam ergo annum considerabant, ut qui partim a sole trecentis sexaginta diebus definiretur, propter sectionem obliqui signiferi in totidem gradus. Et hujus certe quintam partem Aristoteles dicit esse duos et septuaginta dies: partim a luna diebus quatuor et quinquaginta supra trecentos. Eadem etiam ratione mensibus partim ad solem, partim ad lunam deductis, aliisque annis dies triginta adjiciebant; aliis quinque: et si quid am-

Περὶ ἐνιαυτοῦ.

Θ'. Διχῶς οὖν ἐθεώρουν τὸν ἐνιαυτὸν, οἷον τὸν μὲν ἑξήκοντα καὶ τριακοσίαις ἡμέραις ὁριζόμενον τῷ ἡλίῳ, διὰ τὴν εἰς τοσαύτας μοίρας κατατομὴν τοῦ λοξοῦ· καὶ τούτου δὴ μέρος πέμπτον Ἀριστοτέλης εἶναί φησιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο· τὸν δὲ τέτταρσι καὶ πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις τῇ σελήνῃ. Ἀνάλογον δὲ καὶ τοὺς μῆνας ἦγον, τοὺς μὲν κατὰ τὸν ἥλιον, τοὺς δὲ κατὰ τὴν σελήνην· ἐπέβαλλόν τε τοῖς μὲν τριάκοντα ἡμέρας, τοῖς δὲ πέντε, καὶ εἴ που

πλείονος δέοι διὰ τετάρτου ἐνιαυτοῦ. Τὰ δ' ἄρα βοήθεια ἦν, διατείνουσα μὲν οὐ πόρρω, ἱκανὴ μέντοι εἰς τὸ αὐτὸ ἀντικαθιστάναι, καὶ εἴργειν ἐν τοῖς αὐτοῖς που ὅροις τοὺς μῆνας· ἴαμά τε τῆς ἀνωμαλίας ἐτύγχανεν ὄν, ὡς καὶ Πλούταρχος λέγει, μειζόνων ἰαμάτων δεήσεσθαι μέλλον. Καῖσαρ οὖν ὁ πρῶτος μοναρχήσας Ῥωμαίων, τοῖς ἀρίστοις τῶν μαθηματικῶν πρόβλημα περὶ τούτου προθεὶς, ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένην μᾶλλον ἐπανόρθωσιν ἔμιξε. Δοκοῦσι δ' Αἰγύπτιοι πρῶτοι φησὶ χρήσασθαι καθ' ἥλιον τριακονθημέροις δώδεκα, καὶ πέντε ἡμέρας ἐπαγαγεῖν κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον· τό τε ἐπιτρέχον μόριον τῆς ἡμέρας εἰς ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἐκ περιόδων πλειόνων ἐτῶν ἀπολαβόντες, συνθέσθαι μίαν ἡμέραν. Ἕλληνες δὲ παρ' ἐκείνων ἄλλα τε πλείω τῶν οὐρανίων θεωρημάτων, καὶ ταῦτα παρέλαβον, τὰ μὲν μεθερμηνευθέντων εἰς τὸ Ἑλληνικὸν τῶν ὑπομνημάτων, τὰ δὲ καὶ συνδιατρίψαντες τοῖς ἐκεῖ ἱερεῦσι, περιττοῖς οὖσι τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην. Πλάτωνα γοῦν φασί τινες καὶ Εὔδοξον, ἀποδημήσαντας εἰς Αἴγυπτον, ὁμιλῆσαι τοῖς ἱερεῦσι τρισκαίδεκα ἔτη. Μυστικοὺς γὰρ ὄντας καὶ δυσμεταδότους, ἔδει τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐκλιπαρῆσαι, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι. Ταῦτα μὲν οὕτω διαιρεῖν ἴσως οὐ χεῖρον· τό τε διηπορημένον φανεὶς ὁ ἐμβόλιμος λύει. Καὶ εἴ τι διὰ πλείονος ἔτι χρόνου παραλλάττει, εἰκὸς καὶ τοὺς πάλαι συνορῶντας καὶ τοῦτο δήπου ἐπανορθοῦσθαι, ὁτὲ μὲν μακρότερον, ὁτὲ δὲ βραχύτερον τὸν ἐμβόλιμον ποιουμένους. Τὸ δ' ἀκριβέστατον, καὶ μηδὲ παρ' ὀλίγον τι πλημμελεῖν, οὐκ ἐπιζητεῖν δεῖ· ὁπότε καὶ νῦν, ἐπίδοσιν τῆς ἀστρολογίας τοσαύτην λαβούσης, ὅμως ἡ τῆς κινήσεως ἀνωμαλία διαφεύγει τὸν λόγον, περιγινομένη τῆς τῶν μαθηματικῶν ἐμπειρίας. Τὰς μέντοι τῶν μηνῶν περιόδους ὁμολογεῖν ταῖς ὥραις ἀεὶ ποιεῖ ὁ ἐμβόλιμος τῷ τρίτῳ ἀεὶ ἐπαγόμενος τῶν ἐτῶν. Τὸ δὲ πρὶν ἐμβολάσαι, καὶ περὶ τὸ ἐμβολάζον αὐτὸ ἔτος ὑπενεχθέν τε καὶ ἐπαλλάξαν τῶν μηνῶν, ἔτι δεῖται λόγου, πῶς ἂν ἑρμηνευόμενον τυγχάνοι τοῦ ἱκανοῦ. Δῆλον γὰρ, ὅτι τὸ ἐμβολάζον συχνὰ παρ' ἵνα που ἕξει τοὺς μῆνας ἀνομολόγους ταῖς ὥραις. Διὸ καὶ Θεόφραστος, « Ἔαρος εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, » φησὶν, ὡς τοῦ Μουνυχιῶνος χειμερινοῦ δὴ γενομένου· τοῦ δ' ἐμβολίμου θερινοῦ τροπικοῦ, ἢ καὶ περιστήσαντος τὴν τροπὴν εἰς ἱστάμενόν που τὸν Ἑκατομβαιῶνα· τοῦτο μὲν οὖν μὴ συμβαίνειν οὐχ οἷόν τέ ἐστι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ ἐμβόλιμος ἐπάγεται, ἀναπληρῶν τὸ ἐνδεὲς, καὶ εἰς Ἑκατομβαιῶνα τὰς τροπὰς ἀποκαθιστάς. Τὴν δ' ἑρμηνείαν ποιητέον ἐπὶ τῶν οὕτω χρονολογούντων, στοιχείῳ χρωμένους τῷ παρόντι ἀεὶ τροπικῷ μηνὶ καὶ τῷ ἑξῆς τῶν μηνῶν κατὰ τὰ ὑποτεθέντα. Οἷον ἐπειδὴ Θεόφραστος, « Ἄκρου ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, » φησὶ, μεθερμηνευτέον Μαρτίου, καὶ μὴ Ἀπρίλιος. Πάλιν ἐπειδὴ Θουκυδίδης Ἐλαφηβολιῶνα τελευταῖον μῆνα τῶν χειμερινῶν εἶναί φησι, τοῦτον μὲν Φεβρουάριον ἑρμηνευτέον· τὸν δ' ἐπιόντα Μουνυχιῶνα θετέον ἔαρος εἶναι ἀρχὴν, καὶ Μάρτιον μεταφραστέον Λατίνοις. Ὥστε δὴ καὶ συμβαίνει δύο

A plius opus erat, quarto quoque anno. Hæcque erant subsidia, quæ non latius quidem paterent, sufficientia tamen restituere menses sibi, et iisdem fere finibus eos coercere; eaque inæqualitatis curatio, ut majoribus olim remediis indigeret, futurum erat, quemadmodum refert Plutarchus. Cæsar itaque, is qui primus imperium invasit et ad cujus unius arbitrium res Romana devoluta est, quæstione hac de re optimis mathematicis proposita, ex substratis jam viis rationibusque, propriam quamdam et accuratiore cura excogitatam emendationem confecit. Primi autem omnium Ægyptii ad solem duodecim mensibus usi videntur, et iis quidem tricenariis, et quinque dies quotannis adjecisse, particulamque diei excurrentem ad B supplementum totius anni, ex multis annorum circuitibus acervatam, in unum diem integrum conjecisse. Græci vero ab illis, cum alia permulta rerum cœlestium; tum hæc præcipue mutuo acceperunt; partim traductis in linguam Græcam commentariis; partim cum eorum sacerdotibus versati, egregie divinarum cœlestiumque scientiarum peritis. Ferunt itaque Platonem, et Eudoxum peregre in Ægyptum profectos, annis tredecim apud Ægyptios sacerdotes mansisse; tanta enim consuetudine, tamque diutino obsequio erant exorandi, et quasi eblandiendi, ut qui rerum arcanarum tenaces, avarique elargitores essent disciplinarum suarum; quo aliquid cœlestium contemplationum C impertirent. Hæc vero ita distinguere, ut opinor, non improbabile est: tum quod inest dubii, quæ postea emersit intercalatio solvit. Atque etiam si quid longiore temporis intervallo adhuc evariaret, credibile est vel antiquos ipsos perspicientes, id quoque quodammodo correxisse; modo longiorem, modo breviorem intercalationem facientes. Neque vero exactam in his diligentiam, et ab omni errore vel levissimo tutam exigere oportet, quandoquidem hoc quoque sæculo, quo astrologia tantum incrementi præstantiæque adepta est, tamen motus disparilitas mathematicorum rationes fugit: quippe quæ superior sit eorum peritia. Sed tamen mensium cursus, ut cum anni temporibus semper congruant, facit post tertium quemque annum intro- D ducta intercalatio. Cæterum confusio illa, et mensium inconstantia vaga (quæ fuit prius inventa intercalatione, atque etiam post inventam) adhuc explicatione indiget, quonam pacto transferri commode possit. Constat enim ipsam intercalationem alternos fere menses cum temporibus anni non competentes sæpe habituram. Ex quo etiam Theophrastus inquit, « vere statim Thargelionis initio: » quasi Munychioni hibernus fuerit: intercalaris vero æstivus tropicus, vel certe in instantem **161** Hecatombæonem solstitium circumagens; quod interdum non contingere non potest. Nam propterea intercalatio inducta est, ut defectum dierum suppleat, et in Hecatombæonem solstitia restituat. Porro in his qui sic indicem temporum notationem

scribunt, interpretatio hoc pacto facienda est, ut A præsenti semper tropico pro fundamento utamur, et mensium serie illa quam supra posuimus. Verbi gratia: quando Theophrastus « summo vere, statim instante Thargelione » : dicit, mense Martio, et non Aprili, interpretandum est. Rursum quando Thucydides Elaphebolionem esse dicit ultimum hiemalium mensium, hunc quidem Februarium oportet interpretari; secundum quem veris initium Munychion constituendus, et Latinis Martius est transferendus. Ex quo sane contingit duos esse vernos æquinoctiales, Munychionem et Thargelionem; et duos autumnales, Boedromionem et Mæmacterionem : similiterque solstitiales duos æstivos, Hecatombæonem et intercalarem; brumalesque, Posideonem et Gamelionem. Quam ob rem Aristoteles B inquit : « Gallina quidem parit omnibus anni temporibus, exceptis duobus mensibus in hieme tropicis. » Et in *Meteorologicis* scribit crinitam stellam ad Ursam apparuisse mense Gamelione, sole circa brumam exsistente. Atque etiam Anthesterionis postremam partem aliquando solstitium hibernum potest attingere. Sed quos tropicos hiemales nominant, sunt hi quidem duo ante explicati. Sumendum est tamen simpliciter, Hecatombæonem esse æstatis principium, et solstitialem æstivum, et reliquos simili deinceps ratione. De rebus enim contingentibus nulla ratio ineunda est, sed de specialis et solitis. Nam in *Physicis* dictum est, quemque oportere dicere id esse, quod natura esse expetit et est; non quod vi et præter naturam.

ἰσημερινοὺς εἶναι ἐαρινούς, Μουνυχιῶνά τε καὶ Θαργηλιῶνα· καὶ φθινοπωρινοὺς δύο Μαιμακτηριῶνα καὶ Βοηδρομιῶνα· ὡς δ' αὔτως καὶ τροπικοὺς δύο θερινούς, Ἑκατομβαιῶνα καὶ τὸν ἐμβόλιμον· καὶ χειμερινούς, Ποσειδεῶνα καὶ Γαμηλιῶνα. Διό φησιν Ἀριστοτέλης, « Ἡ ἀλεκτορίς, » φησὶ, « τίκτει διὰ παντὸς τὸν ἐνιαυτόν, ἔξω δύο μηνῶν τῶν ἐν τῷ χειμῶνι τροπικῶν· » καὶ τὸ ἐν τοῖς *Μετεωρολογικοῖς* ὅτι ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς Ἄρκτον, μηνὸς Γαμηλιῶνος, περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς. Καὶ Ἀνθεστηριῶνος δὲ ἅψαιτ' ἄν ποτε ἡ τροπὴ λήγοντος. Ἀλλ' οἵ γε ὀνομαζόμενοι τροπικοὶ χειμερινοὶ δύο οἱ εἰρημένοι εἰσίν. Ἁπλῶς μέντοι θέρους ἀρχὴν ὑποληπτέον εἶναι τὸν Ἑκατομβαιῶνα, καὶ τροπικὸν θερινόν· ἀνάλογον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους. Δεῖ γὰρ μὴ τὸ συμβαῖνον, ἀλλὰ τὸ σκοπούμενον λαμβάνειν τῷ λόγῳ. Εἴρηται γοῦν καὶ ἐν τοῖς *Φυσικοῖς* τῶν λόγων, ὡς δεῖ ἕκαστον λέγειν τοῦτο εἶναι, ὃ φύσει βούλεται εἶναι, καὶ ὃ ὑπάρχει· ἀλλὰ μὴ ὃ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν.

Dionysius vero ab Ephoro mutuatus, dicit Thargelione expugnatum Ilium. Quin et Plutarchus in Furii Camilli vita, Ephorum hæc scripsisse refert; nec vero « septemdecim diebus ante æstivum solstitium » C dicit : et tamen Thargelione etiam ille dicit. Si Ephorus igitur, cum apud se non esset, alioqui dicturus Scirophorione, scripsit Thargelione; quemadmodum item in aliis pro Iberia non pœnitenda regione Europæ, civitatem quamdam Iberiam esse dicit; boni consulat, quod non reprehendatur qui sui reprehendendi ansam dederit, eamque amplissimam. Quod si forte nescio quis ineptus scriptor mendose scripserit, « Thargelione, » pro « Scirophorione, » ut fere fit in aliis, et præsertim in iis quæ quæstus gratia scribuntur a bibliopolis (nam qui hujusmodi operas conducunt, imperitis, oblatitiisque et trivialibus scriptoribus utuntur); sic insons quidem fuerit Ephorus : et jure culpandi, qui exemplaria non emendarint, sed inconsiderate dixerint, « Thargelione septemdecim diebus ante æstivum solstitium. » D Sed idem etiam dicit, dies (qui annum illum explerent) superabundantes fuisse post solstitium numero viginti : quod prorsus incompositum et pugnans, si pro instituta Atheniensium ratione sermonem facit. Nam si supererant viginti post solstitium, certum est solstitium fuisse abeunte anno, Thargelionis ultimo die, ut ille quidem vult : ut nos vero, Scirophorionis. Impræsentia autem nihil intersit. Sed esto ex ejus sententia Thargelionis; profecto sequente anno solstitium erit novilunio Scirophorionis : quod erat ipsi nono die incipientis. Nam si octavo sub finem die Thargelionis captum est Ilium, septemdecim diebus æstivo prius solstitio;

Διονύσιος δὲ παρ' Ἐφόρου εἰληφὼς λέγει, Θαργηλιῶνος ἁλῶναι τὸ Ἴλιον. Πλούταρχος γοῦν ἐν τῷ Φουρίου Καμίλλου βίῳ Ἔφορον ἀναγεγραφέναι ταῦτά φησιν· οὐ μὴν δὲ καὶ « πρότερον ἑπτακαίδεκα ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς » λέγει· ἀλλ' οὖν Θαργηλιῶνος κἀκεῖνός φησιν. Εἰ μὲν οὖν Ἔφορος, Σκιροφοριῶνος φάναι βουλόμενος, εἶπε (μὴ ἐντὸς ὢν αὑτοῦ) Θαργηλιῶνος, ὥσπερ ἐν ἄλλοις αὖ ἀντὶ Ἰβηρίας τῆς κατὰ τὴν Εὐρώπην μεγίστης χώρας, πόλιν εἶναί τινα τὴν Ἰβηρίαν φησίν· ἀγαπάτω μηδὲν ἐπιτιμώμενος, σκῆψιν ἐπιτιμήσεως καὶ ταῦτ' οὐ μικρὰν δεδωκώς· εἰ δ' ἄρα τις τῶν φαύλων γραφεὺς διήμαρτεν, ἀντὶ « Σκιροφοριῶνος » — « Θαργηλιῶνος » μεταβαλὼν, καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλων συμβαίνει, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων τοῖς βιβλιοπώλαις (χρῶνται γὰρ φαύλοις καὶ τοῖς τυχοῦσι γραφεῦσιν)· Ἔφορος μὲν ἀναίτιος ὡς ἂν εἴη· αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις τοὺς μὴ ἐπανορθωσαμένους τὴν γραφὴν, ἀλλ' ἀνεπισκέπτως εἰρηκότας, « Θαργηλιῶνος ἑπτακαίδεκα ἡμέραις πρὸ τῆς θερινῆς τροπῆς. » Φησὶ δὲ, καὶ ὡς αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι περιτταὶ ἡμέραι, εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ἦσαν μετὰ τὰς θερινὰς τροπάς· τὸ δ' ἀσύντακτον παντελῶς καὶ μαχόμενον, εἰ ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον ποιεῖται τὸν λόγον. Εἰ γὰρ περιτταὶ εἴκοσι μετὰ τὰς τροπὰς, δῆλον, ὅτι ἡ τροπὴ ἦν τῷ οἰχομένῳ ἔτει, ἔνῃ καὶ νέᾳ Θαργηλιῶνος μὲν, ὡς ἐκεῖνος λέγει, Σκιροφοριῶνος δὲ, ὡς ἡμεῖς. Διαφερέτω δὲ μηθὲν πρός γε τὸ νῦν. Ἀλλ' ἔστω Θαργηλιῶνος αὐτῷ· οὐκοῦν τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ ἡ τροπὴ ἔσται, Σκιροφοριῶνος νουμηνίᾳ. Ἦν δ' αὐτῷ ἐνάτῃ ἱσταμένου. Εἰ γὰρ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Θαργηλιῶνος ἑάλω τὸ Ἴλιον, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, δῆλον, ὅτι ἐνάτῃ ἱσταμένου τοῦ ἐπιόντος μηνὸς ἦν ἡ τροπή

ἐνάτη ἱσταμένου, τρεῖς εἶναι τὰς περιττὰς ἀναγκαῖον. Φανερὰ δὲ μᾶλλον ταῦθ' ὕστερον ἔσται, ἐπειδὰν περὶ χρήσεως ἐμβολίμου μηνὸς λέγωμεν. Εἴτ' οὖν Ἐφόρου ἁμάρτημα τοῦτ' ἔστιν, εἴτε γραφέως, καὶ τοῦτο εἰς κοινὸν ἐκκείσθω σκοπεῖν. Ἀπαρτίζειν δ' ἀεὶ τοὺς τῶν Ἀθηναίων μῆνας τοῖς τῶν Ῥωμαίων δηλονότι οὐκ ἂν εἴη. Ἐπαμφοτερίζειν οὖν τι συμβαίνει. Οἷον, φέρε εἰπεῖν, Ἑκατομβαιὼν τὸ μὲν Ἰουνίου ἐπιλαμβάνει, τὸ δὲ Ἰουλίου· καὶ Μεταγειτνιὼν τὸ μὲν Ἰουλίου, τὸ δ' Αὐγούστου· καὶ Βοηδρομιὼν τὸ μὲν Αὐγούστου, τὸ δὲ Σεπτέμβριος. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἀμφιλαφεῖς εἰσι τὰ πολλά· ἐπεὶ ἐνίοτέ γε καὶ ἰσάζειν συμβαίνει· οἷον καὶ τῆτες συμβέβηκε, νουμηνίαν ἅμα Ἀπρίλιος μηνὸς ἡλιακοῦ, καὶ σελήνης ἄγειν. Ἑρμηνεύειν μέντοι ἁπλῶς χρεὼν ἀπὸ τοῦ προτέρου· οἷον, Αὔγουστον τὸν Βοηδρομιῶνα, ἀλλὰ μὴ Σεπτέμβριον, ἵνα θερινὸς ᾖ· τρίτος γὰρ ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος· τροπικὸς δὲ θερινὸς ὁ Ἑκατομβαιὼν, ὡς δεδειγμένον ἐστί. Γαληνῷ δὲ διέφερεν οὐθὲν πρός γε τὸ τῆς ἐλάτης σπέρμα καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ ἀκόπου, εἴτ' ἀπὸ τοῦ ἑπομένου Σεπτέμβριος, εἴτ' ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου Αὔγουστος ἑρμηνεύοιτο ὁ τῶν μυστηρίων μήν· ἄλλως τε καὶ τῶν ἰσημερινῶν τε καὶ τροπῶν περί που εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ μηνὸς ἡμέραν, ὡς Ῥωμαῖοι ἄγουσι, λαμβανομένων τοῖς τότε οὖσιν ἀνθρώποις· καὶ προσέτι ἰσημερινοῦ γινομένου ποτὲ καὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ἐπειδὰν πλείους ὦσιν αἱ μετὰ τὴν τροπὴν περιτταὶ ἡμέραι. Ὅθεν δὴ καὶ Ἀριστοτέλης, « μετ' ἀρκτοῦρον περὶ Βοηδρομιῶνα, » φησὶν, ὥσπερ αὖ ἀνάπαλιν, περὶ λήγοντά που τὸν Ἑκατομβαιῶνα τῆς τροπῆς γενομένης, συμβαίνει τρυγᾷν τὰς ἀμπέλους περὶ ἱστάμενον τὸν Πυανεψιῶνα· καθὰ Πλούταρχος ἐπισημαίνει συμβῆναι, ὅτε Θησεὺς ἐπανῆκεν ἐκ Κρήτης. Ἡ ἰσημερία μέντοι περὶ λήγοντά που τὸν Μαιμακτηριῶνα ὑπῆρξε. Πλίνιον δὲ οἰητέον, μὴ ὡς Ἀριστοτέλους λέξιν μεταφέροντα, ὧδε ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἀλλ' ἰδίαν αὐτῷ δόξαν περὶ τόκου τῶν ἰχθύων ἀποφαινόμενον. Θαυμαστόν τε οὐθὲν, εἰ καὶ ταῖς χώραις διαφορὰ περὶ τὰς γενέσεις ἐστίν. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι καὶ τῶν ζώων, ὥσπερ τῶν φυτῶν, πολλὴν ποιοῦσι διαφορὰν οἱ τόποι, οὐ μόνον κατὰ μέγεθος καὶ εὐτροφίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς τόκους, τοῦ τὰ μὲν ὀψιαίτερον γεννᾷν, τὰ δὲ πρωϊαίτερον. Ὧδε μὲν τοίνυν ἁπλῶς τε καί πη ἑρμηνεύοντες, οὐκ ἂν διαμαρτάνοιμεν τοῦ ἱκανοῦ.

Περὶ χρήσεως τῶν μηνῶν.

Ι'. Ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν χρῆσθαι μησὶ καὶ κατὰ τὴν ἡλίου περιφορὰν, ὡς Ῥωμαῖοι ἄγουσιν· ἔστι δὲ καὶ τὴν τῆς σελήνης, ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον· πότερον Ἀθηναίοις ἑπόμενοι χρησόμεθα, ἢ Ῥωμαίοις, κατονομάζοντες μὲν ὡς Ἀθηναῖοι, τὴν δέ γε τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς μῆνας διαίρεσιν κατὰ ταὐτὰ Ῥωμαίοις τιθέντες; Πλήθων μέν φησιν, ὅτι κατὰ φύσιν δὴ ἄγοιτ' ἂν ἔτος μὲν κατὰ τὸν ἥλιον, μὴν δὲ κατὰ τὴν σελήνην· διὰ τί δὲ, οὐ λέγει. Ἄλλοι δέ τινες, καὶ αἰτίαν ἀποδιδόντες, πάντα πρὸς τῶν οὐρανίων κοσμεῖσθαι τὰ τῇδέ φασι, καὶ μεγάλα εἶναι τὰ τῆς σελήνης ἔργα.

manifestum est nono mensis sequentis die æstivum solstitium fuisse. Si itaque solstitium nono ineuntis, tres esse dies abundantes est necesse. Hæc autem planius postea elucidabuntur, ubi de usu mensis intercalarii disseremus. An igitur Ephori sit iste error, an amanuensis potius, in medio considerandum relinquo. Jam certum est Atticos menses æquali dierum numero, simulque finiente, Romanos semper æquiparare non posse. Ergo fit ut singuli menses Græcorum inter binos semper Romanorum ambigant. Exempli gratia : Hecatombæon partem Junii, et partem Julii attingit ; Metagitnion Julii et Augusti ; Boedromion Augusti et Septembris. Similiter vero reliqui omnes non raro sese præbent ancipites, quandoque etiam æquales, ut vel superiore anno lunam novam cum Aprilis Kalendis solaribus contigit emergere. Operæ tamen pretium est simpliciter a priore mense interpretari. Verbi gratia : Boedromionem Augustum potius quam Septembrem, ut æstivus sit ; tertius enim est ab Hecatombæone : in quo, ut demonstratum est, æstivum solstitium conficitur. Nihil porro Galeni intererat, ad abietis semen et compositionem acopi, sive a sequente September, sive a præcedente Augustus verteretur ille mysteriorum mensis ; præsertim cum solstitia et æquinoctia **162** circiter quartum, et vicesimum diem mensis Romani ab illius sæculi hominibus signarentur : et præterea æquinoctialis interdum foret Boedromion, cum plures supererant dies post solstitium. Unde etiam Aristoteles dicit, « post arcturum circiter Boedromionem, » quemadmodum contra peracto circa desinentem Hecatombæonem solstitio evenit vindemias fieri, circa incipientem Pyanepsionem : ut Plutarchus accidisse significat, quando Theseus e Creta rediit. Æquinoctium enim fuerat sub finem Mæmacterionis. Pliniusque æstimandus est sic loqui, non qui verba Aristotelis interpretetur, sed qui suam de piscium partu exprimat sententiam. Nihilque mirum est, si etiam in generationibus a regionum diversitate oritur differentia. Verum illud constat, multam, ut plantarum, ita quoque animalium, non in magnitudine solum habituque vegetiore, sed et in partu ipsa loca efficere differentiam, ut alia serius, alia gignant maturius. Sic igitur simpliciter et quadantenus vertentes, nequaquam ab idonea explicatione aberraverimus.

De mensium usu.

X. Sed quoniam mensibus uti possumus vel ad solis motum, ut Romani, vel ad lunæ, ut Athenienses : utrum Atticum usum, an Romanum sequemur, more quidem Atheniensium denominantes, anni vero in menses eamdem cum Romanis constituentes divisionem? Plethon quidem refert natura esse comparatum, ut ad solem deducatur annus, mensis vero ad lunam : sed quamobrem, non dicit. Verum alii hujus quoque dicti rationem afferentes, asseverant, quæ hic in terris sunt, omnia a cœlestibus illis corporibus ordinari, magnosque esse

lunæ effectus. Nam mutari aiunt manifeste ab illa terrestria cuncta, idque recte. Signum tamen nullum est, menses ad lunam, non ad solem agere oportere. Hæc enim inferiora superioribus illis motibus esse continua non inficias imus, et omnem eorum vim et potentiam illinc gubernari, ipsumque decorum (quodcunque apud nos decorum) et rerum ordinem a superna illa natura consistere; quod vero indigestum et suo errore indecens, id esse ab ea (quæ est hic) materia. Detur vero multa quædam a luna alterari variarique, cum plena, cum dimidio orbe cæsa, cum gibbosa et utrinque convexa; cum in cornua flexa, atque etiam de cœlo ipso et ambiente aere judicium fieri; hæcque terrestria mutari per semisses, et quadrantes, et certas quasdam ipsius stationes : non tamen idcirco convenit, ut supersedentes solis annum in menses distinguere, eaque divisione uti, et ad lunam divertentes, ultro sponteque dissideamus. Nec enim secundum naturam est totum soli quadrare; partes autem alteri, quam soli magis convenire. Nam partes sunt totius anni, qui menses nominantur, vel quomodocunque libeat illam in duodecim spatia solaris revolutionis partitionem appellare. Quod enim causa est efficiens totius, id certe partium necessario efficiens est, cum ex partibus totum consurgat, et ipso toto partes sint generatione priores. Est autem etiam inæqualius, inordinatiusque annum ad lunæ curriculum ducere : quod qui ita agunt, mensem frequenter inserunt; nec parum habent negotii, dum alios annos mensium duodecim, alios tredecim efficiunt. Itaque præter naturam quidem id potius. Nam ordo quidam natura est, et præter naturam, quidquid inconditum, et incompositum, et quod ordinem suum non servat. Cæterum ut solem damnemus inutilitatis propter lunæ vim, et ea quæ vulgo apparent, postulatio nimis magna est, et quæ videatur esse ejus qui se magis sensui quam rationi applicet. Effectus enim lunæ, et opera a sole quidem (quod prope dixerim) omnia sunt : et hæc inferiora idem sol imprimis describit, modulatur, et in numerum ordinemque digerit. Et aliorum quidem siderum temperationis solem esse causam, cum multis aliis præclaris viris, tum vel maxime Straboni geographo videtur. Evidentiora tamen sese nobis offerunt, quæ contingunt circa lunam, propter differentes ejus species, ex variis solis intercapedinibus proficiscentes. Quapropter observanda sunt hæc, sive per septimanas, sive per alterum mensem lunarem videtur. Neque vero his solis utendo solares deserere oportet, qui sint longe æquabiliores, et partes temporum divinitus constitutorum, totiusque anni propriæ et nativæ. Secundum naturam enim id simpliciter est : quandoquidem a causa, et priore, et magis necessaria. Quod vero est a luna, notius nobis cum sit et apertius, viam ad ea quæ sunt notiora natura, et perfectiora, munit. Quamobrem Cæsar cognomento apud Romanos Divus, ingressus hanc viam ad id, quod erat cer-

Duo sunt circuli, ad quos stellarum situs et conversiones exiguntur, æquinoctialis et zodiacus : ex quorum partitione longitudo stellarum, ex distantia latitudo sumitur. Ac videntur prius ad æquinoctialem utroque modo stellæ comparatæ quam ad zodiacum, non solum in Græcia, sed etiam apud Ægyptios et Chaldæos; quibus vel inventa vel diligentius exculta propagataque in cæteros astronomia creditur. De Græcis memoriæ proditum est, primum omnium Anaximandrum Milesium obliquitatem signiferi deprehendisse Olympiade quinquagesima octava. Post hunc, Cleostratum Tenedium signa in orbe illo reperisse, et prima Arietis ac Sagittarii, ut scribit Plinius lib. II, cap. VIII. Addit Hyginus lib. II *De astronomia poetica*, cap. de Heniocho, etiam Hœdos ab illo primum notatos in cœlo.

Apud Chaldæos autem Ægyptiosque ratio partiendi quæ fuerit, declarat Sextus Empiricus lib. V. Nam illos ait insignem aliquam stellam in zodiaco designasse, cujus ex conversione, et ἀποκαταστάσει ad eumdem locum, cœlestis circuitus intervallum definierunt; Ἕνα τινὰ τῶν ἐν τῷ ζωδιακῷ λαμπρὸν ἀστέρα παρατηρήσαντες ἀνατέλλοντα οἱ πάλαι, etc.; ubi et modum explicat quo zodiacus duodecim tributus in partes, ac tam ipsius quam singulorum segmentorum tempora, hoc est ἀναφοραί, sive ascensiones constitutæ sunt. Quod ex eo auctore descripsit Macrobius lib. I, in *Somn. Scip.* Caput illius est : Chaldæis, qui ante duodenam partitionem septem in cœlo sparsa sidera notarent, placuisse postea duodecim in partes totum dividere. Igitur splendidam aliquam stellam eos observasse, cujus ab ortu ad eumdem ortum conversionem ad clepsydram dimensi sunt. Quantum aquæ in subjectum vas stillatim deciderat, hujus unciam ad metiendam duodecimæ partis circuli ἀναφοράν sumpserunt; eamque partem illustri aliqua stella terminarunt, quæ aut in eo ipso circuli loco deprehensa sit, aut idem tempus habebat oriendi : Ἐκ ταύτης τῆς ἀναφορᾶς (ait Sextus), φημὶ δὲ τοῦ δωδεκατημορίου, τὸ τελευταῖον πέρας ἐσημειοῦντο ἀπὸ ἀστέρος τινὸς ἐπιφανοῦς κατ' αὐτὸ θεω-

A ρουμένου· ἢ ἀπό τινος τῶν συναπανατελλόντων βορειοτέρων ἢ νοτιωτέρων. « Ex hac ascensione duodecimæ partis, ultimum terminum designabant stella quapiam insigni, quæ in eo ipso termino sita erat; vel ab alia borealiorum, australiorumve, quæ simul exortum facerent. »

Igitur ex diurna conversione stellæ cœli circuitum dimensos esse refert, atque hoc spatium duodecim æquales in partes distribuisse. Quare ex ascensionibus, et quæ tempora vocant artifices, atque in æquinoctiali circulo, non in obliquo et zodiaco, dodecatemoriorum longitudines initio computarunt; tametsi segmentorum limites stellis quibusdam, velut cardinibus, distinguerent. Hoc modo segmenta duodecim in zodiaco fuerunt inæqualia;
B in æquinoctiali autem æqualia, contra ac postea factum est. Nam hodie dodecatemoria in zodiaco circulo sunt æqualia, tam in recto, quam in obliquo cœli positu; in æquinoctiali, propter ascensionum diversitatem, utrobique sunt majora, vel minora. Quanquam Picus Mirandulanus lib. VI Contra *astrol.* cap. VI, Chaldæos ait signis usos non esse, sed imaginibus. Sed nihilominus inæqualitas illa constiterit. Siquidem imagines, sive octavi orbis segmenta certis distincta sideribus inæqualia sunt, ut alia dodecatemorium suum non impleant, velut Cancer; excedant alia, et in vicina redundent, ut Leo, testibus Hipparcho et Gemino. Sed ex Chaldæorum et Ægyptiorum imagines a vulgatis Græcorum, et hodieque pervagatis diversæ fuerunt, ut
C Achilles Tatius in calce Prolegomenon testatur.

Hæc apud Chaldæos et Ægyptios zodiaci nata divisio serius, uti dictum est, pervasit in Græciam. Neque vero cum duodena ista partitione statim altera processit, quæ segmenta singula tribuit in partes triginta. Ac diversæ admodum apud antiquos, maxime Græcos, divisiones institutæ sunt. E quibus celeberrima fuit ea, quæ circulos in sexagenas partes distribuit : cujus meminit Strabo lib. II, ubi æquinoctialem in totidem dividit, et Achilles Tatius in Prolegom. cap. XXVI; Hyginus lib. I *Astronomiæ poet.* cap. de figuratione circulorum sphæræ : « In triginta partes, ait, unumquodque hemisphærium dividitur, ita uti di-
D mensio significari videatur in tota sphæra per LX partes facta. » Hoc modo signo cuilibet partes quinque, partibus singulis sex gradus competunt. Aliter Posidonius apud Cleomedem lib. I, cap. IX, signiferum totum in XLVIII partes dividebat, dodecatemorion quodque quadrifariam secans. Alii porro dodecatemorio quovis in duodecim partes alias diviso, totum zodiacum in CLXIV partiti sunt, ut Sextus Empiricus docet initio libri V.

Tandem eo progressa res est, ut tam æquinoctialis, quam signifer circulus in duodecim partes, ea in triginta minutatim secarentur, ut in toto circulo CCCLX numeratæ sint; duodecimis quoque partibus utriusque circuli nomina de stellatis imaginibus indita sunt : quæ tum videlicet in illis centi-

ebantur, tametsi postea longius εἰς τὰ ἑπόμενα rogressionem fecerint. Ac principio quidem, nonrum orbis stelliferi conversione cognita, simplicior rat astronomiæ ratio. Unus enim tantummodo um æquinoctiali zodiacus habebatur in octavo œlo, quod et sideribus distinguitur. Id enim priıum, quod vocant, mobile apud antiquos fuit. 'ost Hipparchus moveri in consequentia cœlum llud animadvertit; idque Ptolemæus deinde certius pprobavit. Exinde ergo duplex zodiacus ab artificiıus distingui cœptus est: quorum alter uno simpliique motu præditæ sphæræ tributus est, in quo ıulli asterismi sunt; ejusque sectiones iisdem in lodecatemoriorum punctis cum æquinoctiali perıetuo fiunt; alter ei suppositus in orbe stellifero, ujus intersectionum puncta alia atque alia sunt ἰς τὰ προηγούμενα, ac ζώδια, sive asterismi, pauaim εἰς τὰ ἑπόμενα nituntur, atque a cognomiıibus sibi dodecatemoriis longius abscedunt.

Post hæc novus in cœlestium orbium systemate notus inventus est, secundum quem zodiacus, ive ecliptica majorem minoremve habet ab æquaore distantiam et obliquitatem : ex quo stellatus ›rbis ab austro in septentriones torqueri, et a sețentrionibus ad austrum reflecti creditus est. Hinc gitur tertius additus est zodiacus interjectæ ıphæræ, cujus propria est illa libratio, qui ab zoliaco primi mobilis paululum declinat ad aquiloıem aut meridiem, ac sibi proxime subjectum ;adem agitatione contorquet. Sed eo prætermisso, Juoniam veteris duntaxat astronomiæ ratio hic a ıobis ducitur, duplici zodiaco contenti erimus : Juorum alter primi cœli peculiaris eamdem perpeuo declinationem ab æquatore, et in eodem puncto sectionem obtinet; alter continuo in consequentia progressu stellatas imagines defert, ac lam sectiones cum æquatore aliis atque aliis in punctis facit, quam dodecatemoria ipsa commutat. Cæterum cum de zodiaco ejusque segmentis, quæ igna dicuntur, absolute loquimur, priorem intelligimus constantemque mobilis primi, vel ei respondentem in octava sphæra zodiacum. Hoc enim in sta omni doctrina sciri convenit quidquid in superioribus sphæris circulorum segmentorumque nethodi causa fingitur, idipsum eodemque modo, id inferiores et subjectos accommodari; et ad psum adeo terræ globum quosdam applicari, in quo suus itidem æquinoctialis informari solet, ac cæteri paralleli.

His animadversis, cum stellarum situs vel directe vel transversim considerari queat, hoc est secundum longitudinem, ac latitudinem : quarum prior ab intersectione verna zodiaci, et æquinoctialis incipit; posterior polos versus media ab sphæra sumitur : utrumque dupliciter æstimari potest. Nam longitudo vel in æquinoctiali spectatur, qui duodecim tribuitur in partes, initio ab verna intersectione facto, designatisque in eo partibus per maximos circulos, sive coluros sex, qui per mundi polos, et tricesimum quemque gradum transeunt; vel in zodiaco, initio itidem ab intersectione verna sumpto, ac per polos zodiaci, ejusque tricesimum quemque gradum absolutum perductis circulis maximis. Latitudo quoque vel est stellæ ab æquinoctiali distantia; quam metitur arcus coluri, sive maximi circuli a polo mundi per centrum stellæ ad æquinoctialem producti stellam inter et æquinoctialem interjectus; vel ejusdem stellæ est a zodiaco distantia; sive arcus maximi circuli per polos zodiaci transeuntis, inter stellam interjectus et zodiacum. Utroque modo latitudinem præsertim definiisse veteres sequens caput ostendet. Nam de longitudine minus constat, ecquid ea secundum zodiacum ab illis capta fuerit; cum in æquinoctiali circulo computatam fuisse, ex Hipparcho sequenti capite colligatur.

Post Ptolemæum longitudines stellarum secundum zodiacum putatæ sunt : quarum ascensiones rectæ prioris generis longitudines habentur. Ita zodiacus in partes duodecim æquales, æquinoctialis in totidem inæquales divisus est. Latitudo vero distantia stellæ est ab zodiaco, sive ecliptica. Ab æquinoctiali vero distantia, non latitudo, sed declinatio vulgo nominatur.

CAPUT II.

De longitudine ac latitudine stellarum, veterum astronomorum sententia declaratur, utramque penes æquinoctialem circulum consideratam fuisse.

Quod de stellarum longitudine capite superiori diximus, eam apud veteres secundum æquinoctialem accipi, id ex Hipparcho demonstrabimus allatis aliquot exemplis : ex quibus priora illa veniant in medium quatuor, quæ in libro I, numero X leguntur, ubi caput Ursæ majoris imprimis situm esse dicit in Leonis paulo minus parte tertia, secundum æquidistantem æquinoctiali circulum. Est autem caput Ursæ borealior antecedentium duarum in laterculo, ex veterum sententia, qui nullas præter septem τῆς Ἀμάξης, in Helices asterismo collocarunt. Item postremam in cauda Draconis secundum parallelum circulum esse in parte Leonis tertia. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ἄκρᾳ τῇ οὐρᾷ τοῦ Δράκοντος ἐπέχει, ὡς κατὰ παράλληλον κύκλον, τοῦ Λέοντος μοίρας γ'· ὁ δὲ εἰρημένος ἀστὴρ ἐν τῷ πλινθίῳ ἐπέχει τοῦ Λέοντος μικρῷ ἔλασσον τῶν γ' μοιρῶν. Utrumque falsum est, si in zodiaco spectetur illarum stellarum situs. Nam prior, quæ Ursæ caput antiquis erat, Hipparchi tempore in Cancri 15 parte versabatur ; postrema caudæ Draconis in Cancri 10, 36'. Ascensio recta prioris fuit 322, 32' anno Per. Jul. 4550; posterioris paucis annis postea, fuit 123, 57'. Divisa utraque per 30, confiunt in priori, signa 4, 2, 52'; in posteriori, 4, 3, 57'. Ita verum est quod ait Hipparchus de ambarum locis, si in æquinoctiali circulo secundum ascensiones rectas, vel, quod idem est, in eo parallelo considerentur, quem stellæ diurno motu delineant.

Rursus eodem loco scribit Hipparchus, austra-

horem succedentium duarum in laterculo obtinere propemodum partem Leonis vicesimam quintam. Atqui locus ejus in zodiaco fuit Hipparchi tempore in Leonis 0, 44′. Ergo ex ascensione recta situs iste computandus est; quam reperio graduum 145, 32′. His per triginta divisis, fiunt signa 4, 25, 32′, hoc est Leonis paulo plus gradu vicesimo quinto, in æquinoctiali, vel æquidistante ei circulo.

Ibidem extrema caudæ Helices statuitur in Chelarum, seu Libræ quarta parte. Locus erat in Leonis 27, 10′. Ascensio recta signorum 6, 4, 4′, plane ut Hipparchus voluit, in Libræ 4. Non igitur ad zodiacum, sed ad parallelum, æquinoctialemve, stellarum loca designantur.

Numero XII Hipparchus ait postremam caudæ minoris Ursæ sitam esse in gradu Piscium 18. Si zodiaci ratio habeatur, erat Hipparchi tempore in gradu Tauri 29. Ascensio recta 346, 16′, quibus per 30 divisis, conficiuntur signa 11, 16, 16′, hoc est gradus Piscium 16, 16′, secundum parallelum circulum. Jam quod idem asserit num. XIV caput Ursæ minoris, sive borealiorem antecedentium in laterculo plaustri, sitam esse in extremo Scorpii, id cum zodiaci loco non convenit: qui fuit Hipparchi tempore in gradu Cancri 13, 15′, sed cum ascensione recta, quæ fuit signorum 8, 1, 20′, ut hac ratione in Sagittarii 1 censenda fuerit.

Item in fine libri I, num. XXVII, scribit antecedentes in Hydri capite obtinere partem Cancri amplius 10, quod egregie ascensioni rectæ congruit: quam invenio Hipparchi tempore signorum 3, 10, 12′. Ita stellas, quæ sunt in Cephei capite, collocat idem in gradu amplius 10. Et nos ascensionem rectam australis deprehendimus signorum 10, 10, 43′. Stellam ejusdem asterismi, quæ in sinistro est humero, vel brachio, refert Hipparchus positam esse in gradu 25 Aquarii. Ascensio recta congruit, quæ est signorum 10, 26, 26′. At in zodiaco locus erat in Arietis 3, 48′. Ad hæc in sinistra manu Bootæ antecedentem stellam locat ibidem in Chelarum parte amplius 13. Ascensio recta est signorum 6, 11, 47′; locus in zodiaco, in Leonis 28, 38′. Præterea lib. II docet Hipparchus australissimam in sinistro pede Bootæ obtinere partem Libræ I. Hujus ascensio recta mirifice observationi congruit; nam est signorum 6, 1, 27′. At locus in zodiaco Hipparchi tempore in Virginis 19, 35′.

Plura his addere poteramus exempla: sed hæc ipsa, quæ selegimus, satis id quod volumus ostendunt, stellarum longitudinem ab Hipparcho statui secundum rectas ascensiones in æquinoctiali, sive parallelo circulo, non, ut hodie fit, in zodiaco.

Idem auctor declinationum ab æquinoctiali circulo persæpe meminit: nusquam autem latitudinis ab zodiaco. Tametsi non dubito hujus etiam Hipparchum rationem habuisse; postquam circulum istum artifices in cœlo metati sunt, et ejus obliquitatem animadverterunt. Sane Hipparchus observat, Eudoxum, et Aratum illius exemplo, in asterismis

A describendis, ab iis cœpisse, qui borealem habent a zodiaco distantiam, hoc est latitudinem, tum de australibus egisse: quod et Hipparchus ipse tenuit.

Quinetiam Geminus, qui octoginta circiter post Hipparchum annis floruit, non obscure significat, ætate sua tam longitudines stellarum, quam latitudines, ad zodiacum accommodatas esse. Nam initio libri asserit zodiacum in partes duodecim æquales, quæ sunt signa, distribui: qua ratione dividi necesse est æquinoctialem in partes inæquales. Atque idem nihilominus parallelorum circulorum meminit, quos æquidistantes ab æquinoctiali stella diurno circuitu designat. Quocirca verisimile est antiquos utroque modo stellarum longitudines ac latitudines putasse; pro eo atque ad institutam πραγματείαν
B expediret. Nisi enim latitudinem illarum ab zodiaco interdum adhibuissent, non distinguerent boreales earum situs ab australibus secundum zodiacum, sed æquinoctialem duntaxat: a quo solo latitudines earumdem repeterent. Hinc falsum esse constat, quod Josephus Scaliger capite primo libri *De anticip. æquin.* affirmat, ante Ptolemæum nullam aliam stellarum longitudinem vel latitudinem in usu fuisse, quam quæ penes æquinoctialem sumitur; primum autem Ptolemæum ad zodiacum utramque transtulisse. Atqui Geminus, qui ducentis amplius annis Ptolemæum præcessit, tam longitudines stellarum, quam latitudines in zodiaco descriptas esse sæculo suo, planissime declarat, ut
C paulo ante demonstravimus. Hipparchum autem et Eudoxum idipsum usurpasse nonnunquam, imprimis quod latitudines attinet, eodem conjecturæ genere licet assequi. Nihil est enim aliud boreales stellas, australesve dici, quæ a zodiaco versus aquilonem aut meridiem recedunt, quam ab eodem zodiaco latitudinem habere borealem australemve. At prius ab Eudoxo cæterisque, quod jam diximus, usurpatum esse liquet. Igitur et hoc quoque genus latitudinis agnoverunt, quod ab zodiaco sumitur. Nullum, quod meminerim, exemplum ab Hipparcho memoratur ex Eudoxo, in quo situs stellæ nominatim exprimatur; nam quod libro I, num. XII, caput Ursæ majoris ex Eudoxi sententia collocare videtur in parte Leonis duodecima, aliter sese res habet.
D Ut enim integer sit locus, non ipsum caput Ursæ conferri dicit ab Eudoxo in partem duodecimam Leonis, sed eam stellam, quæ secundum Eudoxum Ursæ caput erat, Hipparchus ipse ex sententia sua in eo gradu collocare videtur: ἡ δὲ κατὰ τὸν Εὔδοξον κεφαλή, « quam vero stellam Eudoxus caput Ursæ constituit. » Etenim Ursæ caput utriusque alibi Eudoxum, et antiquiores omnes statuisse, quam ubi hodie ponitur, Hipparchus existimat, nimirum utrobique borealiorem duarum in laterculo præcedentium caput appellasse; de quo paulo post agetur. Adde nondum videri Eudoxi sæculo institutam signorum in partes triginta divisionem, vel circuli totius in 360.

Ac ne ille quidem sincerus est locus; sed ei mea-

lum subest, ut omnino scripserit Hipparchus: A Ἡ δὲ κατὰ τὸν Εὔδοξον κεφαλὴ τῆς μεγάλης Ἄρκτου κατὰ τὸ δωδεκατημόριον τοῦ Λέοντος. Cum esset, τὸ ιϐ' μόρ. putavit legendum ιϐ' μοιρ. Adeoque τὴν ιϐ' μοιρ., quasi in duodecima parte poneretur, maxime cum proxime ante, Ἰχθύων μοιρ. ιϐ' scriptum esset. Verum Hipparchus plus semel docuit in tertia Leonis parte, non duodecima situm esse caput Ursæ majoris. Neque a seipso, atque ab rei veritate tantopere dissensisse hoc loco credendus est, ut in duodecima parte statueret.

Hipparchum vero, non in solo æquinoctiali stellarum longitudines, sed etiam in zodiaco alia ratione usuque contemplatum esse, ex libro ejus secundo ac tertio probari potest; ubi de συνανατολαῖς et συγκαταδύσεσι siderum disputans, aperte B zodiacum in duodecim partes æquales, singulas earum in triginta distribuit, eamque partitionem ab initiis signorum procedere tam ex sua, quam ex veterum sententia declarat. Atqui si in æquinoctiali solo longitudines observatæ fuissent, non esset in partes æquales sectus zodiacus; neque singula dodecatemoria tricenis constarent partibus.

Quo etiam argumento de Eudoxi sententia conjecturam capere posset aliquis, duodecim ab illo signa in zodiaco, ut de æquinoctiali taceam, collocata distributaque esse. Etenim Hipparchus libro I, num. XII, postremam caudæ minoris Ursæ ait in Piscium octava decima parte positam esse. At secundum institutam ab Eudoxo divisionem zo- C diaci, in tertio gradu Arietis: Ὡς δὲ Εὔδοξος διαιρεῖ τὸν ζωδιακὸν κύκλον, κατὰ τὴν γ' μοί. τοῦ Κριοῦ. Ita enim castigandum esse locum istum capite V sequenti demonstrabitur. Verum si ad zodiacum eum, qui proprie vocatur, calculus iste referatur, non octavo decimo gradu Piscium, sed Tauri vicesimo nono stella ista versabatur, ut supra docuimus. Necesse est ergo zodiacum circulum pro æquinoctiali ab Hipparcho accipi; nam ad æquinoctialem, parallelumve æquinoctiali circulum situs ille stellæ congruit. Quocirca mirus iste locus est Hipparchi, siquidem æquinoctialem cum zodiaco promiscue usurpasse monstrat antiquos. Etenim uter e duobus istis circulis in partes æquales dividatur, alterum oportet inæqualiter esse par- D titum. Cum ergo demonstratum sit ab Hipparcho in illa contra Eudoxum disputatione, circulum æquinoctialem in XII signa distribui, ad eumque stellarum referri longitudines, inæqualia esse zodiaci segmenta necesse est; quæ proprie ζώδια nominantur. Verum tam æquinoctialis dodecatemoria ζώδια vocantur in calce libri primi ab Hipparcho, quam circulus idem ille zodiacus. Nihilominus et is, quem proprie zodiacum appellamus, quique stellata signa sustinet, æqualiter in duodecim ζώδια, partesque CCCLX ab eodem Hipparcho libro II et III tribuitur. Unde verum est, quod supra docuimus, duplici ratione ac duobus in circulis signorum partitionem ab antiquis artificibus institutam fuisse: quod præfracte negat Scaliger, cujus et alia longe capitaliora in libro *De anticipatione æquin.* paulo post excutiemus.

Hanc Hipparchi hallucinationem asterismos, sive stellata ζώδια cum dodecatemoriis cognominibus promiscue capientis alii similiter expresserunt. Scribit enim Arati scholiastes ad illa verba,

Κρατὶ δὲ οἱ Δίδυμοι· μέσσῃ δ' ὑπὸ Καρκίνος ἐστί·
Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισι Λέων ὑπὸ καλὰ φαείνει·

in quibus Ursæ majori subesse dicit Geminos illius capiti respondentes, ventri Cancrum, pedibus Leonem. Ad hæc scholion observat quosdam Aratum reprehendere, quod Ursæ, quæ gradus non amplius triginta porrigitur, subtendi nonaginta gradus, hoc est tria dodecatemoria significet: quam ad objectionem nugarum nescio quid expromit. Nihil enim dicit, quod indictum non melius sit. Sed nimirum hoc illud est, quod monui, putasse qui sic objiciebant Aratum Geminorum, Cancri et Leonis vocabulis intellexisse dodecatemoria, cum de stellatis figuris loquatur. Nam hoc posteriore sensu verum est quod Aratus docuit, uti contra Hipparchum ostendimus. Quis non miretur adeo obcæcatos fuisse priscos illos et insignes astronomos, et eorum principem Hipparchum, ut ista non viderint? Sed erroris ansam ex eo ceperunt, quod ipsorum tempore stellatæ signorum effigies ejusdem nominis dodecatemoria tenebant. Ideo lubrica tunc erat, et opportuna fraudi mutua vocabulorum communio: quod hodie minus accidit, propter sphæræ octavæ et asterismorum in ea προήγησιν. Qua factum est, ut pleraque ζώδια extra sua dodecatemoria consistant.

CAPUT III.

Eudoxi sententia, contra atque Hipparchus putavit, exposita. Ejusdem Hipparchi error dodecatemoria cum asterismis confundentis. Aratus et Servius illustrati.

Hipparchus initio libri II auctor est, antiquiores mathematicos, aut omnes aut plerosque, cardines solaris circuitus zodiaci signorum initiis attribuisse: idque Aratum in opere suo secutum. Καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων δὲ μαθηματικῶν πάντων σχεδὸν, ἢ τῶν πλείστων, τοῦτον τὸν τρόπον ὁ ζωδιακὸς κύκλος διῄρητο. « Atque hac ratione zodiacum circulum mathematici propemodum omnes aut plerique partiti sunt. » Constat tamen interdum alibi, quam in signorum principiis, æquinoctia et solstitia collocari quondam solita fuisse, neque id constanter. Nam alii in principia (ait Achilles Tatius cap. XXIV), alii in octavas partes, alii in duodecimas, alii in quintas decimas, hoc est media in signa conferebant.

Eudoxum mathematicum insignem, qui Metonis ætate vixit, cardines ipsos in mediis signis posuisse accurate probat Hipparchus lib. II (pag. 120), allatis ipsiusmet Eudoxi verbis: quæ si quis expendere nobiscum velit, haud facile Hipparcho de Eudoxi opinione illa consentiet. Nam longe alia,

quam putavit Hipparchus, mihi quidem in illis locis velle Eudoxus videtur.

Verba Eudoxi : Δεύτερος δέ ἐστι κύκλος, ἐν ᾧ θεριναὶ τροπαὶ γίνονται. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ Καρκίνου. « Secundus vero circulus est, in quo est solstitium æstivum. In eo porro Cancri media sunt. » Item, Τρίτος δέ ἐστι κύκλος, ἐν ᾧ αἱ ἰσημερίαι γίνονται. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τά τε τοῦ Κριοῦ μέσα καὶ τὰ τῶν Χηλῶν. Τέταρτος δὲ, ἐν ᾧ αἱ χειμεριναὶ τροπαὶ γίνονται. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ Αἰγόκερω. « Tertius vero circulus est, in quo fiunt æquinoctia; in eo media sunt Arietis et Chelarum. Quartus autem, in quo solstitium est hibernum. In eo vero sunt media Capriconi. » Rursus idipsum et alio Eudoxi testimonio demonstrari ait apertius ; in quo de Coluris agens, alterum scribit continere τὸ μέσον τοῦ Καρκίνου, « medium Cancri, et τὸ μέσον τοῦ Αἰγόκερω, « medium Capricorni, » alterum vero, Chelarum et Arietis media. Hæc unica sunt de Eudoxo Hipparcheæ suspicionis argumenta, quæ non valde mihi persuadent; imo contrarium potius iis ex locis, atque ex ipsomet Hipparcho probare posse videor.

Sic igitur existimo : non de signis ipsis, sive dodecatemoriis in zodiaco, vel æquinoctiali primi cœli descriptis illic Eudoxum agere; sed de stellatis imaginibus et asterismis : quos tametsi in primo mobili ætas Eudoxi collocavit : quod tum nullus peculiaris stelliferi cœli orbis motus ab artificibus notatus esset; ut a supremo orbe distingui mereretur, ut ex Aristotele constat lib. II *De cœlo*, cap. XII. Tamen cum ejusdem primæ sphæræ dodecatemoriis minime paria facere credebantur, sed distincta erant invicem, ut alius esset Aries, hoc est imago picta stellis Arietis; aliud signum, sive segmentum Arietis ; aut duodecima pars, non solum zodiaci, sed multo magis æquinoctialis circuli ; in quo prius, quam in illo, duodecim signa constituta sunt. Qua de re paulo post agetur. Doceo primum Eudoxum illis omnibus in locis, quæ media vocat Arietis, Cancri, Libræ et Capricorni, stellatarum imaginum et asterismorum media nominare. Hoc vero non aliunde, quam ex ipsismet Eudoxo et Hipparcho declarabitur.

Etenim illa Eudoxi verba, ex quibus argumentatus est Hipparchus, eadem aliis in locis, sed pleniora perscripsit; cum de parallelis ab Eudoxo descriptis circulis sermonem instituit. Velut libro I, num. III, de tropico circulo : Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ Καρκίνου, καὶ τὰ διὰ τοῦ σώματος κατὰ μῆκος τοῦ Λέοντος, etc. « Sunt autem in illo Cancri media, et quæ per corpus Leonis secundum longitudinem transeunt. » Subjicit anguis Ophiuchi cervicem; dextram manum Ingeniculi ; et alia sidera, quæ circulus iste pervadit. Εἶτα συμπίπτει πρὸς τὰ μέσα τοῦ Καρκίνου. « Demum in eadem Cancri media revolvitur. » De hiberno quoque tropico, Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ τὰ μέσα τοῦ Αἰγόκερω, καὶ οἱ πόδες τοῦ Ὑδροχόου, καὶ τοῦ Κήτους ἡ οὐρὰ, καὶ τοῦ Ποταμοῦ ἡ καμπὴ, etc.

A « Sunt autem in ipso media Capricorni, et pedes Aquarii, et cauda Ceti, et Fluvii flexus. » Addit Leporem, et Canis pedes, et cætera, donec per Sagittarium ad eadem Capricorni media perveniat. Propterea libro eodem, num. XXII, ac deinceps, Hipparchus tropicos duos et æquinoctialem ex Eudoxi sententia describit, ac cœlestes imagines recenset, per quas illi transeunt. Velut tropicum æstivum per Cancri ac Leonis media trajici, æquinoctialem per Arietis media, Chelarumque partem asserit. Ex quibus perspicuum est Eudoxum asterismos intellexisse ac figuras cœlestes. Ut enim cum tropicum æstivum ait per Leonem medium secundum longitudinem transire, perque constellationes cæteras ; itemque tropicum æstivum per Sa-
B gittarium, Cetum, Fluvium, etc. : non dodecatemoria circuli ullius, sed stellatas effigies designat : ita cum per Cancrum, Capricornum, Arietem et Chelas eosdem meare circulos dicit, non signa ipsa, sive dodecatemoria, sed asterismos intelligit. Sed omnem tergiversationem submovet Eudoxus ipse, dum illa ipsa per quæ transire circulos ait, ἄστρα nominat, quæ nihil aliud quam asterismos et imagines significant. Achilles Tatius in *Phænomenis*, cap. XIV, ἄστρον δὲ τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων σύστημα, « systema plurium stellarum, » astrum esse vult. Idque Arati testimonio confirmat. At Eudoxus, Hipparcho teste, de coluris loquens, Ἔστι δὲ, ait, ἐν τούτοις ἄστρα τάδε· α' ὁ πόλος ὁ ἀεὶ φανερὸς τοῦ κόσμου· εἶτα
C τὸ μέσον τῆς Ἄρκτου κατὰ πλάτος· καὶ τοῦ Καρκίνου τὸ μέσον. « Sunt autem in iis hæc astra : primum semper apparens polus mundi. Deinde medium Ursæ in longitudinem; et Cancri medium, » ac subinde caudam notii Piscis, et medium Capricorni adjicit. Hæc de coluro solstitiorum. De altero loquens scribit, in eo contineri inter alios asterismos, τὰ μέσα τῶν Χηλῶν κατὰ πλάτος, καὶ τοῦ Κριοῦ τὰ νῶτα κατὰ πλάτος· « media Chelarum in latum, et Arietis terga itidem in latum. » Quid dici clarius potest, ut appareat Eudoxum, cum media Chelarum, Arietis, ac cæterorum appellat, imagines ipsas exprimere? Nam τὰ νῶτα, « terga, et latitudo, » nonnisi de figuris usurpari possunt. Media quipe signorum sive dodecatemoriorum, per se
D ἀναστέριστα sunt; neque « terga » dicuntur habere, neque latitudinem ; sed sola longitudine censentur.

Quid quod Hipparchus ipse lib. I, num. III, Eudoxi testimonia citaturus, astra illa vocat, et ἀστέρας, cum Aratum ait Eudoxi imitatione τὰ ἄστρα sic distribuere, ut a borealioribus inciperet ? Mox : Περὶ δὲ τῶν ἀστέρων τῶν ἐπὶ τοῦ θερινοῦ καὶ χειμερινοῦ τροπικοῦ φερομένων, ἔτι δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ, ὁ μὲν Εὔδοξός φησιν ἐπὶ τοῦ θερινοῦ οὕτως· Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ Καρκίνου. « De stellis vero, quæ in æstivo tropico feruntur, necnon in circulo æquinoctiali, Eudoxus quidem de æstivo ita loquitur : Sunt autem in hoc media Cancri. » Eodem genere sermonis utitur in hiberno tropico et æquinoctiali. Proinde asterimos et stellatas formas, non

igna duodecimasve zodiaci partes, aut æquinoctia- s Eudoxus indicat, quarum media iis ipsis secari irculis refert. Adde optimum Eudoxi interpretem ratum, qui et ipsum in omnibus secutus est; vel, t Hipparchus loqui solet, παρεγράψατο; nec ali- ɜr, ac nos facimus, mentem illius accepit. Nam de ropico scribit ipsum Leonem sub pectore, ac ven- re secare; Cancrum vero totum bifariam partiri.

.... αὐτὰρ ὁ κύκλος
"ν μὲν ὑπὸ στῆθος, καὶ γαστέρα μέχρι πρὸς αἰδῶ,
'έμνει τὸν δὲ διηνεκέως ὑπένερθε χελείου
Καρκίνον· ἧχι μάλιστα διχαιόμενόν κε νοήσῃς
Ορθὸν, ἵν' ὀφθαλμοὶ κύκλου ἑκάτερθεν ἴοιεν.

Quæ sic vertit Avienus :

.... at circulus ima calentis
Pectora, perque alvum procul in postrema Leonis
Succedit. Secat ast alius per viscera plana:
Et medio subter cava tegmina dividit orbem,
Lumina recludens altrinsecus orbita porro.

De hiberno quoque tropico scribit, eum Capricor- num medium dividere, atque Aquarii pedes, cau- dam Ceti :

Dividit imbriferi corpus medium Capricorni.
Idæique pedes pueri, postremaque caudæ, etc.,

ut vertit Avienus. Hic vero citra controversiam Cancer et Capricornus non signa, sive dodecatemo- ria, sed imagines sunt. Nam et χέλειον, sive *testa*, non aliter accommodari Cancro potest; et cum Aquarium perinde ab hiberno tropico secari, ac Capricornum asserat, non potest ad dodecatemo- rium referri. Quippe tropicus circulus Aquarii si- gnum neque dividit, nec attingit omnino. Sed neque illa ipsa, quæ contingunt, signa circuli isti partiun- tur bifariam. Sic de æquinoctiali Aratus idem :

Σῆμα δέ οἱ Κριός· Ταύροιό τε γούνατα κεῖται.
Κριὸς μὲν κατὰ μῆκος ἐληλαμένος διὰ κύκλου·
Ταύρου δὲ σκελέων ὅσση περιφαίνεται ὄκλαξ.

Signum autem ei Aries, Taurique genua sita sunt;
Aries quidem in longum ductus per cingulum;
Tauri vero crurum quanta apparet inflexio.

Ut genua Tauri ad asterismum ejus pertinent, sic Arietis corpus ab æquinoctiali circulo secun- dum longitudinem divisum ad imaginem Arietis, non ad dodecatemorium, necesse est referri : quem- admodum Hipparchus ipse docet lib. I, num. XXV, ubi Arati et Eudoxi de cardinalibus iisce ζωδίοις decreta probat, excepto quod de Ariete dictum est: qui totus æquinoctiali circulo borealior est. At Cancrum et Leonem medios trajici ab æstivo tropico recte illos sentire asserit. Vide reliqua illius loci, in quibus, quod valde mirum est, apertissime si- gnificat a se Eudoxi Aratique dicta ad stellatas ef- figies applicari.

Denique sive in æquinoctiali sive in zodiaco si- gna cœlestia constituerit Eudoxus, de qua re ca- pite superiori dictum est : neque in ipsius Eudoxi allatis ab Hipparcho verbis, neque apud Aratum, Aries, Cancer, Chelæ, Capricornus, de signis ac dodecatemoriis explicari queunt. Nam si in æqui- noctiali designentur, neuter tropicorum ea contin-

A gere, nedum dividere potest : si in zodiaco, ut de tropicis taceam, certe æquinoctialis Arietem, non secundum longitudinem, κατὰ μῆκος ἐληλαμένον partietur, sed transversum, et κατὰ πλάτος. Si- quidem sectiones æquinoctialis et zodiaci ab Eu- doxo, ut putat Hipparchus, mediis in signis lo- cantur.

Non absimili, ut equidem reor, ὁμωνυμίᾳ indu- ctus Hipparchus Eudoxum, Aratum et Attalum tra- duxit num. X libri primi, quod sub capite majoris Ursæ Geminos statuunt, sub Ursa media, Cancrum; sub posterioribus pedibus, Leonem. Ubi de aste- rismis sine dubio loquuntur : nam Arati versus, quos citat Hipparchus, non aliter intelligi possunt. At Hipparchus id ex eo refellit, quod caput Ursæ
B sit in Leonis parte tertia, nimirum in dodecatemo- rio Leonis, quod in æquinoctiali vel parallelo repo- nit. Hoc vero argumentandi genus alienum est, et in ὁμωνυμίᾳ conflictatur. Sed de hoc Hipparchi loco pluribus agetur capite tertio libri tertii.

Ad extremum similis ambiguitas fucum Servio fe- cit in Commentariis ad I *Georgic.*, ubi hæc enarrans,

Qua locus Erigonem inter, Chelasque sequentes,

quædam adnotat, quæ hic referre melius fuerit. « Ægyptii, inquit, duodecim esse asserunt signa : Chaldæi vero undecim. Nam Scorpium et Libram unum signum accipiunt. Chelæ enim Scorpii Libram faciunt. Iidem Chaldæi volunt æquales esse partes in omnibus signis : sed pro qualitate sui, aliud si-
C gnum XX, aliud XL habere : cum Ægyptii tricenas esse partes in omnibus velint. Modo ergo secundum Chaldæos locutus est, dicens posse eum habere locum inter Scorpium et Virginem. » Signa dupli- citer usurpantur. Aut enim dodecatemoria sunt æquinoctialis vel zodiaci, aut asterismi, quæ ἠστε- ρισμένα ζώδια vocat Hipparchus. Horum quædam dodecatemorio suo minora, quædam majora sunt, et in vicina redundant, ut supra diximus. Hæc cum legisset alicubi grammaticus, signorum genera illa duo permiscuit, et rem prorsus absurdam et inex- tricabilem docuit, signa omnia æqualibus descri- pta esse partibus, et tamen aliud tricenis, aliud qua- dragenis « pro qualitate sui » constare. Priore modo signa sunt dodecatemoria; posteriore, asterismi,
D quorum alii pauciores, alii plures occupant partes. Sic asterismi Scorpii pars est Chelarum asterismus, ut hac ratione undecim tantummodo sint ἠστερι- σμένα ζώδια, seu figuræ stellatæ apud Chaldæos. Nam Ægyptii, qui pro Chelis Libram posuerunt, legi- timum numerum obtinebant : signa quidem utri- que duodecim adhibuerunt. Cæterum Virginis aste- rismus olim Leonis et Libræ partes, præter justam portionem, occupabat. Inter hanc vero et Chelas Scorpii, quæ in Libræ dodecatemorio versabantur, vacuum est intervallum, quod ad idem Libræ dode- catemorion pertinebat : quo in spatio sedem indi- geti Augusto destinat Virgilius. Ea mens poetæ fuit, quam non assequitur Servius. At Martianus Capella libro VIII, cap. de fixis signis, recte hoc,

quod docuimus, explicat his verbis : « Hæc discernit zodiacus : qui quidem æquales duodecim signorum integrat portiones. Sed undecim habet signa. Scorpius enim tam suum spatium occupat corpore, quam Chelis occupat Libræ.

CAPUT IV.

De veterum opinione super annuis solis cardinibus, et qua ratione alibi quam initiis signorum collocati fuerint. Columella notatur. Sothiacæ periodi insignis epocha.

Quoniam mediis in signis ab Eudoxo constitutos esse cardines nequaquam, ut putavit Hipparchus, ex illius verbis conficitur, inquiramus modo quanam in parte defixerit; tum quæ ratio ab illis inita sit, qui alibi, quam in initiis signorum, cardines illos esse sciverunt.

Geminus capite XVI, quarto die, quam in Capricornum sol est ingressus, solstitium hibernum ex Eudoxo fieri scribit , vernum autem æquinoctium, sexto die τοῦ Κριῶνος. Idem auctor ex Euctemonis sententia solstitium hibernum primo die committi refert : necnon autumnale æquinoctium. Ex Calippo vero quatuor ipsos cardines nominatim signorum initiis contineri. Verum Columella lib. IX, cap. XIV, Metonem et Eudoxum, ac veteres astronomos scribit in octavis partibus signorum solstitia et æquinoctia posuisse; Hipparchum, mutata ratione, in signorum initia contulisse. « Nec me fallit, inquit, Hipparchi ratio, quæ docet solstitia et æquinoctia non octavis, sed primis signorum partibus confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi et Metonis, antiquorumque fastus astrologorum , qui sunt aptati publicis sacrificiis , quia et notior est ista vetus agricolis concepta opinio. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut aiunt, rusticorum litteris necessaria est. » Hipparchum ecce facit auctorem ejus instituti, quod principiis signorum cardines accommodat , cum veteres octavis partibus ascriberent. In quo partim ab Gemino, partim ab Hipparcho ipso dissidet ; nam Geminus nusquam in octava cujusquam signi parte constitutos esse cardines ait ; Hipparchus autem, ut superiori capite vidimus, ab Arato, et antiquis fere omnibus mathematicis in signorum initia collatos esse docuit. Non dubito quin Hipparchi potior hac in re, quam Columellæ sit fides ; ut qui tanto et antiquior, et harum rerum intelligentior , et in astronomorum veterum lectione detritior, quam Columella, fuerit. Et tamen hujus auctoritate plerique omnes adducuntur hodie, ut antiquissimis sæculis existiment octavis partibus signorum æquinoctia et solstitia ab astronomis mandari solita. Quod præ cæteris enixe tuetur Scaliger : imo unicum id ille fundamentum ei doctrinæ substruit, quam de Græcorum cæterorumque populorum annis explicavit. Sed neque funditus negaverim fuisse, qui ante Hipparchum cardines alio, quam in signorum initia contulerint : quod Geminus, Columella, Achilles Tatius, aliique confirmant; et a Julio Cæsare, ex communi utique ac recepta sententia, idem in annum suum esse translatum perinde omnes sentiunt. Quod quemadmodum ab iis institutum fuerit, et qua ratione inter se conciliari scriptorum illa dissidia possint, deinceps aperiemus.

Duobus omnino modis fieri arbitror potuisse, ut ab antiquis mathematicis æquinoctia et solstitia alibi, quam in ipsis signorum exordiis, constituta fuerint. Nam aut reipsa, et ex arte judicioque ita pronuntiarunt : aut cum de exactiore cardinum situ aliter existimarent , populorum usibus ac sensibus alterum illud minus accuratum cardinum genus indulserunt. Ut a priore ordiar, repetenda illa sunt imprimis, quæ de Chaldæis et Ægyptiis tradidimus capite primo ; quanam videlicet ratione signorum cœlestium partitionem instituerint. Insignem enim quampiam notarunt in cœlo stellam, a cujus emersione primum dodecatemorium in æquinoctiali circulo designarunt. Quo initio constituto, deinceps circuli totius anaphoricum tempus horarum quatuor et viginti, duodecim in partes ex æquo diviserunt : quarum singulas aliis itidem stellis sive in zodiaco, sive extra ipsum positis, et iisdem momentis orientibus, velut signis ac limitibus descripserunt. Ita quippe Sextus Empiricus docet, primi dodecatemorii designato principio, cætera æquabili partitione æquinoctialis divisione esse numerata. Quamobrem qui bona fide ac serio cardines in mediis signis, vel octavis, aliisque partibus fixerunt, verisimile est eos initium primi dodecatemorii non ab ipsa æquinoctialis et zodiaci intersectione cepisse; sed aliquanto ante spatio : quod in reliquis deinde servatum est. Cum autem ab insigni aliqua stella vernæ tempestatis initium auspicati sint, uti diximus, eligatur stella illa, quæ in præcedente cornu est Arietis. Ea ex accuratissima Tychonis observatione anno Christi MDC sita erat in gradu Arietis 27, 36′, cujus latitudo graduum est 7, 8′. Quoniam vero stellatus orbis in consequentia movetur, et annis circiter duobus et septuaginta gradum absolvit unum, inde sequitur ante aliquot sæcula in ipsum vernæ sectionis punctum incidisse stellam istam, ac rursus antiquioribus sæculis illud antevenisse. Verum non tam loci ipsius, qui in zodiaco stellæ competit, quique latitudinis circulo designatur, quam ascensionis illius obliquæ ducenda ratio est, ut quam in partem dodecatemorii æquinoctium incurrerit, æstimare possimus.

Scribebat ad me Godefridus Vendelinus, vir astronomiæ cumprimis peritus, circa annum ante Christi æram 1263, qui est periodi Julii 3450, videri tempus illud fuisse, quo ascensio primæ Arietis stellæ quindecim gradibus antecedebat æquinoctium vernum. Quo etiam tempore Neomenia Thoth, et ortus caniculæ, et solstitium, ac novilunium in eumdem diem inciderunt, qui erat Julii quintus, idque in Heliopolitano tractu : quod ad memoriam posteritatis insigne initium dedit Sothiacæ periodo, cujus meminit Clemens Alexandrinus *Strom.* I, ubi trecentis quadraginta quinque annis post migratio-

…m Israelitarum ex Ægypto, periodum hanc cœpisse scribit. Ita in Græco. At interpres quadringentos posuit. Per idem tempus erat prima stella Arietis in gradu Piscium 17, 12′, et æquinoctiale punctum antecedebat gradibus 12, 48′, hoc est temporibus ascensionalibus quindecim. Sane isto ipso anno primam Arietis ex methodo nostra deprehendimus in Piscium 17, 50′ : ascensio recta graduum 346 ; obliqua vero Memphi, aut Heliopoli, graduum 345, 6′, ita ut quindecim gradibus æquinoctium antecedat. Novilunium verum in eodem tractu commissum est Julii IV, hora 12, 46′, cum locus verus Solis esset in Geminorum 29, 19′. Quare sequenti die, hora quinta matutina in ipso Cancri solstitio fuit. In eodem Cancri gradu primo versabatur et Sirius, qui tum ortum matutinum cum sole faciebat prima die Thoth, quæ in eumdem incidit diem.

Non dubium est quin admirabilis hic rerum quatuor in idem tempus concursus, Neomeniæ Thoth, Lunæ ipsius, ortus Sirii et solstitii, apud Ægyptios singularem observationem meruerit, ut hæc pronde insignis epocha fuerit, tametsi nulla ejus in monumentis veterum memoria supersit. Atque ille demum annus ante Trojanum excidium centesimus ; post migrationem ex Ægypto, ducentesimus vicesimus septimus putatur in nostra Chronologia, a quo jure quidem Sothiaca periodus inchoari potuit.

Hinc illud Porphyrii libro *De antro nympharum* idem Vendelinus exponit, cum ait Ægyptios a Cancro, uti Romanos a Capricorno, annum incipere, atque ab exortu Sothios. Αἰγυπτίοις ἀρχὴ ἔτους οὐχ Ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ Καρκίνος. Πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα οἱ Ἕλληνές φασι. Νουμηνία δ' αὐτοῖς ἡ Σώθεως ἀνατολή, γενέσεως κατάρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. « Ægyptii annum ordiuntur non ab Aquario, ut Romani ; sed a Cancro. Huic enim affixa Sothis est, quam Canis stellam Græci nominant. Est autem ipsis Neomenia Sotheos exortus, quæ mundo procreationis initium dedit. » Hic de initio Cancri loqui videtur. Quare tempus illud potissimum intelligit, quo ortus cosmicus Sirii in Cancri principium incurrit. Quocirca, si, ut Sextus Empiricus et Macrobius docent, dodecatemoria primum ex observatione stellæ cujuspiam, et succedentibus ascensionum gradibus æquabili partitione constituta sunt, uti capite primo meminimus, potuit per illud tempus ab Ægyptiis prima illa notari stella Arietis, ab eaque segmentorum divisio procedere; ac tum in medium primi dodecatemorii vernum æquinoctium incideret : quod, semel ab illis decretum, ad aliquot sæcula propagatum fuerit, donec μετάπτωσις stellæ istius in consequentia discerni sensibus posset : ac singillatim duodecim, octo, sex, quatuorve temporibus ἀναφορικοῖς æquinoctium anteverteret. Unde varietas illa sententiarum super cardinum momentis ortum habuerit : etenim primi dodecatemorii initio constituto, cætera deinceps æquabili partitione distincta sunt ; ex quo factum est, reliqui ut cardines in eamdem dodecatemoriorum suorum partem inciderint, quotam in primo Arietis æquinoctium vernum occuparat.

Sub initium æræ Nabonassari, cum Arietis stella in Piscium gradu sita esset 25, in Heliopolitano tractu obliqua fuit ascensio graduum 350, ac decem gradibus æquinoctio erat anterior. Cyri porro, ac Thaletis sæculo, in eodem situ, Arietis stella jam ad Piscium 28 progressa, ascensio fuit obliqua graduum 352, atque in octavo gradu committebatur æquinoctium. Hæc in certis signorum partibus statuendorum cardinum ratio identidem adhiberi potuit, secundum ea quæ e Sexto Empirico cap. I declaravimus.

Sed non minus et illa probabilis est, quæ ex Hipparcho colligitur, in qua stellarum situs in æquinoctiali vel æquidistante circulo designatur per coluros a mundi polo per centrum stellæ trajectos ad æquinoctialem. Hanc si sequimur, aliquanto etiam commodius incidet, ut anno illo, quem supra definivimus tot rerum concursu memorabilem, æquinoctium in parte 15 contingat. Nam ascensio recta partium invenitur 346, anno periodi Jul. 3150, ita ut æquinoctium præcise in gradum 15 incurrat. Anno vero Nabonassari primo periodi Jul. 3967, ascensio recta partium erat 352, 34′ ; octavoque inde gradu æquinoctium fiebat.

Hæc posterior methodus priori non eo solum nomine præferenda venit, quod eamdem cum illa opportunitatem afferens, hoc habet insuper, ut Hipparchi veterumque, eo teste, rationi magis consentanea sit, sed etiam quod illud exhibet, ut circa Nabonassari epocham in octavam dodecatemorii partem æquinoctium competat. Hæc enim ex omnibus usitata maxime ac longius ad posteros propagata videtur opinio, quæ cardines octavis signorum partibus illigabat : quod adeo sub exordium nobilissimæ illius æræ constitutum a Chaldæis in Babylonia fuisse jure suspicari licet, indeque ad cæteros manasse.

Ammianus Marcellinus libro XXVI, ubi de bissexto agit, indicare videtur in Arietis secunda parte cardinem constare ex astronomorum veterum sententia; nam Metonem, Euctemonem, Hipparchum, et Archimedem recenset, et annum vertentem explicat, « ut verbo tenus, si a secunda elatus Arietis ad eam dimensione redierit terminata, » quem cardinem proxime ante nominarat. Circuli apud antiquos in partes sexaginta dividebantur, ut supra memoravi. Ergo singulis dodecatemoriis imputatæ sunt quinque, quarum unaquæque gradus hodiernos habebat sex. Itaque octavus signorum gradus ad secundam pertinebat. Hoc utrum sibi voluerit Ammianus, cogitandum amplius est.

Porro Metonis et Eudoxi tempore, cum jam stella prima Arietis Piscium graduum 29, eoque amplius attigisset, hoc est tricesimum fere, ascensio recta graduum erat 357 fere : sic ut in quartum inde gradum æquinoctium caderet. Ascensio autem obli-

qua Athenis fere 352, Heliopoli 353 circiter : atque hoc pacto vel in quarto gradu Arietis, vel in septimo, aut octavo collocari potuit æquinoctium. Quarum opinionum vestigia in scriptoribus antiquis et parapegmatibus occurrunt.

Tandem singulari astronomiæ bono Hipparchus exstitit : cujus tempore stella eadem Arietis prima in dodecatemorii primi zodiaci parte amplius tertia versabatur : siquidem anno periodi Jul. 4552 erat in Arietis 3, 9′ circiter, ascensio recta in ipso præcise puncto vernæ sectionis, nempe partium 359, 58′. Ergo ille præ cæteris solaris conversionis cardines ipsis æquinoctialibus intersectionibus ac circulorum contactibus asseruit : quod idem, paucis exceptis, mathematicos omnes antiquos tenuisse confirmat; contra quam plerique ex ipsa etiam antiquitate sentiunt. At illi ipsi, qui alibi quam in signorum initiis cardines constituerunt, non ita, ut Scaliger arbitratur (de quo nos postea dicemus), rem illam administrarunt, ut octavo aliove post intersectiones vel contactus gradu fieri æquinoctia, vel solstitia sentirent, sed ita, ut eosdem gradus, quos alii dodecatemoriorum primos esse vellent, ipsi octavos a primo, exempli causa, nominarent. Utrique vero non alibi, quam in circulorum συναφαῖς, et commissionibus, æquinoctiorum ac solstitiorum puncta fixerunt.

Ex quo id, opinor, accidit, ut ab ingressu solis in signa æquinoctium et solstitium utrumque postea distingueretur. Ita enim apud Varronem, Columellam, Plinium, Ovidium, et in Kalendariis antiquis observabis, atque in eo quod ex illis concinnatum edidimus, hoc in opere (pag. 60). Ibi enim solis introitus in signa cardinalia octavo circiter die ponitur ante æquinoctia solstitiaque; tum eadem ratione reliqua in signa solis ingressus antevertitur. Quod etiam rhapsodia illa sequitur sub nomine Ptolemæi a Leonico Latine primum edita, in qua tamen inter ingressum solis, et æquinoctia ac solstitia, non idem constanter intervallum statuitur. At in eo Ptolemæi libro (pag. 52), quem primum edidimus, uniusmodi cardinum genus est ad accuratiorem astronomorum calculum exactum, et Ptolemæi sæculo congruens.

Verum ut ab antiquioribus astronomis recte ista ipsa, quam exposuimus, methodo signorum initia ante cardinalia puncta definiri potuerunt (si id tamen vere ab illis institutum fuit; de quo dubios nos Hipparchi auctoritas facit) : ita post Hipparchum deinceps, ex errore imperitiaque, idem in vulgi usu ac sententia resedit. Cum enim Hipparchus æquinoctia in mutuis sectionibus zodiaci et æquinoctialis circuli fixisset, solstitia in zodiaci, tropicorumque contactibus, una cum signorum cardinalium principiis, adeo ut æquinoctia in eos dies caderent, qui Martii XXIV, et Septembris XXVII respondebant; solstitia vero Junii XXVI, et Decembris XXIV; vulgus tam sectiones ipsas, quam initia signorum, ante dies octo præpostere

A collocavit : in eoque pertinacius obluctari institit adversus Hipparchi astronomiæque placita : adeo quidem, ut Bedæ quoque temporibus, ac deinceps, idem perseverarit error, quod illius Kalendarium docet, in quo octo fere diebus ante æquinoctia, et solstitia solis in signa introitus ascribitur. Atque hæc est e duabus altera ratio secundum quam accidere potuisse diximus, ut ab astronomiæ peritis alio in gradu, quam in primo dodecatemoriorum, cardines defixi sint. Postquam enim et ex plurium antiquorum, ut Hipparchus asseverat, sententia, et Hipparchi ipsius auctoritate constituta res est, ut signorum cardinalium initia ab æquinoctiis solstitiisque ducerentur, cum id tamen vulgi ac rusticorum ex animis extorqueri non posset, quin octavis

B in partibus, aut aliis, quam in primis, æquinoctia et solstitia committi crederent, nonnihil ab artificibus indulgeri opinioni illi potuit. Quocirca qui rusticanis hominibus ephemeridas et Kalendaria scribebant, ut eorum captui atque usibus obsequerentur, ante dies illos, quos veris aut mediis cardinibus attribuerant, introitus in signa solis adnotasse videntur. Atque hoc de Sosigene præsertim suspicari convenit : cujus ex fastis hausisse apparet illa Varronem, Hyginum, Ovidium, Columellam, et Plinium, quæ cum communi ista, quam dixi, persuasione ab iisdem consentanea produntur. Sed neque Sosigenes, neque veterum quisquam eo modo, quem finxit, ac nonnullis probavit Scali-

C ger, æquinoctiorum, solstitiorumque momenta divulsit ab signorum ingressibus, ut hos scilicet præpostere ante illa poneret. Quod ut non semel, ita non sæpius, quam necesse est, his in libris repetimus; ac ne quid deinceps hæsitationis aut controversiæ restet, sequenti capite pleniorem hujus rei ideam facere conabimur.

CAPUT V.

Illustrantur uberius antiquorum sententiæ de cardinibus annuis; ac docetur contra Scaligerum, nunquam ab iis alibi, quam in circulorum commissionibus, illos esse constitutos; tum de Sosigenis, vel Julii Cæsaris æquinoctiis ac solstitiis. Servius notatur. Varro, Plinius explicati. Sosigenis inconstantia.

Ex iis quæ de annuis veterum cardinibus satis

D longa, sed necessaria disputatione complexi sumus, summa ista conficitur : antiquos astronomos majori ex parte solstitia et æquinoctia ipsis assignasse dodecatemoriorum principiis, tam in æquinoctiali, sive parallelo circulo, quam in zodiaco, ut auctor est princeps ejus artis Hipparchus (pag. 104, 105). Quicunque porro mediis signis, vel octavis partibus, ac cæteris, cardines attribuerunt, eos omnes ita circulos esse partitos, ut intersectiones æquinoctii et zodiaci, vel hujus et tropicorum contactus iis in signorum gradibus fierent, quotos æquinoctiis solstitiisque præfixerant. Quod autem astronomi omnes, qui quidem alibi quam initiis signorum cardines affingebant, ante sectiones contactusque circulorum, hoc est æquinoctia et solstitia

ριθῆ, dodecatemoriorum suorum principia capent, demonstrat Hipparchus lib. I, numero X, i australiorem succedentium in laterculo majoris sæ sitam ait esse ex legitima signorum divine, quæ tropica, et æquinoctialia puncta in siorum initia confert, in Leonis parte 25, antecentes autem in eodem laterculo in Leonis parte ulo minus tertia, at secundum alteram ratiom, quæ in mediis signis cardines constituit, iorem in Virginis parte decima; posteriores in usdem Virginis decima octava reponi. Sic extream in cauda majoris Ursæ, ex communi divione, in Libræ quarta parte: ex posteriori, et Euxea in decimanona.

Rursus num. XII scribit postremam et lucidissiam, quæ est in extrema cauda minoris Ursæ, sim esse in gradu Piscium 18, ut autem zodiacum vidit Eudoxus, in Arietis gradu tertio. Igitur sinorum initia Eudoxus aliique veteres anticipaant. In hoc Hipparchi loco mendum est, quod ex ertissima conjectura sustulimus. Legitur enim m in excuso, quam in scripto, codice: Ὁ δὲ ὔδοξος διαιρεῖ τὸν ζωδιακὸν κύκλον κατὰ τὴν γ' μοί. οῦ Κρίου, pro quibus rescribendum merito cenuimus: ὡς δὲ Εὔδοξος διαιρεῖ τὸν ζωδιακὸν κύκλον· ατά, etc., quod manifeste sententia exigit. Gradus 'iscium decimus octavus, est Arietis tertius, si rietis signum a quintodecimo ante sectionem radu computare cœperis.

Hæc non obscure testantur, æquinoctia, et solstiia nunquam alibi ab antiquioribus astronomis, uam in mutuis circulorum sectionibus, et tactioibus collocata fuisse, quas octavæ vel decimæ uintæ signorum parti, vel aliis imputabant: nec ctavas illas, cæterasve partes ab æquinoctialibus, ut solstitialibus punctis esse numeratas. Quod caligero, et plerisque aliis placere video; ac pro omperto passim haberi. Hinc enim Sosigenem Juiumque Cæsarem arbitrantur in octavos Kalendaum dies anni sui conjecisse cardines; ut in Kaendas ipsas succedentium mensium octavæ signoum partes inciderent, in quibus æquinoctia, solitiaque committi prisci omnes artifices opinati unt. Dici hoc a multis intelligo, a quo et nos ipsi liquando non abhorruimus. Sed id minime esse erum ex superiori omni disputatione colligitur. Non enim octavas partes qui olim ita sentiebant ost signorum cardines, sed in ipsis cardinibus locabant; initia vero signorum octavo ante gradu. Ac le Juliano quidem anno perspicua res erit, si quis llius formam ex Ovidio, Columella, Plinio, ac cæeris æstimare velit, a quibus est anni ejus expressa atio. Quippe ingressum solis in dodecatemoria ad ctavum circiter ante solstitia et æquinoctia diem pponunt; neque fando est hactenus auditum, ciile æquinoctium aut solstitium in Kalendas insequentium mensium a Sosigene vel Cæsare esse ejectum. Quod omnino necesse fuit, si aut veteres

A artifices ita consueverant; aut eorum exempla in annum suum transferre illi voluissent.

De hujusmodi aditu solis ad signa non eodem ab omnibus tempore defixo imperitissime Servius in Commentario ad II Georg. « Sane sciendum, inquit, omnes astrologos pro ratione climatum dissentire in ortu siderum: sed ipsa dissensio ultra septem dies non procedit; septem enim sunt ipsa climata. Hinc est quod solem ad unumquodque signum alii quintodecimo Kalend. die dicunt venire, alii quartodecimo, alii infra usque ad octavum; nec quisquam procedit ulterius: » quæ sunt bonæ mentis inanissima.

Ut de anno Juliano quod explicandum superest B absolvam, quinam dies ineundis a sole cardinalibus signis ex Julii Cæsaris, sive Sosigenis decreto præstituti sint in Kalendario Juliano, non tam facile dictu est, quam haberi vulgo video. Nam plerique Martii XXV æquinoctium vernum a Cæsare constitutum esse censent: solstitium æstivum XXIV Junii; æquinoctium autumnale XXIV Septembris; brumale denique solstitium XXV Decembris, omnia in octavis Kalendas. Ita ex Columella lib. IX, cap. XIV, et lib. XI, cap. II colligitur; diserte vero Plinius lib. XVIII cap. XXV et XXVIII id affirmat. Hoc modo intervallum ab æquinoctio verno ad solstitium, dierum est XCI, altero termino excluso, a solstitio ad æquinoctium autumnale, XCII, ab æquinoctio autumnali itidem XCII ad brumale solstitium. C Hinc ad vernum æquinoctium, dies XC. Ita dies colliguntur anni totius CCCLXV.

Atqui hæc ipsa cardinum intervalla non Varro solum, sed, quod mirum est, Plinius ipse capite illo XXV libri XVIII longe aliter partitus est. Ut a Varrone ordiar, hic in libro I *De re rustica*, cap. XXVIII, de anno Juliano loquens, hoc est « diebus, » inquit, « civilibus, qui nunc sunt, » ab æquinoctio verno ad solstitium numerat dies XCII; hinc ad autumnale æquinoctium, dies XCVI: ab hoc ad brumale solstitium, dies LXXXIX. Inde ad æquinoctium vernum dies LXXXV. Desunt ad annum complendum dies tres. Jam vero si æquinoctium vernum collocetur in VIII Kal. Apr., hoc est Mar-D tii XXV, addanturque dies XCII, calculus desinet in VII Kal. Julias, Junii XXV; tum adjectis diebus XCVI, incidet æquinoctium in Septembris XXIX; solstitium autem brumale, additis LXXXIX diebus, cadet in XXVII Decembris; reliqui erunt ad annum complendum dies LXXXVIII. At Varro a bruma ad Favonium dies XLV, a Favonio ad æquinoctium vernum dies XL computat: qui non plures collecti, quam quinque et octoginta faciunt. Sed mendosum videtur intervallum ab solstitio æstivo ad æquinoctium autumni; quod præter aliorum omnium consensum diebus XCVI finitur; tum etiam alterum, ab hiberno solstitio ad vernum, quod justo brevius est. At ecce turbat iterum Varro, qui eodem capite verno tempori tribuit dies XCI, æstati XCIV, au-

tumno xci, hiemi lxxxix; quas quidem tempestates ante cardines ipsos incipit : ver a Favonio, qui spirare incipit ex a. d. vii Id. Febr. ad vii Id. Maii; æstatem inde ad diem vii Id. Sextiles; autumnum ab hoc die ad iv Id. Nov.; reliquum hiemi imputat. Hæc intervalla si singillatim computes, exclusis prioribus terminis, invenies priori dies competere xci, æstati dies xc; autumno dies xcv; hiemi lxxxix. Minime itaque sibi consentiens est Varro.

Plinius vero nihilo magis concors est secum, et ejus locus manifestissimo mendo tenetur. « Cardo, inquit, temporum quadripartita anni distinctione constat per incrementa lucis. Augetur hæc a bruma, et æquatur noctibus verno æquinoctio, diebus xc, horis iii. Deinde superat noctes ad solstitium diebus xciii, horis xii, usque ad æquinoctium autumni. Et tum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus lxxxix, horis iii. » In his verbis desideratur intervalli circumscriptio, quod ab solstitio æstivo ad autumnale pertinet. Legendum itaque post, « horis xii, » hoc fere modo, « et inde diebus xcii, horis xii usque ad æquinoctium autumni. » Nam tria intervalla hic expressa dies conficiunt cclxxii, horas xviii. Ea detracta de diebus ccclxv 1/4, residuos faciunt dies xcii 1/2. Quare ex mente Plinii Julius Cæsar hæc annua intervalla descripsit.

Ab æquinoctio verno ad solstitium dies xciii, horas xii.

A A solstitio ad æquinoctium autumnale dies xcii, horas xii.

Ab æquinoctio autumnali ad brumam dies lxxxix, horas iii.

A bruma ad vernum æquinoctium dies xc, horas iii.

His animadversis, si æquinoctium vernum statuatur in xxv Martii, additis diebus xciii, calculus desinet in xxvi Junii. Hinc post dies xcii, conjicietur autumnale æquinoctium in xxvi Sept., solstitium hibernum in xxiv Decembris, aut xxv, ut inde ad vernum æquinoctium dies reliqui sint xc. Bidua itaque in solstitio æstivo, et autumnali æquinoctio Plinius a seipso discrepabat. Crediderim primum a Sosigene civile solstitium æstivum in Junii xxiv, B et æquinoctium in Septembris xxiv esse collatum, solstitium hibernum xxv Decembris : ut in octavum Kalendas quatuor cardinalium signorum introitus inciderent.

In Kalendario, quod Julii Cæsaris nomine Lucas Gauricus edidit, æquinoctium vernum ascribitur viii Kal. Apr., nono die ab ingressu solis in Arietem : et solstitium æstivum viii item Cal. Julias, septimo die quam sol in Cancrum subiit. Sed valde rudem oportet esse, qui hoc Kalendarium Julii Cæsaris esse sibi persuadeat, uti libro VI *De doct. temp.*, cap. XII, demonstravimus.

Postremo si quis veros anni cardines anno primo Juliano scire velit, ex sequenti tabella discet; in C quam medios quoque solis ingressus in dodecatemoria conjecimus ex Diagrammate lib. I, pag. 31.

Tabella mediorum, ac verorum solis ingressuum in signa cardinalia anno primo Juliano.

Cardines medii.			Cardines veri.	
Æquinoctium vernum	Martii,	xxiv, 21, 11'.	Martii	xxii, 23, 47'.
Solstitium æstivum	Junii,	xxiv, 4, 39'.	Junii	xxiv, 23, 3'.
Æquinoctium autumni	Sept.	xxiii, 12, 6'.	Sept.	xxv, 11, 11'.
Solstitium hibernum	Dec.	xxiii, 19, 34'.	Dec.	xxiv, 23, 54'.

Hinc apparet Sosigenem medios potius solis ingressus in signa, quam veros exprimere voluisse : quos fere, præterquam in uno hiberno solstitio, consecutus est. Plerique tamen scriptores, dum veterum astronomorum cardines diversis temporibus constitutos relegunt, per imprudentiam eos in Julianum annum transtulerunt. Quinetiam Sosigenes ipse videtur parum in hac re definienda sibi constitisse. Nam « trinis commentationibus (ait Plinius lib. XVIII, cap. XXV) quanquam diligentior esset cæteris, non cessavit tamen addubitare, ipse semet corrigendo. » Itaque aliis, atque aliis diebus cardines illigavit, ex quo varietas illa scriptorum in constituendis æquinoctiis ac solstitiis in anno Juliano manasse videtur.

CAPUT VI.

De falsa Scaligeri sententia super veterum astronomorum solstitiis. Contra quem demonstratur, neque perpetuam sub tropico meridiem fieri illos putasse, neque solstitium in toto dodecatemorio. Geminus explicatur.

Hic de cardinibus veterum opinione constitutis injectus a nobis sermo, Scaligeriani cujusdam commenti meminisse nos facit, quod in Manilianis illius Notis legitur (pag. 157), et in epistola quadam ad Mamertum Patissonem, quæ est quarta libri primi editarum nuper illius epistolarum. « Ibi ab ipsis incunabulis astronomiæ (verba sunt epistolæ) D hanc veterum Græcorum opinionem fuisse censet, Eudoxi, Metonis, Cleostrati, et Euctemonis; omnium denique ad Eratosthenem, et Hipparchum usque; perpetuam μεσημβρίαν sub tropico fieri æternamque diem. Item solstitium non in puncto λόγῳ θεωρητῷ Cancri, vel Capricorni, sed in integro dodecatemorio committi. Horum prius illuc in novissima editione Manilii legere non memini : posterius autem in Notis exstat ad lib. I Isagogicum, ubi de Antisciis agit. Utrumque vero non solum ridiculum est, sed falso etiam antiquis illis astronomis affingitur. Quippe alterum ex ambobus, de perpetua luce sub tropico, non aliter stare potest, nisi antiquos illos putasse velimus parallelum istum supra finitorem, quantus quantus est, ex-

stare totum, nec ipsius ullam partem sub terra esse A conditam. Atqui id falsum est. Eudoxus certe apud Hipparchum lib. I (pag. 6) asserebat tropici circuli in Græcia partem illam, quæ supra terram emergit, ad eam quæ infra terram latet, eam rationem habere, quæ est duodecim ad septem. Hoc non potuit Eudoxus animo concipere, nisi talem sibi sphæræ positum fingeret, ut quo propius ad æquinoctialem acceditur, eo major tropici æstivi pars sub terram descenderet; minor autem emergeret, donec eo ventum esset, ubi ex æquo circulus ille ab horizonte dividitur. Absurdum est itaque persuadere sibi, vel Eudoxum, vel, æqualis qui fuit ejus, Metonem, aut alium quemlibet, qui astronomi nomen utcunque tueretur, adeo stolidos fuisse, B ut perpetuum in Ægypti limite diem esse crederent: nam Syene, quæ sub tropico sita est, in eo tractu ponitur. Neque vero comprehendi ratione ulla potest, solem, cum ad tropicum pervenit, perennem sine nocte facere lucem, nisi immobilem ibi consistere putemus: quod astronomos illos suspicatos esse defendi non potest, quin eosdem velimus et in Græcia, et ibi, ubi erant, arbitratos esse nulla interruptum nocte tum esse diem. Quamobrem, ut de cæteris modo taceam, certe de Cleostrato, Metone, Euctemone, Eudoxo, adeoque vetustioribus etiam mathematicis, quorum quidem mentio exstet, nemo tale quidquam, nisi absurdissime, cogitare potest.

Alterum commenti caput minus, quam illud, in- C eptum, validius tamen refellitur. Nam si Meto, Eudoxus, Calippus, et alii ante Hipparchum fere solstitia in integris dodecatemoriis, non in certa illorum particula fieri censuissent, non, opinor, illa ipsa solstitia certis dierum momentis a se observata proderent, ut Meto, qui solstitium illo die factum animadvertit, qui Junii nostri diei XXVII respondebat: ut Calippus, cæterique, quorum in parapegmatibus decreta notabantur; quemadmodum apud Geminum, et in Ptolemæi libro de inerrantibus Græce a nobis edito videre licet. Etenim solstitium æstivum Calippus in prima Cancri parte collocabat, ait Geminus (pag. 15); hibernum in prima Capricorni ponebat Euctemon; Eudoxus in quarta. Verum, ut Hipparchus asserit, Eudoxus in mediis D signis, hoc est in gradu 15 cardines statuebat, quod capite superiori disputavimus. At vero si per totum dodecatemorion solstitium diffundi crederent, non illud certis tantummodo diebus illigassent, puta primo, quarto, vel octavo ab ingressu solis in signum. Hipparchus lib. II docet, ex Arati sententia, committi solstitium in prima parte Cancri, eamque mathematicorum veterum, aut omnium, aut majoris partis opinionem fuisse. Ἐν ταύτῃ τῇ τροπῇ τοίνυν τὴν ἀρχὴν ἐπέχει τοῦ Καρκίνου. Καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων δὲ μαθηματικῶν πάντων σχεδὸν, ἢ τῶν πλείστων τοῦτον τὸν τρόπον ὁ ζωδιακὸς κύκλος διῄρητο. Excipit Eudoxum, qui τὰ τροπικὰ σημεῖα κατὰ μέσα τὰ ζώδια τίθησι. Ptolomæus lib. III (pag. 62 Gr. edit.), scribit observationes solstitii a Metone et Euctemone factas ad verum solis designandum circuitum utiliores Hipparcheis fore, nisi ὁλοσχερέστερον, id est rudiore Minerva delineatæ forent, ac nisi præterea solstitiorum morosior esset ac difficilior animadversio. Quæ Ptolemæi verba vanissimam illam Scaligeri conjecturam esse evidenter arguunt.

Pene omiseram quod ad rem magnopere spectat, ex eodem, cujus proxime meminimus, Hipparcho (lib. I, pag. 18). Hic enim contra Attalum demonstrat æquinoctialem circulum, ac tropicos latitudine carere ex opinione priscorum; neque in aliis atque aliis parallelis æquinoctia vel solstitia committi: quod inde probat, quia crebro asserunt illi zodiacum ἐφάπτεσθαι τῶν τροπικῶν καθ' ἓν σημεῖον, « in uno puncto circulos tropicos contingere. » Ad hæc si latitudinem haberent circuli, æquinoctium, exempli causa, pluribus diebus fieret: quod sensus ipse redarguit. Nam æquinoctia facilius, quam solstitia discernuntur oculis. At vero eadem ratio et de solstitiis vincit, uno illa tantummodo die ἀκριβῶς ac φύσει peragi, quod in uno solum puncto contactus fiat circulorum.

Unus ad divinationis istius fidem citatur a Scaligero testis Geminus: qui cap. I quorumdam veterum opinionem refellit, qui Cancrum et Capricornum minime putabant cum ullo signo conjugari, hoc est nullum esse, quod eodem loco cum utrovis oriatur et occidat. Hoc refutat Geminus, quia sequeretur τροπὰς in toto Cancro fieri: quod non est ita; nam in uno tantum puncto λόγῳ θεωρητῷ accidunt. Sed ex eo Gemini argumento non est consequens, eam Metonis, Eudoxi, et id genus astronomorum opinionem fuisse. Imo vero, quod Eudoxum spectat, alienum hunc fuisse ab hoc errore, præter illa, quæ paulo ante retulimus, alio loco Geminus idem aperte significat cap. VI de mensibus, ubi popularem quamdam opinionem castigat arbitrantium Isia apud Ægyptios in Eudoxi χειμερινὰς τροπὰς incidere: quod ante annos CXX contigisse probat. Igitur Eudoxus hibernum solstitium uno aliquo die circumscripsit.

Atque ut antiquiora quoque tempora perstringam, certe Hesiodus, astronomiæ scientia clarissimus, qui altero post excidium Trojæ sæculo floruit, solstitium utrumque nequaquam in totis dodecatemoriis, ac diebus circiter tricenis utrobique committi censuit. Scribit enim lib. II Operum, post LX dies a solstitio hiberno Arcturum oriri: quem locum expendemus postea. Tum eodem libro, quinquagesimo die post τροπὰς æstivas autumnum ait incipere:

Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
Ἐς τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης,
Ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος.

Quinquagesimo die post solstitium,
Cum ad finem venit æstatis laboriosa tempestas,
Tempestiva est mortalibus navigatio.

Hæc ad convincendam Scaligerianæ sententiæ falsitatem, et idonea sunt, et necessaria fuerunt, ne quis temere stoliditatis tantæ reos perageret antiquos illos astronomos; præsertim Metonem, Euctemonem, Eudoxum, cæteros denique ad Eratosthenem et Hipparchum.

CAPUT VII.

De cardinibus veterum sententia contra Geminum defensa. Signa imperantia, auscultantia, videntia, ex Ptolemæi, Pauli Alexandrini, Manilii et Firmici rationibus explicata. Mira in his et Firmici loco hallucinatio Scaligeri.

Sed ut veterum de cardinibus sententia magis illustretur, tum multa ad idem negotium spectantia, nec indigna scitu obiter explicentur, Gemini locus ille accuratius explicandus est. Quadruplicem signorum τάξιν, καὶ θέσιν exponens Geminus (pag. 6), quartam appellat eam, quæ κατὰ συζυγίαν dicitur; quam eorum signorum esse docet, quæ ex eodem oriuntur loco, et in eodem occidunt : sive quæ iisdem parallelis includuntur, ut sunt Cancer et Gemini, Capricornus et Sagittarius, ac cætera, quæ ex æquo distant ab alterutro punctorum solstitialium. In quo veteres reprehendit, qui Cancrum cum nullo alio συζυγίαν habere putabant; neque Capricornum, sed ambos μοναχοὺς, et ἀζύγους esse : quippe cum signis omnibus borealius oriatur, et occidat Cancer, Capricornus autem australius. Nam nullum est, quod peræque, ut ista duo, ad boream austrumve deflectat. Itaque duobus iis exceptis, C reliqua decem ita comparabant.

Syzyga signa secundum veteres.

Cancer		
ἄζυγος		
Gemini	et	Leo
Taurus	et	Virgo
Aries	et	Libra
Pisces	et	Scorpius
Aquarius	et	Sagittarius
Capricornus		
ἄζυγος		

Syzyga signa secundum Geminum.

Gemini	Cancer
Taurus	Leo
Aries	Virgo
Pisces	Libra
Aquarius	Scorpius
Capricornus	Sagittarius.

In utroque diagrammate discrimen hoc cernitur, quod illud veterum syzygias inter ea signa statuat, quæ æqualiter distant a totis signis tropicis, in altero σύζυγα signa æqualiter a punctis ipsis tropicis absunt. Geminus antiquos refellit, quod ex eorum ratione consequens fit, solstitia in toto dodecatemorio Cancri contingere. Nam cum signa comparia sint, quæ ex eodem loco ortus suos faciunt, et in eumdem occidunt; ut Gemini ac Leo ita se habeant, necesse est æquales in illis esse dies, hoc est parallelorum segmenta supra finitorem eadem : quod aliter fieri nequit, quam si ex A æquo remota sint a solstitiali puncto. At secus res habet; nam Geminorum extremum est ipsum solstitiale punctum; Leonis autem, sexagenis ab eo gradibus distat. Idipsum in Libra et Ariete clarius ait ostendi, quæ duo syzyga faciebant; atqui Libra multo quam Aries australius oritur, et occidit. Hæc Geminus.

Verum longe aliam, quam putavit Geminus, priscorum mathematicorum rationem fuisse, neque recte ab illo reprehensos esse persuasum habeo. Non enim qui hoc asserebant cardinalia puncta in ipsis signorum initiis, sed in mediis, hoc est in gradu decimo quinto collocabant : quam Eudoxi fuisse sententiam Hipparchus asserebat, de qua nos cap. IV fusius egimus. Atque ut Eudoxi non B fuerit, eorum veterum certe fuit, qui ita, ut Geminus scribit, comparia inter se signa composuerunt. Hoc enim modo verissimum erit, quod illi veteres putabant, syzyga esse signa Libram et Arietem, quod ex æquo distarent ab utroque solstitio, sive a decimo quinto gradu Cancri et Capricorni. Tum id consequens est, perperam ex ea veterum opinione, quam refert, improbatque Geminus, conclusisse Scaligerum (*In Manil.*, pag. 157), quod capite antecedenti' diximus; priscos illos τροπὰς et solstitia in totis triginta gradibus, non in puncto aliquo λόγῳ θεωρητῷ statuisse, id enim falso suspicatus est, neque causam habuit, cur hoc sibi commento placeret adeo, ut ejus inscitiam mathematicis exprobraret. Mirum vero portentum hoc erroris Eudoxo ab eodem impingi, imo auctorem illius Eudoxum asseri. In quo multiplex est ἀπροσεξία. Nam si Eudoxus in decimo quinto gradu Cancri τροπὰς æstivas fieri scripsit, hibernas in Capricorni decimo quinto, utrobique mediis in signis, idque ipsius Eudoxi testimonio constare apud Hipparchum putat Scaliger; quinam, obsecro, consentaneum est, in toto signo constitutas ab illo τροπὰς fuisse? Ad hæc si princeps ita sensit Eudoxus, non ergo Metoni, ac vetustioribus aliis, qui Eudoxum antecesserunt, hoc ipsum venit in mentem : quod tamen universe de antiquitate omni temere pronuntiabat Scaliger. Eradatur igitur ex omni litterarum memoria fœdissima ista labes D opinionis, quam ille ἀκρίτως in Eudoxum ac veteres astronomos ausus est conferre. Sed nec Gemini castigatio nos illa delectet; contra quam patrocinari antiquis illis quam facile possumus, tam merito debemus.

Sic in antisciis veterum ex eodem fonte erroris explicandis, ac traducendis impune lusit Scaliger, quæ quidem consentanee iis quæ pro opinione illorum adduximus, veriorem ad sensum accommodare licet. Quod ut breviter fiat, paulo altius repetenda res erit.

Ex vanissima τῶν ἀποτελεσματικῶν ratione, dodecatemoria zodiaci varias inter se σχέσεις, sive σχηματισμοὺς habent, quos aspectus vulgo nominant. Ex quibus eos duntaxat hoc loco seligemus,

qui ad negotium nostrum pertinent, auctoribus adhibitis Ptolemæo in *Tetrabiblo* (lib. I), Paulo Alexandrino, Manilio, et Firmico. Igitur signa aut sunt οἰκεῖα, « familiaria, » sive « cognata; » aut ἀσύνδετα, « inconjuncta, » et « aliena. » Priora dicuntur, quæ schematismo aliquo, vel οἰκειώσει inter se devincta sunt; posteriora, quæ nullum habent ex iis, quos astrologorum usus adscivit. Schematismus vel est κατὰ διάμετρον, ut Aries et Libra, vel κατὰ τρίγωνον, vel κατὰ τετράγωνον, vel κατὰ ἑξάγωνον, de quibus Geminus cap. I, et nos ad eumdem in Notis quædam observavimus. Alterum genus οἰκειώσεως, secundum quod signa alia sunt προστάσσοντα, « imperantia, » alia ὑπακούοντα, « auscultantia : » quæ ambo communi nomine ἀκουόντων, « audientium, » Paulus Alexandrinus, et Manilius intelligunt. Tertium genus οἰκειώσεως est τῶν βλεπόντων, sese mutuo conspicientium. Ut de posterioribus his ambobus agam.

Ptolemæus προστάσσοντα, et ὑπακούοντα signa vocat, τὰ κατ' ἴσην διάστασιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ καὶ ὁποτέρου τῶν ἰσημερινῶν σημείων σχηματιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τοῖς ἴσοις χρόνοις ἀναφέρεσθαι καὶ ἐπὶ ἴσων παραλλήλων. « Quæ pari intervallo ab eodem vel alterutro punctorum æquinoctialium distantia, figuram, seu conspectum habent : quod æqualibus temporibus oriantur, et in æqualibus parallelis. » Zodiacus circulus ab æquinoctiali bifariam secatur in punctis æquinoctialibus. Hinc semicirculus alter borealis dicitur, habens signa borealia sex, quæ sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo; alter australis totidem signis præditus, quæ sunt, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces; borealia signa sunt προστάσσοντα; australia vero ὑπακούοντα. Cujus rei causam affert Ptolemæus quod in borealibus signis paulatim dies augeantur, in altero contrahantur. Ob id imperare illi debent, isti parere, ex artis ineptissimæ decreto. Hac ratione signa illa inter se pariabimus.

Signa.

Imperantia.	Auscultantia.
Aries	Pisces
Taurus	Aquarius
Gemini	Capricornus
Cancer	Sagittarius
Leo	Scorpius
Virgo	Libra

Hæc enim signa sunt ἰσανάφορα, et ἰσοπαράλληλα, quod æqualiter distent ab ambobus æquinoctialibus punctis. Æquales, inquam, parallelos habent, non eosdem, ut Camerarius vertit. Id enim signis videntibus convenit, quæ a tropicis punctis ex æquo distant : de quibus agit ibidem Ptolemæus.

Igitur alterum genus οἰκειώσεως est eorum quæ βλέποντα, *videntia*, dicuntur, et ἰσοδυναμοῦντα, *æquali potestate prædita*. Sunt autem ejusmodi, quæ ex æquo distant ab alterutro solstitii puncto. Ea porro mutuo se videre dicuntur ideo quod et dies diebus, et noctes noctibus æquales faciant; tum quod iisdem ex horizontis partibus oriantur, et in iisdem occidant. Atque hæc sunt σύζυγα signa, quæ ex Gemino superius explicavimus, ut Gemini, Cancer, Taurus, Leo, et cætera, de quibus in Notis ad Geminum aliqua diximus.

Ἀσύνδετα et ἀπηλλοτριωμένα, *inconjuncta et aliena signa* dicuntur, quæ nullius schematismi ex antecedentibus istis societatem coeunt invicem. Ita Ptolemæus.

At Manilius et Paulus Alexandrinus audientia et videntia signa aliter explicant. Nam apud eos videntium paria constant iis signis quæ ex æquo distant a totis signis tropicis ut sunt Gemini, Leo, Taurus, Virgo, ac reliqua; quæ descripta sunt in altero schemate τῶν συζύγων, secundum veteres, ut eorum mentem interpretatus est Geminus. Itaque Cancer et Capricornus ἄβλεπτοι sunt et μοναχοί, nec alia, sed se sola contuentur.

Rursus imperantia signa et auscultantia statuunt iidem, quæ ex æquo distant ab æquinoctialibus integris signis, ita ut priora borealia, posteriora sint australia. Ergo extra sortem sunt Aries et Libra, neque se invicem audiunt, neque alia; sed solitaria sunt, ac μονόζωνα, cætera ὁμόζωνα. Ea in tabella sequenti licet intueri.

Signa Manilii et Pauli

Imperantia		Ausculantia.
	Aries ἄζυγος	
Taurus		Pisces
Gemini		Aquarius
Cancer		Capricornus
Leo		Sagittarius
Virgo		Scorpius
	Libra ἄζυγος.	

Aries itaque imperandi vel auscultandi cum nullo commercium habet, Libram autem videt, ut et Arietem Libra.

Consilium ipse suum est Aries : ut principe dignum est,
Audit se; Libramque videt,

ait Manilius. Taurus Virginem videt, et Piscibus imperat; Pisces Scorpium vident, et audiunt Taurum, et sic reliqua. At Demophilus προστάσσοντα, et ὑπακούοντα eodem quo Manilius et Paulus modo describens, hoc uno differt, quod Arietem imperantem Libræ statuit, et Libram auscultantem Arieti.

Julius Firmicus lib. II, cap. XXXII, videntia signa eadem cum Ptolemaicis, et συζύγοις Gemini facit, eaque se ex Ptolemæo, Antiocho, et Dorotheo Sidonio describere profitetur, atque antiscia nominat, nimirum quod umbras ex æquo respondentes, et ἐναλλάξ faciant. Nam in Geminis et Cancro æquales sunt noctes, sed inverso ordine : quippe initium unius fini alterius congruit. Initio Geminorum dies noctesque paria faciunt cum diebus, ac noctibus in fine Cancri. Ita initium Tauri cum fine Leonis; finis illius cum hujus initio convenit. Sic antiscii in sphæra dicuntur non solum quod umbras in diversas partes jaciant, sed etiam quod

alternis et contrario modo æquales habeant; etenim antœci nostri, cum est biems nobis, umbram habent breviorem; nos vero longissimam : vicissim autem, cum æstatem habemus, umbræ sunt nobis brevissimæ, illis longissimæ. Tum præpositio ἀντὶ nonnunquam æqualitatem significat, ut ἀντίθεος, quod notavit Achilles Tatius ad Arati *Phænomena*. In hac antisciorum ratione, ac loco Firmici immaniter aberravit vir maximus, ut ejus simii verbis utar, qui nihil ex isto, nisi fastum et præcipitem confidentiam expressit. Nam in Manilianis, antiscia se veterum hactenus ignota primum omnium explicasse jactat (p. 155 et 159), et mathematicos omnes, quód nesciebant docuisse. Igitur antiscia veteribus signa illa fuisse dicit, quæ a punctis quatuor cardinalibus ex æquo distant; hoc est tam audientia, quam videntia. Porro cum iidem veteres æquinoctia, et solstitia committi crederent in totis dodecatemoriis, tricenisque gradibus, inde accidisse, ut et audientia illa facerent, quæ ex æquo distant ab Ariete vel Libra, et videntia, quæ ab Cancro et Capricorno totis ex æquo remota sunt. Hæc a veritate sunt alienissima. Falsum est antiquos antiscia nominasse signa ulla, quæ ab integris cardinalibus signis æquali spatio distarent, siquidem ipsis signorum initiis cardines affigerent. Tum in antisciorum οἰκειώσει sola puncta solstitialia locum habuerunt, non æquinoctialia; neque tota ipsa Cancri et Capricorni dodecatemoria, sed illa ipsa puncta solstitiorum. Nullum vanissimæ opinionis argumentum aliud Scaliger attulit, nisi Firmici locum (lib. II, c. XXXII), quem pessime interpretatus est. Ejus scriptoris verba sunt : « Antiscia, Græcorum sunt nobis magisterio tradita. Nolo enim aliquis suspicetur, quod non sit apud Græcos iste tractatus. Nam si Ptolemæus nullam aliam rationem sequitur, nisi antisciorum, et Antiochus, cum dicit quod Libra Arietem propter terram, quæ media est, non videat; quasi per speculum quidem rationem antisciorum attingit. » Subjicit his Firmicus antisciorum descriptionem ex Dorotheo Sidonio, qualem nos antea reddidimus, videlicet in qua signa distant æqualiter a punctis tropicis : quæ unica est, et verissima ratio τῶν ἀντισκίων, vetustati cognita. At Scaliger ex illis Firmici verbis colligit primum, τὰ προστάσσοντα *tantum*, et ὑπακούοντα « antiscia vocari » a Firmico : tum antiscia Antiochi falso cum Ptolemaicis confundi, cum sint diversa; nam Antiochi antiscia sunt illa veterum, in quibus comparia signa ab integris dodecatemoriis cardinalibus ex æquo removentur, ut sunt Aries et Libra. Hæc Scaliger. In quibus tam ab rei veritate, quam a mente Firmici totus aberrat. Firmicus antiscia sola illa signa nominat, quæ Ptolemæus βλέποντα, non imperantia, nimirum ea duntaxat, quæ a punctis solstitialibus æqualiter distant; nec sunt diversa, quæ Antiochus astruebat, ab antisciis Ptolemæi aut Firmici. Antiochum ait Firmicus antisciorum obscure meminisse verbis illis, quibus

A Arietem dixit non videre Libram propter interjectam terram. Quibus nimirum significabat, aliud esse signum, quod Aries videt, hoc est Virginem. Quid absurdius Scaligeriana ista ratione, dici ab Antiocho Arietem ac Libram antiscia signa, hoc est videntia, ut ex Ptolemæo docuimus, quæ se ob terram interjectam videre non possunt? Si βλέποντα sunt, cujusmodi sola sunt antiscia, profecto videre se mutuo debent. Cæcus admodum fuit, nimiumque properans, cum hunc Firmici locum legeret, qui tam apertum conflictum sententiæ suæ non animadvertit. Et tamen sæpius de antisciis veterum a se primum explicatis et patefactis triumphat Scaliger : in quibus nihil vidit omnino.

Postremo ut ad Manilii et Pauli Alexandrini B videntia et audientia signa redeat oratio, verisimile est hanc illorum rationem, quæ paria signorum instituit ejusmodi, quæ non a punctis cardinalibus, sed ab integris eorum dodecatemoriis pari spatio distant, ex illa veterum, quam supra declaravimus, opinione manasse; quæ puncta eadem non initiis signorum, sed mediis ipsis ascripserat. Ita quippe tam imperantia et auscultantia distant æqualiter ab æquinoctialibus punctis, quam a tropicis βλέποντα; antiscia vero nominari sola hæc posteriora debent. De hisce vide Mirandulani disputationem lib. VI contra astrol. cap. XII.

CAPUT VIII.

De dignoscendis stellarum ortibus et occasibus, quorum apud auctores mentio fit : quæ res certis regulis, et exemplis instruitur; Theophrastus, Varro, Plinius, Columella, Ptolemæus, aliique vel illustrati, vel emendati; quæ sit admissura temporaria, et serotina. Geneseos locus exponitur. C

Qui ex astronomicis tabulis computantur ortus, obitusque stellarum, quales in fine libri primi descripsimus, ii veri sunt, et ἀκριβεῖς, nec ad liquidum apparentes, etiam heliaci; nam in hoc posteriori genere (de cæteris enim explorata res est, nequaquam eos visu posse discerni) extremi apparitionis termini colliguntur; hoc est momenta ipsa, in quibus ita primo postremove cernuntur, ut citra ea videri desinant. Quamobrem quod tum propius contingunt horizontem, et interjectis nebulis ac vaporibus plerumque latent adhuc, et intuentium D frustrantur oculos, hinc apud scriptores raro illa eadem exprimuntur tempora, quæ tabularum methodus exhibet; sed aliquanto ante, vel postea, ortus et occasus illi referuntur. Ac sunt ea repetenda memoria, quæ ex Gemino (cap. XI, pag. 28) capite hujus libri tertio tradidimus; ortus occasusque matutinos veros, sive non apparentes, priores esse φαινομένοις, id est « apparentibus; » contra vespertinos apparentes prius accidere quam veros : quod et res ipsa docet, et quæ in laterculum conjecimus exempla demonstrant. Ibi enim heliaci ortus, sive matutini apparentes, cosmicis posteriores sunt, et occasus heliaci, sive apparentes vespertini, acronychos, seu vespertinos veros antecedunt. Tum in vespertinis ortibus et matutinis occasibus, a quibus

onge absunt heliaci, idem usuvenit, uti nos capite llo declaravimus. Cum enim sol contra primi orbis mpetum versus ortivas cœli partes ab occiduis suo- ›te motu rapiatur, stellam, ubi consecutus est, a ergo relinquit, et in consequentia magis magisque ititur. Ita fit ut, cum stellam in oriente positus ›ccidentem ex adverso respicit, qui est verus co- smicus occasus, adhuc eam radiis abscondat suis, iec videri patiatur : post, ubi longius abscessit, inte illius ortum paulatim cadentem prospiciamus, quod pluribus deinde diebus accidit. E contrario :um in occidente sol est, oppositam habens e diametro stellam qui est verus ortus stellæ vespertinus, deinceps eamdem occultare pergit, ad eamque paulatim adrepit. Itaque ante tempus illud oppositionis pluribus diebus occasum jam solem exortu suo stella consecuta fuerat, quem apparentem ortum vespertinum nominant.

Hinc apud scriptores etiam illos, qui uniusmodi cœli positum, observationemque secuti sunt, pluribus diebus ante, vel post exortus veros, occasusque, stellarum φάσεις notantur : quod illi apparentes fere consectati sunt. Quæ quia non uno die ac momento accidunt, ideo sub eadem tempora plerumque repetuntur, et ad dies propagantur aliquot. Sed in iis designandis complures obscure loquuntur, ac perplexe; qui nec ortuum et occasuum tempora, neque speciem aperte significant, ac vix conjecturæ lectoris ulli satis idoneam ansam offerunt. Itaque usu ac judicio cumprimis opus est ad ea discernenda, in quibus vel nulla, vel exigua ad pronuntiandum φάσεων genus argumenta suppetunt. Accedit locorum regionumque diversitas, in quibus ortus et occasus illi fiebant; cujus varietatis auctores sæpe ratione habita nulla, quæ aliis atque aliis observata sunt locis ac temporibus nec iisdem ex parapegmatibus confecta, permiscent invicem : quæ res morosam, ac propemodum inextricabilem istarum rerum investigationem facit.

Sed ut in iis inquirendis, quoad fieri potest, certam tirones viam teneant ac regulam, hoc, quod paulo ante diximus, animadverso, nimirum apparentes potius φάσεις, quam veras, ab scriptoribus adhiberi : tum eo quoque, apparentes ortus et occasus matutinos posteriores esse veris; priores autem apparentes ortus et occasus esse vespertinos quam veros : his, inquam, cognitis, ratione quadam quod volumus assequemur. Imprimis igitur zodiaci punctum, quo cum proposita stella supra infraque horizontem pervenit, ex laterculo nostro, vel, si in eo non continetur, ex methodo canonum explorare convenit. Deinde, si certum anni tempus ab auctore definiatur, gradum eclipticæ συνανατέλλοντα, vel συγκαταδύοντα confer in Kalendarium Julianum, in eoque cœlestem mensem observa, cui gradus ille competit. Si dies ab auctore sit expressus, idemque cum invento abs te gradu consentiat, ortum esse cosmicum, vel occasum acronychum intelliges. Sin opposita in parte sit,

A occasum cosmicum, et ortum acronychum. Quod si tempus ὁλοσχερῶς tantummodo declaratum fuerit, ex contextu orationis ipso divinandum erit, cum ea cautione ut ex duobus propinquis ortibus et occasibus, apparentem potius eligas quam verum, nisi uterque, quod rarius est, ab scriptore comprehensum fuerit; tum enim utrum utro prius sit, ex iis quæ paulo supra præscripsimus, observandum erit.

Si ortu vel occasu utcunque concepto, de tempore conjectura facienda est, ex auctoris verbis colligenda species est. ortus ipsius aut occasus; postea punctum zodiaci cum stella oriens, vel descendens, in Kalendario requirendum; demum veri an apparentis tempus sit, itidem, ut supra, deli-

B berandum.

In his stellis quas laterculum nostrum superiore libro, capite octavo continet, laborem hunc sublevant expressa ortuum omnium occasuumque momenta. Verum quoniam, ut proxime antecedente capite dictum est, nondum liquido apparentes ortus et occasus astronomico, quem ibi persequimur, calculo conficiuntur, idcirco qui ab auctoribus indicantur ortus et occasus, prout exiguo intervallo sui quemque generis ortum occasumque notatum in tabula antevertunt, aut sequuntur, ita eidem ascribendi sunt.

Quoniam vero diversis e parapegmatibus, hoc est Italicis, Græcis et Ægyptiacis, aut interjectarum

C regionum, sine ullo interdum discrimine, quæ de stellis referunt, scriptores hauserunt; hinc judicio ad ea discernenda opus est, et in stellis, quas descripsimus, ad utrumque cœli positum, Romani et Alexandrini, tentandus est calculus : cæterorum tractuum utcunque ex illis ratio constabit.

Sic in anterioribus vel posterioribus Juliana editione sæculis, paucis illic fere detractis; hic additis ad Juliano tempori congruentem modum diebus, ortus occasusque stellarum investigabimus. In quibus omnibus otiosa est nimis accurata diligentia, imo stulta, cum ne auctores quidem illi, quos assequi studemus, tantam in ea sibi re præstandam putaverint.

Nimis ea jejune ac parum utiliter præscribun-

D tur, nisi exemplis usus illorum aperiatur : quod hic in paucis ad aliorum specimen experiemur. De Sirio et Vergiliis plura sequentibus capitibus ex instituto dicemus. Itaque horum modo exemplis abstinebimus.

Arcturum Theophrastus in lib. IV *Hist. plant.*, cap. XII Boedromioni imputat : nec de ortu, an occasu loquatur, indicat. Τὴν δὲ τομὴν ὡραίαν (ait de calamo tibiali) πρὸ Ἀντιγενίδου μὲν, ἡνίκ' ηὔλουν ἀπλάστως, ὑπ' Ἀρκτούρῳ, Βοηδρομιῶνος μηνός. « Cædi tempestive solitas, usque ad Antigenidem, cum adhuc simplicius tibia uterentur, sub Arcturo, mense Boedromione. » De ortu tamen intelligendum esse, persuadet gradus Virginis, quo cum Juliano sæculo supra finitorem attollebatur, nempe 14.

Item de heliaco et apparente loqui perspicuum est, tum quod apparentes potius, quam veros ab auctoribus memorari diximus, tum quod in Virginis 27 gradum incidere videmus heliacum ortum, id est verum et cosmicum. Parthenonis porro XXVII dies in Kalendario ad Septembris XXI adnotatur; Theophrasti vero sæculo aliquot ante diebus accidebat. Denique Boedromionem scimus tertium ab solstitiali mensem fuisse lunarem. Ptolemæus noster ortum confert Arcturi in XXVI Septembris et Octobris III, recte.

Plinius (lib. XVIII, c. XXVI), eamdem Arcturi stellam asserit exortum vespertinum facere VII Kalendas Martii, Columella vero IX Kalendas. In laterculo nostro acronychus exortus Arcturi fit in gradu Piscium 14, id est Ichthyonos XIV, quæ in Kalendario Martii V convenit. Verum, ut sæpe dictum est, ortus vespertinus verus, quem tabula præbet, posterior est apparenti. Ideo aliquot diebus post occasum solem exoriens stella prospecta est, donec verum ad exortum perveniret. At Firmicus lib. VIII, cap. XIV, Arcturum scribit in parte Sagittarii quinta ortum facere : quod est falsissimum. Occasum acronychum alicubi legerat in ea parte fieri : pro quo imprudenter ortum reddidit. Acronychus occasus Juliano sæculo fiebat in parte Sagittarii 4, heliacus autem in parte Scorpii undecima. Porro undecima dies Scorpionis pridie Nonas Novembres in nostro Kalendario notatur : circa quem diem a Plinio et Columella ponitur, hoc est paucis ante diebus, ut ex Kalendario, quem ex ambobus et Ovidio confecimus, liquet, quoniam apparens occasus vespertinus verum antecedit. Denique Columella lib. IX, cap. XIV, scribit Arcturum oriri post quinquagesimum a canicula diem : quod de ortu heliaco verum est. Sirius oriebatur Cæsari Leontonos VIII, id est Augusti II, Arcturus Parthenonos XXVII, intervallum dierum quinquaginta solidorum.

Orionem Theophrastus ait oriri ἐν ἀρχῇ τῆς ὀπώρας· δύνειν ἐν ἀρχῇ τοῦ χειμῶνος, ubi ὀπώραν pro inclinante jam æstate sumit, diebus aliquot a confecto solstitio. In laterculo, lucida pedis Orionis heliacum ortum facit Carcinonis XVIII, Julii XII. Sed Theophrasti sæculo, et Athenis maturius id fiebat. Verum post ortus heliaci diem ex tabulis confectum apparentes iidem ortus matutini repetuntur. Itaque propagatus hic ortus est usque ad ὀπώρας initium. At matutinus occasus ejusdem lucidæ contigit Scorpionos V, Octobris XXIX; zonæ media Scorpionos XII occidit, Novembris V; humerus dexter Scorpionos XXI, Novembris XIV. Itaque verum est ineunte hieme Orionem occidisse. Conveniunt et quæ de Orionis ortu ab Ovidio, Columella, et Plinio produntur, ut cum zonam oriri VI Kalendas Julii asserunt Ovidius et Plinius. Media quippe stella baltei in Ægypto Carcinonos quarto heliace oriebatur Romæ XVII; sed ante hanc in eodem balteo altera consurgit.

Polybius lib. I scribit Romanos in Africam e Sicilia trajecisse inter ortum Orionis et Sirii, incommoda tempestate. Ortum utrobique intelligit heliacum. Nam Sirius Leontonos VIII, ineunte Augusto, Orion paulo post solstitium oriri incipiebat. Ergo Julio mense navigarunt. Sic Hesiodus messis ac trituræ tempus circumscribit Orionis exortu :

> . . . *Εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ μένος Ὠρίωνος·*
>
> . . . *Cum primum apparere cœpit robur Orionis.*

Leonis in pectore clara stella occidit XXVII Januarii, ut scribit Columella, ut Ovidius, XXIV. In laterculo nostro eadem stella Hydronos tertio mane occidit, prorsus ut Ovidius refert, Januarii XXIV. Quare de occasu cosmico capiendus est. At Columella Leonis claram in pectore stellam exoriri asserit IX Kalendas Augusti et pridie Nonas Augusti Leonem oriri medium. Quod de heliaco non potest accipi; qui Leontonos XVIII, Augusti XII primitus occœpit, ad verum et cosmicum referri potest. Atqui Plinius lib. XVIII, cap. XXVIII, « tertio Kalendas, ait, Augusti mensis regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari immergitur. » Matutinum occasum hæc verba demonstrant, qui in Aquarii gradu tertio, Januarii XXIV accidit. Mendosus ergo locus est Plinii, ac legendum omnino est « emergit, » vel « emergitur, » id est oritur cum sole.

Geminus occasum Leonis consentanee ponit Aquarii secundo. Ptolemæus Leonici basiliscum occidere scribit VI Kalendas Februarii, sive Januarii XXVII. Græcus autem a nobis editus statuit ejusdem occasum in Januarii, vel Tybi XXII; necnon Mechir, vel Februarii VI. Sextus Mechir convenit Januarii ultimo.

Inter Hyades lucidissima est, quæ in oculo Tauri posita Palilicium sidus a Romanis vocatur. Occasum Hyadum refert Hesiodus in idem tempus quo Pleiades et Orion occidunt; idque arationi opportunum esse scribit in secundo libro :

> . . . . . *Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ*
> *Πληϊάδες θ' Ὑάδες τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος*
> *Δύνωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι.*

Hic occasum matutinum sive cosmicum significat. Nam in laterculo nostro Palilicium mane occidit in gradu 9 Scorpii Romæ, id est Novembris 2, quo die Columella Tauri caput occasum facere scribit, ut et Geminus ex Calippo. At in Ægypto matutinus occasus fiebat in gradu Scorpii undecimo, Novembris IV. Porro idem Columella Suculam mane occidere ait XXI Novembris, necnon Rhapsodus ille sub nomine Ptolemæi a Leonico editus. Nam Græcus noster in Novembris, vel Athyr XVI Sucularum ortum matutinum conjicit. Apud Geminum Hyadum occasus die Scorpionos XXVII, ex Euctemone; ex Eudoxo, XXIX contingit, qui Julii Cæsaris ætate respondebant Novembris XX et XXII; Euctemonis vero et Eudoxi sæculo, dies illos antecedebant. Hic est apparens occasus matutinus Hyadum,

i est vero posterior. Ideo post cosmicum verum dies aliquot extenditur: quemadmodum ortus spertinus verus posterior est apparentibus, qui uribus diebus ante illum sæpe repetuntur in Fais. Verus exortus vespertinus Palilicii sideris lii tempore, Scorpionos XXI, Novembris XIV conuebat, post verum occasum matutinum. Sed aprens ortus vespertinus præcedebat: quem VI ovembris, vel Athyr, Græcum Ptolemæi parapena collocat. Geminus autem Zygonos XXII, Euxi sæculo; Plinius lib. XVIII, cap. XXXI, sexto alendas Novembris Suculas ait exoriri vesperi, dem scilicet apparente ortu. Mox vero pridie alendas Novembres Cæsari dicit exoriri cum sole uculas. Falso. Nam id verno tempore accidit. cripsit aut scribere debuit, « cum sole occidente. » alilicium sidus idem Plinius libro XVIII, cap. XVI, refert occidere vespere ex Cæsaris calculo, v Kalendas Maias, id est Crionos XXVI, quem in iem heliacus occasus illius ex nostris ratiociniis icidit. Ptolemæus Leonici Suculas ait emergere prilis VI. Imo immergebantur illo tempore, et post ccasum solem condebantur, quod Aprilis XVII ostremo faciebant. Hinc apud eumdem XII Aprils, XV, XVI et XVII occultari vespere dicuntur. Etnim ortus Palilicii matutinus apparens cœpit in ulianis Fastis Didymonos XI, Junii IV. Unde castiandus est Ptolemæus Græce a nobis editus; qui unii III lucidam Sucularum ait occidere vespere, uod est falsum. Ideo statim Junii VII ἑῷος, inquit, πιτέλλει. Non minus castigandus est Geminus, ui Tauronos die XXXII ponit ortum vespertinum lyadum. Pro quo matutinus substituendus est; uem Didymonos V mox, Eudoxo auctore, statuit.

Capellam, quæ est in Aurigæ tergo, scribit Ovilius, et Columella exoriri Kalendis Maiis. Plinius III mensis ejusdem. Hoc in Ægypto verum est le ortu heliaco, qui in Tauronos die IX incidit. Romæ autem, Crionos XVII, Aprilis VIII. Ptolemæus noster Martii XXIX, et Aprilis XVIII Capræ matutinum ortum exhibet. Geminus ex Euctemone Tauonos IX.

Delphinum Ovidius ait vespere oriri IV Idus Junias:

Navita puppe sedens Delphina videbimus, inquit,
Humida cum pulso nox erit orta die.

Consentiunt Plinius et Columella. Laterculum quoque nostrum adamussim convenit. Nam lucida caudæ Delphini acronychum exortum ibi facit Didymonos XVII præcise, qui est IV Idus Junias.

Lyram, seu fidiculam occidere vespere Columella XXII Januarii, Ovidius XXIII prodiderunt. Est hic heliacus occasus, non acronychus, ut a quibusdam notatur. Nam heliacus occasus Lyræ accidit Hydronos VI, Januarii XXVII.

Aquilam IV Kal. Januarias occidere vespere auctor est Columella lib. XI, cap. II. Plinius lib. XVIII, cap. XXVI, tertio Kalendas in Attica et finitimis locis. De occasu heliaco loquuntur; qui

A Romæ fiebat in gradu Capricorni undecimo, id est Januarii II; Alexandriæ in gradu quinto, sexto Kalend. Jan. Ptolemæus Græcus Decembris, vel Chœac XXVII, et XXX Aquilam occidere ait vespere. Gemino quoque septimo Capricorni idem evenit auctore Euctemone. Eamdem mane oriri vicesimo sexto Toxonos referebat Eudoxus. Sic in laterculo nostro ortus illius heliacus in XXVIII Toxonos incurrit, qui est Decembris XXI. Græcus Ptolemæus Decembris, vel Chœac XXV. Rhapsodus a Leonico editus mendose habet ortum vespertinum Aquilæ XI Kalend. Januar. Hic enim in gradu Geminorum IX contigit, Junii II, cui et Columella et Plinius astipulantur, necnon Ovidius, quin et Rapsodus ipsemet.

B Varro lib. II *De re rustica*, cap. II: « Tempus optimum ad admittendum (de ovibus loquitur) ab Arcturi occasu ad Aquilæ occasum. » Plinius quoque lib. VIII, c. XLVII: « Coitus omnibus ab Arcturi occasu, quod est a. d. tertium Idus Maias, ad Aquilæ occasum, id est XIII Kalendas Augustas. » Ita legendus hic locus, qui vulgo depravatus est. Intelligunt utrobique cosmicum occasum sive matutinum; nam Arcturus in Geminorum quarto gradu incipiebat occidere, id est Maii XXVIII, Romæ; Alexandriæ vero Tauronos XIII, id est Maii sexto: Aquila mane item occidit Romæ Carcinonos XXVII, id est XII Kalendas Augustas. Hoc tempus admissuræ unicum ovibus ambo illi tribuunt. Postea concepti agni invalidi sunt, ait Plinius: quos C « cordos » antiqui vocabant. Verum alterum præterea tempus fuisse, et quidem nonnullorum ex opinione commodius, idem mox Plinius indicat his verbis: « Multi hibernos agnos præferunt vernis: quoniam magis intersit ante solstitium, quam ante brumam, firmos esse: solumque hoc animal utiliter bruma nasci. » Virgilius II *Georg.* inter laudes Italiæ eam recenset, quod ibi,

Bis gravidæ pecudes.

Quo Servius pertinere illud *Bucol.* II putat:

Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.

Quamobrem feturam aliam æstivam, aliam hibernam fuisse conjectura est, non in Italia solum, D sed etiam in Oriente, ut in Syria et Mesopotamia. Geneseos cap. XXX, 41 et 42, duplex hæc admissura significatur: quarum una tempestiva, altera serotina dicitur. Itaque Jacob in maturiore et tempestiva decorticatas ex parte virgas alveis imponebat, ut variæ ac maculosæ pecudes nascerentur, quæ in mercedem sibi cesserant; quod priore illa fetura valentiora et robustiora pecora gignerentur. In serotina virgas non ponebat, ut ex ea natæ pecudes, quæ imbecilliores erant, Labanis essent. Quem ad locum Hieronymus in *Tradit.* et Augustinus *Quæst.* XCV *in Gen.* bis in Mesopotamia, ut et in Italia, gravidas esse pecudes asserunt. « Natura autem Italicarum ovium, et Mesopotamiæ una esse traditur, » ait Hieronymus. Sed in consti-

tuenda admissuræ utriusque tempestate variant auctores. Nam alii tempestivam esse putant eam, quæ vere fit : serotinam, autumnalem. Ita Aben Ezra, aliique ex Hebræis, quos Munsterus, Fagius, Mercerus sequuntur, ex nostris Perrerius et Delrius. Alii contra tempestivam admissuram autumno, serotinam vere factam arbitrantur. Ita Vatablus. Nec aliter sanctus Hieronymus in *Tradit.*, si ejus verba diligenter attendimus : « Si quando oves et capræ primo tempore ascendebantur, quia melior vernus est fetus, ante ipsas ponebat virgas, ut varia soboles nasceretur. » Vernus fetus est qui vere nascitur. Hunc ergo hieme ineunte, vel autumno desinente gigni oportuit. Oves enim uterum ferunt mensibus quinque, vel diebus CL ; ut Aristoteles auctor est lib. VI *Hist. anim.*, et Plinius loco cit.

Ut huic posteriori sententiæ faveam potius quam alteri, facit illud imprimis, quod « temporarii » et « serotini » vocabula alias in sacris litteris usurpentur ad eum modum, quem illa defendit. Ut cum imber temporarius et serotinus dicitur Deuteron. XI, 14, Hebr. יורה מלקוש, ὑετὸς πρώϊμος, καὶ ὄψιμος. Quem ad locum R. Selomoh יורה interpretatur de pluvia, quæ post sementem cadens terram et satus irrigat, מלקוש vero de ea quæ sub messem venit. Cui et Aben Ezra consentit, necnon David Kimhius *in cap. II Joel.*, com. 24, ubi utraque pluvia memoratur, ac tempestivam ait Kimhius mense Marcheswan accidere, serotinam in Nisan. Chaldæus ibidem serotinam confert in Nisan.

Origo appellationis utriusque duplex, ut opinor, fuit. Prima et antiquissima ex ipsa rerum natura, et rusticorum operum usu et commoditate manavit. Nam ea tempestiva dici solent, quæ mature, et sub ipsum initium accidunt ; serotina, quæ tardius, et sub exitum. Opera omnis rustica ab aratione et semente incipit, et in messem desinit. Quæ igitur pluvia sub ipsum arationis ac sementis tempus affluit, ea tempestiva et matura dici meretur : quæ paulo ante messem, tarda et serotina. Altera causa ab anni civilis exordio petitur : quem Judæi ab autumno et Tisri auspicabantur. Itaque tempestiva recte vocabantur, quæ ineunte anno ; serotina, quæ inclinante fiebant. Hæc si vera sunt, profecto non alio sensu tempestiva et serotina fetura ab iisdem Judæis usurpata videtur, quam quo pluviam appellatam ac distinctam inter omnes convenit. Ideo tempestivam admissuram autumnalem, serotinam, vernam aut æstivam intelligi par est.

Alias autem, ac propter diversi generis opportunitates tempestivum, sive πρώϊμον id dici poterat, quod vere accidit ; serotinum, quod inclinante jam anno, siquidem ut ad lib. II *Odyss.* sub initium observat Eustathius : Μικρός τις ἐνιαυτὸς ἡμέρα· ἧς οἷα μὲν ἔαρ ἡ πρωΐα διὰ τὸ τηνικαῦτα εὔκρατον· θέρος δὲ οἷον τὸ τῆς ἡμέρας μέσον· φθινοπώρῳ δὲ τὰ περὶ δείλην ἔοικε· χειμῶνος δὲ δίκην σκυθρωπάζει τὰ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ἐπέκεινα. « Parvus quidam annus est dies. Cujus veris instar est mane, quum aer temperatus sit ; meridies æstatis instar est ; autumno pomeridianum tempus simile est ; hiemis instar tristis est vespera, et quod deinceps sequitur. »

Hæc propter occasum Arcturi et Aquilæ paulo sunt disputata fusius. Ac de methodi usu et exemplis hactenus : quorum tractatio cum ad imitationem proposita tironibus esse debuit, tum sequentibus in libris, ac disputationibus utilis est futura.

CAPUT IX.

De ortu et occasu Vergiliarum explicantur ea quæ ab antiquis memoriæ sunt prodita. Virgilii de iis locus inextricabilis. Plerique auctores explicati ac castigati.

Præcipua apud antiquos observatio fuit Vergiliarum, quas Græci Πλειάδας dixerunt : adeo ut ab illis πλειὼν vocatus sit annus, ut refert Theo in *Comment. ad Aratum*. Lycophron certe πλειῶνος vocabulum pro anno sumit, his verbis :

Εἰς πέντε που πλειῶνας ἱμείρων λέχους.

Quinque circiter annos lecti cupidus.

Quod et Hesychius habet, etsi alteram hujus appellationis causam affert : Ἀπὸ τοῦ πάντας τῆς γῆς τοὺς καρποὺς συμπληροῦσθαι : « quod fructus omnes terræ pleni eo vertente proveniant. » Eæ sitæ sunt in tergo Tauri, numero sex, ait Geminus. Hyginus « inter finitionem corporis Tauri et caudam Arietis » easdem locat ; Aratus prope sinistram ἐπιγουνίδα Persei, quam vocem varie interpretes acceperunt.

Ἄγχι δέ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
Πληϊάδες φορέονται.

Cicero :

At propter lævum genu omni ex parte locatas
Parva Vergilias tenui cum luce videbis.

Avienus :

Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit.

Hipparchus lib. I Εἰς τὰ φαινόμενα negat vicinas esse genu sinistro Persei. Itaque ἐπιγουνίδα quidam ad crus integrum retulerunt. Vide Theonem. Idem Hipparchus Attalum reprehendit, quod sex esse stellas dixerit, cum sint numero septem, ut et Aratus cecinit ; sed unam minime apparere. Addit Theo triangulum illas facere, cujus basis ad ortum respicit ; neque magno spatio contineri : quippe in longitudinem unum gradum, in latitudinem ἥμισυ, καὶ ὄγδοον, occupare, hoc est sexagesimas 37′ 1/2. Harum media, quæ et lucida Pleiadum dicitur, magnitudinis est tertiæ ; cæteræ quintæ, et sextæ. Ita cum exiguæ sint, magnarum tamen rerum significationes habere credebantur. Cicero :

Hæ tenues parvo labentes lumine lucent,
At magnum nomen signi clarumque vocatur.

Nam et æstatis, atque hiemis initia, et messium, atque arationum tempora distinguebant : sic ut nullius sideris clarior apud auctores, aut frequentior

…stet memoria. Nos ad eos illustrandos hoc loco …o quædam explicabimus : alterum de tempore …us illarum, et occasus , alterum de anni parti…ne, quam iisdem veteres assignant. Totidem enim …pita sunt in Pliniani exercitatoris incondita far…gine, in quam paulo post inquiremus.

…De ortu occasuque Pleiadum triti sunt, nec ta…en prætermittendi versus Hesiodi II Ἔργ.

…ληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
…ρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων.
… δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
…κρύφαται· αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
…ίνονται, τα πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.

…leiadibus Atlante natis orientibus
…icipe messem; arationem vero occidentibus.
…uæ quidem noctes et dies quadraginta
…cculiantur : rursum vero circumvolvente se anno
…pparent, primum ut acuitur ferrum.

Hic matutinum ortum φαινόμενον, sive ἡλιακὸν …gnificari, ac δύσιν ἑῴαν, sive occasum cosmicum, …e pueri quidem nesciunt. Hesiodi sæculo ortus …le contingebat in Tauro. Stellæ sunt Vergiliæ plu…es : una est ex iis lucidior cæteris, magnitudinis …rtiæ. Ea tempore Hesiodi occidebat heliace in …radu Arietis 4, 8′; oriebatur in Tauri gradu 11, 4′. …t prima stella versus occidentem occasum helia…um faciebat in gradu Arietis, 0, 51′. Intervallum …nter occasum primæ Pleiadum, et ortum lucidæ …radus 40. Merito itaque diebus abscondi quadra…inta Vergilias canit Hesiodus. Sol in Arietem vero …notu subibat Hesiodi tempore Martii XXXI. Quippe …nno Per. Jul. 3714 verus locus Solis in Arietis …nitio fuit Athenis Martii XXXI, hora post mediam …noctem 1, 24′. Itaque Taurum ingrediebatur Apri…is XXX. Maii proinde XI die lucida Pleiadum orie…batur. Ultima vero Pleiadum ad orientem Maii XVI, quo tempore messis incipiebat in Græcia.

Occasus earumdem matutinus in Libræ 19 gradu fiebat, sed ἀληθινὸς, nec aspectabilis. Ideo circa initium Scorpii ἐπικατάδυσις φαινομένη accidit, ineunte Novembri. Nam æquinoctium autumnale per idem tempus incidit in Octobris initium. Tum igitur arationis, ac sationis tempus appetit, quod Virgilius his versibus expressit :

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ,
Debita quam sulcis committas semina, etc.

Eoum, id est matutinum occasum intelligit, non, ut Servius putat, heliacum, qui et imperite Vergilias ait « Novembri mense incipere non videri : » quasi in Scorpio sitæ radiis solis obscurentur.

De eodem ortu et occasu Virgilius quoque lib. IV *Georg.* meminit, ubi de duplici mellis vindemia :

Bis gravidos cogunt fetus : duo tempora messis :
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, et Oceani spretos pede reppulit amnes.
Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi
Tristior hibernas cœlo descendit in undas.

Hic duo tempora mellis metendi describit : alterum post ortum Pleiadum, verno tempore; alterum autumno, post occasum matutinum : in quo Aristotelem sequitur lib. IX *Hist.*, cap. XL, qui et lib. V, cap. XXII mel negat fieri ante Vergiliarum exortum. Sed cur Pleiadem occidendo Piscem ait fugere? Servius, ac reliqui, quos vidi, interpretes, australem Piscem intelligunt, cujus in os Aquarius aquam infundit; unde et aquosus dicitur. Hic autem eo tempore oritur, quo Pleiades occidunt. Atqui falsum istud est. Nam quo memento Pleias in occasu matutino sita est in elevatione poli, sub qua poeta scripsit, os Piscis australis parum abest a meridiano inferiori; eoque situ proxime perfunctum est, quem Ptolemæus appellat ἑῷον προμεσουράνημα. Cæteri quoque pisces ante Vergilias ortum, et occasum faciunt. Ideo quærendum est, quo sensu Pleias piscem fugiens occidere dicatur a Virgilio; quod nisi de instante sidere aliquo usurpari non solet. Sic enim recte Quintus Calaber lib. V hanc eamdem Pleiadem Orionem fugientem occidere scribit :

. . . . . ὁ δ' ἄρ' ἦϊε λαίλαπι ἶσος
Σμερδαλέῃ στυγερῇσι καταιγίσι βεβριθυίῃ·
Ἥτε φέρει ναύτῃσι τέρας κρυεροῖο φόβοιο,
Πληϊὰς εὖτ' ἀκάμαντος ἐς Ὠκεανοῖο ῥέεθρα
Δύεθ' ὑποπτώσσουσα περικλυτὸν Ὠρίωνα.

Nam Pleiades occasu matutino Orionem antecedunt. At de piscibus, præsertim de australi, qui dicatur equidem non video.

Vergiliarum ortum Varro, Columella, Plinius aliique scribunt, post dies XLIV, vel XLVIII ab æquinoctio verno contingere. Varro libro I, capite XXVIII, dies XLIV præfinit; cæteri octo et quadraginta; Columella libro IX, capite XIV (qui tamen libro XI, capite II, Nonis Maii, id est XLIV die ab æquinoctio easdem oriri scripsit); Plinius lib. XVIII, cap. XXV. Hoc sive de sola Pleiadum splendidissima, maximaque capiatur, sive de toto asterismo; verum non est. Nam illius ortus heliacus Romæ accidebat in ultima parte Tauri, sexagesimo, et eo amplius die ab ingressu in Arietem : hoc est die Maii XX. Sin de toto asterismo id intelligendum est, Vergiliarum illa stella, quæ ex lucidioribus tribus maxime ad orientem pertinet, anno primo Juliano oriebatur heliace in gradu Geminorum 5, hoc est diebus ab æquinoctio amplius sexaginta quinque. Hoc vero Metonis sæculo in ea positione cœli, quæ est Athenis, contigit. Nam periodi Julianæ anno 4283, qui proximus est ab eo quo Meton solstitium observabat, ortus heliacus lucidæ Pleiadum incidit in Tauri gradum 18, 46′, qui in Maii XV diem circiter sæculo illo congruebat. Æquinoctium vernum commissum est anno quem diximus, Martii XXVII, hora 0, 28′ Athenis. Ingressus in Taurum vero motu convenit Aprilis XXVI, hora 18, 56′. Ita gradum Tauri 18, 48′ tenuit sol ea nocte circiter, quæ inter XIV et XV Maii intercessit, hoc est die XLVIII post æquinoctium.

Ad hoc tempus intervallum hoc dierum XLVIII æquinoctium inter et ortum matutinum Pleiadis referri debet : non ad Julianum sæculum, neque ad situm Romæ, sed Græciæ. Cum autem celeberrima,

et ubique propagata Metonis cuneadecaeteris esset, ac parapegma, ex eoque temporum ratio duceretur, quæ ad navigationem, agriculturam, et id genus alia gubernanda transferri solet; perdiu ex illius præscripto ortuum et occasuum in stellis, ac tempestatum spatia dimensi sunt : quamvis accuratiores insequentium astronomorum calculi paulatim hæc esse mutata convincerent; sed quod semel populari usu, ac publice sancitum, inveteravit, id imperitorum ac rusticorum præsertim ex animis evelli atque extorqueri difficile potest.

De hoc Metonis anno, ac parapegmate ad id, quod diximus, apposite Festus Avienus in *Arateis* ita scripsit :

Illius ad numeros prolixa decennia rursum
Adjecisse Meton Cecropea dicitur arte :
Inseditque animis, tenuit rem Græcia solers
Protinus, et longos inventum misit in annos.

Quamobrem tametsi ab Hipparcho, et aliis deinceps rerum cœlestium peritis, multa in astronomia ac tempestatum distributione commutata innovataque sint, hæsit tamen penes vulgus, et in rusticæ rei præsertim administratione, vetus illa et Metonica ratio : ut in lib. IX, cap. XIV Columella testatur. Quo ex genere Vergiliarum ille esse videtur ortus dierum post æquinoctium octo et quadraginta spatio definitus. Quod cum ad Atticæ situm, uti dictum est, Metonis ætate pertineret, temere ad Italiæ positum, ætatemque suam Romani traxere scriptores. Pene Ovidium prætermiseram, qui in Fastis Pleiadum ortum in III Idus Maias conjicit, qui est XIII dies, et ab æquinoctio quinquagesimus, ab ingressu porro in Arietem, quem ille XV Kalendas Apriles statuit, quinquagesimus septimus. Theo in Arateis Commentariis Pleiadas oriri asserit XXV mensis Pharmuthi : qui in XX diem Aprilis cadit, ὅτε καὶ τοῦ θερίζειν καιρὸς ἐν Αἰγύπτῳ. Addit diebus post æquinoctium quinquaginta duobus id fieri, ac tum solem in Tauri parte esse XVII. Nos ad Alexandriæ situm Theonis ævo, hoc est anno Christi CCCLX, ortum heliacum lucidæ Pleiadum animadvertimus in gradu Tauri XXV. Æquinoctium tunc erat in Martii XXI : a quo putati dies LII desinunt in V Idus Maias, id est in XI Maii, Epiphi XVI. At quæ in extrema cuspide est ad orientem, heliacum ortum habuit in gradu Tauri 29, 55′, Maii circiter XVII. Itaque non de heliaco, sed de cosmico loquitur. Rursus Hesiodi sæculo in Bœotia eadem hæc ad orientem postrema Pleiadum ortum heliacum faciebat in gradu Tauri 17, hoc est in 16, 7′ : atque ita Theonis verba capienda sunt in illa scholiorum miscella, quæ neque tempora, neque situm regionum distinguit, siquidem ad heliacum pertineant.

Manilius lib. V, Vergilias oriri scribit in sexta parte Tauri; sic enim illius verba interpretanda sunt :

Taurus in adversos præceps ut tollitur ortus
Sexta parte sui certantes lucis ad auras
Pleiades ducit.

Cui assentitur Firmicus lib. VIII, cap. VII : « In Tauri sexta parte oriuntur Pleiades. » (Etsi aliud est oriri in sexta parte Tauri, aliud Taurum Pleiadas sexta parte sui tollere : hoc enim est, sexta parte signi, qui sunt gradus V. Sed Firmicus sextum gradum concepit.) Nec aliter intelligenda sunt obscura Plinii verba lib. II, cap. XLVII : « Datus est autem huic (Favonio) exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri, sex diebus ante Maias Idus. » Ubi totidem partes esse dicit, quot sunt dies ante Maias Idus. Ut verum est Hesiodi sæculo in Bœotia lucidam Pleiadum circiter VI Idus Maias ortum heliacum fecisse, non tamen in parte sexta Tauri, sed in XI, vel XII; ita falsum est hoc Plinii sæculo contigisse in Italia, Græcia, vel Ægypto. Sic passim ab auctoribus incondite his de rebus multa dicuntur, quæ ad methodum nostram exigenda sunt. Apud Geminum Pleias Euctemoni oritur XIII die Tauronos, a quo et æstatis initium petitur. At Eudoxo Pleiades ortum faciunt die XIII. Nos Athenis Metonis tempore ortum heliacum lucidæ Vergiliarum invenimus in gradu Tauri 19, ultimæ vero Pleiadis in gradu 24, 53′. Inter has ambas media est posterior observatio Gemini. In libro, qui Ptolemæo inscriptus est, de inerrantibus stellis, Vergiliarum exortus ponitur Aprilis I, tum X Kalendas Maias, hoc est XXII April., tum Nonis Maii, et IV Idus et III Kalendas Junii. Ita more suo scriptor ille partim falsa, partim alienis facta temporibus in eamdem Myconum infercit. (Nam in Græco nulla, ut in Notis observamus, Pleiadum mentio.) Quod autem oriri Kalendis Aprilibus ait, hallucinationem esse vel auctoris, vel interpretis apparet; nam tertio post die occasum ejus posuit : qui utique ortum antecedit.

De occasu Pleiadum non minor est scriptorum varietas; matutinum enim alii diebus XLVIII post æquinoctium autumnale definiunt. Ita Plin. l. XI, c. XVI, ubi et diem præfinit Idus Novembris a quo retro putati dies XLVIII desinunt in XXVII Septembris. Quare post æquinoctium Sosigenis, quod in XXVI Septembris Plinius contulit, dies illi putandi sunt. At idem Plinius lib. II, cap. XLVII, post æquinoctium autummale diebus XLIV occidere Pleiadas ait, idque III Idus Novembris fieri. Hoc modo æquinoctium congruet Septembris XXVIII, vel XXIX. Atqui idem etiam repetit cap. XXV libri XVIII, ex Cæsaris præscripto. Columella lib. IX, cap. XIV, ab æquinoctio diebus XL occidere Pleiadas refert. Varro lib. I, cap. XXVIII, diebus XXXII. Ad hæc Plinius lib. XVIII, cap. XXV, occasum matutinum Pleiadum ex Hesiodo tradidit fieri cum æquinoctium autumni conficeretur : ex Thalete vero die XXV, Anaximandro XXIX, Euctemone XLVIII.

Ex his omnibus Julio Cæsari maxime Varronis illa sententia congruit, si de occasu matutino vero, non apparente sermo sit. Hunc enim deprehendimus in gradu Scorpii 3, 17′. Sic etiam Thaletis tempore, hoc est anno periodi Julianæ 4113, occasus idem matutinus verus in gradum Libræ XXIV

ımpetit : quod est eximium. Verum, ut ex Ge-ino et Ptolemæo supra demonstratum est, ortus :ronychus, et occasus matutinus verus ab appa-:ntibus discrepant. Quantum vero inter utrosque erum interjectum sit, a nemine, quod sciam, ıplicatum est : interesse autem aliquot, tam ratio ısa, quam experientia convincit. Quocirca Anaxi-ıander de apparente Pleiadum occasu, Thales de ero capiendus est. In Hesiodo ratio non constat. iam lucida Pleiadum ejus sæculo occasum matuti-um habuit in gradu Libræ 18, 47'. Non levis for-ısse suspicio est, Plinium per imprudentiam oc-asum matutinum pro heliaco sumpsisse. Hic enim lesiodi sæculo propemodum in æquinoctium incur-it. Siquidem e lucidioribus tribus, quæ ad occi-entem vergit, occasum heliacum faciebat in gradu ırietis primo, id est 0, 51'; orientalis in cuspide ita in gradu 2, 13', splendidissima omnium in 4, r. Vide quam belle ad hunc modum ratiocinia ongruant. Nam de occasu matutino falsissima res :st. Metonis porro tempore, adeoque Euctemonis, ıccasus matutinus verus Pleiadis in Libræ 27, 44' :onvenit : ad quod spatii aliquid accedat oportet ıd usque φαινόμενον, cujus etiam apparentis occa-ıus gradus aliqui sunt. Nam paulatim, ubi longius-:ule ab opposita cœli regione sol discesserit, tam ın ortu, quam in occasu stella conspicitur; idque continue fit diebus aliquot. Geminus enim capite XI scribit veros ortus et occasus matutinos priores esse apparentibus; in vespertinis contra priores esse veris apparentes. Igitur apparentes ortus, et occasus matutini, quas Græci προανατολὰς, et προκαταδύσεις ἑῴας φαινομένας nominant, sæpius repetiti veros sequuntur, quandiu mediocri intersti-tio solis ortum cadens vel oriens stella prævertit. Sic etiam ante vespertinum ortum stellarum, et occasum ἀληθινὸν fiunt apparentes complures; quoad modico spatio conditum solem ortu suo, vel occasu stella consequitur.

Quæ demum varietatis illius afferri causa potest, quam etiam ætatis inter ejusdem, ac regionis auctores plerumque cernimus : dum alius orientibus, cadentibusve stellis alia præscribit tempora, diemque diffundit, ut ab iis terminis, quos ex astronomicis regulis triangulorum ope, ac methodo constituimus, plusculum interdum recedere videantur. Id eo fit quod scriptores illi, qui rerum vel gestarum memoriam, vel communis ad usum vitæ spectantium tractationem instituunt, populari trutina, et sensuum, vulgique judicio et æstimatione, non limata, et subtili ratione ista describunt. Quare ex eo omni tempore, quod siderum ortus et occasus ἀκριβεῖς mediocri spatio vel matutinos sequitur, vel antecedit vespertinos; alii alios eligunt dies, quibus oriri stellas, vel occidere pronuntiant, præsertim cum ἐπισημασίαι vehementiores, et insignes aeris mutationes incidunt : quæ certis illis sideribus ex antiqua et a majoribus tradita opinione tribui solebant. Quod ad effectus, et ἐπισημα-

A σίας potius, quam ad exactos ortus occasusque respectum habuerint mathematici veteres in suis parapegmatibus, argumento est, quod, ut refert Theo in *Arateis*, parapegmata sua publice proponebant cum præsagiis tempestatum, ventorum, et id genus aliorum, quæ anno toto futura præsciverant. Verba Theonis digna sunt, quæ hic ascribantur : Οἱ δὲ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι καὶ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν περὶ τῶν τοῦ ἡλίου περιφορῶν τῶν ἐννεακαιδεκαετηρίδων, ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοιόσδε ἔσται χειμὼν, καὶ τοιόνδε ἔαρ, καὶ τοιόνδε θέρος, καὶ τοιόνδε φθινόπωρον, καὶ τοιοίδε ἄνεμοι· καὶ πολλὰ πρὸς βιωφελεῖς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. Hæc autem omnia non in ipsis astronomicorum ortuum vel occasuum momentis, sed aliquando ante, vel post observari solent.
B

Geminus in parapegmate refert ex Calippi descriptione Vergilias occidere in parte Scorpii 16. At Eudoxo in 19; Euctemoni vero in 15, cum ante Democritus in 4 statuisset. Liber de inerrantium significationibus, qui Ptolemæo tribuitur, Vergiliarum occasui matutino plures ascribit dies, nempe Octobris XIX, XXIII, XXVII, Kalendas Novembres, diem ejusdem VII, XI et XIII, qui occasus superioribus illis a Gemino memoratis astronomorum decretis accommodari possunt, ita ut non occasus veri, sed apparentes intelligantur eo modo quem proxime proposuimus.

Sane Julii Cæsaris ætate verus occasus matutinus C Pleiadum fiebat in quarta parte Scorpii. Ab hoc tempore interjectis diebus decem, aut quatuordecim, continget apparens occasus die ab æquinoctio XLIV, vel XLVIII. Quorum utrumque, sed illud maxime Sosigeni ac Julio Cæsari imputatur a Plinio.

Sub idem tempus autumni, ante matutinum occasum, Pleiadum vespertinus ortus accidit : cui quidem diversi apud Geminum et Ptolemæum præstituti sunt dies. Geminus ait Euctemonem in 5 Libræ parte statuisse, Eudoxum in 10. Quod ut de ἀληθινῷ capiatur, contigit Hesiodi sæculo. Tum enim in Libræ 10 parte ἀχρονύχως oriebantur in Græcia Vergiliæ : Thaletis autem tempore in 16, eodem in situ regionis. At Metone vivente, in 19, D Julii denique Cæsaris ævo in 23. Atque hæ sunt ἀληθιναὶ, et ἀχρόνυχοι ἐπιτολαί, quas utique præcedunt apparentes. Eæ porro repetitis diebus sæpius incurrunt. Ex quibus certa sibi quisque tempora sumpsit, quibus oriri Pleiadas paulo post occasum solem diceret.

In Ptolemæi libello Latino Octobris Kalendis, et secundo die, nono ac duodecimo, idem ille ortus adnotatur. Potest de ortu vero ita scripsisse libri hujus auctor, qui putavit in Libram ingredi solem die Septembris XIX ; a quo Kalendæ Octobris decimus tertius dies est, nonus vero vicesimus primus, duodecimus quartus et vicesimus. Qui postremus ortui Juliano acronycho convenit, cæteri Metonis aliorumque sæculo quadrant. Hæc ex auctoris illius

falsa persuasione de ingressu solis in dodecatemoria octavo ante cardines die haud absurde suspicamur: alioquin ad φαινομένην ἐπιτολὴν ἀκρόνυχον referri poterunt.

Sequitur vespertinus occasus Pleiadum, quem Geminus Euctemonem ait in 10 parte Arietis ponere; Eudoxum et Democritum in 13. Ego Thaletis tempore occasum earumdem heliacum accidisse comperio in parte Arietis 10; Metonis autem in 13: quod satis quadrat. Addebat Democritus latere deinde totos dies XL: quod Hesiodi tempore verum fuisse demonstravimus. Quinetiam Thaletis tempore occasus heliacus in Arietis 10, ortus in Tauri 16 fiebat: intervallum dierum sex et triginta. Verum hoc in una Vergiliarum lucida contigit: nam ultima ad orientem quatuor vel quinque diebus post illam ortum heliacum habuit, ut de toto asterismo verissimum sit, latuisse dies totidem. Metonis ecce tempore lucidæ Pleiadum occasus heliacus incidit in gradum Arietis 13, ortus postremæ ad orientem heliacus in gradum Tauri 25: intervallum dierum XLII. Sic in una lucida Vergiliarum Romæ Julii Cæsaris tempore idipsum reperies: nam occasus heliacus in gradu Arietis 18, ortus in Tauri 30 factus est: discrimen dierum XLII. Ptolemæi liber Latinus Aprilis III ascribit occasum vespertinum Vergiliarum: qui dies est decimus nonus a falso quem putavit Arietis ingressu. Ovidius Aprilis secundo posuit: qui et Arietis initium confert in XV Kalendas Apriles a quo secundus Aprilis decimus sextus est dies. Hæc non male cum occasu lucidæ Pleiadum astronomico consentiunt. Exinde XII Aprilis Vergiliarum reliquum occidere scribit. Etiam hoc consentanee, ut jam diximus.

At Plinius lib. XVIII, cap. XXVI, tertio Non. Aprilis in Attica vesperi occultari Vergilias ait, easdem postridie in Bœotia; Cæsari autem et Chaldæis Nonis. Columnella lib. IX, cap. II, octavo Id. Aprilis qui dies est sextus, Vergilias vespere celari dicit; decimo vero Kalendas Maias cum sole oriri: quem ortum cosmicum vocant.

Postremo nec illud hoc in negotio contemnendum videtur: diei principium non ab ipso tantum solis exortu, sed ab aurora ipsa, vel increbrescente matutino crepusculo populariter accipi: finem quoque alias ab occasu solis, alias ab lucidiore crepusculo. Sic Orionis προκατάδυσιν ἔφαν Aratus descripsit, ut exponit Theo:

. . . ὁ δὲ δύεται ἠῶθι πρὸ
Ἀθρόος Ὠρίων....

τουτέστι πρὸ τῆς ἠοῦς, « ante auroram. » Hinc, ut quod quæque stella alterutrum præcedit initium finemve sequitur, ita ejus orientis vel occidentis diversa spatia constitui solebant.

Præterea docuit nos Godefridus Vendelinus, vir in his disciplinis apprime doctus ac cœlestium observationum usu detritus, animadversum a se partim in Massiliensi provincia, partim in Belgio, æstivis diebus et autumno, cum serenum maxime

A cœlum est, horizonti ἀτμώδη quemdam aerem incubare ad altitudinem partium circiter 17, aut 18, densum adeo, ut per illum majores stellæ non translucеant, nisi supra horizontem gradibus aliquot exstiterint; Pleiades vero in ipso gradu 17 sæpe delitescant: quod autumno non semel se observasse confirmat. Ex quo nova quadam ratione oriri, vel occidere stella dicitur, quando ex illo vapore primitus emergit, aut in eum conditur. His ex causis scriptorum illa varietas in designando stellarum ortu, occasuque petitur. Nam ad viginti dies usque post veros, apparentes isti ortus immersionesque contingunt.

CAPUT X.

B *De bipartita anni sectione, quam Vergiliis plerique tribuunt.*

Illustres in cœlo Vergilias ea res potissimum fecit, quod earum observatione annuas tempestates, tum messis ac sementis tempora distinguere mortales quondam solerent. Etenim matutinus Pleiadum ortus, et ἐπιτολή, quem heliacum vocant, æstatis ac messis initium dabat; occasus vero matutinus hiemis atque sementis. Ita bifariam quodammodo partiebantur annum. Testis est Hesiodus antiquitus id in Græcia factum esse versibus iis, quos capite superiori retulimus. Tum deinceps innumeri Græci ac Latini scriptis idem prodidere. Quare Theophrastus libro *De signis pluviarum* Vergilias annum bifariam partiri scribit his verbis: Διχοτομεῖ δὲ C τὸν μὲν ἐνιαυτὸν Πλειάς τε δυομένη καὶ ἀνατέλλουσα· ἀπὸ γὰρ δύσεως μέχρι ἀνατολῆς τὸ ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστιν. « Secant annum bipartito Vergiliarum exortus et occasus. Ab occasu enim illarum usque ad exortum, anni dimidium est. » Quod ipsum et Varro sequitur lib. I *De re rust.*, cap. XXVIII; et diserte Plinius lib. XVIII, cap. XXIX, ubi Vergilias « exortu suo æstatem incipere ait, occasu hiemem, semestri spatio intra se messes, vindemiasque, et omnium maturitatem complexas. » Aratus vero:

Αἱ μὲν ὅμως ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες· ἀλλ' ὀνομασταὶ
Ἦρι, καὶ ἑσπέριαι· Ζεὺς δ' αἴτιος εἱλίσσονται,
Ὅς σφίσι καὶ θέρεος, καὶ χείματος ἀρχομένοιο
Σημαίνειν ἐκέλευσεν, ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.

D Cicero:

At magnum nomen signi, clarumque vocatur,
Propterea, quod et æstatis primordia clarent,
Et post hiberni præpandens temporis ortus
Admonet, ut mandent mortales semina terris.

Sed matutino id ortu et occasu facere Vergilias, Aratus cecinit, non exprimit Cicero. At Festus Avienus hoc interpretatione sua reddidit:

. . . . *Nam si se gurgite tollunt*
Vergiliæ, curvas in flava novalia falces
Exercere dies. Si condunt æquore flammas,
Tellurem presso proscindere tempus aratro.

Hæc anni bipartita distributio commode et πλατυχῶς accipienda est, non præcise ac rigide. Non enim exacte annuum spatium illarum ortu, et occasu bifariam dividitur. Quod ex Hippocrate colligi

potest : cujus est eximius hac de re locus libro III A *Περὶ διαίτης*, qui necessario hic adnotandus est. Τὸν μὲν ἐνιαυτὸν ἐς τέσσαρα μέρεα διαιρέουσιν· ἅπερ μάλιστα γινώσκουσιν οἱ πολλοί· χειμῶνα, ἦρ, θέρος, φθινόπωρον. Καὶ χειμῶνα μὲν ἀπὸ Πλειάδων δύσιος ἄχρι ἰσημερίης ἐαρινῆς· ἔαρ δὲ ἀπὸ ἰσημερίης μέχρι Ἀρκτούρου ἐπιτολῆς· φθινόπωρον δὲ ἀπὸ Ἀρκτούρου μέχρι Πλειάδων δύσιος. « Annum in partes quatuor dividunt : quas plerique maxime dignoscunt, hiemem, ver, æstatem, autumnum. Et hiemem quidem ab occasu Vergiliarum usque ad æquinoctium vernum; ver autem ab æquinoctio verno usque ad ortum Vergiliarum; æstatem a Vergiliarum ortu ad ortum Arcturi; autumnum vero ab Arcturo ad occasum Vergiliarum. » B In hac anni quadripartita divisione non sunt æqualia segmenta, sed longe major æstatis et hiemis est modus, quam veris et autumni; cui dies haud amplius quadraginta finiuntur. Hippocratis sæculo, hoc est Metonis, Pleiadis ortus matutinus et heliacus contigit in Tauri parte 19, Arcturi ortus in Virginis 25 : intervallum signorum quatuor, graduum 6. Tantum æstivo segmento Hippocrates emetitur ; at verno tempori dies non amplius sex et triginta competunt. Rursus occasus vespertinus ac verus Pleiadum fiebat in gradu Libræ 28. Itaque ab ortu Arcturi ad occasum Pleiadum gradus sunt omnino 33. Denique ab occasu Pleiadis ad æquinoctium vernum quatuor fere signorum interstitium est. Atque ut apparentem occasum Vergilia- C rum non verum adhibeamus, haud multum de hoc hiberno intervallo detractum fuerit. Tales igitur anni divisiones magis ad sensum, et aeris cœlique vicissitudines, quam ad proportionem æqualitatemque partium institutæ sunt. Quod ut in uno Vergiliarum sidere ita esse monstremus : ortus earum heliacus Metonis ævo in Tauri gradum incidebat 19; occasus in Libræ 28 : intervallum signorum v, graduum 9 ; ab occasu ad ortum, signorum vi, graduum 21. Quod si dies interjectos æstimare velimus, cum Metonis tempore verus solis ingressus in Taurum Athenis contigerit Aprilis die xxvi, hora 17, 57′ : in Libram autem vero motu subierit Septembris xxviii, hora 20, 10′ ; heliacus porro Pleiadis ortus in Maii xv diem; occasus matutinus D in Octobris xxvi ceciderit : intervallum inter utrumque, dierum est clxv. Quod abest ab anni dimidio, hoc est diebus clxxxii, horis 18, diebus fere xvii.

Sic Hesiodi tempore anno periodi Julianæ 3714, quoniam æquinoctium vernum ἀκριβὲς contigit Martii xxxi, hora 1, 24′ Athenis : ingressus item in Taurum verus Maii i, hora 4, 18′. Item æquinoctium autumnale Octobris ii, hora 17, 33′ Athenis; intervallum inter Maii x diem, in quem gradus Tauri 11, et heliacus ortus Vergiliarum cadebat, et xx Octobris, cui gradus Libræ 19, atque occasus earumdem heliacus competebat ; dierum est clxiii. Quod longe abest ab anni dimidio, nempe diebus xx.

Anno denique Juliano primo, sol in Geminos vero motu subiit Maii die xxiv, hora 11, 54′, Romæ, ubi initio Geminorum ortus heliacus Vergiliarum factus est. At Scorpium iniit Octobris xxv, hora 5, 53′ : cujus gradus quartus, in quem matutinus occasus convenit, incurrit in Octobris xxviii. Discrimen utriusque dies clvii, quod a dimidio anno distat diebus xxvi fere. Hæc intervalli paulatim crescentis varietas ex æquinoctii antecessione, nec non octavæ sphæræ, cum stellis in consequentia progressione, tum apogei solis mutatione nascitur.

CAPUT XI.

De Caniculæ ortu et occasu veterum loca multa : itemque de Procyne, diligenter expensa.

Alterum post Vergilias sidus, in quo et usum experiemur methodi nostræ; et scriptorum de eo loca paulo expendemus accuratius, Canicula est, quam Græci Σείριον appellant : quod nomen latius apud antiquos extenditur, nam et solem aliquando significat. Ut apud Hesiodum II *Ἐργ.*, ubi autumni tempus ita describit :

. . . . . Δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀστὴρ
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ἔρχεται ἠμάτιος· πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.

. . . . Nam tunc solis stella
Paulum supra caput fato obnoxiorum hominum
Venit interdiu : plus autem de nocte obtinet.

Interpretes omnes in id consentiunt, Sirium hic esse solem, διὰ τὸ σειριάειν, quod est λάμπειν : neque aliter hoc loco interpretari possis, contra quam vir doctus existimavit. Non enim parallelus quem Canicula describit, inæqualia segmenta supra terram habet, infraque diversis in anni tempestatibus : quod de Sirio poeta canit. Hesychius, Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ Κυνὸς ἀστήρ. Idem ab Archilocho pro sole : ab Ibyco pro astris omnibus usurpari docet. Hunc Ægyptii Sothin appellavere (ait Orus Apollo lib. I, cap. III) cui et principatum astrorum tribuerunt : et ex ejus ortu de anni totius statu conjecturam capere solebant. Nam « hujus effectus amplissimi in terra sentiuntur, » ut loquitur Plinius (lib. II, cap. XL) ; præcipue vero, quod illius exortu solis vapores accendi putantur. « Sentiunt id maria, et terræ, » ut idem inquit, « multæ vero et feræ. Neque est minor ei veneratio, quam descriptis in deos stellis. » At Geminus cap. XIV longa et erudita disputatione vulgarem hunc refellit errorem, ortu sideris ullius, aut occasu mutari naturæ statum opinantium. Non enim majore vi aliis aliæ præditæ sunt stellæ : nec exortu, vel occasu suo tempestates ullas excitare putandæ sunt. Sed penes solem causa est vicissitudinum istarum : quarum in tempora cum insignium quorumdam siderum exortus, vel occasus incurrerent, hæc velut signa, illis notandis ac designandis adhiberi placuit. Atque hoc in ortu Caniculæ præsertim astruit Geminus, qui cum in eam anni tempestatem incumberet, in qua vehementior æstus exsistit, hujus

primum significandi munus, post efficiendi quoque vim causamque popularis illi consensus attribuit. Ad id vero probandum cum alia adhibet argumenta media ex philosophia deprompta, tum hoc unum, quod et sensu ipso discernitur, et ad institutum nostrum valde pertinet. Nam si orienti Caniculæ incrementum illud ardoris, tanquam causæ, tribuendum foret; tum id effici maxime oporteret, quando cum sole conjuncta ortum cum ipso facit; quam ἀνατολὴν proprie vocari supra diximus. At res secus se habet. Non enim in ortu illo, quem nos κοσμικὸν appellare solemus: sed in heliaco, sive ἐπιτολῇ vehemens calor efficitur; nec eodem ubique tempore; sed alibi citius, alibi tardius: pro-eo ac maturius, aut serius solis explicata radiis Canicula consurgit. Ut in Rhodo post tricenos a solstitio dies oritur; aliis in locis post quadraginta, alibi post quinquaginta. Ex quo parapegmatum, inquit, vacillat fides: quorum auctores in pronuntiandis ex ortu siderum et occasu tempestatibus, quas ἐπισημασίας vocant, non arte ac methodo certa, sed observatione ac longissimi temporis experientia nituntur. Hanc Gemini rationem primum nominis ipsius notatio confirmat. Quippe vim illam tempestatum impultricem atque ipsos mutationum effectus Græci τὰς ἐπισημασίας, Latini « significationes » nominant; ut hoc intelligatur in stellis illarum indicia non causas initio constitutas esse. Tum octavi orbis, et hærentium in eo siderum progressio omnem ex doctorum animis dubitationem sustulit. Nam quæ sidera certis antea cœli stationibus ac temporibus affixa credebantur, ea paulatim locum mutando fidem fefellerunt, nec in eas hodie tempestates incidunt, quibus vel significandis, vel commovendis attributæ videbantur.

Caniculam ortu suo æstivos calores intendere non solum antiqui persuasum habebant, sed mortalium hodie omnium usu, et communi sermone percrebuit. Cum autem duplex sit ortus siderum, apparens, sive heliacus; et verus, qui et cosmicus dicitur: tanta illa vis æstus augendi, ac cæterorum efficiendorum, heliaco, non cosmico quondam ortui imputari solebat, ut ex Gemino paulo ante referebamus: quod et scriptores alii nos docent; qui ex orientis Caniculæ prospectu futurorum præsagia peti solita demonstrant. Sic Homerus *Iliad.* x, Sirii describens ortum:

Ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
Φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ·
Ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν·
Λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα
[τέτυκται.

Heliacum ortum intelligit, qui æstate desinente fit, quam ὀπώραν vocat, extrema nocte, ut recte Eustathius exponit. Quanquam Theo ad Aratum ingentes illos æstus ortui cosmico videtur ascribere. Atqui longiore deinceps annorum evoluto spatio, postquam sidus illud εἰς τὰ ἑπόμενα progressionem habuit, ἐπισημασία omnis manifeste ab

A heliaco ad cosmicum ortum transitum fecit. Anno primo Juliano, ortus cosmicus Sirii Romæ contigit in gradu Cancri 22, 48′; Julii circiter XVI; heliacus in gradu Leonis 7, 43′; Augusti fere secundo. Anno labente MDCXXX Christi, ortus cosmicus in gradum Leonis 7, 16′; Heliacus in Leonis 20, 30′ incurrit, Augusti circiter 12. Itaque canicularium dierum initium ab ortu heliaco descivit, ac semper longius deinde recedet. Hanc μετάπτωσιν orbis stellati prisca ætas ignorabat: ideoque designatos semel a majoribus suis ortus occasusque constanter tenebant; ac tum heliacos cum cosmicis promiscue habebant, tum qui certorum erant locorum proprii, nullo discrimine ad alios accommodabant. Ad hæc ferè capita varietas omnis illa re- B ferre potest, quæ apud antiquos scriptores hoc in negotio insignis occurrit.

Ortum Sirii plerique in id momentum conferunt, quo sol Leonem ingreditur. Quoniam vero solstitia et æquinoctia in octavis committi signorum partibus vulgaris erat opinio, hinc totidem ante veros ingressus diebus initia dodecatemoriorum anteverterunt. Solstitium Julii Cæsaris Junii quarto et vicesimo die defixum erat. Igitur XV Kalendas Julii, sive Junii XVII, in Cancrum sol ingredi putabatur. In Leonem vero post unum et triginta dies, XV Kalendas Augusti. Plinius libro II, capite XLVII, « Ardentissimo æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus, sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies XV ante Augusti Kalendas. » Libro quoque C XVII, capite XXVIII, post solstitium oriri Caniculam ait die XXIII. Si VIII Kalendas Julii fit solstitium, ingressus in Cancrum XVI Kalendas accidit, qui est Julii XVII dies. Varro libro I, capite XXVIII, a solstitio ad exortum Caniculæ dies numerat XXIX; Columella libro IX, capite XIV, dies XXX; alii, ut Palladius libro VII, tit. IX, Caniculam XIV Kalendas Augusti oriri tradunt: qui est XIX Julii dies: quem et Ptolemæus Græce a nobis editus inter alios memorat. Nam et Epiphi XXI, id est Julii XV, et Epiphi XXV, qui est Julii XIX, et Epiphi XXVII, Julii XXI ponit ortum Caniculæ: quo die Censorinus quoque in Ægypto oriri scribit cap. XXI.

Ac major pars, ut dixi, Veterum, qui post an- D num Julianum conditum scripserunt, ortum Caniculæ primo in Leonem ingressui solis assignant; ut Varro, ut Columella, ut Palladius, ut Manilius, ut Firmicus, ac cæteri: qui quasi per manus traditam hanc opinionem posteris tradiderunt. In quo recentiores quique plurimum falsi sunt. Nam neque Julii sæculo, neque Constantini; quo Firmicus, ac paulo post, ut quorumdam est opinio, Manilius floruit; ortus heliacus Sirii, de quo isti loquuntur, in primam partem Leonis Romæ incidit. Etenim anno primo Juliano cosmice oriebatur Canicula Romæ cum gradu Cancri 22, 48′, heliace cum gradu Leonis 7, 43′. At in Rhodo eodem sæculo ortus ejusdem cosmicus in Cancri gradum 16, 48′; Heliacus in Leonis i cadebat. Quod illic ætate sua con-

tigisse testatur Geminus, et ante hunc Hipparchus. Ex quo de Gemini ætate conjectura nostra firmatur. Nos enim lib. II *De doct. temp.*, cap. VI, sexto Urbis sæculo ipsum floruisse demonstravimus ex eo, quod ante annos CXX, quam scriberet, Isia in Eudoxi τροπὰς incidisse prodit : de quo rursus in Notis ad Gemini pag. 19 accuratius est actum.

Redeo ad ortum Caniculæ. Quem cum Gemini rationibus adamussim consentientem exhibet methodus nostra. Plinius autem, et cæteri, qui circa Julii XVIII, vel XIX, in prima parte Leonis oriri scripserunt, falsa illa persuasione moti sunt, quam supra quarto capite, ex præpostera antiquorum imitatione perperam illis obrepsisse monstravimus. Hic primus eorum fuit error. Cui alter accessit, quod cum verus, et cosmicus ortus Caniculæ circa id tempus, quod ab illis conceptum est, Romæ contingeret, Heliacus autem non in Italia, sed in Ægypto sub idem tempus accideret, isti quæ ab Alexandrinis, et Ægyptiis ad suum tractum accommodata, scriptisque prodita erant, ad Italicum applicarunt. Ortus cosmicus Sirii anno primo Juliano Alexandriæ fiebat in gradu Cancri 12, 27′, circa VII Julii : heliacus in gradu 26, 9′, hoc est Julii fere XX. Quamobrem quod illi de ortus canicularis tempore scribunt, si de Italico cœli positu sermo est, ad cosmicum refertur : sin Ægyptiaci ratio ducitur, heliacus habendus est. Columella, qui tricesimo ab solstitio, et ab octava parte Cancri die Caniculæ ponit exortum, imprudens in veritatem delapsus est. Sic enim partem in Leonis septimam fere redacta ratio est. Sed in tempore definiendo vulgaris illum error abripuit ; nam quia solis introitum in Cancrum Junii XVII circiter illigavit, Leonis aditum Julii XVIII consentaneum est ascribi, ortum vero Caniculæ Julii XXIII vel XXIV, in parte Leonis circiter septima. In quo tamen fugit illum ratio. Quippe Kalendis Augustis, vel paulo post, heliacus Caniculæ ortus per id tempus congruit. Non minori hallucinatione Plinius vicesimo tertio post solstitium die oriri Caniculam heliace putavit, cum revera totidem post solstitium diebus cosmice ætate Julii Cæsaris oriretur.

Scaliger Notis ad Manilii lib. V (pag. 405), poetam suum corrigit, qui ex communi opinione dixit in parte Leonis ortum facere Sirium : « Melius, inquit, dixisset Canem principio Cancri oriri in finitore barbarico. Sæculo Manilii oriebatur in VII Cancri. » Ut Augusti sæculo demus floruisse Manilium, quod ratus est Scaliger, neque initio Cancri, neque cum ejus gradu VII orta est Canicula. Quippe verus illius ortus Alexandriæ in gradu 12, 27′ ; heliacus in 26, 9′ accidit. Ab ortu vero non multum abhorret Plinius : qui lib. XVIII, cap. XXIX, Caniculam oriri ait in Ægypto IV Nonas Julias. In hunc enim diem undecimus fere Cancri gradus incurrit. Tametsi de Procyne, non de Canicula, videtur hoc posterius intellexisse Plinius. Nam capite antecedenti, IV Nonas Ægypto Procynem oriri dixerat. Sane primo anno Juliano verus ortus, sive cosmicus Procynis Romæ cum gradu 11, 0′ Cancri fiebat : heliacus cum ejusdem gradu 27, 54′. At in Ægypto cosmicus contigit in gradu Cancri 6, 17′ ; heliacus in 21, 5′. Manilius autem lib. V, et Firmicus, ut recte Scaliger emendavit, Procynem in Cancri parte XXVII oriri volunt : quod et Julii sæculo, non Firmici consentaneum est.

Duo sunt in cœlo sidera, quibus Canis nomen competit : Procyon, et Κύων. Ille Antecanis, sive minusculus Canis vocatur, ad lacteum circulum positus, inter æquinoctialem circulum et zodiacum : duasque stellas habet ; in collo unam, in femore alteram, quæ et Procyon appellatur proprie. Cujus origo vocabuli ex eo petitur, quod Canis ac Sirii præcedat ortum. Canis autem sidus est ad austrum infra æquinoctialem circulum. Quod cum stellas habeat plures, præcipuam tamen in ore ac maxilla gerit : quam Sirium vocant, Latini Caniculam, etsi Canicula nonnunquam pro toto ipso sidere sumitur. Plinius lib. XVIII, cap. XXVIII negat Procyni nomen apud Romanos ullum esse. « Quod sidus apud Romanos, inquit, non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi : hoc est minorem Canem, ut in astris pingitur : ad æstum magnopere pertinens. » Ita Peliserius emendaverat in ora codicis sui, pro quo vulgo legitur : « Est autem magnopere pertinens. » Pertinere ad æstum Procynem ait, quoniam « confessum inter omnes sidus indicat, quod Canis ortum vocamus. » Adeoque ingentem illum æstum denuntiat : imo et ex parte facit. Hinc Horatius lib. III, Ode 30 :

> ..... *Jam Procyon furit*
> *Et stella vesani Leonis*
> *Sole dies referente siccos.*

Nisi quis fortasse Procynem ab Horatio cum Sirio confundi velit, quoniam prima hæc asterismi Canis stella ante cæteras, adeoque ante totum ipsum Canem apparet. Sic enim Galenus in lib. I *Epidem.* Hippocratis, Κύων μὲν γὰρ τὸ σύμπαν ἄστρον· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γένυος αὐτοῦ Σείριος· ὃν ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸν Πρόκυνα, οὐ τὸν Κύνα. Sirium ait appellari a nonnullis κύνα, quod totius nomen est sideris : rectius tamen Procynem appellari posse, quam Canem. Quem Galeni locum, ut et alia fere omnia de Canicula, in farraginem Solinianam avertit Salmasius ex Bisciolæ nostri lib. XII tomi II subsecivarum, cap. II ; neque auctorem, a quo ista didicerat, vel littera nominavit ; qui ejus est mos. Utrum autem Procynem perpetuo pro Canicula Plinius acceperit, quod Exercitatori videtur, dicemus cap. I libri septimi.

Ut in ortu suo immodicos æstus excitare Caniculam, sic occidentem frigora et inimicas frugibus pruinas commovere scriptores asserunt. Manilius lib. I, Plinius lib. XVIII, cap. XXIX ; Columella lib. XI, cap. II. « Pridie Kalend. Maias Canis se vespere celat ; tempestatem significat. »

Plinii verba, quia mendosa sunt, castigandi causa referemus. Narrat instituta Robigalia a. d. VII Kalend. Mai. : « Quod post dies undeviginti ab æquinoctio verno, per id quatriduum varia gentium observatione in IV Kalend. Maii Canis occidit, sidus et per se vehemens, et cui præoccidere Caniculam necesse sit. » A VII Kalendas Maias ad IV totum hoc quatriduum frugibus decretorium esse dicit : et ab æquinoctio verno dies numerat undeviginti. Æquinoctium vernum a Plinio confertur in VIII April, Kalendas. a quo secundus et tricesimus dies est VI Kalendas Maias. Legendum itaque fuerit : « post dies unum et triginta. » Idem Plinius ex Varrone refert occasum Caniculæ in decimam Tauri partem. Quod illius sæculi opinioni congruit, quæ ingressum in dodecatemoria octavo ante cardines die repræsentabat. Ut igitur in Taurum subeat sol XIII Kalendas Maias, decima pars ejus in IV Kalendas incidet : quo die Ptolemæus Græce a nobis vulgatus occasum Canis adnotavit. Tabulæ nostræ heliacum occasum Sirii reddunt Romæ in gradu Tauri 5, 31′. Quem sol adibat Julii Cæsaris ætate tertio circiter Kalendas Maias. Plinius vero, qui VII Kalendas adnotavit, ex ἐπικαταδύσεως φαινομένης ratione conciliari potest. Nam illius laxiora solent esse spatia, ut supra demonstravimus. Geminus ait Canem Euctemoni in secundi Tauri parte, Eudoxo in quarta celari.

CAPUT XII.

De tempore messis in Ægypto et Palæstina ex occasione ortus Pleiadum ; ac de Sabbato deuteroproto; cujus ratio in Epiphanianis Animadversionibus tradita defenditur, contraque eam objecta solvuntur. Primus mensis ab Hebræis ad novarum frugum tempus accommodatus. Maturitas frugum duplex. Marci evangelistæ locus illustratur.

Mirum quibusdam, nec satis credibile visum est, quod ex Hesiodi et aliorum antiquorum testificatione constat, sub exortum Vergiliarum tempestivam in Græcia messem fuisse. Nam illarum ortus heliacus in anno Juliano primo Romæ factus est Tauronos XXVIII, qui in Maii XXI diem cadebat; in Ægypto vero, Tauronos XXI, Maii XIV. At Hesiodi tempore maturius adhuc ortus ille fiebat. Sed ut de Græcia modo, et Italia nihil dicam, in Ægypto sane ac Palæstina longe ante heliacum Vergiliarum exortum messem auspicabantur. Nam Theo in commentariis ad Aratum testis est, mensis Pharmuthi XXV die, qui Aprilis XX respondet, orientibus Vergiliis messis in Ægypto tempus esse. Et de cosmico seu vero, non heliaco exortu loquitur, qui Theonis sæculo circa illud tempus accidit. Quod ne quis vanum existimet, Ægyptium alterum citabo priore illo magis etiam idoneum testem; S. Isidorum Pelusiotam, qui lib. III, epist. 110 scribit sub id tempus, quo Judæi Pascha celebrabant, spicas jam maturas ad messem videri. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ μόνῳ καρηβαροῦσιν οἱ ἀστάχυες, καὶ κέκλινται ὑπὸ τοῦ καρποῦ, καὶ τῆς πρὸς ἄμητον ὥρας, οἱονεὶ τὴν δρεπάνην ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦντες.

A « Per illud tempus solum summa spicarum capita gravantur ; et præ frugibus, ac metendi maturitate inclinantur; tanquam ad se falcem invitent. » Agit autem de Sabbato deuteroproto; quod esse idem existimat ac primam azymorum diem. Quare ex ejus auctoritate liquet, in Ægypto, et, quod tam reipsa consequens est, quam ab eodem concluditur; etiam in Palæstina, maturas per idem tempus segetes ad messem fuisse. Sunt enim ambo illi tractus sub eadem poli altitudine siti.

Hæc cum in Animadversionibus Epiphanianis ante aliquot annos observassem (Ad hær. XXX, n. XXXI), visa non nemini absurda res est, qui falsam opinionem esse nostram putavit super Sabbato B deuteroproto. Quod cum Scaligero illud esse Sabbatum ostendimus, quod primum est ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα, in qua manipulus novarum frugum offerri consueverat. Quo etiam in loco sententiam illam redarguimus, quæ Sabbatum secundo-primum ideo Pentecosten esse malebat, quoniam maturæ tunc erant spicæ, ut eas apostoli Sabbato illo confricarent. Sub initium autem azymorum maturæ esse non poterant quandoquidem quinquagesimo inde die falx primum mittebatur. Hæc non falsa solum esse, sed etiam contraria Scripturæ demonstravimus. Negat vero scriptor ille nuperus, et damnatam illic a nobis sententiam tueri pergit, ac mirari se dicit, eam velut Scripturæ contrariam esse rejectam. Cui quidem C sic hoc loco satisfaciam, ut de messis tempore, quod cœperam, plenius atque uberius explicem.

Igitur qui propter vulsas ab apostolis et confricatas segetes negabant Sabbatum deuteroproton unum quempiam ex azymorum esse diebus; in quod plerique consentiunt, ea, quam oppugnavimus, ratione nitebantur; quod XV die Nisan, aut XX Martii maturæ esse spicæ non poterant. « Nam festum, inquiunt, primitivorum celebrabatur quinquagesimo die post Pascha : celebrabatur autem simul atque prima falx in messem mittebatur. Non ergo poterant in festo azymorum, id est quinquaginta ante diebus, segetes esse maturæ. » Contra hanc ex capite Levit. XXIII, 2 istud objicimus : novarum frugum manipulum postridie D primæ azymorum oblatum fuisse; proinde maturas jam fuisse segetes. Neque vero quinquagesimo post die novas fruges, sed ex novis frugibus primitiarum panes repræsentatos esse.

At recens ille scriptor adversum nos excipit, non spicas maturas, sed adhuc virentes; nec eas triticeas, sed hordeaceas, oblatas esse. « Quare, inquit, si diebus azymorum spicæ messis hordeaceæ, quæ tunc offerebantur, adhuc virebant, optime infertur, triticum, quod serius maturescit, nondum tunc temporis potuisse esse maturum. »

Verum non hordeaceas solum, sed etiam triticeas messes sub azymorum tempus maturas inter-

dum fuisse, si Scripturæ fidem habemus, necesse est credere. Nam Levitici XXIII id non obscure declarat. Ubi postquam commate 10 præcepit Moyses, ut post demessam segetem spicarum manipulos, et primitias offerrent, subjicit com. 13 : « Panem, et polentam, et pultes non comedetis ex segete, usque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro. » Si nunquam maturæ, etiam ad confricandum, segetes erant azymorum tempore, frustra de panificio caveretur, ne ante oblatum Omer panis ex novis frugibus fieret. Itaque argumento illud est, etiam triticum aliquando maturum fuisse. Sed omnem pervicaciam retundit aditæ ab Israelitis Palæstinæ, ac transmissi Jordanis historia, quæ Josue cap. III et sequentibus continetur.

Transierunt enim Jordanem tempore messis. « Jordanis autem (inquit vers. capitis tertii) ripas alvei sui tempore messis impleverat. » Quo transmisso circumcisi sunt, et aliquandiu substiterunt, donec vulnera sanarentur; (cap. V, 8) postea Pascha celebrarunt, « quarta decima die mensis ad vesperam. » Haud dubie ex Mosis præscripto, adeoque mense primo. Addit eosdem comedisse de frugibus postridie azymos panes et polentam; ac tum manna defecisse, cum primum frugibus novis Chananææ vesci cœperunt. Quis ex eo non videt, non modo maturas ad vellicandum segetes mense primo fuisse, sed etiam ad panem ex illis faciendum? Adde mensis ipsius vocabulum, quod Abib propterea dictum est, sive novorum, ob novas utique fruges. Adde Theonis et Isidori Pelusiotæ loca illa, quæ initio capitis adduximus, ex quibus apparet, tam in Ægypto, quam in Palæstina messis tunc cœpisse tempus.

Ut autem res illustretur magis, duo quædam proponenda sunt. Alterum, mensem primum, seu novorum, minime apud Judæos veteres statum fuisse, ac certo tempore defixum. Nam docent magistri, cum pluribus aliis de causis proferri consuevisse mensem illum, et intercalatione submoveri; tum ob fruges novas nondum adultas. Qua de re fuse agitur in Talmudicis Digestis, et apud R. Mosem Maimoniden. Tum Aben Ezra in cap. XII Exodi pluribus idem explicat, ubi inter alia scribit, nihil de lunari mense ab legislatore cautum esse; sed hoc unum præcepisse, ut in ipso novarum frugum mense Pascha celebrarent. Quocirca pro eo atque fruges citius aut tardius crevissent, ita serius ociusve primum illos indixisse mensem, ac nonnunquam annos intercalares duos continuasse. Sane quod ad eum annum spectat, in quem Sabbatum illud deuteroproton, quo de agitur, incidit, qui fuit κηρύξεως primus, neomenia Paschalis Aprilis II contigisse videtur, feria VII, prima dies azymorum Aprilis XVI, feria VII. Itaque Sabbatum deuteroproton in XXIII diem Aprilis incurrit, qui quartus est ab eo quem Vergiliarum ortui, et initio messis Theo præfinit. At anno ipso, quo passus est Christus, mense integro citius Pascha celebratum est.

Præterea sciendum est, maturitatis in frugibus gradum esse duplicem. Aut enim matura seges est ad falcem : quod tempus Marcus evangelista cap. IV, 29 obscuris verbis indicat, quæ obiter explicanda sunt: Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον. Vulgo sic accipiunt, quasi παραδῷ, sit, « prodiderit se, » et absolute sumatur : quod est inusitatum. Malim sic interpretari, « cum permiserint fruges, » id est, cum plena maturitate messores invitare cœperint. Vulgatus interpres non tam verba quam sententiam expressit. Conjecturam nostram adjuvat Theophylactus, qui sic exponit, aut legit : ὅταν δὲ παραδῷ τὸ θέρος. Quod, nisi ut nos fecimus, explicare nequeas. Aut igitur plena in frugibus maturitas ista spectatur; aut adhuc viridis est tam spica quam semen ipsum, ita tamen ut esui utrumque sit aptum, ac vellicari destringique possit. Imo suavius est esu virens adhuc, et molle triticum, quam torridum, et messi proximum. In Sabbato illo deuteroproto, de quo sermo nobis est, maturæ non ad esum tantum, sed ad messem quoque segetes fuerunt. Erat enim dies Aprilis XXIII. Aliis temporibus, quando Pascha citius accidebat, hordeaceus manipulus offerebatur, aut viridium adhuc tritici spicarum. Utrius generis spicis constaret Omer Scriptura non definit. Quocirca justæ suspicioni locus est, promiscue alterutrum offerri fas fuisse, prout utriusvis maturitas in legitimum diem incidisset. Nam neque plena, et ad messem idonea maturitas exspectabatur, neque tamen lactens adhuc semen ad Omer adhibebatur, sed saltem viride. At cum paulo citius Pascha contingeret, quam ad oblationem triticeus fasciculus comparari posset, succidanea erat messis hordeacea, utpote præcocior.

Postremo non videtur interdictum ulla lege Judæis, ne ante oblatum manipulum messem facerent, etiam hordeaceam. Imo ante factam esse, locus ille Levitici XXIII, 10, demonstrat : *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feretis manipulos spicarum*, etc. Quod tamen non perpetuo, sed interdum accidit, secundum ea quæ paulo ante diximus. Idem et de Pentecoste debet esse judicium; nullo præcepto vetitum Judæis esse, ne ante festum hoc frugibus novis ac panibus ex his confectis vescerentur; quod opinionis fautores contrariæ sumunt : quin potius id antea fas fuisse, declarat historia capitis tertii et quinti Josue, quam citavimus. Neque primitiarum vocabulum id perpetuo significat, quod omnium primum est, et ante quod nullum in usu fuit; sed interdum simpliciter pro quavis oblatione, vel re ad honorem Dei seposita ac selecta, ut Exod. XXV, 2, et XXXV, 5 et 21 ; Numer. XXXI, 29. Quare tametsi primitivi panes in Pentecoste oblati fuerint, minime ex eo sequitur novas ante hoc tempus fruges non attigisse Judæos. Quod in

Commentariis suis erudite Bonfrerius noster observat: cui idem, quod in mentem mihi venerat, placuisse prius, maximo sum opere gavisus.

Hinc illa, quæ contra nos allata sunt, universa solvuntur. Si per azymorum dies, inquiunt, spicæ messis hordeaceæ adhuc virebant, triticum nondum maturum esse potuit. Respondemus, virentes spicas hic sumi pro recentibus, non penitus viridibus, et immaturis. Nam Hebraice est Levit. II, 14, אביב קלוי *spica recens*, *tosta*, et נרש קדמל *triticum contusum spicæ plenæ*. Ita IV Reg. IV, 42. Carmel *frumentum novum* vertit interpres. Nec est absurdum, quo tempore metitur hordeum, triticeas spicas, si minus ad messem, certe ad vescendum maturas esse.

Josephus l. III *Orig.*, cap. X sentire videtur ex hordeacea messe primitiarum oblatum esse manipulum. Sed nihil hoc obstat quin ex aliis frugibus

A offerretur, quando serius Pascha contingeret. Idem porro subjicit, ab oblato manipulo publice privatimque metere licuisse: καὶ τότε λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεστι πᾶσι, καὶ ἰδίᾳ θερίζειν, quasi id ante non licuerit. Sed hujus rei nullum in sacris libris exstat interdictum. Nos autem de priscis Judæorum temporibus, non Josephi ætate loquimur. Atqui vel ex hoc ipso ejusdem historici loco evidens est, sub Pascha messem in Judæa peractam: quod nobis satis est. Nam, si post delibatam oblatione manipuli segetem, metere fas fuit, ergo maturæ jam ad messem erant segetes, etiam triticeæ, atque istæ saltem ad esum. Unde Sabbatum deuteroproton septimo ab oblatione manipuli die contigisse, minime ex eo fit absurdum, quod tum virentes spicas
B manibus suis apostoli defricarent: quod contra reprehensionem nuperam propositum erat ostendere.

DE GRÆCORUM ÆRIS AC COMPUTIS

DISSERTATIO.

(Dionysius Petavius, *De doctrina temporum*, t. III, p. 155.)

CAPUT I.

De triplici Græcorum æra, quæ ad duas redigitur. Illustratur Panodori Chronologia. Maximus, Georgius Syncellus, Theophanes, aliique notantur.

Græcorum computos, ærasque præcipuas esse tres, inter eruditos convenit. Nam aliam esse dicunt, quæ ab initio rerum ad Christi in uterum Virginis adventum, aut natalem annos computat 5493, aliam, quæ annos numerat 5501, tertiam quæ 5509 constituit. Primam Antiochenam appellant aliqui, secundam Æthiopicam, tertiam Alexandrinam. Scaliger ad Excerpta Maximi primam nominat lunarem, mediam orientalem, postremam paschalem: quarum appellationum origines disputat initio libri V *De emendatione temporum.* Sed eas a nobis confutatas habes, penitusque convictas in nono *De doctrina temporum* capite V, ubi nihil in computis istis vidisse, neque quid scriberet intellexisse hominem plenissime demonstravimus; ac multa in eam rem congessimus et ignota vulgo et scitu dignissima; et ad id, quod modo agitur, apprime necessaria; quæ minime hoc loco repetenda sunt. Non pauca tamen illic omisimus propria magis instituti hujus, et paschalis Græcorum methodi, quam ad illustrandos Maximi, Isaaci aliorumque computos, qui in Auctarium relati sunt, enarrandam suscepimus, cujus initium disputationis ab æra illa triplici, et communi de iis opinione doctorum, atque errore ducetur, ut ab illis frustra doceamus tres esse distinctas hactenus, cum sint revera tantummodo duæ.

Etenim computorum, sive τῶν ὁράδων annalium
C diversitas in eo ponitur, ut in unum et eumdem annum, ceu communem terminum, dispares summæ desinant. Quod si aliis atque aliis annis iidem inscribantur tituli, non debet propterea diversus appellari computus; quod ad longinquiores annos major numerus; minor autem ad propinquiores ab eodem capite ductus extenditur. Ut enim exemplo fiat quod dico clarius, sumatur ab orbe condito ad annum æræ Christianæ primum certus aliquis computus, velut ille noster annorum 3983, in eoque diversis annis eadem illigetur epocha, nimirum Urbis conditæ: quam alius in eo anno defigat, qui est ante æram Christianam 754, alter tredecim annis postea; Pictorem, aut nescio quem alterum ex veteribus auctorem secutus, puta in eo qui sit ante
D Christum 743. Duo igitur illi in eadem ad ortum Christi summa consentientes, in annis autem diversis ejusdem epochæ dissidentes; sic ut prior ab eodem mundi initio ad Urbem conditam numeret annos 3230, alter, annos 3243, non utique diversos ab Adamo computos instituere dicuntur: quod tum demum facerent, si ad eumdem annum, qui sit ante Christianam æram 754, periodi vero Julianæ 3960, alter ab Adamo numeraret annos 3230, alter 3243; et quod consequens est, ille ad Christum annos 3983, iste 3996.

Sic igitur tres illos Græcorum computos, ut a se distincti invicem diversique sint, in unum aliquem conspirare terminum oportet, ad eumque non eodem a capite et exordio descendere. Talis

est autem Incarnationis annus natalisve Christi; ad quem singulorum summa propagatur. Hunc eumdem tribus illis æris constitutum esse docti illi suspicati sunt, qui eas a se mutuo separarunt. Sed non ita se res habet. Nam ex tribus duæ sunt, quæ diversis annis τὴν ἐνανθρώπησιν assignant, videlicet illa, quæ annos 5493, et quæ 5501 colligit. Unius ergo computi summæ istæ duæ sunt, qui cum tertio annorum 5509 natalem eumdem Christi respicit, et ab illo propterea jure distinguitur.

Quod non eumdem in annum Incarnationem Domini conferant, qui ad eam numerant annos 5493, et qui 5501; iis ex auctoribus constat, qui utriusque vel inventores, vel fautores exstiterunt. Priorem computum Panodoro cuidam inscribit Georgius Syncellus monacho erudito et antiquo. Vixit enim Arcadio imperante, et ad exactæ chronologiæ scientiam usum insuper attulit astronomicarum rerum; cujus in Georgii de illo narratione, quam sequenti capite proponemus, non obscura sane vestigia supersunt. Atque hic annum eum Christi ἐνανθρωπήσεως summæ suæ præstituit; a quo vulgaris æra nostra proficiscitur: quod cum in lib. IX *De doctrina temporum*, cap. V, observatum jam fuerit, plenius hoc loco demonstrabitur. Scribit Georgius annum mortis Alexandri Magni a quo Thoth Philippi Aridæi procedit, in æra Panodori esse ab Adamo 5170, annum item mortis Cleopatræ, sive primum Actiacum, numerari 5463; a quo deinceps ad Augusti obitum putantur anni 43: sic ut anno ejusdem æræ 5506 Augustus excesserit; cum anno 5493 Christus advenisset. Ex iis inter se comparatis ita, quod volumus efficitur. Anno decimo quarto æræ Christianæ mortuus est Augustus; periodi Julianæ 4727, ut in libro *De doctrina temporum* XI, cap. VI, probatum est. Ut igitur detractis annis XIV de 4727 residuus est is, in quem vulgaris Christi natalis competit: et sequenti 4714 primus æræ Christianæ incipit; cui Incarnationem et Natalem computistæ nostrates cum Græcis affixerunt: sic de anno Panodori 5506 detractis XIV, exsistet annus 5493; cui τὴν γέννησιν Salvatoris Panodorus attribuit. Rursus Alexander Magnus periit anno periodi Julianæ 4390, qui est trecentesimus vicesimus quartus ante Christianam æram. Quare sicut additis 324 ad 4389, conficitur annus natalis communis in Juliana periodo 4713, sic ad annum 5169 additis 324, consurgit annus in æra Panodori 5493, qui Alexandrinorum populari exordio cœpit ab Augusto exeunte anni 4713, ecclesiastica vero consuetudine a vere anni 4714. Denique primus annus Actiacus, sive mortis Cleopatræ, in Juliana periodo est 4684, ad quem adjuncti anni 43 desinunt in annum 4727, quo Augustus fato functus est. Eodem modo si 43 adjicias ad 5463, confiet in Panodori computo annus 5506, quo item excessit Augustus: sed exiens uterque annus habendus, sequente 5507 et 5464. Quocirca nihil est certius quam incarnationis annum, in quem Panodori ab Adamo æra perducitur, eumdem esse cum anno primo Dionysiano. Doceo jam annis octo remotum ab eo alterum esse, qui quinquies millesimum quingentesimum primum annum occupat æræ Maximi, ac Theophanis, et Georgii Syncelli. Etenim, quod lib. IX (p. 5) *De doctrina temporum*, animadversum est, character annorum istorum, quo discernuntur a nobis, indictio est, quam nobiscum illi communem obtinent, tum feria, vel lunaris ætas certis diebus attributa. Quæ si adhibere velimus, id esse verum, quod dixi, reperiemus. Duo sunt præ cæteris auctores, qui æra utuntur ista, Maximus et Theophanes. Horum prior in prima parte computi, cap. XXXII, evangelismum beatæ Virginis, sive Incarnationem, incidisse vult anno mundi 5501, cyclo solis XIII, lunæ X, feria II, Natalem autem Christi eodem anno, feria IV. Quoniam igitur Εὐαγγελισμὸς, quam *Annuntiationem* Latina vocat Ecclesia, tam a Græcis quam a nostris, Martii XXV ponitur, necesse est Dominicalem fuisse litteram F. Addit cap. XXXIII indictionem fuisse tunc XII, capite porro XXXIV χρηματισμὸν Zachariæ Septembri XXVII die contigisse narrat, feria V, cyclo solis XII, lunæ IX. Proinde littera Dominicalis erat G. Item natum esse Joannem Junii XXIV, feria II, nempe littera Dominicali F. Ex tot annorum characterismis efficitur, Zachariæ χρηματισμὸν et conceptum Joannis cadere in annum periodi Julianæ 4721, qui est æræ communis octavus, quo littera fuit G post Martium. Incarnationem autem Natalemque Christi, et ante hunc Joannis, in annum 4722, æræ Christianæ nonum, qui litteram habuit F. Sic annis octo tardior est natalis Dominicus in hac æra, quam in communi. Idipsum ἀποδεικτικῶς quoque colligitur ex cap. XXXIII partis primæ computi Maximi. Quippe Augusti imperii secundum annum ait esse mundi 6460, quo fuit indict. I, incarnatum vero esse Christum anno Augusti XLIII, indict. XII. Ex quo consequens est anno Julii XII periodi Julianæ 4680 Augusti imperium iniisse, et annum Julii XIII, periodi Julianæ 4681 secundum esse monarchiæ. Intellige labentem utrobique. Etenim Augusti annos a Thoth incipit. Proinde primus Thoth revera incidit in annum Julii III, periodi Julianæ 4711: at ex Maximi calculo contigit anno Julii XI, periodi Julianæ 4679. Unde anno 4681 in cursu erat adhuc secundus Augusti cum indictione I. Adde annos XLI reliquos; incurret annus Augusti XLIII, quo incarnatus est Christus, in annum Julianum LIV, periodi Julianæ 4722, ita ut anno Juliano LIII a Thoth inierit, et Martio mense insequentis anni tenuerit. Vides ut annis octo tardiores sint epochæ omnes in isto computo. Nam Thoth Augustei imperii est annus Julius III, a Maximo vero fit XI. Eadem et in Nicephori Chronico perturbatio est, qui cum anno Adami 5501, imperii Augusti XLII, ponat Incarnationem Domini; nihilominus annum Nicænæ synodi numerat ab Incarnatione CCCXVIII. et octo

annis minus dicit. Nos in nono *De doctrina temporum*, cap. IV, duos illos annos χρηματισμοῦ. Zachariæ et Incarnationis a Maximo conceptos retulimus in 4710 et 4711 periodi Julianæ, qui iisdem Dominicalibus litteris instruuntur. Sed indictio XII, quam natali Christi Maximus accommodat, annum suadet 4722, quo Romana indictio erat in cursu XII a Januario, vel a Martio, Aprilive, ut putat Maximus. Sic in baptismo Christi ac passione labes eadem computi cernitur, siquidem cap. XXXII baptizatum a Joanne Christum memorat anno 5530, feria III. Ergo littera Dominic. D, adjectis XXIX ad eum annum, quo incarnatus est. Unde est hic annus periodi Julianæ 4752, quo ad vernum usque mensem labebatur annus Maximi 5530 et 5531 inde successit. Item passionem Christi conjicit in annum 5534, ac diem Parasceves; quæ quidem Martii XXIII contigit, ut ex Georgio mox probabitur, littera Dominic. G. Itaque annus fuit periodi Julianæ 4755. Quæ Græcorum sententia non magis reliqua ab historia, quam ab evangelica narratione discrepat. Nam Tiberii XV fere baptizatus est Christus; et eodem imperante, tertio, quartove anno postea passus : at ex Maximi computo sequitur, Caio imperante et ejus anno secundo ad baptismum Joannis accessisse Dominum et passum esse Claudii secundo : quæ sunt absurdissima.

Georgius Syncellus in eadem est causa cum Maximo. Nam et passum esse vult Christum XIII Martii, resurrexisse vero XXV, ætatis expleto XXXIII, anno ab Adamo desinente 5533, et ineunte 5534 ex a. d. VIII Kalend. April. Præterea annum mortis Alexandri Magni numerat mundi 5170, idque in confesso ait apud omnes esse. At Augusti monarchiæ primum, quæ anno post mortem Julii altero cœpit, esse 5458; ejusdem vero mortem contigisse inter 5514 et 5515, cum Christus prope decimum quintum ætatis annum ageret. Intervallum ab anno 5170 in quem Thoth Philippi congruit, ad 5458 monarchiæ Augusti, sunt anni 288 ; quos si addideris ad annum periodi Julianæ 4390, quo mortuus est Alexander Magnus, conflet annus 4678, qui est octavus post mortem Julii Cæsaris : quæ anno 4670 incidit

Rursus intervallum ab anno 5458 ad 5515, mortis Augusti, anni 57 ; quos si ad annum periodi Julianæ 4678 adjicias, exsistet annus periodi Julianæ 4735, quo excessus Augusti contigit. Atqui convenit hunc anno periodi Julianæ 4727 obiisse. Igitur annis octo veram epocham moratur Georgius.

Hinc illud accidit, ut in annalibus Georgii Syncelli, et qui ejus continuavit opus, Theophanis ; nec non hujus interpretis Miscellæ, anni Christi octo minus colligant, quam æra communis : nec aliter Maximus instituit. Hic enim Heraclii annum XXXI cum anno Christi 633 componit in anno communis æræ 641, ut paulo post dicetur. Georgius et Theophanes annum primum Diocletiani mundi

A esse volunt 5777, Incarnationis 277; atqui ex illorum mente is esse debet æræ nostræ 285. Sic Theophanes Constantini obitum refert in annum mundi 5829, Incarnationis 329 : quem certum est æræ communis anno 337 incidisse. Rursus Valentiniani exordium confert in annum mundi 5857 exeuntem ; sequente mox 5858, quoniam Februario creatus est imperator; Christi autem computat 357 itidem exeuntem. Discrimen annorum 7, quemadmodum et in anno concilii Chalcedonensis, quod anno mundi 5944, indictione V celebratum docet, anno Christi 444. Atqui anno 451 æræ nostræ est habitum, sic uno interdum anno ab instituta chronologia Theophanes aberrat : ac septem annorum tantummodo discrimen facit; cum octo esse annorum

B oporteat ex illius ratiociniis : cujus ratio ex iis, quæ de annorum initiis in anno Juliano dicentur, utcunque constabit.

Ex his omnibus quod initio posuimus efficitur, trium ærarum duas Incarnationem Christi diversis annis affingere ; ac prioris, quæ 5501 putat, ultimum convenire Christi anno nono ; alterius vero, quæ 5493 numerat, anno primo : adeoque non duos annales computos; sed unum et eumdem esse. Etenim annum Christianæ vel Dionysianæ æræ primum uterque computus 5493 numerat : nec non annum ejusdem æræ nonum uterque recenset 5501. Quippe de anno currente mundi ad Incarnationis annum assequendum priores annos 5500 de-

C trahunt ; posteriores 5492, ex quo major hujus, quam illius, calculus efficitur. Annus exempli causa mundi apud Maximum 5133 detractis 5500, erit ab Incarnatione 633. Deductis vero 5492, putabitur 641, ad quem revera Maximus perpetuo respectum habuit. Itaque in annis mundi consentiunt ambo computi, in annis Incarnationis dissentiunt. Non debent igitur mundi æræ vel computi, censeri duo ; sed unus duntaxat; cujus ad diversos annos Christi ἐνανθρώπησις alligatur. Quare duæ tantum, quod dicebamus, præcipuæ sunt æræ Græcorum, nempe una, cujus in annum 5493 primus annus æræ Dionysianæ, vel communis congruit : et altera, quæ eumdem annum numerat ab orbe condito 5509. Posteriore hac Isaacus monachus uti-

D tur; qui cap. III computi annum mundi 6881 numerat eum, qui a Septembri cœpit anni Christi 1372, quo anno Octobris XXVI, feria III contigit; proinde littera C fuit, ac nimirum annus Christi 1372. Demptis 5508 de 6881, reliqui sunt 1373, quandoquidem annus Græcorum 6881 majori sui parte cum 1373 Christi concurrit ; aut a verno mense anni ejusdem ex communi methodo illorum incipit, uti mox ostendam. Præterea Gaza libro *De mensibus*, cap XXI, annum Christi Romanorum calculo 1470, ait a Græcis putari mundi 6978. Deme annos 5508 restant 1470. Quocirca cum, ut initio capitis hujus ostendimus, diversi illi computi censeantur, qui ad eumdem annum æræ nostræ diversas annorum summas colligunt; duo sunt, non tres, illi

Græcorum computi; quorum prior, et antiquissimus annum eum, qui primus est æræ nostræ, numerat ab Adamo 5493; posterior 5509, nec plures Græcorum antiqui computistæ memorant: qui priorem vocant κατὰ Ἀλεξανδρέας, nos Alexandrinam appellemus; posteriorem κατὰ Ῥωμαίους, nos Constantinopolitanam, a nova Roma nominemus. Ita Theophanes non uno loco. At Scaliger novas quasdam uti rationes ærarum istarum, sic appellationes excogitavit, utrasque autem alienas, et absurdas, quas lib. IX *De doctrina temporum*, cap. V, refellimus, ac de iis paulo post iterum agemus. Erit qui ad illas duas tertiam putet adjungendam, quæ annum Incarnationis, et natalis computat ab Adamo 5507, quam adhibent auctores aliqui, ut *Alexandrinum chronicon;* uno minus Cedrenus (pag. 144) qui anno 5506 id esse factum asserit, et qui anno 5500 ortum Christi: passionem 5533 assignant, errare contendit. Sed hanc æram ab illa, quæ est Isaaci, discrepare non arbitror, sed in eodem computo diversum annum Incarnationi præstituere, puta biennio æram communem antevertere.

Etsi de amborum illorum sententia nihil certi consequi possumus, propterea quod imperite omnia permiscent, et eos characterismos adhibent, qui conciliari invicem nequeunt. De *Chronici Alexandrini* labe dictum est in XII *De doct. temp.*, cap. IV: Cedrenus paulo magis concors est secum. Natum asseverat Christum anno mundi 5506, Decembr. XXV, feria IV. Fuit ergo littera F, et esse potest annus periodi Julianæ 4711, biennio ante communem æram. Postea baptizatum esse refert indictione I, anno mundi 5536, Januarii VI, feria V; fuit ergo littera B, et hac ratione annus periodi Julianæ 4742; sed indictio tunc erat a Septembri et Januario II. Verum ut a verno mense putari incipiat, prima in usu erat Januar. VI; sequenti anno 5037, ait lunam decimam quartam Martii XXVII, feria VII. Fuit ergo littera C, cyclus lunæ X, ac proinde Julianæ periodi annus 4741, ἄνω ποταμῶν, quod aiunt. Annum denique, quo passus est Christus, ait esse 5539, quo Martii XXIII, feria VI fuit; et decima quarta Martii XXIV, feria VII. Erat ergo littera G, cyclus vero lunæ XIII: quæ congruunt in annum periodi Julianæ 4744: quo revera passus est ex Epiphanii et aliorum veterum opinione Christus. Quamobrem Incarnationem Domini Cedrenus triennio ante vulgarem æram posuit; passionem autem, anno ejusdem æræ XXXI. Unde non est mirum, annum illum Incarnationis, 5506 ab illo puta. in æra Constantinopolitana. Si enim tres annos adjicias, fiet annus 5509 Constantinopolitanus; Julianæ periodi 4714, qui est ipsissimus æræ communis. Non est igitur computus alius; sed ejusdem computi annos diversos Incarnationi præfiniit. Ex his facile est odorari quæ computorum istorum origo fuerit: quod in seq. cap. declarabitur.

A

CAPUT II.

De computo annali veterum, imprimis Africani methodi vinculis soluto. Ejusdem Africani Chronicum opus illustratur. Photii obscurus locus explicatur. Cesti Africani.

Veteres in Græcia Christiani in annis ab Adamo putandis sola, quæ in sacris libris exstant, intervalla spectabant; nec annales computos suos ulla paschalem ad methodum σχέσει, vel artificio implicatos habebant: ad quod deinceps consequentium illos temporum formavit industria. Ut igitur quisque pluribus aut paucioribus annis spatia illa terminabat, ita majores minoresve summas adhibebat, qua de opinionum varietate dictum est in nono *De doctrina temporum*, cap. II.

B

Inter has celebris illa fuit Africani antiqui, et eruditi chronologi, qui Christum anno mundi 5501 incarnatum esse, passum vero 5531, ætatis tricesimo primo circiter asseruit: et originem dedit æræ illi, quam Alexandrinam appellari diximus. Quem illius computum nacti posteri, auctoris sui chronologiam interpolarunt, ac fœdissime conturbarunt. Nam decem circiter annis ab ejus epocha, a Dionysiana autem octo, Christi Domini Incarnationem abstraxerunt. Id qua ratione sit factum, et quæ sincera illius opinio fuerit, investigare non erit, opinor, alienum: imo vero Græcanicas ad æras intelligendas plurimum illius inquisitio utilitatis afferet.

C

Scribit Hieronymus in caput IX Danielis, Africanum existimasse Christi Domini passionem anno quinto decimo Tiberii Cæsaris accidisse: quem ab orbe condito 5531 numerasse, ætatis Christi tricesimum primum circiter, Georgius Syncellus affirmat. Photius vero num XXXIV refert Africanum opus historicum edidisse divisum in libros quinque; quibus tempora omnia complexus est, a prima rerum origine ad Christi παρουσίαν, hoc est Incarnationem, nihil ut rerum necessariarum omitteret, summatim cuncta perscribens. Inde vero ad Macrini imperium reliqua perstrinxisse, atque hoc in opere testatum se annos ab Adamo comprehendisse 5723. Idem testatur et Georgius Syncellus in Excerptis Scaligeri (pag. 39), ubi ex Africano refert ad olympiadem usque CCL archontas ab Atheniensibus numerari 903, a Creonte, qui olympiade XIX præfuit; postremum vero fuisse Philinum ea quam dixi olympiade, consulibus Grato Sabiniano et Seleuco; qui a Bruto consules fuere 725. Demum colligi (pag. 37) annos 5723 ad tertium annum, Ἀντωνίνου, καὶ Αὐγέντου. Marcum Antoninum Alagabalum intelligit. In iisdem Scaligerianis excerptis fragmentum Africani legitur de olympiadibus (pag. 317): in quo apud Athenienses in olympiadum descriptione Stadionicas ait percenseri 248, annos 989. Sed in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ etiam 249 olympiadis Stadionicam recenset Scaliger. Si de annis ab Adamo 5723 auferas 5500, residui erunt 223 ab Incarnatione Domini secundum Africanum

D

Sed annus tertius Alagabali æræ communis est 221, in quem et 250 olympias incurrit. Biennio itaque Dionysianam epocham antevertit Africanus, et Incarnationem Domini contulit in annum periodi Julianæ 4712. Quod insuper ex anno Passionis ab eodem Africano constituto colligitur. Nam si decimo quinto Tiberii, nempe Geminis duobus coss. passus est (quæ fuit plurimorum veterum sententia), et is annus mundi 5531 ab Africano numeratus est, cum Incarnationem anno 5501 tribuisset, ut auctor est Georgius Syncellus : cum in annum æræ Christianæ 29, sive periodi Julianæ 4742 consulatus Geminorum competat; deductis annis 30 de 4742, reliquus erit Incarnationis annus 4712 in Juliana periodo. Verum apud Eusebium VIII *De demonstr.* (pag. 243) fragmentum aliud occurrit Africani de Passione Domini, et Danielis hebdomadibus; in quo passio conjicitur in annum secundum olympiadis 202, Tiberii XVI.

Hunc ipsum Africani locum pene ad verbum exscripsit Hieronymus in Commentariis ad caput IX Danielis, et tamen decimum quintum Tiberii posuit; non, ut est in Græco, decimum sextum. Quanquam nisi olympiadis annus appositus esset, conciliare ista facile possemus, quippe annus XV Tiberii, si ab Augusto mense putetur, quo imperare cœpit; iniit anno Christi 28, quarto labente olympiadis 201, et ad Augustum mensem anni Christi 29 continuatus est, quo duo Gemini consules erant. Ita XV Tiberii passus erit Christus, si his consulibus acciderit. Sin est, ut Christianorum veterum, aliorumque more, annos Tiberii a Paschali mense antecedente cœperit Africanus; idem annus XVI Tiberii censeri potuit. Sed cum olympiadis 202 annus secundus inchoatus sit anno Christi 30, et ad æstatem usque sequentis anni propagatus fuerit; necesse est anno æræ communis 30, vel 31 passum dici ab Africano Christum; prout annum Tiberii XVI, aut labentem adhibuerit, aut a Paschali mense præverterit. Si anno Dionysiano 30 Christum voluit esse passum, Incarnationem necesse est ab eodem locatam esse in anno periodi Julianæ 4713, uno anno ante communem æram, ut hodieque ponitur. Sin anno Christi 31 passionem assignavit, Tiberio V et Sejano coss., plane ut Epiphanius, aliique veteres arbitrati sunt, Incarnatio congruet in annum primum æræ Christianæ; itidem ut Panodoro, ac Græcis Latinisque computistis placuisse novimus. Sed hac ratione annus mundi 5723, qui ab Incarnatione debet ex Africani calculo esse 223, erit communis æræ 223; quo annum imperii secundum Alexander Mammeæ filius inchoavit : cum tamen Antonini Alagabali tertium incidisse in annum illum mundi diserte scripserit Africanus.

Mea, ut in ancipiti ac perplexa quæstione, conjectura est, Christum, ex Africani opinione, incarnatum esse anno periodi Julianæ 4712, biennio ante communem æram; mundi 5501, baptizatum porro Geminis duobus coss. anno Tiberii XV; mundi 5530 exeunte, quem 5531 Aprili circiter excepit; passum denique anno mundi desinente 5531, sequente 5532 a Paschate, vel Aprili anni Christi communis 30, Tiberii XVI, et olympiadis CCII anno secundo nondum ab æstivis mensibus inchoato; sed κατὰ πρόληψιν a Januario, aut alio quopiam initio popularis anni, quo usus est Africanus. Scimus enim olympiadas nonnunquam, et, quod consequens est, olympiacæ tetraeteridis an nos non ab ipso tempore agonum, sed a populari civitatum suarum exordio a plerisque numerari : ita ut in annorum exitus ludi ipsi concurrerent. Ita annus mundi 5723, sive ab Incarnatione 223, erit communis æræ 221, et Alagabali tertius.

Quocirca qui Africanum referunt passionem Domini anno Adami 5331, Incarnationis 31 attribuisse, de annis desinentibus intelligere debuerunt. Nam baptismum ab eo collatum esse in consulatum Geminorum verisimile est; cum ex Luca constet anno XV Tiberii istud evenisse; aut si, ut Epiphanius, et alii quidam, Novembri mense, non sexto Januarii, ad baptismum venisse credidit, anno communis æræ XXVIII; certe hinc ad passionem solidus annus interpositus est, cum annum saltem unum τῇ κηρύξει Africanus imputaverit. Atqui, si consulibus ipsis Geminis Martio mense passus foret, tres ab Januario, vel a Novembri quinque duntaxat menses Christi prædicatio teneret. Quod Africanum sensisse non arbitror.

Sed duo sunt in illo Africani calculo, quem ex Photio et Georgio retulimus, animadversione digna : alterum quod Photius scribit, Africanum ad Macrini imperium opus suum perduxisse, annorum 5723 historiam complexum; mendosum videri, ac pro Μακρίνου legendum M. Ἀντωνίνου. Quanquam et aliud occurrebat; Africanum Stadionicas non ultra olympiadem 248 in archivis Atheniensium invenisse, quæ olympias ad annum Christi 217, et Macrini imperium extenditur; tamen rerum gestarum memoriam ad annos præterea quinque propagasse, id est ad annum Christi 221; Photium vero eumdem historiæ terminum putasse, qui olympionicarum erat. Vide quæ XII *De doctrina temporum*, cap. XL diximus.

Alterum est, haud satis firmum argumentum esse novæ chronologiæ; quæ ex illo Africani loco concludit quinque annorum labem in Romanos fastos et annales irrepsisse, ac totidem superfluos in iis esse. Vis est argumentationis ejusmodi. Annus Africani 5723 est æræ Christi 221, periodi Julianæ 4934, quo consules fuere Gratus et Seleucus. Hoc vero par consulum ait ab exactis regibus esse septingentesimum vicesimum quintum. Additis ergo regum annis 243 ad 725, fiunt anni 968, e quibus deductis 221, restat annus Urbis 747 : quo Christus ex communis æræ ratiociniis ortus est; quinquennio prius quam vulgo feratur, imo sexennio. Natus enim ponitur anno Urbis conditæ 753.

Verum Africanus in consulibus sive magistratibus annuis numerandis, eos annos exclusit, quibus nulli consules fuerunt : qui quidem in Fastis insigniter quinque notantur ab anno Urbis 378 ad annum 382; quibus continuum interregnum, et ἀναρχία exstitit. Mos est autem plerisque scriptoribus in annuorum magistratuum aut regum temporibus percensendis, eos annos omittere, quibus nulli fuerunt : quod a quibusdam veteribus in Romanis digerendis annalibus observatum esse disputat Onuphrius, cum de varietate computandorum Urbis annorum disserit.

Postremo nec illud omiserim, quod ex Photio et Eusebio constat in *Chronico*, duplex ab Africano opus elucubratum; quorum alterum historicum fuit in quinque libros partitum, et ad annum tertium Alagabali, mundi 5723, perductum : de quo hactenus locuti sumus, alterum quod Κεστοὺς inscripsit in libros XIV digestum. Eusebius vero I *Chron.* novem libros numerat. Cujus operis argumentum multiplex fuit. Nam de medicis rebus, physicis, rusticis, chymicis etiam, iis in libris tractavit : quæ ambo ejusdem Africani sunt, ut testatur Photius, non ut Scaligero visum est, qui auctores immerito distinxit. Itaque Κεστοὶ nihil ad chronologiam attinebant; contra quam nobis exciderat lib. XII *De doctrina temporum*, cap. XLII, ubi Κεστοὺς cum πενταβίβλῳ historia confudimus.

CAPUT III.

De Græcorum æris, quatenus methodis paschalibus, et cyclis implicatæ sunt. Panodori computus illustratur. Ab eo propagatus est alter quem Maximus adhibet.

Hactenus meras annorum summas ab orbe condito sine ulla cyclorum, uti dictum est, methodo subducebant. Postea, cum jam usus artificii istius fere in Ecclesia cœpisset, placuit annos mundi sic ad eumdem aptare, ut divisa summa per cyclorum periodum, proprius anni cujusque cyclus exsisteret. Quem in finem partim annorum aliquot detractione vel additione, priores computos immutarunt; partim iis retentis, Incarnationem ac Passionem Christi alios in annos, quam quibus ascripti erant initio, relegarunt. Hoc ut paulatim evenisse conjectura nostra fert, explicare deinceps aggrediar.

Princeps, quantum suspicari licet, in Ægypto Panodorus, cum animadverteret annos ab Adamo ex Africani sententia collectos, si per 19 dividerentur, nequaquam labentem lunæ cyclum efficere, non dubitavit captandæ opportunitatis illius gratia, paucos annos e summa decerpere. Jam enim Alexandrinorum lunaris cyclus percrebuerat; qui a paschali fere mense sumens initium, idem erat ac noster, hoc est primus unius primus itidem erat alterius : quandoquidem paschalis omnis Romanorum methodus ab Alexandrinorum est fonte deducta. Theophilus Alexandrinus episcopus paschalem cyclum instituit annorum CCCCXXXVII, cujus centum priores annos descripsit, orsus a consulatu Gratiani V et Theodosii impp., qui est annus æræ Christianæ CCCLXXX, cyclo lunæ I. Hic annus ex Africani calculo putabatur ab Incarnatione CCCLXXXII, ab Adamo 5882 (lib. II *De doct. temp.*, cap. LXIX). Divisis 5882 per 19 relinquuntur II, atqui I residuum esse methodi paschalis intererat. Panodorus ergo decem detractis, eumdem illum annum numeravit ab orbe condito 5872, quibus per 19 partitis, cyclus ille lunæ primus, qui quærebatur, exsistit. Præterea Incarnationem ac Natalem Christi biennio subduxit ab Africani epocha; et in annum redegit, qui trecentesimus octogesimus retro putabatur ab exordio cycli Theophili. Si annus 5872 mundi trecentesimus octogesimus secundus haberetur ab incarnato Domino, caderet Incarnatio in annum ab Adamo 5491. Panodorus autem eum annum putavit 5493. Igitur primus annus cycli Theophili, æræ Incarnationis ab illo numeratus est trecentesimus octogesimus : quæ est insignis observatio vetustatis æræ communis, quam Dionysianam nominant, quanquam uno anno Incarnationem antevertimus, eo quod æra Christi non Incarnationem includit ipsam; sed a Kalendis Januariis proximis a Natali incipit. Nihilominus luculenta est hæc notatio vulgaris æræ; quam chronologi quidam recentiores ut minime antiquam, et a Dionysio primum Exiguo repertam impune vexant ac ludibrio habent. Sed ejus auctorem saltem Panodorum fuisse ex eo vincimus, quod Georgius Syncellus Incarnationem Christi ab illo relatam astruit in annum mundi 5493; quem ipsissimum esse primum æræ communis cap. sequenti demonstrabimus, ubi Georgii fragmentum illud exscribemus. Annos 5493 si per 19 partiare, fit lunæ cyclus 2, qui perinde anno primo Christi nostrati congruit. Ex hac Panodori conformatione accidit ut computus iste recens ab orbe condito octo annis minor esset priore illo, qui fuit Africani. Tametsi enim decem annos de eo Panodorus abstulit, tamen communem terminum biennio summovit. Si Incarnationis pristinum annum retinuisset ab Africano editum, qui est periodi Julianæ 4712, biennio ante epocham nostram; annus primus cycli Theophili, Christi 380, fuisset æræ Incarnationis Panodori 382; mundi 5872. Ablatis annis 382 de 5872, residui sunt 5490. Ergo annus 5491 esset Incarnationis annus. Idem primus Theophili annus ex Africani computo erat ab Adamo 5882, a Christi Incarnatione 382. Subductis 382 de 5882, reliqui sunt anni 5500 : proinde anno 5501 incarnatus est Christus ex Africani ratiociniis. Discrimen computi hujus et alterius, anni 10. Verum Panodorus biennio, ut dictum est, Incarnationem descendere jussit ad annum 5493 : unde octo annorum duntaxat inter utrumque nata differentia est. Accessit ad eam cycli lunaris opportunitatem, et indictionis

usus. Nam unitate addita, et summa per 15 partita, propria cujusque anni habetur indictio. Anni 5372 per 15 distributi relinquunt 7. Verum anno Christi 380 indictio fuit 8 : unitas ergo adjungi debet ad numerum. Quod si annum Africani 5882 per 15 divideres, indictio 2 proveniret, quæ longius abest ab ea, quæ tum putabatur. Quamobrem non minus indictionis, quam cycli lunaris commoditas Panodorum impulit, ut Africani computum interpolaret. Si quidem indictionis usus per illa tempora vehementius increbrescere cœpit, ut est in lib. XI *De doctrina temporum*, cap. XLI.

Atenim persuasum hoc plerisque fuit, Christum Dominum et Martii XXIII, et luna XIV vel XV, id est plenilunio, esse passum, id est in Paschate Judaico, Martii vero XXV resurrexisse : quorum illud feria VI, hoc autem feria I contigisse extra controversiam est. Quod Martii XXIII passum esse Christum Græci computistæ crediderint, argumento est, quod Maximus, Georgius, Chronicon Alexandrinum, Cedrenus, et alii complures ita sentiunt. Quin etiam Cæsariense concilium, quod Victore pontifice circa annum Christi CXCVII celebratum est, hoc ipsum definiit lib. XII *De doct. temp.* cap., XII. Quocirca tria hæc in eumdem concurrisse diem Martii XXIII arbitrati sunt, feriam VI, et lunam XV ; nec non legitimum ætatis modum, ut XXXIII annos circiter ætatis haberet : quoniam tricesimo anno baptizatus est, ac tria deinde Paschata peregit. Quibus omnibus commodior nullus annus inveniri potuit, quam qui æræ communis est XLII, et in Panodori computo 5533 exiens, iniensque 5534, idemque ab Incarnatione, secundum Panodorum, 42. Nam hoc anno cyclus erat solis Romanus XXIII, littera G, proindeque Martii feria VI, et Martii XXV Dominica, cyclus lunæ Alexandrinus, et Romanus fuit V, neomenia Nicæna Martii IX et XXIII, luna XV. Ergo non dubitarunt illo anno passionem accidisse. Ut igitur tricesimus hic et tertius, vel quartus ætatis esset annus patienti Christo, constituerunt anno computi Panodori 5501 incarnatum esse Christum; æræ vulgaris nono, periodi Julianæ 4722. De qua illorum opinione, et chronologia ad Fragmentum Georgii Syncelli disputabitur capite sequenti. Huic illorum castigationi suffragari præterea vetus illa traditio videbatur, anno mundi 5501 incarnatum esse Christum, quam Africanus auctoritate sua commendarat. Ita prorsus admirabiliter contigit, ut ad æram pristinam spretis Panodori calculis redirent ; aut, ut priorem illum computum constanter Ecclesiæ aliquæ, civitatesque retinuerint ; deinceps nulla in eo mutatione facta, epochas Incarnationis ac Passionis Christi tantummodo sollicitarunt. Verum nec in annis mundi cum Africano, nec in annis Christi putandis, cum Panodoro consentiebant. Etenim annus ille æræ Christianæ nonus ab Africano numeratus est mundi 5511 ; Christi undecimus : a Panodoro vero mundi 5501, Christi nonus. At illi mundi, ut Panodorus, 5501, Christi vero primum censebant : quod neuter illorum instituit. Hinc apparet recte nos capite I docuisse, computum hunc annalem et Alexandrinum, nihil a Panodori computo discrepare, si ad annos Adami vel mundi respicias. Tum id constat ; multum hunc ab æra Africani esse diversum. Quocirca quod in IX *De doctrina temporum*, cap. IV diximus, ex tribus vulgatis Græcorum computis, antiquitatis palmam ei deberi, qui ad Incarnationem Christi numerat absolutos annos 5500, late id accipiendum est ; et καθόλου, si annorum tantummodo summa spectetur, cujusmodi eam Africanus instituit. Sin eo modo consideretur, quo ab computandi magistris accommodata postea est, cum usus methodi paschalis implexa ; eadem est cum illa Panodori ; sed ejus est tractatio conformatioque recentior.

Post hunc Panodori computum perperam, et adversus Evangeliorum fidem a Græcis ea quam exposui, ratione depravatum, alter excogitatus est ; qui hoc excluso priore, pleraque in omni Græcia et Oriente hac ætate receptus est. Hic ad Panodori epocham τῆς ἐνανθρωπήσεως annos addit sedecim ; ad Alexandrinam Maximi et Georgii annos addit octo, si simplicem annorum numerum advertas. Nam, si annus ipse spectetur, octo illis, quibus Alexandrinum computum superare videtur, annis eo minor est : hoc est Incarnationem Christi totidem annis anticipat ; et cum epocha Panodori convenit. Anno itaque mundi 5509 Christi ἐνανθρώπησιν ortumque tribuit. Cujus quidem instituendi tres omnino causas exstitisse persuasum habeo. Prima fuit, ut annis per 15 tributis, citra unitatis adjectionem, haberetur indictio. Divisis 5509 per 15, relinquitur indictio IV, qualis anno primo æræ Christianæ fuit : quem Incarnationi dicarunt. Altera fuit cycli Judaici commoditas, quem et Victorinus ac Latini et Occidentales plerique secuti sunt. Quanquam nihil præter cyclorum vel aureorum numerorum ordinem expressisse Græcos existimo ; nec in celebrando Paschate ad eos errores adhæsisse, quos in Victorini ac Latinorum sectam præpostera Judæorum imitatio transfudit. Cyclus Judaicus ac Latinus ab Alexandrino et Romano ternario discrepat, ut qui primus est Romanorum, Latinorum sit XVIII ; qui illorum tertius, horum sit XIX, ut lib. VI *De doctrina temporum* pluribus exposuimus ; præsertim capite V, ubi numeris amborum aureis Kalendarii Romani dies utrinque stipavimus. Ibi ad Kalendas Januarias Romanus numerus ascriptus est III, Latinorum XIX. Ejusmodi cyclorum ratio in postremo illo computo locum habet. Nam divisis 5509 per 19, restant 18, qui Judaicus cyclus, et Latinus erat anno Incarnationis, sive communis æræ primo : ad quem tribus adjectis, efficitur aureus numerus Alexandrinorum 2, qui eumdem annum occupat. Sic anno Christi 1373 aureus numerus Alexandrinus erat VI. Hunc annum Isaacus numerat istius æræ 6881 ; quo numero per 19 par-

tito, supersunt 3. Proinde Judaicus iste cyclus fuit anni 1373; duplicem ad hanc causam postrema insuper accedere potuit, ut eam labem abstergerent, qua Panodori computum posteriores illo artifices infecerant; et ingentem hunc anachronismum tollerent, quo baptismus et passio Christi, ultra Tiberii obitum, in Caii et Claudii tempora diffunditur.

A Hæc omnia consecuti sunt additis ad Panodori summam sedecim. Annus Incarnationis a Panodoro habitus est mundi 5493; quo per 19 tributo, residuus est cyclus lunæ xi; per 15 autem divisus relinquit iii : adjectis 16 ad 5493, summaque 5509 per ambos cyclos distracta, fit indictio iv, cum lunari cyclo xviii, quod erat propositum.

CAPUT IV.

Fragmentum Theophanis insigne ad Græcorum computorum rationem explicandam; ad idque Notæ eodem pertinentes.

Ὅτι μὲν ,εφλα', οὐχὶ δὲ ,εφλγ' ὁ Ἀφρικανὸς λέγων, δύο σφάλλεται ἔτη, κατὰ τὴν ἀψευδῆ τῶν Εὐαγγελίων ὑφήγησιν· [1] πρόδηλον γάρ, ὅτι τῷ λ' ἔτει ἀρχομένῳ που, ἢ μικρῷ πρὸς, ἢ ἔλαττον, διὰ τὸ εἰρημένον, *Ἰησοῦς δὲ ἦν ὡσεὶ ἐτῶν λ'*, παρὰ τῷ μεγάλῳ εὐαγγελιστῇ Λουκᾷ, ἐβαπτίσθη, καὶ ἐδίδαξεν καὶ ἐθεράπευσε πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐπὶ τρία ἔτη· ὡς εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς θείας συλλήψεως αὐτοῦ χρόνον ἀρξάμενον τῷ ,εφλα' [2] ἔτει τοῦ κόσμου, τῇ πρώτῃ τοῦ πρωτοκτίστου μηνὸς Νισὰν, Μαρτίῳ κε', μέχρι τῆς ζωοποιοῦ ἀναστάσεως κατὰ τὴν αὐτὴν συμπεσοῦσαν ἡμέραν κε' Μαρτίου, ἐτῶν λγ', καὶ ἡμέρας μιᾶς τῷ ,εφλδ' ἔτει ἀρξαμένη [3]· ἀφ' ἧς ἐπὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς μετὰ σώματος θεοπρεπῆ θείαν ἀνάληψιν ἡμέραι μ'. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς λεγομένοις περὶ αὐτῆς πολλαχοῦ λεγομένης, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸν θάνατον πατήσας ὁ Κύριος ἡμῶν πρωτοκτίστῳ ἡμέρᾳ ζωὴν ἡμῖν ἐκ νεκρῶν ἐπήγασε· σκοπείτω εἰς τὴν ια' περίοδον τῶν φλβ' κυκλικῶν ἐτῶν, κατὰ τὸ σιγ' ἔτος τῆς αὐτῆς περιόδου, τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ παρ' Ἑβραίοις Πάσχα, καὶ εὑρήσεις [4] κατὰ τὴν κγ' τοῦ αὐτοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἐν ἡμέρᾳ παρασκευῇ καταντῶσαν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως ὑπέστη· καὶ ταφεὶς ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ ἐξ Ἀριμαθείας, καὶ Νικοδήμου, ἀνέστη τῇ μετὰ τὴν αὐτὴν παρασκευὴν ἐπιφωσκούσῃ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μιᾷ Σαββάτων, πρώτῃ δὲ τοῦ παρ' Ἑβραίοις Νισὰν πρώτου μηνός· ἥτις ἀεὶ τῇ κε' τοῦ Μαρτίου μηνὸς μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν.

Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς, συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ ,εφα' ἔτει τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτε, κατὰ τὸ ,εφλα' ἔτος τοῦ κόσμου ταύτην συναγαγών· Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ γενέσεως, ἣ κατὰ τοὺς χρόνους Νίνου καὶ Σεμιράμεως τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων ὡμολόγηται, συντεμὼν ἔτη ,γρπα' [5] ἐστοιχείωσε, τῷ Ἑβραϊκῷ ἐξακολουθήσας, καὶ τὸν δεύτερον Καϊνᾶν ἔτη ρλ' ζήσαντα πρὸ τῆς τεκνώσεως μὴ στοιχειώσας· οὗ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς μέμνηται ἐν τῇ κατ' αὐτὸν γενεαλογίᾳ· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ λέλεκται. Τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς τοῦτο χρονογράφιον ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως γενέσεως Ἀβραὰμ ἔτη ,γλβ' [6] περιέχει συμφώνως τῇ θείᾳ Μωϋσέως γραφῇ καὶ ταῖς γενεαῖς τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου. Καὶ ἀπὸ τῆς γεννήσεως Ἀβραὰμ ἕως

Quod Africanus annos (*ad Christi passionem*) computans 5531, non 5533, ut sincera Evangeliorum narratio continet, duobus annis fallitur. Manifestum est enim anno Christum ætatis ineunte, B hoc est paulo plus minusve, tricesimo, secundum illa Lucæ evangelistæ verba cap. III, 23 : *Jesus autem erat quasi annorum triginta*, baptizatum esse, ac docuisse; et morbos omnes, languoresque curasse annis tribus; adeo ut tempus omne, quod a divino illius conceptu, et ab anno mundi 5501, ac Nisan principis mensium die prima, Martii xxv, ad vivificam usque resurrectionem extenditur, quæ in eamdem xxv Martii diem incidit; annorum sit xxxiii, et unius diei, quæ annum 5534 incepit. Unde ad divinam cum corpore assumptionem illius in cœlum dies intercedunt xl. Si quis autem fidem minus adhibet iis, quæ de die illa non uno loco memorantur, nimirum Dominum nostrum primaria C in illa die, calcata morte, vitam nobis ex mortuis effudisse, ad undecimam periodum cyclicorum annorum 532, et ejus annum 213 animum advertat, in eoque decimam quartam Hebræi Paschatis attendat. Hanc enim inveniet die xxiii Martii ejusdem, ac Parasceve, in salutiferam passionem incidisse, quam pro nobis ille sustinuit; et sepultus a Josepho, qui ex Arimathæa erat oriundus, et Nicodemo, tertia ab eadem Parasceve die resurrexit : una Sabbatorum, et Nisan primi apud Hebræos mensis prima die; quæ vicesima quinta Martii una eademque semper incidit.

Igitur Africanus, cum in annum mundi 5501 divinam Incarnationem consentanee traditioni apostolicæ conjecisset, in passione ac salutifera resur- D rectione consignanda biennio aberravit, utramque conferens in annum mundi 5531. At Eusebius Pamphili annos ab Adamo ad ortum Abraami, qui Nini ac Semiramidis regum Assyriæ temporibus, communi opinione congruit, in unam summam colligens, 3181 putavit, Hebræos codices secutus : et secundum Cainan, qui vixit annos cxxx antequam gigneret, in serie minime collocavit : cujus quidem Lucas evangelista meminit in genealogia sua : quod alibi jam diximus. Nostra porro chronologia ab Adamo ad ortum Abraami annos complectitur 3312: qui numerus tam Mosis historiæ quam evangelicæ genealogiæ Lucæ convenit. A natali vero

[1] *f.* ὑφήγησιν πρόδηλον. Ὅτι. [2] *cor.* ,εφα. [3] *f.* ἀρξαμένης. [4] *f.* εὑρήσει. [5] *f.* ,γρπδ'. [6] *cor.* ,γτιβ'.

Abraami usque ad salutiferam crucem et vivificam resurrectionem, annos 2048 collegit Eusebius, cum ex verioribus ratiociniis putentur a nobis 2221. Fiunt in totum anni ab Adamo 5533 : secundum Eusebium vero, anni 5232, quod ab apostolica traditione penitus abhorret. Hic autem ex ejusmodi hallucinatione illi error obrepsit, quod præter annos Cainani 130, alios insuper 111 omisit Allophylorum, qui in Judicum libro continentur : nec non interregni et pacis, 40; item Darii, qui et Astyages dictus est, annos XI.

Panodorus vero unus ex Ægypti monachis, historicus, neque chronologiæ accuratioris imperitus, qui Arcadii imperatoris, ac Theophili Alexandrini archiepiscopi tempore floruit, cum veritatem in plerisque tenuisset, septem aberravit annis, ubi ad salutiferam incarnationem pervenit. Hanc enim anno mundi 5493 illigavit. Cujus ille erroris occasionem habuit ex eo, quod in anno primo Philippi Aridæi, qui Alexandro Macedoni primus in regnum successit; eodem videlicet, in quo et Claudius Ptolemæus expeditorum canonum ratiocinia defixit; initium statuit Ægyptiaci anni, atque Græci, in prima die Thoth, primi Ægyptiorum mensis, Augusti XXIX; quod ad eamdem epocham revolvitur. Hoc vero tempus citra controversiam anno mundi 5170 tribuitur. Porro ab anno primo Philippi, usque ad victam Cleopatram, anni secundum canones astronomicos numerantur 294. Fiunt ab orbe condito, et ab Adamo ad exitum Cleopatræ, anni 5463. Verum ab ecclesiastica traditione dissentit in anno 43 Augusti Cæsaris, quo Dominus noster carnem induit. Non enim plures quam 43 annos a victa Cleopatra et Ægypto subacta, apud mathematicos imperasse dicitur Augustus. Quod si concessum a nobis fuerit, consequens erit anno mundi 5505 ex hac vita Augustum excessisse. At idem ipse quintus erit ætatis Salvatoris annus : quod aperte falsum est. Quod autem circa obitum Cæsaris Augusti quindecim circiter annorum Dominus esset, ac XV Tiberii Cæsaris annorum fere XXX, ut sacra Scriptura docet, nemini dubium est. Ita contigerit Augusti Cæsaris exitus inter annum mundi 5514 et 5515; initium autem imperii totius anno 5458. Panodorus vero mathematicum canonem secutus Augusti imperii primordium contulit in annum mundi 5451, mortem vero in annum 5506, generationem denique Christi in 5493, quod ab eo perperam constat esse factum.

A τοῦ σωτηρίου σταυροῦ καὶ τῆς ζωοποιοῦ ἀναστάσεως ,βμη' ἔτη συνῆξεν· ἅτινα κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἔτη ,βσκα' ἡμῖν ἐπιλελόγισται. Ἔτη δὲ τὰ πάντα ἐξ Ἀδὰμ ,εφλγ'· κατὰ δὲ Εὐσέβιον ,εσλβ'· ὅπερ ἀλλότριον πάντη τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως· ὃ καὶ ἐκ παραλογισμοῦ τοιοῦδε πέπονθε, πρὸς τοῖς ρλ' τοῦ Καϊνᾶν ἔτεσι, κατὰ τὸν ἐν τοῖς Κριταῖς ἀλλοφύλων [7] ἔτη ρια' παραλείψας· τά τε τῆς ἀναρχίας καὶ εἰρήνης ἔτη μ'· καὶ ἔτι τοῦ Δαρείου τοῦ καὶ Ἀστυάγους ἔτη ια'.

Πανόδωρος δέ τις τῶν κατ' Αἴγυπτον εἷς μοναχὸς ἱστορικὸς, οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας, ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, ἀλήθειαν ἀσπασάμενος B ἐν πολλοῖς, ζ' διήμαρτεν ἔτεσιν, ἐλθὼν εἰς τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῷ ,ευϟγ' ἔτει ταύτην συλλογισάμενος. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ σφάλματος αὐτοῦ γέγονεν οὕτως. Ἐπὶ γὰρ τὸ α' ἔτος Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα βασιλεύσαντος Μακεδόνων α', καθ' ὃ ἔτος καὶ ὁ Κλαύδιος Πτολεμαῖος τὴν τῶν προχείρων κανόνων ψηφηφορίαν ἐπήξατο ἀρχὴν Αἰγυπτιακοῦ καὶ Ἑλληνικοῦ ἔτους, κατὰ τὴν α' τοῦ Θὼθ μηνὸς παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένου, κθ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς οὖσαν ἀποκαταστατικὴν, ὁμόχρονον [8] ὁμολογουμένως ἐστὶ τῷ ,ερο' ἔτει τοῦ κόσμου. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ δ' [9] ἔτους Φιλίππου μέχρι τῆς καθαιρέσεως Κλεοπάτρας ἔτη κατὰ τοὺς ἀστρονομικοὺς κανόνας ἐπισυνάγεται σϟδ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ,ερο' κοσμικοῦ ἔτους ε' [10] γίνονται ,ευξγ' Ἀδὰμ ἕως καθαιρέσεως C Κλεοπάτρας. Κατὰ τοῦτο οὐ συνᾴδει τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει, ὡς τὸ πρὸς τὸ μγ' ἔτος Αὐγούστου Καίσαρος· ἡνίκα ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσαρκώθη· μόνα γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς καθαιρέσεως καὶ ὑποταγῆς Αἰγύπτου μγ' ἔτη λέγεται βεβασιλευκέναι παρὰ τοῖς μαθηματικοῖς ὁ Αὔγουστος. Ὅπερ εἰ δῶμεν ἀληθεύειν, εὑρηθήσεται κατὰ τὸ ,εφε' ἔτος τοῦ κόσμου τελευτήσας ὁ Αὔγουστος. Τῷ δ' αὐτῷ ε' ἔσται τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡλικίας. Ἀλλ' ὅτι μέν ἐστι [11] πρόδηλον· ὅτι δὲ κατὰ τὸν Αὐγούστου Καίσαρος θάνατον ιε' ἐγγὺς ἦγεν ἔτος ὁ Κύριος, καὶ κατὰ τὸ ιε' Τιβερίου Καίσαρος ὡσεὶ ἐτῶν ἦν λ', ὡς τὰ λόγια, καὶ τοῦτο προφανές. Ἔσται ἄρα ὁ μὲν Αὐγούστου Καίσαρος θάνατος μεταξύ που τοῦ ,εφιδ' κοσμικοῦ ἔτους καὶ τοῦ ,εφιε'· ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς D ὅλης βασιλείας αὐτοῦ τῷ ,ευνη'. Πανόδωρος δὲ, τῇ μαθηματικῇ ἐξακολουθῶν ἐκδόσει, τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς Αὐγούστου βασιλείας τῷ ,ευνα' ἔτει τοῦ κόσμου ἐστοιχείωσε, τὸ δὲ τέλος τῷ ,εφς', τὴν δὲ σωτήριον γέννησιν τῷ ,ευϟγ', οὐ καλῶς διανοησάμενος.

Ad Georgii Syncelli Fragmentum Notæ.

Ὅτι μὲν ,εφλα. Veterum multorum opinio fuit, Christum uno tantum anno prædicasse, eoque passum fuisse. Ex eorum numero fuit Africanus, ut testatur Hieronymus in IX Danielis : quem recte ex auctoritate evangelica Georgius redarguit. Vide XII *De doctrina temporum*, cap. IX.

Ὡς εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς θείας. Tria hic observatione digna. Alterum, caput anni in computo Græco, non repetere Georgium a civili epocha, id est a Septembri; sed a verno tempore atque ab VIII Kalend. April. quo die conditum esse mundum putabant : alterum passum ex illorum opinione esse

[7] *cor.* καὶ τῶν *et* ἀλλοφύλων. [8] *f.* ὃ ὁμοχ. [9] *imo* α'. [10] *f.* ἔτη. [11] *Deest aliquia.*

Christum Martii xxiii, feria vi; resurrexisse vero die xxv: quam Epiphanii quoque sententiam fuisse constat. Vide quæ super ea partim in Animadvers. ad hær. LI, partim in XII *De doctrina temporum* exposuimus. Cum autem capite superiori demonstratum sit Maximum, quem Georgius, et cæteri, qui Alexandrinam æram tenuerunt, secuti sunt, Christi passionem in eum annum contulisse, qui est æræ nostræ xlii, periodi Julianæ 4755, eo anno admirabiliter contigit, ut in diem Martii xxiii decima quarta Paschalis incideret. Novilunium enim ex Parisinis tabulis commissum est Martii x, feria vii, hora 10, 21′ in horizonte Hierosolymitano. Quare decima quarta convenit in Martii xxiii, feria vi; plenilunium vero medium Martii xxv ineunte, hora videlicet 1, 55′ a media nocte. Nicæno vero tempore neomenia cadebat in ix Martii, cyclo v decima quarta, Martii xxii: quod ad Græcorum computistarum mentem perbelle congruebat, qui et Martii xxiii, et feria vi, et plenilunio passum esse Christum asseverabant. Sed hæc quam illorum rationibus consentanea videntur tam sunt absona, et ab evangelica veritate prorsus aliena. Sed nec Epiphanii sententiam assecuti illi sunt; quam nos abunde libris illis explicavimus. Tertio denique constat ex Maximi ac Theophanis decreto, Christum Dominum triennio, ac mensibus circiter tribus a baptismo prædicasse, ut qui anno ætatis ineunte xxxi, Januarii vi, baptizatus sit, mundi 5530 exeunte, ita ut 5531 proximo vere successerit: anno periodi Julianæ 4752, passus autem sit anno ætatis xxxiii absoluto, ac tribus præterea mensibus; mundi 5533 desinente, periodi Julianæ 4755. In quo ab Epiphanii sententia desciscunt. Vide Maximi cap. XXXII. Sciendum est porro, Græcos ætatem Christi ab Incarnatione ipsa numerare, non, ut ratio postulat, et nos vulgo facimus, ab eo tempore, quo extra uterum prodiit. Quorum institutum Romani quoque computistæ complexi sunt, Dionysius Exiguus, Beda, et inferioris ævi propemodum omnes. Hinc Georgius annos vitæ Domini putare incipit a xxv Martii.

Σκοπείτω εἰς τὴν ια'. Divisa summa annorum 5533 per 532, fient absolutæ periodi x, et annus 213 undecimæ, quo revera quarta decima Christi sæculo incidit in Martii diem xxiii, ut paulo ante vidimus.

Πρώτη δὲ τοῦ παρ' Ἑβραίοις. Mirum illud est, non solum neomeniam fuisse Nisan diem illum, quem lunæ xvi vel xvii esse dicit, sed ejusmodi semper exstitisse. Nugæ istæ sunt, nisi hoc forte voluit, initio rerum primum mensem, sive Nisan neomeniam habuisse xxv die Martii.

Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανός. Vide superiora libri hujus nostri capita.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου. In chronico posteriore, interprete sancto Hieronymo, Eusebius in Proœmio numerat ab Adamo ad diluvium annos 2242, a diluvio ad ortum Abrahami, 942. Summa annorum 3184; itaque legendum apud Georgium. Ad hanc summam si 2215 adjeceris, quot ab Abrahami natali ad ortum Christi interponit Eusebius, efficies annos 5199. Ac revera totidem annos ex Eusebii calculo Latini antiquiores exprimunt: et in Romano Martyrologio viii Kalend. Januar. numerus ille concipitur. Vide lib. IX *De doctrina temporum*, cap. II. Porro ad passionem, quæ anno Abrahami 2047 ponitur, anni sunt a conditu rerum 5231. Quæritur Georgius ab Eusebio prætermissum Cainan, et ejus annos cxxx: ideo minorem justo esse summam ad ortum Abrahami; quam ipse ait esse annorum 3312, quibus additi anni 2221, qui ab Abrahamo ad Christi passionem interjecti sunt, efficiunt annos 5533; cum tamen Eusebius et annos ab Abrahamo numeret ad Christum 2048, et iis priorem ad numerum adjectis, summam inde conficiat annorum 5232. Desunt anni 301 ad Georgii calculum: quos ipse variis modis inculcare nititur. De Cainano, et annis Judicum plenissime habes in IX *De doctrina temporum.* Georgii μικρολογία ista non est nauci.

Πανόδωρος δέ τις. Nunc de altero computo, qui est Panodori monachi. Is æram priorem annorum ad Christi ἐνανθρώπησιν 5501 octo annis, vel decem decurtavit; cujus inventi probabilis est a nobis supra reddita ratio: quam vero Georgius affert, frivola est; nec jure hominem redarguit ut mox videbitur.

Ἐπὶ γὰρ τὸ α' ἔτος. Quæ sequuntur insigniter depravata sunt; neque vis argumentationis, qua Panodorum Syncellus oppugnat, satis animadvertitur. Hujus tamen hæc summa conficitur: ideo septem annis minus putasse Panodorum, quod cum anno mundi 5458 Augustus imperare cœperit post necem Julii Cæsaris, Panodorus 5451 tantummodo posuerit, mathematicorum calculum secutus. Fuit apud astronomos in usu canon quidam, sive laterculum regum, qui a Nabonassaro ad Antoninum usque propagatur, nimirum ad Ptolemæi tempora: qui a Chaldæis traditum canonem Romanis imperatoribus auxisse videtur. Verum in libro προχείρων κανόνων, qui tabulas astronomicas complectitur, canon idem a Philippo Aridæo incipit, ut in manuscriptis codicibus apparet, qui Theonis commentarios εἰς τοὺς προχείρους κανόνας exhibent. Igitur a morte Alexandri, et Thoth Philippi, ad mortem Cleopatræ, anni colliguntur 294. Inde Augusti Cæsaris 43. Duplex enim initium Augusti, alterum a morte Julii Cæsaris, alterum a nece Antonii et Cleopatræ, quæ est epocha annorum Actiacorum. Intervalla porro annorum a neomenia Thoth, quæ principum mortem proxime consecuta est, in illo canone procedunt. Mortuus est Alexander Magnus anno primo ineunte olympiadis cxiv, periodi Julianæ 4390, anno Nabonassari 424, qui cœpit Novembris xii. Quare Thoth Philippi Aridæi, sive mortis Alexandri, convenit in Novembris xii anni ejusdem periodi Julianæ 4390, et initium dedit anno Nabonas-

sari 425. Hæc est epocha τῶν προχείρων κανόνων Ptolemæi. A qua anni sunt Ægyptiaci 294 absoluti ad Thoth Actiacum, sive neomeniam Thoth, quæ anno illo, quo mortua est Cleopatra, incurrit in XXXI diem Augusti; et exordium attulit anno Nabonassari 719, anno periodi Julianæ 4684, Urbis secundum Varronem 724. Intervallum a morte Alexandri ad Thoth Actiacum, anni solidi 294. Rursus Augusti mors contigit anno Urbis 767, mensis cognominis XIX, epagomenon V, anni Nabonassarei 762; cujus Thoth iniit Augusti XX, periodi Julianæ 4727, decimo quarto communis æræ. Sed tum annus fixus, et Actiacus erat in cursu; cujus Thoth perpetuo ab Augusti XXIX die auspicabantur. Itaque a Thoth Actiaco, ad Thoth mortis Augusti, anni absoluti sunt 43. Hæc sunt indubitata, et a nobis demonstrantur in tomo posteriore operis *De doctrina temporum*. Ex quibus intervallum aliud computari potest, quod inter Augusti primum exordium ac necem Cleopatræ numeratur, annorum 13. Nam Augusti imperium cœpit anno Urbis 711 : cujus Thoth convenit in Septembris III, Nabon. 706, periodi Julianæ 4671. Inde ad Thoth Actiacum anni Urbis 724, anni confecti sunt 13. Quare a Thoth imperii Augusti, ad Thoth mortis ejusdem, anni sunt Ægyptiaci vertentes 56. Panodorus incarnationem Christi conferebat in eum annum, qui cyclum lunarem habuit 2 a Thoth Alexandrino, si civile initium cogites, uti lib. IX *De doctrina temporum*, capite IV docuimus. Erat ergo periodi Julianæ 4713, in quem vulgaris quoque natalis competit, vel 4714, si populari epocha usus est; anno Nabonassari 748. Proinde a Thoth anni Actiaci primi, sive Nabonassari 719, ad Thoth anni 748, putantur anni solidi 29, ita ut tricesimo Actiaco ineunte incarnatus sit Dominus. Igitur ab anno Nabonassari ineunte 425, sive a Thoth Philippi, ad annum ineuntem 748 Nabonassari, quo Christus incarnatus est, anni interjecti sunt absoluti 323; ita ut anno 324 ab initio Philippi Christi ἐνανθρώπησις inciderit. Detractis ergo annis 324 de 5493, reliqui sunt 5169; adeoque anno 5170 ab autumno inchoato Thoth Philippi accidit, ut scribit Georgius : qui et frustra Panodorum redarguit, quod primum initium Augusti Cæsaris illigavit anno mundi 5451. Id enim consentanee fecit constitutæ a se chronologiæ. Etenim primum Augusti imperatoris exordium ab anno deduxit periodi Julianæ 4671, Urbis conditæ 711, a quo plerique imperium illius auspicati sunt, ut paulo ante diximus. Jam vero a Thoth Philippi, sive ab anno Nabonassari 425 ineunte, ad ineuntem annum Nabon. 706, anni sunt vertentes, et integri 281 : qui additi ad annum mundi 5170, cui Thoth Philippi congruit, conficiunt annum mundi 5451, primum monarchiæ Augusti. Exinde annis adjectis 56 imperii ejusdem, exsistit annus mundi 5507, quo Augustus excessit, quanquam nondum inchoato 5507, sed adhuc labente 5506 periit. Quin etiam canon ille mathematicus ab exordio Philippi ad Augusti ultimum numerat annos vertentes 337, ita ut 338 ab Augusti morte cœperit. Jam si annos 338 adjicias ad 424 Nabonassari, conflabitur annus Nabonassari 762, qui est Thoth mortis Augusti. Adde eosdem 338 ad annum Panodori 5169, exsistet annus mundi 5507. Rectissime itaque Panodorus non solum Thoth Philippi cum anno computi sui 5170 copulavit, sed etiam primum annum Augustei imperii cum 5451; si quidem incarnationem Christi contulit in annum 5493, ac lunæ cyclum 2 a populari Alexandrinorum epocha procedentem, id est Augusti XXIX, a quo annum ordiebantur; vel a verno tempore, ut computistæ solent. Quin ex iis vestigiis chronologiæ Panodori conjectura fieri potest accuratum iis in rebus ac diligentem hominem fuisse; atque haud paulo intelligentiorem ejus reprehensore Georgio, cujus in hoc genere infinita peccata sunt; sed nullum majus, quam quod ea vellicare instituit, quæ neque capiebat ipse, et ab illo ipso, quem accusabat, fuerant scripta constanter.

Ὡς τὸ πρὸς τὸ μγʹ ἔτος. Hæc sunt mendosa. Nam dicere videtur Christum in mundum venisse anno Augusti XLIII; et idem tamen tres illos et quadraginta annos a morte Cleopatræ ad Augusti obitum extendit. Utrumque verum est; et a primo initio Cæsaris Augusti ad Incarnationis annum, quem Panodorus constituit, annos esse XLIII; et a nece Cleopatræ totidem ad excessum Augusti. Etenim anno tertio Juliano, periodi Julianæ 4671, imperare cœpit Augustus, ex opinione Panodori. Christus incarnatus est anno Juliano XLVI. Demptis duobus, reliquus est annus XLIV ab initio Augusti : qui a Thoth anni Juliani XLVI, periodi Julianæ 4714 inchoatur. Labente itaque XLIII Cæsaris Augusti, mense Martio contigit ἐνανθρώπησις. Rursus obiit Augustus anno Juliano LIX, Augusti mensis XIX, periodi Julianæ 4727. Intervallum ab anno Juliano XVI, quo primus Actiacus cœpit, ad LIX, sunt anni XLIII. Obiit igitur Augustus exeunte anno XLIII ἀπὸ τῆς καθαιρέσεως Cleopatræ, hoc est Thoth mortis Augusti fuit quadragesimus quartus a Thoth Actiaco. Hæc vera sunt. Sed Georgius perplexe et obscure loquitur.

CAPUT V.

De Græcorum computorum epocha in anno Juliano, deque cyclorum in iis methodo. Maximus illustratur.

Civilis Constantinopolitanorum annus a Kalendis Septembris incipiebat una cum indictione. Inde igitur solis ac lunæ cyclos par erat incipere, quemadmodum Alexandrini, qui triduo ante popularis anni principium habebant, indidem et cyclos ordiebantur. Sed cum Romani anni descriptione Romanisque mensibus uterentur, illius etiam initium Græci nonnunquam adhibuerunt. Tum quod Paschatis causa cycli a Christianis assumpti sunt : quod festum verno tempore celebratur; hinc plerique non modo cyclorum, sed et anni ipsius exordium

in verno mense statuerunt; Aprili videlicet aut Martio.

Quæ tot initiorum varietas prius scriptores ipsos, quam eorum lectores, admirabili perturbatione confudit. Nam duo plerumque diversa annorum, et cyclorum principia miscent invicem : nec ad id quod semel amplexi sunt, constanter adhærescunt. Annum ecce alii ab Septembri vel Octobri incipiunt; cyclos autem solis ac lunæ ab Martio vel Aprili. Quidam cyclum solis ab Octobri; lunæ vero ab verno mense cœperunt. Plures annum civilem a Septembri; ecclesiasticum ab Aprili proficisci jubent; hunc etiam aliqui Martio ab mense, et ejus certa die repetunt.

Ea methodi obscuritas et confusio luce ut aliqua nostræ disputationis illustretur, de singulis Græcorum computis ordine dicendum erit, et qui uniuscujusque tradendi principes fuerunt, eorum pervestiganda sententia est, ut, quemadmodum ab illis constituti cycli fuerint; et quo pacto cum Romanis consentiant; ac quod anni denique primordium ceperint, certa ratione declaretur. A Maximo igitur incipiendum erit, qui et antiquior est, et antiquioris observator æræ, cujus de anno primum, et anni epocha statuemus.

Alexandrinum computum in Paschali sua methodo tenere se Maximus ostendit capite XXXII, cum annum Incarnationis ac natalis Christi ait fuisse mundi 5501, scripsisse vero se anno 6133, Heraclii XXXI cap. XVII significat; cujus anni passim exemplo utitur. Annus primus Heraclii cœpit Octobri mense anni æræ Christianæ ıↄCX, tricesimus vero primus anno ıↄCXL, indictione Constantinopolitana XIV post Septembrem, cyclo lunæ XIV, solis V, littera Domin. BA. Hanc porro methodum anni sui tradit capite XVII, ut divisa summa per XXVIII, si quid residuum sit, pro solari cyclo capiatur : aut si nihil restet, integer ipse cyclus. Idem et in lunari, atque indictione præcipit. Hoc modo divisis annis 6133, cyclus relinquetur solis I, lunæ XV, indictionis XIII. Restat illud inquirendum; ecquid annus ille 6133 a Septembri anni Christi ıↄCXL, an a Paschali mense anni ıↄCXLI incipiat.

Quod igitur nequaquam a Septembri annos suos sit exorsus, ex XXXII capite concludi potest. Ibi enim in eumdem annum mundi Martium ac Decembrem conjicit, nempe 5501, quo et feriam II ait fuisse Martii XXV, et quartam Decembris XXV. Certe Georgius Syncellus, qui eamdem æram exprimit, annos suos a XXV Martii incipit; nec non Alexandrinum Chronicon; etsi interdum aliter usurpat, de quo vide cap. III, lib. IX *De doctrina temporum*, cyclos autem solis ac lunæ perspicue ab eodem Martio, non a Septembri inchoare se declarat, cap. VI, ubi laterculum enarrans, quod editum est pag. 315, Januarium et Februarium anni antecedentis esse dicit; Pascha vero, et ejus XIV, anni sequentis. Præterea id ex capitibus X ac XIII cognoscitur : ubi tam lunarem annum, ac cyclum, quam solarem a verno mense incipit; illum quidem ab iis diebus, quibus affixi sunt aurei numeri; solarem autem ab æquinoctiali mense. Item capite XXIII, cyclum solis XXVIII, et lunæ XIV, Aprili ac Paschati anni ejus imputat, qui Pascha anni 6133 antecessit; cujus cyclus erat solaris I, lunaris XV; quo etiam capite cyclum solis XXVIII a Kalendis Aprilis orsus est. Unde epactas solis feriam illam esse definit, quæ est Martii XXXI, sicut epactas lunares, ætatem lunæ in eodem die. Ex quo sequitur anni primordium in Kalendas Aprilis, ab illo constitui. Dupliciter itaque annum suum auspicatur Maximus, nempe a Kalendis Aprilis, et a neomenia Paschali : cujusmodi in nostris quoque, id est Latinis, computi scriptoribus inconstantiam animadvertimus libro VI *De doctrina temporum* quæ, quia perlevis, facile dissimulatur; dum illud constet, verno mense, non autumnali annorum suorum epochas fixisse Maximum.

Cum hæc exploratissima sint, tamen ex eodem Maximi computo difficilis nodus occurrit. Quippe annum 6133, et indictionem XIV componit cum anno XXXI Heraclii, adeoque cum cyclo solis I, lunæ XV. Atqui annus XXXI Heraclii cœptus est Octobri anni Christi ıↄCX. Mortuus est vero Martii XI anni ıↄCXLI. Si annus mundi 6133 ab Aprili, aut neomenia Paschali caperet exordium, non utique 6133 annum attigisset Heraclius : quandoquidem neomenia Paschalis anno isto contigit Martii XIX; quarta decima Paschalis Kalendis Aprilibus, feria I. Unde Pascha in Aprilis VIII diffunditur; cyclo lunæ tam Romano quam Constantinopolitano XV; cyclo vero solis I Constantinopolitano, Romano VI, littera G, quod Maximus cap. XIX diserte astruit.

Hoc non alia ratione dissolvi potest quam ea quæ IX *De doctrina temporum* allata est, cap. III, ubi Maximum ostendimus duplicem epocham anni civilis et ecclesiastici confudisse : quarum illa ab Septembri procedebat : hæc ab Aprili, aut verno mense. Proinde 6133 annum civilem alias cum Heraclii anno XXXI, et indictione XIV comparavit; alias eumdem annum distulit in Paschalem mensem, ecclesiastico usus exordio.

Ante Maximum Panodorus annos suos a verno tempore inchoasse videtur : etsi Georgius in eo fragmento, quod capite superiori retulimus, ubi ἐνανθρώπησιν, et γέννησιν ab eo illigatam refert anno mundi 5493, nullam certam ejus rei significationem dederit, tamen ita Christiani fere veteres, saltem ecclesiasticis in computis et historiis, facere consueverant ut de Africano cap. I hujus libri docuimus.

His animadversis, facile jam erit solis ac lunæ cyclos æræ hujus, et computi proprios investigare, ac cum nostris componere, in quo fœdissime hallucinatus est Scaliger; uti paulo post ostendetur. Primum enim quod ad solis cyclum attinet, divisis annis ab orbe condito, residuus numerus

cyclus est solis: aut certe totus ipse numerus 28; anno 6133 diviso per 28, relinquitur 1. Proinde cyclus solis I concurrit cum anno Christi 641, quo Romanus solis cyclus erat VI, littera Dominicalis G: unde reliqui deinceps propagari possunt; quod in sequentibus constabit. Cyclus lunaris Maximi idem prorsus est cum Romano. Siquidem divisis 6133 per 19, reliqui sunt XV, et revera anno Christi 641, cyclus erat lunæ 15. Quod mirum esse non debet. Ex eodem quippe Alexandrinorum fonte Græci ac Latini pariter lunarem hausere cyclum; et ab eadem epocha, nimirum ab verno mense, usum illius auspicati sunt.

In indictione putanda perplexus est Maximus, in eaque methodus fallit, quæ per cyclum integrum τὴν ὁμάδα dividit. Nam si 6133 per 15 partiare, supererit indictio XIII. Atqui XIV cœpta est Septembri anni 640, et sequente 641 adhuc obtinuit; nec alia cum anno mundi 6133 componi debuit. Verum ad methodum unitas additur annis mundi, ut indictionem labentem obtineas: quemadmodum cap. XXXIII Computi admonet. Duplicem enim indictionem statuit: unam, quæ exsistit ex annis mundi per XV divisis; estque unitate minor, quam reipsa tunc usurpatur; alteram, quæ ab Augusti secundo imperii anno est exorsa: quem quidem affirmat ex XV indictione primam anno isto fecisse. Hæc sunt commentitia. Vera autem origo patefacta est supra cap. III. Vide et cap. I, ubi de indictionibus Maximi egimus.

In altero computo, quem κατὰ Ῥωμαίους appellat Georgius, quique annum Incarnationis exhibet mundi 5509, perinde ambigua est annorum epocha. Isaacus Argyrus cap. III Computi prioris, annum civilem ait a Septembri inchoari; cyclum solarem, ab Octobris Kalendis. Cyclum vero lunarem cap. IV ab Januario incipit, ac divisis annis mundi per congruentem cyclo cuivis numerum, colligi labentem anno ultimo cyclum asserit. Annum, quo ista prodebat, capite III scribit esse mundi 6881, quo diviso per 28, fit solis cyclus 21, tum Octobris XXVI die feriam III scribit fuisse, capite sequenti. Est hic annus Christi 1372, cyclo Romano IX, littera Dominic. DC. Idem tamen capite VI, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ ἀρχομένου Ἰανουαρίου, « usque ad initium Januarii, qui proxime sequitur, » annos ait esse 6880: quibus divisis per 19, cyclum lunæ 2 confici. Hæc ita conciliari possunt. Scribebat Isaacus Octobri mense anni Christi 1372; cum jam ab Septembri cœptus esset annus Constantinopolitanus 6881 cum indictione XI, ratione vero cycli solaris a Kalendis Octobris: porro ratione cycli lunaris, Kalendis Januariis sequentibus initium habiturus erat, sic ut annus 6880 perseveraret anno 1372. Itaque ad Kalendas Januarii anni 1373 fluxisse ait annos 6880: horum ultimus occupabat annum 1372, cujus adeo cyclum investigat. Divide annos 6880 per 19, restat 2 lunæ cyclus Judaicus, et Latinus; qui Romano 5 respondet, quotus erat anno 1372. Ac vel ex eo, quod a Kalendis Januariis lunarem cyclum inchoari scribit, conjecturam nostram approbat, quam capite III superius explicavimus; Græcos in hoc genere computi Latinorum ac Judæorum aureos numeros accepisse. Nam Latinorum proprium id fuit, lunarem ab Januario cyclum inchoare; cum ab Aprili, vel Paschali mense Romanis idem cyclus procederet. Ex his concluditur annum civilem Constantinopolitanum duobus respondere cyclis lunaribus, ut annus 6881 a Septembri anni 1372 incipiens, ad Decembris finem cyclo 2 Constantinopolitano, vel 5 Romano respondet: a Kalendis Januariis, cyclo tertio, et Romano 6, quod de solari quoque cyclo Romano dicendum est. Distributis annis 6881 per 28, restat cyclus solis 21 ab Octobri anni 1372: quo Romanus 9 adhuc in usu erat: anno vero sequente 1373 erat cyclus 10. Quocirca primus cyclus solaris Constantinopolitanorum erat Romanus 17 ab Octobri; Januario vero sequente, 18; et primus cyclus Romanus Januario mense respondebat cyclo Constantinopolitano 12. Octobri vero sequente, cyclo 13. Lunaris cyclus idem erat ac Latinorum; et ternario minor erat Romano et Alexandrino. Sed, ut jam monui, neque in embolismorum ratione; nec in Paschatis celebritate ab Alexandrinis et Catholicis institutis abhorruerunt. Indictio denique eadem erat ac Romana, sive imperatoria, ut vocant, a Septembri; sive ecclesiastica ab Januario. Unitate ergo major erat illa, quæ ex Alexandrino computo prodit: quod imprimis notandum venit, ut ex eo chronologorum Græcorum, et imprimis Theophanis errata deprehendamus. Hujus observationis specimen præbebimus.

Theophanes ait Heraclium cœpisse anno mundi 6102, Incarnationis 602, Octobris IV, feria II, indict. XIV. Hic est annus Christi Dionysianus 610, cyclo præditus solari III, littera D. Itaque error est apud Theophanem, legendumque feria I, non II. Erat indictio Constantinopolitana ab Septembri XIV. Hunc igitur annum putat Theophanes ab Adamo 6102; Incarnationis 602. At Cedrenus mundi 6103, Incarnationis 609. Verum quod ad Incarnationis annos attinet, Miscella, quæ ex Theophanis historia constat, eumdem habet annum 602, ut certum sit a Theophane ita scriptum fuisse, mundi 6102, Incarnationis 602: divisis 6102 per 15, reliqui sunt 12; addita unitate, ex præcepto Maximi, colligitur indictio XIII, hoc est Romana a Januario ad finem Decembris; Constantinopolitana vero a Januario, ad finem Augusti. Quocirca indictio computi Alexandrini, quæ ex divisione τῆς ὁμάδος oritur, nisi ab Septembri annos ordiamur, a Januario ad Septembrem unitatem addi sibi postulat; a Septembri, ad anni finem, binario est augenda, ut civilem Constantinopolitanam assequatur. Igitur anno Christi 610, erat annus Alexandrinæ æræ 6102 a verno mense cœptus. A Septembri vero

civilis annus 6103 putari cœpit : quod Cedrenus secutus est ; prius autem, Theophanes, qui ecclesiastico more, ut vidimus, annos a Paschate solet incipere.

Theophanes idem narrat Leonem Isauricum obiisse anno imperii sui xxv, jam ab mensibus duobus, diebus xxii inchoato, xiv Kalendas Julii, indictione ix, quod et historia Miscella refert sub finem libri XXI. Ἔτος ἦν ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου κατὰ Ῥωμαίους ͵ϛσμη' ἀπὸ Ἀδὰμ, κατὰ δὲ Αἰγυπτίους, ἤγουν Ἀλεξανδρεῖς, ͵ϛσλβ', ἀπὸ δὲ Φιλίππου κατὰ Μακεδόνας ͵αξγ'. Quæ sic Paulus Diaconus vertit : « Cum annus esset a conditione quidem mundi, juxta Romanos, ab Adam sextus millesimus ducentesimus quadragesimus octavus, secundum Ægyptios vero, seu Alexandrinos, sextus millesimus ducentesimus tricesimus secundus ; a Philippo, secundum Macedones, millesimus sexagesimus tertius. » Fuit hic annus Christi communis æræ 741, quo fuit indictio ix, tam Romana quam Constantinopolitana, Junio mense. Detractis annis 5508 de 6248, restant 740 æræ Dionysianæ. Uno itaque minus anno computat Theophanes ; quod et indictio demonstrat : nam si annos 6248 per 15 distribuas, exsistet indictio viii. Atqui in æra Constantinopolitana, quam Paschalem vocat Scaliger, Romanam Theophanes ; divisis annis ab Adamo, currens indictio relinquitur. Sic anno Alexandrini computi 6232 per 15 diviso, superest indictio vii, binario Romana minor, cum unitate tantum superari debeat. Item de 6232 detractis 5492, residui sunt 740, cum 741 reliquos esse oporteat. Denique annus Philippi per idem tempus labebatur 1064, non 1063. Itaque falsus est Theophanes, et scribendum illi fuit, mortuo Leone successisse Constantinum anno secundum Romanos 6249, Alexandrino 6233, a Philippo 1064.

CAPUT VI.

Confutantur ea quæ de Græcis computis explicavit Scaliger in VII De emendatione temporum *iidemque variis exemplis illustriores redduntur.*

Nunc ad excutienda illa veniamus quæ de Græcis iisce computis Josephus Scaliger in opere *De emendatione temporum* attulit (p. 749 edit. postremæ), quæ, ut universe dicam, ejusmodi sunt ; ut illorum scientiæ funditus expertem ac rudem hominem fuisse demonstrent. Nec ea modo replicabimus, quæ ab ipso in V *De emendatione temporum* disputata capitibus duobus, in nono *De doctrina temporum* capite V confutavimus. Hic ea solum attingenda sunt, quæ ad computum Maximi septimo in libro disseruit ; quæ in hunc locum, et hujus editionem Computi reservata fuerant.

Ex his primum illud apertissime falsum est tres istos computos sic habere, ut natalem Christi Dionysianum habeant, orientalis quidem, in anno 5501, lunaris in anno 5495, Paschalis in anno 5509. (Ita enim vocari tres æras illas a Scaligero, libri hujus initio monuimus.) Unde ad annum

A labentem cujusque computi numerandum, præcipit addere annis Christi Dionysianis annos 5494, 5508 et 5500, atque a Septembri caput anni repetere : quod hoc exemplo perspicuum facit. Anno Christi 1596, cœpit ab Septembri Græcorum more annus 1597 : adde annos 5500, habebis annum 7097 æræ orientalis ; adde 5508, fiet annus æræ Paschalis 7105 ; adde 5494, erit annus æræ lunaris 7091. Verum in hoc postremo lunari computo duo subtrahi perpetua methodo jubet, ut proinde nonnisi 7089 annus ille putetur. Hæc, inquam, cautio falsissima est, ut ea demonstrant quæ superioribus capitibus exposui de tribus istis computis. Nam duæ ex his, lunaris et orientalis, annum communis natalis, ac Dionysiani præbent eumdem,

B qui est 5493 iniens a Septembri. Maximus, Georgius, ac Theophanes æra usi sunt, quam orientalem vocat Scaliger. Hoc extra controversiam est. Nam Christum asserunt incarnatum, et in lucem editum anno computi sui 5501. Igitur annus æræ Dionysianæ 641, quo Heraclii annus xxxi Paschali mense currebat, computari ab illis debuit 6141, additis 5500 ad 641. Atqui eum ipsum statuunt annum mundi 6133, quotus est in lunari computo ; si ad annos 641 adjungas 5492, uti methodus exigit.. Sic annum primum Heraclii, qui iniit Octobri anni Christi 610 numerari oportuit 6110 orientalis æræ, at solum 6102 putatur a Theophane ; quotus est in ea, quam lunarem Scaliger

C appellat.

Præterea Georgius ac Theophanes, ut supra meminimus, æram orientalem Scaligeri nominant κατὰ Αἰγυπτίους, sive Ἀλεξανδρεῖς, Paschalem vero, κατὰ Ῥωμαίους. Insignis est ea de re Theophanis locus, quem capite superiori retulimus, ubi annum Christi, qui respondebat xxiv Leonis Isaurici, eratque 740, ait secundum Romanos, id est in Paschali, ut Scaliger eam vocat, æra esse 6248 ; κατὰ Ἀλεξανδρεῖς 6232. Deductis annis 5508, de 6248, restat annus 740 ; de 6232 autem subductis 5500, ut solet Theophanes, reliquus est annus ab Incarnatione 732, octo annis minor æra Dionysiana, uti consentaneum est : ablatis autem annis 5492, residuus est annus Incarnationis Panodori 740.

D Apparet ergo computum utrumque, quorum alterum lunarem, orientalem alterum nominavit Scaliger, ab Adamo parem, et eumdem annorum numerum colligere. Ac si vera esset Scaligeriana methodus, et ad annum æræ Dionysianæ addendi forent 5500, ut consequeremur annum orientalis computi, sive κατὰ Ἀλεξανδρεῖς, non utique mundi 6232, sed 6240 numerari oportuit annum 740.

Præterea falso et illud a Scaligero scriptum est æram, quam appellat lunarem, anno 5495 natalem exhibere Christi : sed ad methodum decurtari annis 2 : quod commentum ἄλογον est et ridiculum. Nam neque ratione, neque auctoritate nititur : imo utraque convincitur. Siquidem computi auctor istius, ut quidem apparet, fuit Panodorus. At is

anno 5493 Incarnationem attribuit, teste Georgio. Tum cyclorum et indictionum calculus hactenus explicatus a nobis eumdem damnat errorem.

Unus ab illo citatur fautor hujus opinionis Cedrenus: quem ait æram illam sequi, quæ natalem Christi componit cum anno mundi 5495; ideo perpetua methodo de illius æra deducendos esse 5494. Etsi futilis est auctor iste, nec ad uniusmodi computum adhærescit; tamen ne id quidem vere de eo prædicavit Scaliger (pag. 365), natalem communem in ipsius æra anno convenire 5495.

Primum diserte hic (pag. 144) affirmat se ad annos Incarnationis putare 5506, et paulo ante scribit annum Tiberii xv esse mundi 5536. Annus xv Tiberii est æræ communis xxix. Deme annos 5494 de 5536, ut præcipit Scaliger, orietur annus xlii æræ Christianæ; tricesimus autem exsistet, si 5506 auferas.

Ad hæc urbem Constantinopolitanam exædificatam refert indictio iii anno mundi 5838 (p. 233), Maii xi, feria ii. Fuit ergo littera D, et annus Christi cccxxx. Si de 5838 adimas 5494, fiet annus Christi cccxliv. Vides ἀλογιστίαν.

Rursus idem Cedrenus ait (pag. 269) Nectarium Constantinopolitanam tenuisse cathedram anno mundi 5888, Incarnationis 394. Annus quo sedere cœpit Nectarius, est in æra Dionysiana 381; mortuus est autem 398. Deductis annis 5494 de 5888 reliqui sunt 394. Verum non ille annus est æræ Dionysianæ: cujus ad methodum auferendos esse scivit annos 5494.

Quarto synodum Ephesinam primam confert in annum 5915 (pag. 276). Deduc annos 5494, fiet annus Christi 421. Atqui erat annus 431.

Quinto Romanum imperatorem, qui cum Constantino Porphyrogeneto imperium tenuit, a Stephano filio in ordinem redactum esse narrat anno 6453, indictione iii (p. 522). Annus erat Christi 944, quo indictio iii jam usurpabatur Decembris xvi, quando illud accidit. Jam si ab annis 6453 auferas 5494, relinquetur annus Christi 959. Subductis autem annis 5508, exsistit annus 944. Quare non lunarem, sed Paschalem computum tenuit hoc loco Cedrenus.

Sexto Theophylactum patriarcham obiisse scribit (pag. 526) anno 6464, indictione xiv, Februarii xxvii. Hic annus est æræ communis 956, quibus detractis de 6464 annis, restant 5508. Proinde etiam hic æra Paschali Cedrenus utitur.

Denique scriptor idem deinceps ad finem operis computo illo utitur, qui ad æram Christianam apponit annos 5508, ut ex indictione liquet: velut anno mundi 6468, 6471, 6497, 6508, 6518, 6524, 6526, 6527, et sic in reliquis. Quæ potest igitur par huic esse temeritas, quæ oscitantia major, quam affirmare Cedrenum ita annos mundi perpetuo computasse, ut ad æram Christianam adjiceret 5494; cum ubique fere 5508 adjungat; aut si aliter instituat, mendosi perspicue numeri sint? Unus, opinor, locus est, in quo cum æra vulgari paria

A facit, detractis de anno mundi 5494: nimirum in eo qui putatur 6021, quo Justinianum iniisse refert; quique Dionysianus fuit annus 527. Si præter hoc exempla alia suppetant (neque enim scrutari vacat omnia), ea longe paucissima sunt, nec cum eorum, quæ produximus, numero comparari queunt. Quocirca nemo Græcorum veterum de hac æra cogitavit unquam; nemo biennio decurtavit: quod ineptum est ac frivolum.

In cyclis vero solis ac lunæ, quos computis Græcis accommodavit in Notis ad Eclogas Maximi, quanta cæcitas! Cyclo solis æræ lunaris primo respondere asserit cyclum solis xvii æræ Paschalis, et orientalis nonum; ac tribus istis litteras B A, ut sit Romanus cyclus v: cyclo vero lunari æræ,
B quam lunarem vocat, respondere similiter in computo Paschali cyclum xvii, in orientali nonum, quando xiv Paschalis erat Aprilis v. Mirum cum ista scriberet, non illum consuluisse Maximum suum, et exemplum ab eo descripti Paschalis animadvertisse: anno mundi 6133, cyclum solis imputat Maximus primum, cyclum lunæ xv; terminum Paschalem, sive xiv ait incidisse Kalendis Aprilis, feria prima. Si quis alius orientalem, quem vocat Scaliger, computum adhibuit, is est profecto Maximus. Nam docet anno 5501 incarnatum esse Christum. Igitur cyclo illius æræ primo respondet ex laterculo Scaligeri cyclus solis xxi in æra lunari, et ix in Paschali: Romanus vero cyclus xxv, hoc
C est litteræ ED. Atqui constat litteram G anno illo cum vi Romano cyclo solis obtinuisse: nimirum anno Christi ɪↄcxli, quo feria prima incidit in Kalendas Aprilis. Item ex tabella Scaligeri decima quarta Paschalis cyclo lunæ xv cadere debuerat in Martii xxx, ut esset aureus numerus vii, cum tamen certum sit anno eodem aureum numerum exstitisse xv, et terminum Paschalem Kalendas Apriles occupasse. Possem ista latius persequi, et inscitiam, qua nulla hoc in argumento major potest accidere, pluribus exemplis traducere. Sed ex superiore omni disputatione quam de computis istis et eorum inter se ratione accuratam instituimus, licet cuivis vel mediocri usu talium instructo infinite patentem hallucinationem convincere.

D
CAPUT VII.

De methodo paschali computorum Græcorum ac primum de ἡμεροευρεσίῳ, sive investiganda feria. Exponuntur elementa ejus omnia; quid sint regulares, concurrentes, προσθεταί. Scaligeri in his error. Maximus et Isaacus expositi.

Paschalis methodus in duo fastigia dividitur; pro cyclis totidem, solis ac lunæ. Pars itaque prior est character diei, sive feria, quod ἡμεροευρέσιον Maximus appellat, posterior ad quartam decimam paschalem; ipsumque Pascha Christianum; et ad lunæ, ut vocant, ætatem investigandam pertinet. Utriusque ratio a nobis explicabitur, atque a priori, quæ solis propria est, capiemus initium.

Tria sunt ad indagandam feriam in Græcorum computo necessaria; προσθεταί, sive epactæ men-

sium; epactæ annorum; et ἡ ποσταία, sive quota dies mensis. Προσθετάς, eos esse, qui *regulares* a computatoribus nostris vocantur, Scaliger existimat (pag. 749): in quo valde fallitur. Appellatio quidem ipsa regularium ταῖς προσθεταῖς accommodari potest, uti nos in Latina versione fecimus; sed ita ut non eosdem esse Græcorum regulares ac Latinos, intelligas. Ac de horum quidem regularibus, et concurrentibus egimus lib. VI *De doctrina temporum*, cap. XXVIII, cujus doctrina capitis assumenda est ad Græci computi notitiam; est enim necessaria. Sed hoc loco minime repetenda; cum in promptu illic habeatur: præter paucissima quædam, et χαριώτερα, sine quibus explicari quod proposui non potest. Latinorum regulares sunt feriæ dierum in anno cycli solis, qui litteram habuit G, initio ab Aprili ducto; aut etiam ab Januario. Si a Januario ducatur, regulares mensis hujus et sequentis unitate minores sunt, quam si ab Aprili orsi fuerimus. Quando littera Dominicalis est G, tunc Kalendæ Aprilis feriam habent I, Kalendæ Maii III; et ita deinceps usque ad Decembrem, quota littera est initialis cujusque mensis ab A, unitate addita, tanta est feria. At Januario antecedente fuit feria II, Februarii Kalend. feria V, ubi et unitate addita, litteræ Kalendarum feriam exhibent. Verum calculus post bisextum, Martio vel Aprili potius incipit. Quare Januarii et Februarii regulares accipi debent ex feria, quam habent eorum Kalendæ anno sequenti, quo littera est F, tum vero Januarius incipit a feria III, Februarius a VI. Hi sunt regulares mensium Romanorum, qui perpetui immotique sunt; nec epactæ mensium proprie dici debent. Nam epactæ proprie sunt dies antecedentes caput anni mensisve, cujus epactæ nominantur: quemadmodum lunares epactæ dies sunt reliqui a confecta ultima syzygia ad finem anni civilis, puta a Decembris, vel Martii, si a Januario vel Aprili annus lunaris ineat; epactæ solis annuæ feria est diei ultimi totius anni, ut ait Maximus. Itaque Kalendæ ipsæ mensis, cujus epactæ vocantur, in epactarum numerum nequaquam veniunt. Non sunt igitur προσθεταί, hoc est epactæ mensium, idem cum Romanorum regularibus. Hinc epactæ solis annuæ, sive concurrentes, cum solis D regularibus Kalendarum feriam præbent. At προσθεταί cum epactis solis non reddunt feriam, nisi addatur ἡ ποσταία. Exemplum: esto annus Christi IↃCXLI, et quæratur feria Kalendarum Septembrium. Concurrentes illo anno fuerunt VII, ex methodo capitis XXVIII libri VI *De doctrina temporum* qui ad regulares Septembris VII adjecti dant feriam VII, cujusmodi revera anno illo fuit, cum littera Dominicalis esset G, cyclo solis Romano VI. Ita Kalendis Aprilis iidem concurrentes VII cum regularibus I dant feriam I. At, ex methodo Maximi, epactæ solis VII anno primo cycli solaris Constantinopolitani, cum προσθεταῖς Septembris VI, addita ποσταίᾳ, hoc est uno die Septembris, exhi-

A bent feriam VII; Kalendis autem Aprilis eædem epactæ solis VII cum προσθεταῖς VII, et uno die Kalendarum, offerunt feriam I.

Προσθεταί Maximi, sunt feriæ ultimæ diei antecedentis proxime mensem eum, cujus προσθεταί dicuntur in anno primo cycli Constantinopolitani, qui respondet cyclo Romano VI, quando littera est G; tum enim Decembris præcedentis ultimus in feriam I incidit. Ideo regularis Januarii anni illius, a quo proxime secutus est annus primus cycli solaris, Aprili ineunte, est I feria ultimæ diei Januarii IV. Is est regularis Februarii, et sic deinceps, ut ex tabella patet: quæ quatuor versibus constat. I menses Romanos complectitur, II epactas illorum sive προσθετάς, III singulorum B mensium dies, IV eosdem dies collectos quos addidi, ut propagandorum regularium ratio declaretur, quam cap. XXVI primæ partis Computi Maximus exponit. Hic enim dies omnes ab Aprili ad finem proxime antecedentis mensis illius, cujus προσθετάς quærimus, per 7 dividi præcipit, residuum, aut si nihil supersit, septenarium ipsum epactas esse mensis insequentis ait. Exempli causa: scire libet quæ sint epactæ Septembris. A Januario ad Augusti finem dies sunt 243: e quibus deductis 90, restant 153 a Kalendis Aprilis quæ si per 7 dividas, residuum est 6 regulares Septembris. Quod ab Aprilis Kalendis calculus incipit, non ex eo sequitur, regulares Aprilis esse I, sed potius VII; quæ C res Scaligerum fefellit, qui προσθετάς Maximi unitate perperam auget. Itaque epactas Martii ait esse V, epactas Aprilis I, epactas Maii III, uno verbo, quota est littera initialis cujuslibet mensis addita unitate, tantas esse προσθετάς asserit. Hoc modo προσθεταί Septembris erunt VII; Octobris II, reclamante Maximo in laterculo duplici capitis I, cujus in sinistro versus primus continet προσθετάς Martii IV: quas Scaliger V a Maximo constitui falso putavit. In versu quarto προσθεταί sunt Septembris et Octobris, hujus I, illius VI: quas unitate producit auctiores Scaliger.

Tabella προσθετῶν *in mensibus Julianis, et Constantinopolitano computo.*

Menses	προσθεταί	Dies mensium	Dies collecti
Januarius	1	31	31
Februarius	4	28	59
Martius	4	31	90
Aprilis	7	30	120
Maius	2	31	151
Junius	5	30	181
Julius	7	31	212
Augustus	3	31	243
September	6	30	273
October	1	31	334
November	4	30	365
December	6	31	034

Sciendum est autem, licet Maximus ab Aprili τῶν προσθετῶν ratiocinia deducat; revera tamen a Januario proficisci. Etenim a Kalend. Aprilibus ad ultimum Decembris dies sunt 275 quibus per 7 dis-

tributis restant 2, quæ προσθεταί esse debent Januarii, si ab Aprili computentur; at Januarius tantum habet I. Proinde sic a Januario calculus propagatur. Quoniam cum littera G est in usu, Januarii Kalendis feria est secunda; epactæ Januarii sunt I, ultima dies Januarii est feria IV. Nam divisis 32 diebus, hoc est 31 Januarii, et epacta ejus I per 7, restant dies 4; sic divisis 91, hoc est diebus mensium trium, addita epacta Januarii, per 7, residuum est 7 epacta mensis Aprilis; deinceps autem ab Aprili nihil additur, quoniam epacta Aprilis est 7, vel 6. Hujus rei, quamlibet levis, observatio non mediocrem lucem affert Græcorum computo: cujus ignoratione adeo manifesto errore implicatus est Scaliger.

Isaacus monachus prioris Computi capite IV, προσθετάς mensium vocat ἐπακτάς, quarum epilogismum incipit ab Aprili; ac superiori illi rationi suffragator accedit. Etenim epactas cujuslibet mensis constituit feriam ultimæ diei antecedentis cyclo primo, cum littera est G. Ostendimus supra cap. V cyclum solis Isaaci respondere XVII Romano, cujus litteræ sunt AG. Itaque Octobris Kalendæ in feriam secundam incidunt; et quia dies ultima Septembris fuit feria prima, hinc epactæ Octobris sunt I, epactæ Novembris IV, epactæ Januarii II, nec interrumpitur eo mense calculi progressio; ut apud Maximum. Vide caput IV Isaaci monachi.

Sequuntur annorum epactæ, quos concurrentes Romani computatores vocant. Est autem residuus feriarum numerus ex anno antecedenti. Ut si annus primus a feria prima incipiat, ultimus dies erit feria prima; proinde epactæ secundi anni erit unitas, et ita deinceps. Cyclum solarem Maximus orditur ab Romano VI, cujus littera G. Primus mensis est Aprilis. Igitur cyclo primo Kalendis Aprilibus est feria prima. Epactæ sunt VII; nam epactæ sunt feria ultimi diei præcedentis anni. Anni secundi epactæ sunt I, tertii sunt II, quarti sunt IV, propter bisextilem diem. Cum enim concurrentium epocha a Martio vel Aprili sumitur, simplex est epacta, sed a Januario ineuntibus annis duplex assumitur, ut in Romano computo duplex littera solet esse: quarum prior a Kalendis Januariis ad bisextum usurpatur; posterior inde ad vertentem annum. Epactæ per totum cyclum annis singulis congruentes describit Maximus in rota, quam capite primo posuimus: nec difficilis est methodus.

Quamvis autem Maximus annum, cyclumque solarem ab Aprili incipiat, et Januarius mensis decimus sit, in ratione tamen τῶν ἡμεροευρεσίου in hoc mense, et duobus sequentibus epactas assumit ejus anni, qui novus ab Aprili succedit: uti capite XIX significat. Exemplum: annus Adami 6133 iniit a Kalendis Aprilibus anni Christi DCXLI, cyclo Romano VI, littera G. Cyclus ergo Constantinopolitanus ei respondens I iisdem Kalendis iniit. Quare Januario, Februario, ac Martio locum adhuc habebat cyclus XXVIII, cujus epactæ sunt VI. Ad regulares itaque Februarii IV, si accedant epactæ VI, et ἡ ποσταία I fiet Kalendis Februariis feria IV. Erat autem V. Igitur non epactæ VI anni currentis, sed VII anni sequentis adhibendæ sunt, ut feria V prodeat. Hujus rei causa ex dispositu regularium petitur. Nam si ab Aprili cœpta progressio non interpellaretur in Januario, essetque regularis hujus, ut par erat, II, et Februarii V, ex epactis veteris anni, et regularibus Februarii cum ποσταίᾳ repræsentaretur feria quinta. Nunc in Januario novum exordium imprudentibus obrepsit, ut regularis competens uno deminutus fieret I. Ob id epacta unitate major, id est anni sequentis, antevertitur

Epactarum annuarum, sive concurrentium investigatio aliter a Maximo proponitur capite XXIX. Quotus est cyclus anni, qui quæritur, totidem dies, uno dempto, sumi præcipit. Inde cyclorum omnium, nullo exempto, numerum per 4 partiri: quod ex divisione provenit ad superiorem summam additum, totoque per 7 partito, reliquum erit epacta, vel si supersit nihil, septenarius ipse. Verbi gratia, quærantur epactæ anni XXVI. Ob cyclos XXV prætcritos sumo dies 25, tum divido 26 per 4, proveniunt 6. Colliguntur 3. Item cycli solis 28 epactas ita conficies. Cape dies 27 ob transactos totidem cyclos, deinde 28 cyclos ipsos, nullo detracto partire per 4, et septem, qui inde nascuntur adde ad 27, ac summam 34 divide per 7. Exsistent epactæ anni ultimi VI. Hujus methodi perspicua ratio est. Nam epactis ultimi annorum dies accrescunt. Ideo cum nondum expletus est vicesimus octavus annus, nullam in commune symbolam confert. Verum quia post bisextum incipit, ideo bisextilis ipse dies cedit in summam. Propterea nullo detracto, fit cyclorum omnium divisio. Hac methodo utitur Isaacus Argyrus capite III. Postremo nec illud omittam; etsi Romano more bisextilis dies infundatur inter XXIV et XXV Februarii; indeque Romano ritu nova littera succedat; nihilominus Isaacum bisextilem diem eum putare, qui est vicesimus nonus, et ultimus; uti quarto capite declarat, quod et alios observasse meminimus, imo ab nonnullis in Martium esse translatum. De quo vide quæ libro IV, cap. XII, ad Galeni locum ibidem descriptum animadvertimus.

CAPUT VIII.

Explicatur methodus lunæ in computo Maximi, sive Alexandrino. Epactæ lunæ, ejusdemque regulares, et ambarum propagatio.

Pro diversis Græcorum æris ac computis ab orbe condito, varii itidem cycli sunt solis ac lunæ: epactarumque colligendarum varia methodus: quam ad unicam, simplicemque redigere potuissent; si ad labentem annum computi sui aliquot annos adderent; nec eam commoditatem persequi mallent, ut æræ suæ summa per cyclorum numerum distributa, proprius cujusque anni cyclus

exsisteret. Ut in Romano computo æræ Christi, ad cyclorum epactarumque methodum, unitatem adjicimus; neque solos æræ annos adhibemus. In quo Latini omnes consentiunt. In annis vero mundi, tametsi magnum inter chronologos discrimen intercedat; ac longe plures aliis alii numerent; de cyclis tamen, epactisque omnes inter se conveniunt: quod qui plurium annorum summam instituunt, ad illorum methodum competentem numerum adjiciunt, sic ut summa per cyclos integros divisa, iidem labentium anni cyclorum apud omnes oriantur. Exempli causa; nos ab orbe condito ad annum primum æræ communis putamus annos 3984, ita ut ultimus sit ille, quem primum Christi facimus. Alius annos numerat 3950, ut Scaliger. Si nos opportunitas ista delectaret, ut ex summa, quam ab Adamo definimus, præcise distributa, cycli labentes efficerentur: annis 3984 per 28 partitis, reliquus esset cyclus solis VIII; per 19 vero divisis; cyclus lunæ XIII, sic ex divisione annorum 3950, solis esset cyclus II, lunæ XVII. At erat Romanus solis cyclus X, lunaris II, anno primo æræ Christianæ, in quem utrique conspiramus. Igitur ad eruendos cyclos, Scaliger 8 addit ad summam; ut 3958 per 28 partitis cyclus solis inveniatur X; ad lunarem vero, 4 adjicit; ut 3954 per 19 tributis, exsistat cyclus lunæ II. Nos ad methodum cycli solaris adjicimus 2, ad lunæ cyclum, 8. Ita divisis annis 3986 per 28, residuum erit 10, per 19 autem divisis 3992, restant 2. Sic incommodam illam cyclorum varietatem Latinorum computi ab orbe condito, ac chronologiæ devitant: quam Græculi nimis ambitiose consectati sunt.

Cum duo sint Græcorum computorum divortia, ut sæpe nobis necesse est repetere; et utriusque principes hoc in opere a nobis editi duo, Maximus et Isaacus; ex utroque depromptam singulorum rationem paucis explicabimus; ac primum Maximi. Is Alexandrinam æram sequitur; in qua primus annus æræ Christianæ numeratur 5493: qua summa per 28 divisa cyclus efficitur solis V, per 19 vero partita lunæ cyclus 2. Erat autem Romanus cyclus solis X, lunæ II. Igitur cyclus solis in hac æra primus, est Romani cycli VI, lunaris vero utrobique unus est, et idem. Epocha anni, cyclique lunaris (nam de solari jam diximus) a Maximo statuitur in Kalendis Aprilis. Caput enneadecaeteridos est aureus numerus I. Neomenia prima, Martii XXIII. Itaque anno primo cycli lunaris, Kalendis Aprilis luna fuit decima. Hinc est quod Maximus epactas anni primi lunaris IX fuisse scribit cap. XXVII, quoniam ætas lunæ tanta fuit Martii XXXI, qui dies canon est epactarum solis ac lunæ, ut idem ait capite XXXI. Quod non animadvertens Scaliger in Notis ad Eclogas (p. 753 edit. ult.) Maximi, putavit imminui duabus unitatibus summam: quod a temporibus Christi luna biduum anticipasset, quo nihil jocularius excogitari potuit. Sed de hoc errore jam alias.

A Quod autem in IX *De doctrina temporum*, capite V, credidimus Maximum lunarem προήγεσιν olfecisse diei unius a Nicæni concilii tempore, quod canonem ætatis lunæ, atque epactarum constituisset in XXX Martii, non in XXXI; uti æquum erat, si quidem epocha anni in Kalendis Aprilis ab eo defigitur, scito errorem esse, quem depravata Scaligeri lectio nobis peperit, qui in Eclogis Maximi (pag. 739), quas ad suam mentem interpolavit, nec iisdem illius verbis exprimere curavit, scripserat; Ἡ ποσταία τῆς σελήνης ἐν τῇ τριακάδι τοῦ Μαρτίου μηνός, etc. Ἡ δὲ ποσταία τῆς ἑβδομάδος κατὰ τὴν τριακάδα πρώτην τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, τὰς τοῦ ἡλίου. Sed perperam. Nam scribendum τριακάδι πρώτῃ. Sumpta est hæc ecloga ex capite XXXI primæ partis Computi: in quo ita, ut dixi, legitur. B

Hic bidui defectus per totum cyclum lunæ serpit; et epactæ perpetuo duobus minores sunt quam Romanæ. Exempli causa, cyclo XIV epactæ communes sunt IV, Maximo II, ut ait capite XXVII. Atque hæc epactarum progressio naturalis est, et epactarum germanam conditionem retinet: quæ est ejusmodi, ut totidem quilibet annus epactas habeat, quot sunt residui dies a neomenia proxime antecedente ad anni caput. Cyclo lunæ XIV, Kalendis Aprilis luna Nicæna fuit tertia. Ergo epactæ merito sunt 2. In Romano computo vulgaris methodus 4 numerat. De qua vide lib. VI *De doctrina temporum*, cap. XXIII.

C Epactarum inveniendarum methodus hæc a Maximo, capite XXVII, traditur; cyclum lunæ per undecim ducito: summam binario minutam divide per 30, habes epactas anni, cujus cyclus multiplicatus est. Cyclo lunæ XIV, si 14 per 11 multiplices, fient 154. Deductis 2, ac residuo 152 per 30 diviso, supersunt 2, epactæ cycli XIV. Ut res tota subjiciatur oculis, tabellam ascribemus, in qua cyclus lunaris adjunctas habet epactas tam Romanas et communes, quam decurtatas, et Maximi proprias.

Laterculum cycli lunaris.

Anni	Epactæ Romanæ	Epactæ Maximi
I	11	9
II	22	20
III	3	1
IV	14	12
V	25	23
VI	6	4
VII	17	15
VIII	28	26
IX	9	7
X	20	18
XI	1	29
XII	12	10
XIII	23	21
XIV	4	2
XV	15	13
XVI	26	24
XVII	7	5
XVIII	18	16
XIX	0	28

D Ex his ætas lunæ mense quolibet, ac die de-

prehenditur. Maximus capite XXVIII, ita de hac re præcipit. Inventis epactis adde dies omnes a Kalend. Aprilis ad eum, cujus ætas inquiritur, summam partire per 29 1/2, residuum erit ætas lunæ. Hæc methodus morosa est, nec utilis vulgo, propter adjunctos horarios epilogismos. Expeditior res erit, si regulares adhibeas : quorum propagationem Isaacus exponit capite IX. Possunt autem duplici modo propagari : prior est, ut regularis cujusque mensis numerus sit, qui cyclo primo ad epactam annuam adjectus, ætatem lunæ complet in Kalendis ipsius. Anno primo cycli, epactæ lunares sunt IX, deest unitas ad ætatem lunæ complendam Kalendis Aprilibus ; est enim decima : ac sic reliquis in mensibus. Posterior modus unum demit ex priori genere regularium. Vel, est numerus residuus post aureum numerum citimum Kalendis Aprilis in antecedente mense, initio ab Aprili facto. Cyclo tertio lunæ, neomenia incidit in ultimum Martii. Ergo nullus est eo mense residuus dies post neomeniam : adeoque regularis Aprilis est 0. Aprili vero post neomeniam, quæ XXIX die accidit, restat unus dies. Igitur regularis Maii sequentis est 1. Inter ambo genera hoc interest, quod regulares priores cum epacta currente lunæ ætatem exhibet, citra diei ullius adjectionem, posteriores Kalendas ipsas adjiciunt. Utrumque genus sequens tabella comprehendet.

Tabula regularium duplicium lunæ in cyclo Maximi.

	Regul. I	Regul. II
Aprilis	1	0
Maius	2	1
Junius	3	2
Julius	4	3
Augustus	5	4
September	7	6
October	7	6
November	9	8
December	9	8
Januarius	11	10
Februarius	12	11
Martius	11	10

Exemplum : cyclo lunæ XIV scire libet quota luna sit Kalendis Septembris. Epactæ 2 cum regularibus prioribus 7, vel cum posterioribus 6, sed unitate addita, dant lunam nonam ; ut est revera cyclo XIV Nicæno. Rursus quæratur ætas lunæ cyclo lunæ V Kalendis Octobris. Epactæ 23, cum regularibus 7, vel 6, e Kalendis ipsis præbent lunam tricesimam.

CAPUT IX,

De methodo lunæ in Constantinopolitano computo.

Nunc alterius æræ ac computi, quem Constantinopolitanum vocant, aperienda methodus est, ex Isaaci libro, qui eam diligenter exponit. In illa primum cyclorum investigandorum eadem, quæ in superiore, ratio ; ut divisa summa per quemlibet cyclum, competens anni, qui quæritur, cyclus eruatur. Sed quoniam numerus annorum hujus æræ sedecim priorem excedit : hinc ad cyclos illius additis 16, cycli hujus orientur. Annus primus æræ Christianæ, Alexandrinæ est 5493. qui per 19 divisus dat 2. Additis 16, fiet cyclus lunæ 18, quem dat annus 5509 posterioris computi, si per 19 tribuatur. Sic ad cyclum solis 5 æræ prioris, adjectis 16, exsistet cyclus solis 21 anni 5509. Item ad III indictionem, quæ ex 5493 relinquitur per 15 partitis, si accedant 16, residua erit indictio IV anni 5509. Caput cycli solaris ab Octobri, lunaris a Januario sequente repetit Isaacus cap. III et VI. Igitur lunaris cyclus I Constantinopolitanus est quartus Romani ; et primus Romani est XVII Constantinopolitani. Cum enim lunaris cyclus Alexandrini computi idem sit ac Romanus ; si 16 ad hunc cyclum adjicias, puta ad 1, efficies 17 illius. Epactarum progressio plane, ut in Romano, per multiplicationem aurei numeri in undecim efficitur : neque biduo mutilatur, ut instituit Maximus, sed epactæ illæ sunt, quas superiori capite in laterculo cycli lunaris Romanas appellamus. Verum annus primus Romani cycli, vel ejus, quo Maximus utitur, quique habet epactas XI, est quartus Constantinopolitani. Epactæ sunt residui dies, qui ad complendam lunationem ad dies cujuslibet mensis adhibentur. Anno primo cycli epactæ sunt undecim. Is est quartus anni Romani : cui tertius antecedens reliquos dies undecim ab ultima syzygia reliquit, quæ Decembris XXI cœpit. Naturalis ergo, et propria τῶν ἐπακτῶν in hoc cyclo notio est, et appellatio.

Regularium par est, atque in superiore, methodus : et, ut illic, duum generum sunt. Alii cum epactis ætatem lunæ perficiunt, alii unitate sunt minores. Tum, quod a Januario, non ab Aprili epocha ducitur, nonnulla varietas incidit. Utrumque genus in sequente laterculo describemus.

Laterculum regularium lunæ duplicium in cyclo Isaaci.

	Regul. I	Regul. II
Januarius	1	0
Februarius	2	1
Martius	1	0
Aprilis	2	1
Maius	3	2
Junius	4	3
Julius	5	4
Augustus	6	5
September	8	7
October	8	7
November	10	9
December	11	10

Exempli causa : Cyclo lunæ XIV, quæratur ætas illius Kalendis Septembris. Epactæ sunt IV, quæ cum regularibus Septembris VIII, aut cum VII, addita unitate, dant lunam duodecimam : quota revera est cyclo Romano XVII, Constantinopolitano XIV.

Isaacus capite IX pro regularibus, residuum

mensium Julianorum, detractis integris syzygiis, accipit. Syzygia lunaris est dierum XXIX 1/2 quibus de XXXI deductis, restant 1 1/2 in Februario ad epactas annuas addendi. Sed eam methodum minime vulgo aptam esse supra monuimus. Ideo Romani nequaquam ea sunt usi. Quocirca uti Græcorum epilogismos ad Kalendarii nostratis usum ac dispositum accommodemus, cum epactis regulares componimus. Unum tamen observandum est, cum cyclo Isaaci XVII, epactas VIII, non VII, comparandas esse; et cum cyclo XVIII, epactas XIX, non XVIII. Cujus ratio ex ὑποτομῇ lunæ petenda est; a qua lunæ, quem vocant, saltus oritur. Hic enim in cyclo Romano XIX, Latinorum XVI contigit, uti lib. VI *De doctrina temporum*, cap. XVII diximus. Propter hanc ὑποτομήν, aureus numerus XIX uno die situm antevertit in descriptione Romani Kalendarii. Ob id non XI, sed XII addenda sunt ad epactam anni antecedentis XXVI; ut fiant VIII epactæ anni XVII, quibus additis XI, exsistunt epactæ XIX anni XVIII, qui est secundus cycli Romani: ac demum adjectis XI, fiunt epactæ 0 anni XIX, qui est tertius Romani cycli. Hoc vero locum habet in aureorum numerorum dispositu; cujusmodi est in nostro Kalendario. Nam si aliter instituatur, alia quoque erit ineunda ratio.

CAPUT X.

De lunari προηγήσει, *et terminorum* μεταπτώσει. *Isaaci Argyri ridicula ratio. Quartadecima Paschalis cur plenilunium dicatur. Isaaci errores varii; æquinoctium falso ab eodem observatum.*

Hucusque lunarem methodum expressimus utriusque computi; quæ Nicæno sæculo, ac citra noviluniorum προήγησιν adhiberi poterat: quam cum antiquiores computandi magistri, uti Maximus, Dionysius, Beda nescirent, perpetuum illud artificium inquirendæ lunaris ætatis esse crediderunt. Isaacus vero, ut erat astronomiæ peritus, præsidio cœlestium observationum et astronomici calculi, solis ac lunæ antecessiones animadvertit in anno Juliano. Ideo tam Nicænas, vel Alexandrinas potius neomenias Paschales, quam terminos, inutiles ætate sua esse comperit; ut qui ab mense primo ad secundum paulatim transitum fecissent. Hanc προήγησιν in ætate lunæ colligenda tridui prudens, an imprudens statuit Isaacus; ac vel ridicule, vel malitiose in ea tradenda methodo versatus est. Etenim capite VII docens quemadmodum lunares epactæ investigandæ sint, ad epactas tria jubet adjici. Verbi gratia anno Adami 6880 cyclus erat lunæ 2, epactæ 22, quæ cum regularibus Januarii I, reddunt lunam vicesimam tertiam Kalendis Januariis: ut erat Nicæno sæculo. At Isaaci tempore erat vicesima quinta. Nam novilunium anno Christi 1371 contigit Decembris VIII, cujus character, feria 2, 3, 28′, 27″, Constantinopoli, cyclo solis Romano VIII, littera E. Igitur XXV luna incidit in Kalendas Januarias anni sequentis 1372. Ita Octobris XXVI die eodem anno luna XXV contigit; quæ per epactam 22, regulares posteriores 7, ac τὴν ποσταίαν, id est dies 26 conficitur. Novilunium incidit Septembris XXVIII, feria III. Unde luna vicesima nona competit Octobris XXVI, sed neomeniam putavit Isaacus a XXIX die Septembris. Itaque tria adjicit epactæ 22, ut sit 25: quæ cum epactis mensium 7, et 26 diebus Octobris lunam producunt vicesimam octavam, demptis 30. Cur tria hæc addantur, causam affert jocularem; quia cum luna plena creata sit a Deo die quarto, triduum oportet antecessisse. Porro cyclo primo deprehensa est luna decima quinta Kalendarum Januarii; quanta erat eo momento, quo creata est. Quoniam ergo cyclus primus epactas habet undecim ex methodo; hac ratione fingitur novilunium incidisse undecim diebus ante Kalendas: quibus additi tres illi πρὸ τῶν αἰώνων, ut computatores Græci nominant; decimam quintam lunam conferunt in Kalendas Januarias. Idcirco trium semper ad epactas fit accessio.

Hæc ratio ne astronomiæ quidem tyrone digna, et imperitissima est. Primum ita procedit, quasi mundus Decembri mense conditus sit, quod nemo hactenus opinatus est. Deinde quamvis hoc ultro concedatur, nihilo magis expediri potest. Nam si verum dicit, oportuit omnibus retro sæculis, adeoque Nicæno, triduum illud adjici: quod tamen necesse non fuit; siquidem epactæ simplices ætatem lunæ repræsentabant. Præterea Isaacus ipse capite XVI, ubi de lunaris ac solaris anni anticipatione disserit, censet annis CCCIV, uno die syzygias ἀκριβεῖς, civiles, ac minime ἀκριβεῖς antevertere. Unde consequens est, ante annos 1047, quibus Nicæna synodus Isaaci ætatem, et annum 1372 antecessit; diebus amplius tribus infra dies eos fuisse, quibus illius ævo commissæ sunt. Tum vero si triduum ad epactas adderes, nequaquam lunam assequerere. Absurdissime igitur Isaacus; qui, cum novilunia certos ad dies minime adhærescere sentiat, ita ratiocinatur interim, quasi semper in eodem die consistant: quod vel imperite ab eo factum est; si id bona fide præscripsit, vel callide; si declinandæ invidiæ causa, ne plus majoribus suis sapere videretur, aperte quod res erat, profiteri noluit.

Cæterum Paschalis computi vitium illud non primus odoratus est Argyrus: sed qui eodem tempore floruit Nicephorus Gregoras, qui, ut testatur ille capite XVI, Paschale laterculum a se emendatum obtulit imperatori ac senatui; in quo termini biduo ante Nicænos collocati sunt. Utrumque canonem, veterem scilicet ac Nicænum, et recentiorem, habes in Isaaci computo; illum quidem sub Damasceni nomine, qui fortasse ita digessit, capit. X, alterum in fine prioris computi, de qua Nicephori castigatione nonnulla dicemus obiter, quæ ad illustrandam Gregoriani Kalendarii descriptionem, atque ab Scaligeri et Calvisii oppugnatione vindicandam, hoc est ad lib. V *De*

doctrina temporum ὑπόθεσιν accommodata sunt.

Qui Paschales neomenias ac terminos in eo laterculo digessit, quo Catholici omnes a Nicæno tempore ad ætatem nostram ecclesiastica tempora gubernarunt; accuratos ac cœlestes lunæ motus in statuendis neomeniis diligenter obtinuit : quo fit ut iis fere diebus, quibus novilunia secundum ὁμαλὴν κίνησιν commissa sunt, exacte congruant; termini vero Paschales, sive decimæ quartæ, biduo sæpius plenilunia præcedant, propterea quod decimo sexto die frequentius ab eo, qui neomeniam habuit, plena luna contingat : de quo in quinto *De doctrina temporum*, cap. XIII. Hinc non raro ante Gregorianam editionem accidit, ut Pascha uno die ante plenilunium incurreret. Post annos inde complures, cum unius jam diei προήγησιν luna fecisset : termini veteres pridie ejus diei, quo media oppositio fiebat, propemodum inciderunt, ut ex cap. XIII, lib. V *De doctrina temporum* constat. Exinde post aliquot sæcula, alterius diei anticipatio mediam oppositionem veteres in terminos provexit, ut tum Paschales termini revera essent plenilunia, et decimo sexto die ab neomenia contingerent, quod quidem sub Bedæ tempus evenit. Isaaci porro sæculo paulo plus dierum trium προήγησις, Gregorii XIII ætate, quatridui est fere confecta, adeo ut Nicæni termini decimam octavam lunam redderent. Huic incommodo neomeniarum Paschalium, ac terminorum translatio remedium attulit; quæ cum dierum præterea decem ablatione, quam solaris annus exigebat, tam opportune facta est, ut ab antiquis terminis, ac Nicænis uno tantum die descenderent. Anno Christi CCCXXIII, neomenia Paschalis cyclo 3 incidit in Martii XXIII, una cum astronomica syzygia; terminus, Aprilis V, anno 1577, cyclo eodem novilunium commissum est Martii XIX, decima quarta Paschalis, Aprilis Kalendis. Expunctis decem diebus Nicæna neomenia cadebat in Martii XXIX diem : terminus in XI Aprilis. At hoc modo biduo circiter ante plenilunia sæpe contigissent. Hoc ne fieret, Gregoriana correctio tam neomenias quam terminos Paschales uno die summovit; quasi tridui tantummodo anticipationem luna collegisset. Ita numerus aureus I, qui ad XX Martii progressionem fecisse ponitur, ad XXX Martii descendit; ut terminus in XII diem Aprilis congrueret. Hinc enim accidit, ut termini sæpius in eum diem concurrant, qui est pridie illius, quo plenilunium accidit. De qua re plenius actum est in V *De doctrina temporum*.

Ut ad ætatem Nicephori et Isaaci revertatur oratio, cum tridui tunc luna προήγησιν haberet; si A quis prius institutum retinere in Paschali methodo castiganda voluisset; neomenias ac terminos anticipasset triduo solido. Sed hac ratione termini biduo persæpe plenilunium antevenissent, uti Nicæno sæculo evenisse diximus. Quare biduo in anteriora promovere satius fuit. Quod et Nicephorus præstitit. Sed non ob id, ut illi, quod dixi, incommodo subveniret; ad quod Gregoriani Kalendarii conditores respectum habuerunt : verum quod ita persuasum haberent, terminos Paschales Nicænos concurrisse cum pleniluniis. Qui fuit error Theophili, Cyrilli ac reliquorum deinceps computatorum, ad Bedam, et infra ejus ætatem : quem nos in V *De doctrina temporum*, cap. XXIII convicimus. Hinc est quod plenilunium sæpe illi ter- B minum appellant, vel quartam decimam, ut et Isaacus noster, non ea quidem ratione quam Scaliger et Calvisius defendunt (tametsi Scaliger a Clavio nostro dedoctus pristina ab sententia recessit, ut eodem libro monstravimus), quasi nunquam decimo quinto die ab neomenia Pascha celebrare licuerit : sed vel in XXII usque lunam diffundi necesse fuerit : verum ideo, quod neomenia uno post ἀκριβὲς novilunium die collocaretur. Hoc ut tyrones capere melius possint, tabulas subjiciam duas lunaris unius cycli ad utrumque tempus, Nicæni concilii, et Isaaci Argyri; ut ex ambarum comparatione lunæ anticipatio, et Nicephori castigatio intellectu sit facilior. In utraque tabula ver- C sus erunt VII. Primus aureum numerum dabit; secundus cyclum solis Romanum; tertius Dominicalem litteram; quartus novilunium primi mensis verni cum charactere, ad meridianum Constantinopoleos; quintus diem civilem Juliani mensis; in quem neomenia competere debuit; sextus plenilunium mensis ejusdem : septimus plenilunii civilem diem. Ac tam in neomenia quam in plenilunio id observamus, ut quoties horarum epilogismus duodecim horas excedit, quæ ab nocte media computantur, ad utrumque sequens dies civilis ascribatur : quod laterculum Nicænum minime tenuit. Ut in anno primo, cum novilunium sexta fere post meridiem hora diei XXIII Martii contigerit, neomenia tamen XXIII ipso die constituta est, quæ astro- D nomico calculo in sequentem refunditur. Has syzygias ex tabula cap. X, lib. VII *De doctrina temporum* excerpsimus, quæ non minus accuratæ sint quam quæ ex astronomicis tabulis libri VIII conficiuntur, neque multum ab illis discrepant, et propter adjunctum feriæ characterem ad negotium opportuniores videntur.

Diagramma I noviluniorum ac pleniluniorum mediorum primi mensis enneadecaeteridos Nicænæ ad meridianum Constantinopoleos. Horæ et scrupula a media nocte putantur.

Aurei numeri	Anni Christi	Cyclus solis	Littera Domin.	Novilunium medium	Dies Novilunii	Plenilunium medium	Dies Plenilunii
				F. H.		F. H.	
I	323	XXIV	F	Mart. 23 7 17 49′ 35″	M. 24	Apr. 7 1 12 11′ 32″	Apr. 8
II	324	XXV	E D	Mart. 12 5 2 38 13	M. 12	Mart. 26 5 21 0 15	Mart. 27
E III	325	XXVI	C	Mart. 31 4 0 10 54	M. 31	Apr. 14 4 18 32 56	Apr. 15
IV	326	XXVII	B	Mart. 20 1 8 59 32	M. 20	Apr. 4 2 3 21 34	Apr. 4
V	327	XXVIII	A	Mart. 9 5 17 48 10	M. 10	Mart. 24 6 12 10 12	Mart. 25
E VI	328	I	G F	Mart. 27 4 15 20 51	M. 28	Apr. 11 5 9 42 53	Apr. 11
VII	329	II	E	Mart. 17 2 0 9 29	M. 17	Mart. 31 2 18 31 31	Apr. 1
E VIII	330	III	D	Apr. 4 7 21 42 10	Ap. 5	Apr. 19 1 16 4 12	Apr. 20
IX	331	IV	C	Mart. 25 5 6 30 48	M. 25	Apr. 9 6 0 52 50	Apr. 9
X	332	V	B A	Mart. 13 2 15 19 26	M. 14	Mart. 28 3 9 41 28	Mart. 28
E XI	333	VI	G	Apr. 1 1 12 52 7	Ap. 2	Apr. 16 2 7 14 9	Apr. 16
XII	334	VII	F	Mart. 21 5 21 40 45	M. 22	Apr. 5 6 16 2 47	Apr. 6
XIII	335	VIII	E	Mart. 11 3 6 29 23	M. 11	Mart. 26 4 0 51 25	Mart. 26
E XIV	336	IX	D C	Mart. 29 2 4 2 4	M. 29	Apr. 12 2 22 24 6	Apr. 13
XV	337	X	B	Mart. 18 6 12 50 42	M. 19	Apr. 2 7 7 12 44	Apr. 2
XVI	338	XI	A	Mart. 7 3 21 39 20	M. 8	Mart. 22 4 16 1 20	Mart. 23
E XVII	339	XII	G	Mart. 26 2 19 12 1	M. 27	Apr. 10 3 13 34 3	Apr. 11
XVIII	340	XIII	F E	Mart. 15 7 4 0 39	M. 15	Mart. 29 7 22 22 41	Mart. 30
E XIX	341	XIV	D	Apr. 3 6 1 33 20	Ap. 3	Apr. 17 6 19 55 22	Apr. 18

Diagramma II noviluniorum ac pleniluniorum mediorum enneadecaeteridis unius tempore Isaaci Argyri ad meridianum Constantinopolitanum. Horæ et scrupula a media nocte putantur.

Aurei numeri	Anni Christi	Cyclus solis	Littera Domin.	Novilunium medium	Dies novilunior.	Plenilunium medium	Dies plenilunii
				F. H.		F. H.	
I	1368	V	B A	Mart. 19 1 15 34′ 2″	M. 20	Apr. 3 2 9 56′ 4″	Apr. 3
II	1369	VI	G	Mart. 9 6 0 22 40	M. 9	Mart. 23 6 18 44 42	Mart. 24
E III	1370	VII	F	Mart. 27 4 21 55 21	M. 28	Apr. 11 5 16 17 23	Apr. 12
IV	1371	VIII	E	Mart. 17 2 6 43 59	M. 17	Apr. 1 3 1 6 1	Apr. 1
V	1372	IX	D C	Mart. 5 6 15 32 37	M. 6	Mart. 20 7 9 55 39	Mart. 20
E VI	1373	X	B	Mart. 24 5 13 5 18	M. 25	Apr. 8 6 7 27 20	Apr. 8
VII	1374	XI	A	Mart. 13 2 21 53 56	M. 14	Mart. 28 3 16 15 58	Mart. 29
E VIII	1375	XII	G	Apr. 1 1 19 26 37	Ap. 2	Apr. 16 2 13 48 39	Apr. 17
IX	1376	XIII	F E	Mart. 21 6 4 15 15	M. 21	Apr. 4 6 22 37 17	Apr. 5
X	1377	XIV	D	Mart. 10 3 13 3 53	M. 11	Mart. 25 4 7 25 55	Mart. 25
E XI	1378	XV	C	Mart. 29 2 10 36 34	M. 29	Apr. 13 3 4 58 36	Apr. 13
XII	1379	XVI	B	Mart. 18 6 19 25 12	M. 19	Apr. 2 7 13 47 14	Apr. 3
XIII	1380	XVII	A G	Mart. 7 4 4 13 50	M. 7	Mart. 21 4 22 35 52	Mart. 22
E XIV	1381	XVIII	F	Mart. 26 3 1 46 31	M. 26	Apr. 9 3 20 8 33	Apr. 10
XV	1382	XIX	E	Mart. 15 7 10 35 9	M. 15	Mart. 30 1 4 57 11	Mart. 30
XVI	1383	XX	D	Mart. 4 4 19 23 41	M. 5	Mart. 19 5 13 45 43	Mart. 20
E XVII	1384	XXI	C B	Mart. 22 3 16 56 28	M. 23	Apr. 9 4 11 18 30	Apr. 6
XVIII	1385	XXII	A	Mart. 12 1 1 45 6	M. 12	Mart. 26 4 20 7 8	Mart. 27
E XIX	1386	XXIII	G	Mart. 30 6 23 17 47	M. 31	Apr. 14 7 17 39 49	Apr. 15

Ex horum Diagrammatum inter se comparatione A liquet quanta lunæ προήγησις conflata sit ab Nicæno tempore ad Isaacum, nempe amplius tridui et horarum 8. Sumatur enim annus CCCXXIV, quo cyclus Romanus fuit 2, Constantinopolitanus 18, novilunium Martii 12, hora 2, 38′ a media nocte, Constantinopoli; et cum eo contendatur annus 1369 iisdem cyclis præditus; cujus novilunium incidit Martii 9, hora 0, 23′ a media nocte. Et quoniam annus prior bisextilis est, posterior proximus a bisextili, ideo detractis de posteriore horis 6, subducantur dies 8, 18, 23′ de priore novilunio; discrimen erit dierum 3, horarum 8, 16′. Tanta est anticipatio lunæ a Nicæno tempore ad ætatem Argyri.

Ut autem quod de Isaaci ἀκριβείᾳ prius ostendimus, certius appareat, quædam ab illo, cap. XVI Computi, scripta super lunari προηγήσει ad examen vocanda sunt. Canonem Paschalem, quem cap. X proposuit, cujusque terminos Paschales biduo Nicephorus anticipavit, conditum esse suspicatur ante annos 608 quam ista proderet, quoniam biduum Paschata Judaica moratur, etsi nondum expletos illos esse duos dies asserit; sed de iis superesse adhuc horas tres; quibus exhauriendis anni octo, et triginta desiderantur. Si quidem cyclo ineunte 3 (hic est annus Christi Dionysianus 1373), plenilunium Judaicum incidit post horas tres æquabiles ab ortu solis diei VIII Aprilis. Erat annus Constantinopolitanus 6881. Itaque post annos tri-

ginta octo, videlicet anno 6919, qui est Dionysianus 1411, plena fiet, inquit, bidui προήγησις. Hæc Argyrus. Et quidem revera anno illo quem dicit Christi 1373, Judaicum plenilunium contigit horis circiter tribus post solis exortum. Erat annus Judaicus 5133, cujus Tisri iniit Augusti xxx, feria 2, anno Christi 1372, cyclo solis Romano IX, littera DC. Nam illius character erat 2, 3, 606. Nisan autem character 5, 20, 757, feria VI ob translationem; Martii xxv, cyclo solis Romano x, littera B, anno Christi 1373. Plenilunium ergo commissum est Apr. VIII, feria 6, 15, 73 1/2, hoc est horis 15, 73 post ortum solis. Nam epilogismus Judaicus ab occasu solis incipit. Sed mirus hominis stupor; qui non animadverterit terminos Paschales, qui in laterculo descripti sunt, cui Damascenus auctor inscribitur, non alios esse, quam Nicænos, quibus Theophilus, Cyrillus, et Catholici deinceps usi sunt. At Isaacus circa annum Christi 765 canonem illum conditum ac terminos esse constitutos existimat. Detractis enim 608 de 1373, exsistit annus 765. Sane Joannes Damascenus eo sæculo vixit; qui laterculi illius artificiosi conditor esse potuit; non tamen terminos instituit. Sed Argyrum fefellit id, de quo paulo ante monui. Putavit eo tempore, quo Paschales fixi sunt termini, plenam lunam in eos incurrisse. Quod quidem sancti Damasceni ætate contigit, cum olim Nicæno sæculo biduo fere plenilunia prævenirent. Hic fons erroris est: cui proxime subjiciendus est alter, quod Judaicum Pascha perpetuo decimam quartam Paschalem Christianorum esse velit; nec intelligat, Judæos ante vernum æquinoctium plerumque Pascha celebrasse: tum vero propter varias translationes, in decimum quintum vel decimum sextum diffudisse diem.

Quin etiam ridicule Argyrus idem de æquinoctio verno abs se deprehenso ante diem xv Martii scribit ex observatione solstitiorum: quasi non multo tutius, ac facilius sit, æquinoctia ipsa observare per sese, quam ex solstitiorum ratione colligere. Est enim horum animadversio difficilis, et lubrica propter lentissimam et ἀναίσθητον progressionem solis a tropicis punctis, ut mirandum magis sit qualemcunque astronomum eam cognoscendi verni æquinoctii rationem inivisse, quam hac adhibita, triduo circiter aberrasse. Nam verum æquinoctium vernum anno Christi 1372 commissum est Martii XII ineunte, feria VI hora 1, 11′ post mediam noctem, Constantinopoli. Quinam autem fieri potest, ut Isaaci tempore æquinoctium incurrerit in Martii xv, vel XIV diem, cum centum fere post annis, hoc est anno 1488, Joannes Regiomontanus idem repererit Martii XI, hora 3, 40′ post mediam noctem? quod et illi ex nostris tabulis eruto ad Isaaci tempus accommodatum est. Tum Copernicus anno 1516, Martii XI, hora 4, 20′ observavit. Falsa igitur observatio illa est Isaaci Argyri; velut etiam cum Ptolemæum addit æquinoctium deprehendisse Martii XXI; cum certissime constet idipsum Martii XXII post meridiem notatum ab illo fuisse. Denique quod scribit ante annos quinquaginta in oppido Thraciæ Æno Judæos Pascha celebrasse Martii xx, cum Christianum celebratum fuerit Aprilis XXIII; littera fuit A, et annus Christi 1318, cyclo solis XI, lunæ VIII, neomenia Tisri anno 1317 cyclo solis x, littera B, Septembris VII, feria 4, 8, 286, Nisan Martii III, feria 6, 12, 724, anno 1318, littera A. Sed propter *Badu*, neomenia fuit Martii IV, feria 7, 5, 40 1/2. Si neomenia Martii IV accidit, Pascha celebratum est ad vesperam diei XVII, et postridie fuit prima dies azymorum. Quare cum Isaaci descriptione non congruit. Christianum porro, Nicænumque Pascha celebratum est Aprilis XXIII, cum terminus in XVIII caderet, feria tertia.

CAPUT XI.

Altera methodus Paschalis exponitur, quæ in sancti Andreæ computo cernitur.

Est Græcorum computatorum et alia methodus ad Paschales terminos, sive Judaica Paschata cognoscenda; quam Chronicon Alexandrinum sequitur: cui non multum dissimilis est ea quæ in computo Andreæ Hierosolymitani legitur; cujus declaratio ad ea quæ capitibus antecedentibus explicata sunt, non parum conducet.

Annis ab Adamo per 19 distributis, cyclum lunæ, et ei congruentes epactas invenire jubet. His deinde dies XIII addere τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, quæ antecedunt luminaria; item, προσελήνους *antelunares* VII, tum ad complendam decimam quartam, quot opus est dies adjicere. Facilis est methodus. A Kalendis Martiis ad VIII usque diem, quæ prima est neomenia Paschalis, dies sunt VII. Ii propterea προσέληνοι vocantur; quia primam neomeniam præcedunt. Inde ad xx Martii, dies XIII, qui πρὸ τῶν φωστήρων appellantur, eo quod primam, ac citimam omnium decimam quartam proxime antecedunt, quæ est XXI Martii. Luminarium autem oppositio fieri ab illis putabatur in termino Paschali. Itaque citra ambages, dies xx ad epactas addendas esse præscribi poterat. Jam si conflata dierum summa minor sit quam XLIV, reliquos adjice, donec XLIV compleas: quidquid additum erit, post xx Martii putabitur, ostendetque Paschalem terminum. Sin dies XLIV, aut plures etiam numerentur, tantum adde dierum, quantum necesse est, ut, diebus ablatis, quatuordecim resideant, et idipsum quod adjeceris, post XXI Martii putare incipe. Etenim decima quarta quælibet citra Martii XXI incidens nondum Paschalis est: ob id calculus ultra propagandus est. Esto cyclus Constantinopolitanus XIV, qui est Romanus XVII, epactæ sunt IV, quæ cum xx Martii, conficiunt 24. Ut autem ablata integra syzygia, reliqui sint dies XIV, adde 20. Fiunt 44 dies. Porro addititii illi 20 a XXI Martii ad IX Aprilis perveniunt; quo die XIV Paschalis convenit, cyclo lunæ Nicæno XVII.

Rursus cyclo v Constantinopolitano, Romano VIII,

epactæ xxv, quæ cum xx diebus Martii dant xlv; ut igitur lxxiv dies exsistant, addendi xxix. Fient 74. Detractis 60, residui sunt 14. Cæterum ad 20 dies Martii, additis 29, et ex summa 49, deductis 31 Martii, restat Aprilis 18, in quam terminus Paschalis Nicænus congruit, cyclo viii.

At sanctus Andreas Cretensis, ut idem terminus obtineatur, labentem lunæ cyclum per xi multiplicat. Summæ collectæ sex dies adjicit, quas ἀπ' αἰώνων vocat, usque ad cyclum xvi; cyclo vero xvii, xviii et xix septem addit. Post hæc integra summa per 30 tributa, quod reliquum est a Martio putari, eique quantum dierum opus est addi præcipit, ut numerus ad quinquaginta perveniat, adeo ut etiam de Aprili aliquid adjungatur. Horum dierum ultimus Pascha Judaicum erit. Cujus decreti, ne quid diligentiam nostram effugeret, causam esse comperimus.

Epactæ lunares, quæ Martium antecedunt, sunt residui dies post ultimam syzygiam: quorum complementum ad xxx, lunationem eam perficit, quæ nondum Paschalis esse potest. Igitur Paschalis erit, quæcunque post ipsam, decimam quartam habet in xxi Martii, aut proxime post xxi. Proinde ad epactam addere oportet, ultra complementum ejus, quo integra syzygia perficitur; dies xiv, ad decimam quartam syzygiæ insequentis obtinendam. Quæ quidem si ad xxi Martii pervenerit, utique Paschalis erit. Sin minus, toti xxx dies addendi erunt, ut Paschalis terminus habeatur.

Quocirca ad eum modum conformari regula ista poterat: Ad epactam adjice quantum dierum opus ad complendos xliv, a cyclo primo ad xvi, vel ad xliii explendos in tribus cyclis reliquis, initio facto a Kalendis Martiis, si quod deest majus est xx. Sin minus est, totam præterea syzygiam xxx dierum accommoda. Quidquid additum est, si a Kalendis Martiis putetur, in terminum Paschalem desinet. Hæc regula eodem cum illa sancti Andreæ recidit. Nam qui sex dies addit ad epactam; ac reliquum deinde numerat a Kalendis Martiis, donec quinquaginta compleat; idem facit ac si diebus illis sex non additis, solos xliv expleret. Cum autem lunæ saltus, et ὑποτομή diei unius cyclo xvi contingat, qui est Alexandrinus xix, ut supra demonstravimus; ideo numeri aurei cyclorum sequentium uno die neomeniam citius offerunt. Ob id septem dies ad epactas addit Andreas cyclo xvii, xviii et xix, et nos ad xliii tantummodo compleri summam præcipimus; ut uno die ante, quam in reliquis, neomenia sistatur. Quæratur exempli gratia terminus Paschalis cyclo v. Epactæ sunt xxv, ad eas adjectis vi, fiunt xxxi; et abjectis xxx, restat i. Adde itaque xlix dies, deque iis Martii dies aufer xxxi, reliqui erunt xviii Aprilis dies. Igitur Aprilis xviii die terminus Paschalis incidit cyclo Constantinopolitano v, qui est Alexandrinus viii. At secundum regulam nostram, quoniam ad xliv, desunt dies xix, qui numerus minor est viginti, idcirco accommodata integra syzygia, conflunt dies xlix; de quibus subductis Martii diebus xxxi, restant xviii. Rursus inquiratur terminus cyclo lunæ xviii. Epactæ sunt xviii, ad quas accedunt vii, ut fiant xxv, quibus ad quinquaginta desunt xxv. Ergo Martii die xxv quarta decima Paschalis incurrit cyclo Romano xv, Constantinopolitano xviii. Idem fiet, si epactarum xviii complementum ad xliii, hoc est xxv numeres a Kalendis Martiis. Hæc methodus locum habet in Nicænis syzygiis. Quod si προηγήσεως lunaris rationem ducere quis velit, potest ad epactam dies addere totidem, quot luna pristinam epocham antevertit, ut Isaacus Argyrus instituit.

CAPUT XII.

Declaratur usus computi superioris Græcorum, et præcipuorum festorum exemplis astruitur.

Superest ut Græci computi, quem accurate hactenus enarravimus, usum ac fructum experiamur in festis illorum præcipuis indagandis, quæ nos mobilia vulgo nuncupamus. Ea porro describuntur in illorum Horologio, quod Venetiis editum est anno Christi 1535. Cujus in calcem annorum xl series describitur, ab anno mundi 7044 ad 7083: quorum in singulis festorum ac religiosorum dierum tempora continentur.

Primo loco ἡ παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν ponitur, hoc est Vigilia Natalis Domini, cujus feria notatur.

Secundo, Κρεωφάγια, hoc est dies omnes a Natali ad Dominicam Sexagesimæ, quæ Ἀπόκρεως vocatur, quibus carnium esus indulgetur.

Tertio, τὸ Τριώδιον, quæ est Dominica proxime antecedens Dominicam Septuagesimæ.

Quarto, ἡ Ἀπόκρεως, Dominica Carnisprivii; quam Sexagesimam appellamus, a qua Græci abstinere carnibus incipiunt, diebus ante Pascha lvi: quod eo faciunt, ut xl dierum jejunium in solidum constet. Cum enim Sabbato jejunare nefas habeant, uno excepto pridie Paschatis, si de hebdomadibus viii, diebus lvi, octo Dominicas, ac Sabbata vii expungas, reliqui dies erunt xli. Nam postremum Sabbatum extra ordinem jejunio dicatur.

Quinto, legale Pascha.

Sexto, Christianum Pascha.

Septimo, ἡ Κυριακὴ τῶν Ἁγίων πάντων, Dominica Sanctorum omnium; quæ Dominicæ Trinitatis respondet.

Octavo, jejunium sanctorum Apostolorum, quod Græci obeunt a Dominica Sanctorum omnium, usque ad xxviii Junii. Nam xxix Junii sanctorum apostolorum Petri et Pauli festum celebrant. Postridie τὴν σύναξιν τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Hoc porro jejunium alias longius, alias contractius est. Totidem enim dierum est, quot a Paschate ad tertium diem Junii computantur, ut Isaacus docet capite XV. Nam a Paschate ad Dominicam apostolorum, dies sunt lvii. A tertio Maii ad xxviii Junii, dies totidem. Quare dempto intervallo a tertio Maii

ad Dominicam apostolorum, unum idemque spatium erit a Paschate ad tertium Junii, quod est a Dominica τῶν ἀποστόλων ad XXVIII Junii.

Ut hæc omnia superiori methodo expediri possint, unius anni διαγραφὴν ex Horologio proponemus.

Ἔτους ,ζμδʹ ἰνδικτιῶνος θʹ· ἡλίου κύκλοι ιϛʹ· φεγγαρίου κύκλοι ιδʹ. Ἡ παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν ἡμέρα ϛʹ· κρεωφαγία ἡμέραι νζʹ. Τὸ τριώδιον ἄρχεται Φεβρουαρίῳ ιθʹ. Νομικὸν Πάσχα Ἀπριλλίῳ θʹ. Χριστιανῶν Πάσχα Ἀπριλλίῳ ιϛʹ. Κυριακὴ τῶν Ἁγίων πάντων Ἰουνίῳ ιαʹ· ἡ νηστεία τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἡμέραι ιζʹ.

« Anno 7044, indictione IX, solis cycli XVI, lunæ XIV, exspectatio natalis Christi, feria VI, carnium esus diebus LVII. Triodium incipit Februarii XIX. Legale Pascha Aprilis IX. Christianorum Pascha Aprilis XVI. Dominica Sanctorum omnium Junii XI. Jejunium sanctorum Apostolorum, dies XVII. »

Est hic annus Christi 1536, ut apparet, si de 7044 deducantur 5508. Cyclus erat Romanus solaris V, litteræ BA, lunæ XIV. Anno antecedente, 1535 cyclo Romano IV littera erat C : ideo feria VI Decembris XXIV. Divisis 7044 per competentes cyclos, prodibit solis XVI, lunæ XIV, epactæ lunæ IV. Adde XL dies, et detractis diebus Martii, relinquetur nonus Aprilis, quo terminus Paschalis fuit. Concurrentes erant cyclo solis decimo sexto V, quæ cum regulari Aprilis 1, et 9 diebus, efficiunt 15 : detractis 7 residua est feria prima, in quam terminus incidit. Ideo Pascha prorogatum est in XVI Aprilis. Jam si de Aprilis XVI die, id est de 107 a Kalendis Januariis (fuit enim bisextilis annus) subtrahas 57, relinquentur 50, sive Februarii XIX dies, quod Dominica ἡ Ἀπόκρεως contigit. A vicesima quinta Decembris ad XIX Februarii, dies sunt LVII : quibus carnibus vesci licet, ante quadragesimale jejunium. Adde LVI dies ad Paschalem Dominicam, quæ est XVI Aprilis; calculus desinet in XI Junii, quæ erit Dominica Sanctorum. Intervallum a Paschate ad III Maii dies XVII, quot ab XI Junii ad XXVIII. Proinde jejunium apostolorum dies habuit XVII.

Præter hæc festa, quæ mobilia vocantur, memoratur apud Græcos ἡ μεσοπεντηκοστή, quæ est vicesimus quintus dies a Paschate, ac semper feria quarta contingit. Igitur additis 24 ad diem Paschæ, μεσοπεντηκοστὴ proveniet. Sic anno illo Christi 1536, si ad XVI Aprilis accedant dies 24, incidemus in X Maii, quæ fuit μεσοπεντηκοστή. Meminit hujus festi Chronicon Alexandrinum, ut ad Nicephori Breviarium observavimus; nec non Græcorum Horologium.

Ad extremum non est prætereundus error Maximi, qui est capite VIII primæ partis Computi. Ibi enim a Dominica ἀπόκρεῳ, quæ et Παρείσδασις τῶν ἁγίων νηστειῶν dicitur, usque ad Πάσχα νομικόν, sive ad XIV Paschalem, dies computat LVII. Hoc modo Pascha legale idem erit cum Christiano.

A Nam a Dominica Sexagesimæ, quæ est ἡ Ἀπόκρεως, ad Pascha, dies sunt LVII. Ad terminum vero sive XIV Paschalem, interdum dies sunt ut minimum quinquaginta, ad summum quinquaginta sex.

CAPUT XIII.

Methodus computi Græcorum, qui a Maximo, Isaaco, aliisque traditus est, per tabulas et canones expeditissima traditur.

Non erit, opinor, ingratum studiosis historiæ Græcæ et annalium lectoribus; magno certe iis adjumento fore confido, si ex iis omnibus, quæ de Græcorum æris ac computis copiose hactenus explicavimus, methodus aliqua conficiatur, certos in canones redacta; quorum præsidio celerrime quod quæritur investigari queat. Hujus rei gratia tabulas
B condidimus VI, quarum rationem et usum breviter edisseram. Prima Græci computi annos offert cum cyclis tribus, quæ est prorsus eadem cum tabula periodi Julianæ libro VII *De doctrina temporum*, capite IX descripta. Quamvis enim Græcorum computus non sit artificiosa periodus, et ad solam cyclorum methodum instituta, uti Juliana : tamen non minus ille per cyclos integros divisus. proprios offert anni cujuslibet. Itaque a periodo Juliana hoc solo differt, quod hæc cyclos solis, lunæ, et indictionis præbet Romanorum, ac Juliani anni peculiares. Græcus vero computus saltem cyclum solis diversum exhibet. Nam Alexandrinus in lunæ cyclo convenit, indictionem unitate minorem habet. Constantinopolitanus, solam indictionem cum Juliana
C periodo communem parit; cyclum lunæ Judaicum. Quocirca discriminis causa, Julianam periodum appellamus eam, quæ Romanis cyclis servit : computum vero Græcum, vel æram, non periodum nominamus. Secunda tabula cyclum solis complectitur cum epactis solis, sive concurrentibus; qui in utroque computo locum habent. Adjecimus et Dominicales litteras, non quæ cyclo solari Græco congruunt; sed quæ Romano tribuuntur : quod eo fecimus, ut ad eam veluti regulam usus methodi sequentis exigatur. Nam ut diei cujusvis feria per concurrentes, et regulares inventa fuerit; probari per Dominicalem litteram debebit, ne quid erroris obrepserit. Tabula tertia epactas menstruas
D solis, sive regulares dabit in mensibus Julianis : quos quidem regulares ita disposuimus, ut eodem initio utrique computo proposito, nimirum ab Januario; varietas illa vitetur, quæ in Maximi, et Isaaci methodo cernitur. In quartam tabulam cyclum lunæ, cum epactis Maximi et Isaaci conjecimus : nec non Paschales terminos et regulares dierum, in quos incidunt termini. Cyclus lunaris primus in Isaaci computo, sive Constantinopolitano, quartus est cycli Romani, quem eumdem esse docuimus cum cyclo Maximi et Alexandrini computi. Idcirco terminorum diversa series instituta. Quinta tabula regulares continet accommodatos utrique computo, sic ut idem ad initium Januarii facilitatis causa referantur. Sexta denique periodos

annorum 532 collectas exhibet : cujusmodi Maximus aliique Græci in suis computis usurpant. A

Tabula I cyclorum. In Hecatontadibus et Chiliadibus.

Centenarii collecti	Cyclus solis	Cyclus lunæ	Indictio
100	xvi	v	x
200	iv	x	v
300	xx	xv	xv
400	viii	i	x
500	xxiv	vi	v
600	xii	xi	xv
700	xxviii	xvii	x
800	xvi	ii	v
900	iv	vii	xv
1000	xx	xii	x
2000	xii	v	v
3000	iv	xvii	xv
4000	xxiv	x	x
5000	xvi	iii	v
6000	viii	xv	xv
7000	xxvii	viii	x
8000	xx	i	v
9000	xii	xiii	xv
10000	iv	vi	x

In decadibus.

Anni	Cycli solis	Cycli lunæ	Indict.
10	x	x	x
20	xx	i	v
30	ii	xi	xv
40	xii	ii	x
50	xxii	xii	v
60	iv	iii	xv
70	xiv	xiii	x
80	xxiv	iv	v
90	vi	xiv	xv

Tabula II cycli solis.

Anni	Concurrentes	Romanæ litteræ
i	7	GF
ii	1	E
iii	2	D
iv	4	C
v	5	BA
vi	6	G
vii	7	F
viii	2	E
ix	3	DC
x	4	B
xi	5	A
xii	7	G
xiii	1	FE
xiv	2	D
xv	3	C
xvi	5	B
xvii	6	AG
xviii	7	F
xix	1	E
xx	3	D
xxi	4	CB
xxii	5	A
xxiii	6	G
xxiv	1	F
xxv	2	ED
xxvi	3	C
xxvii	4	B
xxviii	6	A

B

Tabula III epactarum menstruarum solis, sive regularium in utroque computo.

C

Menses Romani	Epactæ cycli Alexandrini computi	Epactæ cycli Constantinop. computi
Januarius	1	2
Februarius	4	5
Martius	4	5
Aprilis	7	1
Maius	2	3
Junius	5	6
Julius	7	1
Augustus	3	4
September	6	7
October	1	2
November	4	5
December	6	7

Tabula IV cycli lunaris cum epactis, et terminis.

D

	Epactæ Maximi	Epactæ Isaaci	Termini Paschales in computo Alexand.		Regulares	Termini Paschales in computo Constantinopolitano.		Regulares
i	9	11	Aprilis	v	5	Aprilis	ii	3
ii	20	22	Martii	xxv	1	Martii	xxii	6
iii	1	3	Aprilis	xiii	6	Aprilis	x	4
iv	12	14	Aprilis	ii	2	Martii	xxx	7
v	23	21	Martii	xxii	5	Aprilis	xviii	5
vi	4	6	Aprilis	x	3	Aprilis	vii	1
vii	15	17	Martii	xxx	6	Martii	xxvii	4
viii	26	28	Aprilis	xviii	4	Aprilis	xv	2
ix	7	9	Aprilis	vii	7	Aprilis	iv	5
x	18	20	Martii	xxvii	3	Aprilis	xxiv	1
xi	29	1	Aprilis	xv	1	Aprilis	xii	C
xii	10	12	Aprilis	iv	4	Aprilis	i	2
xiii	21	23	Martii	xxiv	7	Martii	xxi	4
xiv	2	4	Aprilis	xii	5	Aprilis	ix	3
xv	13	15	Aprilis	i	1	Martii	xxix	6
xvi	24	26	Martii	xxi	3	Aprilis	xvii	4
xvii	5	8	Aprilis	ix	2	Aprilis	v	6
xvii	16	19	Martii	xxix	5	Aprilis	xxiv	2
xix	27	0	Aprilis	xvii	3	Aprilis	xiii	7

Tabula V regularium lunæ in utroque cyclo.

	Regulares Maximi.	Regulares Isaaci.
Januarius	10	0
Februarius	11	1
Martius	10	0
Aprilis	0	1
Maius	1	2
Junius	2	3
Julius	3	4
Augustus	4	5
September	6	7
October	6	7
November	8	9
December	8	10

A *Tabella VI periodorum Victorinianarum.*

Numerus periodorum.	Anni collecti
1	532
2	1064
3	1596
4	2128
5	2660
6	3192
7	3724
8	4256
9	4788
10	5320
11	5852
12	6384
13	6916
14	7448
15	7980

B

CANONES UTRIUSQUE COMPUTI.

Canon I. *Proposito quolibet anno Alexandrinæ æræ, vel Constantinopolitanæ, cyclos ejus proprios cognoscere.*

Quæratur proxime minor ex tabula prima in centenariis et millenariis, eisque competentes cycli adnotentur solis, lunæ et indictionis; reliqui deinde ex decadibus suppleantur. Tum cycli singuli in suo quique genere colligantur. Quibus addantur excurrentes, si qui supersint, ultra decadas numeri. Ita fient cycli proprii anni illius, qui proponitur, detractis de summa, quoad potes, integris cyclis.

Exemplum : esto annus ab Adamo computi Alexandrini 7034, Constantinopolitani vero 7050. Hoc modo colliges cyclos utriusque.

In Alexandrino.

	Cycli Solis	Lunæ	Indict.
7000	24	8	10
30	2	11	15
4	4	4	4
Summa	6	4	14

In Constantinopolitano.

	Cycli Solis	Lunæ	Indict.
7000	28	8	10
50	22	12	5
Summa	22	1	15

Anno ergo Alexandrinæ æræ 7034 cyclus erat solis VI, lunæ IV, indictio XIV, Constantinopolitanus vero 7050 habuit solis cyclum XXII, lunæ I, indictionem XV.

Canon II. *Edito quolibet anno utriusque computi, nosse quem situm habeat in Juliana periodo, vel æra Christi Romana, et quibus cyclis Romanis affectus sit.*

Tria imprimis observanda sunt : primum æram utramque Græcorum ab Adamo ad annum primum æræ Christianæ, excedere summam annorum periodi Julianæ, qui ad æram eamdem putantur. Alexandrina æra periodum Julianam superabat annis 779, Constantinopolitana 795; alterum, annum æræ Christianæ primum in Alexandrina numerari 5493; in Constantinopolitana 5509; tertium, Constantinopolitanam æram superare alteram annis XVI. Itaque si ad annum quemcunque æræ Alexandrinæ, ejusque cyclos per I canonem collectos, addas 16, efficies annos, cyclosque Constantinopolitanæ; deductis integris cyclis; aut, si præcisus sit calculus, totis ipsis assumptis, tanquam anni illius propriis. Ex primo sequitur, ut annos primos amborum computorum in Juliana periodo deprehendas, oportere ad periodum currentem integram aliam accommodare annorum 7980. Annus periodi Julianæ 4714 est annus I æræ Christianæ; adjuncta integra periodo colliguntur anni 12694.

C His animadversis, si annus Græcus propositus major sit 779 in æra Alexandrina, detractis de eo 779, quod reliquum est dabit annum periodi Julianæ, cui respondet. In Constantinopolitana vero, prodibit detractis 795; residuo itaque per 28, 19, et 15 tributo, Romanos cyclos obtinebis. Sin minor est annus propositus quam 779, aut 795; adjice ad annum Alexandrinum 7201, ad Constantinopolitanum, 7185 : exsistet annus periodi Julianæ prolepticæ et antecedentis; quo per cyclos tres diviso, quod voles assequeris.

Annum porro Christi labentem efficies in utravis æra, si de Alexandrina subducas 5492; de Constantinopolitana, 5508.

Exemplum : annus Alexandrinæ æræ 7034, sub-
D ductis 779, est 6255; deductis autem 5492 est annus Christi vulgaris 1542. Sic annus Constantinopolitanus 7050, ablatis 795, relinquit 6255; subtractis 5508, reliquos facit 1542 Christi : quibus competentes cyclos erues, si annos Julianæ periodi conferas in tabulam I, nimirum hoc modo.

	Solis	Lunæ	Indict.
6000	8	15	15
200	4	10	5
50	22	12	5
5	5	5	5
Summa	11	4	15

Igitur anno utrique Græco respondet Romanus cyclus XI lunæ IV, indict. XV.

Rursus, scire volo quotus trium cyclorum Romanorum congruat annis primis æræ utriusque. Aufer annos 5493 de 12694, relinquetur annus 7201. Igitur annus primus æræ Alexandrinæ est Julianæ periodi 7202, cui per canonem primum debetur cyclus solis VI, lunæ I, indictio II. Item de 12694 deductis 5509, restant 7185. Igitur annus periodi Julianæ 7186 est primus æræ Constantinopolitanæ. Quæ proinde cœpit Romano cyclo solis XVIII, lunæ IV, indictionis I.

Ex his compendium canonis oritur ejusmodi: invento cyclo solis æræ Alexandrinæ adde 5, cyclo lunæ 0, indictioni 1: obtinebis Romanos illius anni cyclos; Constantinopolitanæ vero cyclis adde, solari 17, lunari 3, indictioni 0, ut hæc tabella docet. Verbi gratia annus Alexandrinus 7034 per primum canonem

Adde cyclo	Alexandrino	solis	5
		lunæ	0
		indict.	1
	Constantin.	solis	17
		lunæ	3
		indict.	0

cyclum solis obtinet 6; adde 5, efficies 11. Cyclus lunæ 4, additis 0 est 4; indictio 14, addito 1 est 15. Sic anni Constantinopolitani cyclus solis 22 auctus 17 transit in Romanum 11; lunaris, additis 3, ex 1 fit 4; indictio eadem est 15.

Cæterum annos illos omnes Græcorum computorum a Kalendis Januariis auspicamur; tametsi civilis annus, et indictio ab antecedente Septembri incipiant: quod si quis imitari voluerit, Romanos cyclos unitate minuet in annorum singulorum exordio. Idemque faciet in Græcis ipsis, uti feriæ, vel lunæ consequatur ætatem in primis IV mensibus, ex methodo sequentium canonum.

CANON III. *Datis cyclis solis ac lunæ in Græcorum computis, invenire quotus sit annus periodi Victorinianæ; necnon ab Adamo. Item data præter illos cyclos indictione, annum tam æræ Græcanicæ, quam periodi Julianæ, in quem tres illi cycli incidunt, eruere.*

Cyclum solis editum duc in 57, ac summam reserva. Deinde cyclum lunæ aufer ex 19; aut si 19 ipse sit, sume 19. Eum numerum multiplica per 56. Quæ inde nascetur summa, eam cum superiore compone, quæ ex cyclo solis ducto in 57 oritur. Quidquid ex ambobus conflatum erit, partire per 532, residuum erit annus periodi Victorinianæ. Hoc si adjeceris ad annum quem proxime minorem anno æræ Græcæ proposito suspicari potes, in tabula VI, habebis annum Græcum, cujus proprii sunt cycli solis ac lunæ in quæstione positi; quo invento, per methodum canonis antecedentis, exquires quem in annum Julianæ periodi, vel Christi competat. Quod si præterea data sit indictio: quod superfuit de ultima divisione 532, per 15 divide, accommodata, si ita necesse est, integra periodo 15 annorum: quod inde supererit, retine, et indidem, aufer propositam indictionem, accommodato, si A opus est, integro numero 15; reliquum duc in 1064, et ad summam adjice quod superfuit de novissima divisione per 532. Quod si summa major est quam 7980, hunc ipsum numerum ex illa detrahe. Ita fiet annus ille, qui requiritur, ex quo in Juliana periodo proprium annum illius assequeris.

Exemplum: Chronicon Alexandrinum migrationem Israelitarum ex Ægypto statuit eo anno, qui cyclum habuit solis 2, lunæ 19, cum indictione 13. Quæro quotus ille computi Græci fuerit, et quidem Constantinopolitani; hunc enim iste auctor adhibet. Primum editis cyclis solis ac lunæ, ducendus est cyclus solis 2 in 57, fiunt 114. Tum cyclum lunæ 19 de integro cyclo ejusdem lunæ subtrahens, residuum habeo 19: quem numerum per 56 multiplico. B Confiunt 1064, quam summam ad priorem adjicio 114, ut fiant 1178: quibus per 532 divisis, reliqua sunt 114. Proinde Chronicon Alexandrinum ἔξοδον confert in annum 114 periodi Victorinianæ. Ut autem scias quotus sit idem computi Constantinopolitani, conjectura opus est. Quoniam igitur Græci ex LXX Seniorum fide annos vulgo numerant ab Adamo ad diluvium 2242, et a diluvio ad Abrahamum 1172, summa colligitur ab Adamo ad ortum Abrahami, annorum 3414. Hinc autem ad migrationem ex Ægypto putant annos circiter 505. Quare colliguntur anni fere 3919 ab Adamo ad ἔξοδον. Ut accuratum annum habeas Alexandrini Chronici, quære in tabula VI annum proxime minorem eo quem suspicaris: qui ut major est anno 3724, ita C minor 4256. Quocirca annos periodi Victorinianæ 114, adde ad 3724, efficies annum 3838, qui divisus per cyclum solis ac lunæ, reddet solis quidem, cyclum 2, lunæ vero 19: quod erat propositum.

Rursus, si præter duos illos cyclos, indictio data sit 13, numerum 114, qui postremo relictus est ex divisione per 532 instituta; per 15 partior, restant 9: de quo, additis 15, subtrabo 13, reliqua fiunt 11; quæ si ducantur in 1064, summa erit 11704, ad quam adjice 114, et ex toto 11818, quoniam 7980 excedit, his deductis, relinquitur annus 3838: a quo ablatis 795, exsistit annus in Juliana periodo 3043, qui respondet anno Constantinopolitano 3838. Hoc ut verum esse cognoscas, ex D methodo canonis antecedentis, ad cyclum solis 2 Constantinopolitanum adde 17; ad lunarem 19 adde 3, et ad indictionem 13 adde 0, conficies cyclos Julianos, solis 19 cum littera E; lunæ 3, indictionem 13: quæ omnia congruunt in annum periodi Julianæ 3043, qui centesimus et quadragesimus est ante veram epocham Exodi, quam in annum periodi Julianæ contulimus 3183. Et quidem Chronicon ait anno illo, quem numerat 3838, feriam I contigisse Aprilis XIII, eodemque die quartam decimam Nisan incidisse; ut minime dubitandum sit, quin et aureus numerus fuerit 3, et cyclus solis 19, litteraque Dominicalis E.

Aliud exemplum: Chronicon idem annum conceptus Joannis præcursoris numerat ab Adamo

5505, si a Martio annus inchoetur, indictione XIV, anno imperii Augusti XXIX: quæ esse falsissima ex methodo nostra ita colligemus. Divisis annis 5505 per 28, relinquitur solis cyclus 17; per 19 autem partitis, relinquentur 14. Verum indictio non XIV, sed XV consurgit ex divisione per 15. Quæratur annus ille, in quem indictio XIV cum cyclo solis XVII et lunæ XIV concurrat. Primum ducto cyclo solis 17 in 57, efficiuntur 969; tum ablatis 14 de 19, restant 5, quæ in 56 ducta fiunt 280; additis 969, summa producitur 1249, quæ per 532 distributa relinquit 185. Igitur annus cycli Victorini 185 ille fuit quem Chronicon significat. Verum indictio, quam adjungit, ratiocinia conturbat. Nam si reliquos illos 185 per 15 partiare, restant 5, de quibus ablata indictione proposita 14, supersunt 6: quæ in 1064 ducta conficiunt 6384. Adde 185, exsistet annus 6569, qui cyclos exhibet, solis XVII, lunæ XIV, indictionem XIV. Est autem annus Christi 1856. Vides absurditatem. Quamobrem non satis commendari methodus ista potest, quæ ad Græcorum annalium castigandos errores, præsertim Theophanis, majorem opinione fructum afferet.

CANON IV. *Propositi cujuslibet diei feriam in Græcorum computo pronuntiare.*

Invento cyclo solis in utroque computo per canonem I, huic congruentes epactas menstruas adhibe ex tabula II cycli solaris; tum ex tabula III epactas menstruas require, atque ad sui generis concurrentes appone, hoc est ad concurrentes cycli æræ Alexandrinæ adde regulares computi Alexandrini, ad concurrentes vero computi Constantinopolitani, regulares ejusdem. Demum ad conflatam inde summam, τὴν ποσταίαν, hoc est diem mensis adjice. Quod inde conficitur, per 7 divisum, feriam demonstrabit.

Exempli gratia: Sit annus computi Alexandrini 7034, Constantinopolitani vero, 7050. Prioris cyclus per canonem I confectus est VI. Concurrentes ex tabula II, sunt 6. Velim scire feriam diei IX Aprilis. Regulares Alexandrini ex tabula III colliguntur 7, quibus ad 6 additis cum 9 diebus Aprilis, summa est 15. Proinde feriam dico fuisse I. Rursus cyclus anni 7050 Constantinopolitani per eumdem canonem deprehensus est 22, concurrentes 5. Regulares Aprilis in secundo versu regularium tabulæ III sunt 1, qui cum 5 concurrentibus, et 9 diebus Aprilis componunt 15; adeoque feriam I.

Experiamur an recte positus sit calculus per characterismum annorum Christi, vel periodi Julianæ. Annus Alexandrinus 7034, detractis 779, invenitur periodi Julianæ 6255, qui et idem provenit ablatis 795 de anno 7050 Constantinopolitano ex methodo canonis II. Sed et iidem anni conspirant in annum Christi 1542, si ex Alexandrino abjecero 5492, et e Constantinopolitano, 5508. At tam annus periodi Julianæ 6255, quam Christi 1542, obtinet cyclum solis Romanum XI, cui ex tabula II competit littera A. Igitur verissime pronuntiata est

A feria I Aprilis IX die, quemadmodum in Græcorum Horologio legitur.

CANON V. *Ætatem lunæ in dato quolibet anno ac die utriusque computi deprehendere.*

Postquam cyclum lunarem per canonem primum repereris, cum eo adi tabulam IV: cujus in primo versu cyclum tuum requirito; tum e directo epactam illi respondentem. Si Alexandrini computi proprius est inventus a te cyclus, epacta illi respondens est ea, quæ Maximi dicitur. Constantinopolitano vero tribuitur altera, quæ Isaaci inscribitur. Confer te deinde ad tabulam V regularium lunæ, et propositi mensis regulares computi cujusvis proprios excerpe. Summam ex epactis et regularibus conflatam auge dierum numero, cujus in B ultimo ætas lunæ requiritur. Collecti dies illi, ac per 30 divisi, quota sit illo die luna monstrabunt.

Exemplum: Propositum sit investigare quota luna sit Aprilis 2 anni 7034 Alexandrini computi, et 7050 Constantinopolitani; quorum cyclos lunares confecimus canone I; illius quidem 4; hujus 1. Igitur cum cyclo Alexandrinæ æræ 4, in tabula IV, invenio epactam XII. In tabula V, regulares Aprilis 0. Proinde epacta 12, et Aprilis dies 2 lunam decimam quartam offerunt illo die. At annus 7050 Constantinopolitanus epactas in IV tabula XI obtinet; regularem in V tabula, I; fiunt XII, et cum biduo Aprilis XIV. Sane in Horologio Græci lunam illo anno decimam quartam computant Aprilis secundo.

C CANON VI. *Terminum Paschalem sive Pascha Judaicum, ejusque feriam in utroque computo reperire.*

Cum cyclo lunari canone primo deprehenso adi tabulam IV. In primo versu cyclum tuum accipe, et ex directo Paschalem terminum, cum ejus regulari tam in Alexandrina æra, quam in Constantinopolitana. Exinde concurrentes cycli solis anni propositi per canonem IV inventos, cum regulari termini compone. Summa feriam dabit, adjectis septem. Ut anno eodem Alexandrino 7034, cyclus lunæ IV in tabula respondentem habet terminum Paschalem Aprilis 2, cujus regulares sunt 2, cyclus solis VI concurrentes itidem dedit 6 per canonem IV; ambo collecti feriam I exhibent.

D Sic anno Constantinopolitano 7050, cyclus lunæ I terminum offert in tabula IV, Aprilis II, cum regularibus 3. Cyclus solis ex canone I fuit 22, concurrentes 5, qui cum regularibus ostendunt feriam I, qualem Græcorum Horologium demonstrat.

CANON VII. *Pascha Christianum, ac præcipua Græcorum festa quovis anno definire.*

Paschali termino per superiorem canonem animadverso, ejusque feria, si Dominica sit; in sequentem Dominicam diffunditur. Si alteram in feriam terminus incurrat, proxime sequens Dominica Pascha Christianum obtinebit. Invento Paschate, festa reliqua nullo negotio reperies. Hæc methodus et per se facilis est, et capite superiori hujus libri continetur.

CAPUT XIV.

De certorum hominum Paschali computo ac methodo, quos S. Maximus πενταπλοῦντας, *et* ἑξαπλοῦντας *nominat; nos* undecuplatores *appellamus, quorum ratio prope inextricabilis visa Scaligero, facillime declaratur. De iisdem error Scaligeri.*

Maximus martyr primæ partis computi, cap. XI, et XII, ac tota secunda parte contra certos computi artifices disputat, quos πενταπλοῦντας, et ἑξαπλοῦντας vocat; hoc est quinquies et sexies annos cycli lunaris multiplicantes; vel, ut uno verbo id exprimatur, undecies: quorum methodum secunda parte proponit, sed obscure ac perplexe, ut difficile sit quid sibi velit assequi. Quod et Scaliger lib. II *De emendatione temporum* fatetur, cap. De falso cyclo Paschali. Nos tamen aspirante Deo, et ejusdem sanctissimi martyris precibus adjuti, tricas istas omnes pervicimus, ac totam illam methodum exploravimus: cujus hic scientiam studiosis adolescentibus impartiemur. Nam non solum ad explicandum Maximi computum hæc a nobis opera requiritur, sed est etiam ad Constantinopolitani computi, quem supra declaravimus, illustrandam originem aptissima. Primum itaque quæ diversis locis de illis Maximus tradiderit, in unum colligemus.

Ὑποτομὴν σελήνης, quem « saltum lunæ » vulgares computi nominant, ait capite undecimo primæ partis ab illis conferri in annum cycli XI, qui est XIV Græcorum et Romanorum, cujus neomenia cœpit Decembris ultimo; annus ipse vero desinit in Decembris XVIII. Unde sequens annus, qui cyclo affectus erat illorum XII, Catholicorum XV, a die XIX Decembris inibat; ita ut luna XIV caderet in Kalendas Januarias. Quare annus cycli undecimus apud undecuplantes istos (sic enim appellare mihi liceat), sive decimus quartus orthodoxorum, diebus constabat trecentis quinquaginta tribus, ac diei unius suppressio fiebat Decembris XIX, siquidem neomenia cycli illorum XII, nostrorum XV, a XX Decembris, cui ex Alexandrinorum præscripto erat affixa, ad XIX transferebatur; ut unus ille dissimularetur dies. Ac tunc decimus nonus Decembris numerari bis solebat, ut tam antecedentis postremus putaretur, quam primus sequentis. Rursus cap. XII refert illos, ad exemptilem diem compensandum, singulis annis addere sexagenaria scrupula quinque; et sic annis duodecim diem integrum colligi, ac denuum eos ipsos ad annorum Adami computum annos XVI adjicere.

In secunda vero parte computi methodum illorum tribus figuris explicat, hoc est rota una, et laterculo, vel canone duplici: quorum alter ad sinistram, alter ad dextram rotæ descriptus erat. Sed propter angustias chartæ supra ambos rota constituta est. Ex hac porro methodo constat cyclum lunarem apud istos ternario minorem fuisse Græco, vel Alexandrino, qui idem et Romanus fuit: et primum undecuplantium esse Alexandrinorum

A quartum, horum vero primum illorum decimum septimum. At solaris cyclus ita se habet, ut undecuplantium primus sit Græcorum, qui Alexandrinum computum unum de duobus adhibent, quos superius exposui, decimus tertius. Ideo, cum cyclus Græcorum Alexandrinus primus respondeat sexto cyclo Romano, ut cap. V hujus libri demonstravimus, primus undecuplantium erit Romanus decimus octavus.

Caput illorum methodi, ac præcipua reprehensionis seges apud Maximum in terminis, sive quartis decimis Paschalibus consistit, quod illi easdem dies, quæ ab Alexandrinis et Catholicis numerabantur decimæ quartæ, sæpius decimas quintas, vel sextas decimas putabant: quod ut via et ratione
B facerent, propositum quemlibet annum cycli sui primum per quinque, deinde per sex multiplicabant, hoc est in totum per undecim, tum ad summam inde conflatam dies adjiciebant; qui a Kalendis Januariis ad terminum Paschalem illius anni numerabantur. Rursus quot ii dies erant a Kalendis Januariis ad terminum, tot sexagesimas unius diei capiebant: ad quas toties quinque alias sexagesimas diurnas adjiciebant, quotus annus cycli putabatur; summam sexagesimarum per 60 partitam in dies redigebant: quos ad priorem ὁμάδα dierum accensebant. Hoc modo dies eadem, quæ quarta decima Nicæna erat, quinta decima sæpe, hoc est in annis XIII; semel sexta decima numera-
C batur, in anno decimo sexto cycli; in cæteris, hoc est in I, II, III, IV, et XVIII, quarta decima putabatur. Hinc illud eveniebat, ut Pascha ex eorum ratiociniis luna XXII vel XXIII celebraretur; alias autem cum catholica regula conveniret. Quod antequam usu ipso exemplisque declaretur, schematum trium, quæ in II parte descripsit Maximus, rationem reddemus.

In cyclo Victorini, qui est annorum 532 (hic enim præsens ad institutum assumitur), cycli sunt lunares, sive enneadecaeterides octo et viginti; solaris item cycli, vel εἰκοσιοκταετηρίδες, novemdecim. In rota, zonæ, vel circuli sunt novem. Primus, et extimus cyclum solarem continet, qualis adhibetur a Maximo, qui est Alexandrini Græcorum computi
D proprius; secundus orbis epactas solis, sive concurrentes habet; tertius bissextiles notat; quartus, annos cycli solaris undecuplantium; qui sic prioribus respondent, ut primus undecuplantium sit istorum decimus tertius, atque ita deinceps. Quinque orbes reliqui annos continent cyclis solaribus et lunaribus notatos, in quibus terminus Paschalis, sive quarta decima Nicæna, quinta decima, vel sexta decima putatur ab undecuplantibus. Ita porro dispositi sunt interiores illi quinque circuli, ut cuilibet anno cycli solaris in quarto circulo, cellæ duæ subjectæ sint cujuslibet e quinque circulis. Harum cellarum, quæ ad lævam est, cyclum solis; quæ ad dextram, cyclum lunæ complectitur. Cycli vero solis in quarto circulo indices una sunt enneade-

caeteridum, ad quas subjectarum cellarum cycli solares, lunaresque pertinent. Exempli causa sit A, id est primus cyclus solaris undecuplantium in quarta zona, cui respondet in prima cyclus ιγ' id est XIII Alexandrini computi. Huic in quinta zona duæ cellæ respondent, quarum altera sinistra cyclum solis habet θ', id est 9; dextra quoque cyclum lunarem 9, quo significatur, in anno eo primæ enneadecaeteridis, qui cyclo solis et lunæ IX præditus est, lunam decimam quartam Nicænam ab undecuplantibus putari XV. Quod quidem duplici de causa poterat fieri. Aut enim propter intervenientem bisextilem diem : aut propter sexagesimarum diurnarum epilogismos accidit : quibus annis bisextilis id efficiebat, iis singulare punctum Maximus ascripserat; ad eos autem annos, qui propter scrupulariam rationem idem obtinebant, duo puncta notaverat; tria denique ad eos annos, in quibus decima quarta putabatur sexta decima. Sed ea puncta a librariis omissa erant in apographo; neque nos in illis restituendis anxiam magis quam utilem operam navare voluimus; præsertim cum ex methodo nostra de quolibet anno constare possit, an ejus XIV sit XV, vel XVI. Sed Maximus admonet non omnes eos annos in interioribus V orbibus adnotatos esse, in quibus XIV Nicæna fit ex undecuplantium calculo XV, vel XVI. Id enim in cyclis singulis quaterdecies accidit; sed eos tantum, qui eumdem terminum uno die, vel biduo amplius putatum conferunt in Dominicam : quod in V ad summum annis in quavis enneadecaeteride contingit. Ex duobus laterculis rotæ subjectis, prius sinistri versus embolimæos annos notatos habet; secundum annos cycli lunaris Alexandrini : cujus quartus respondet anno primo cycli lunaris undecuplantium; qui in tertio versu describitur. Quartus versus epactas lunares continet, quales Maximus adhibet. Quintus et postremus terminos Paschales, sive XIV, quas sæpe XV numerant illi; semel autem XVI, quinquies XIV. Laterculum dextrum totum Paschati catholico servit; nam terminum Paschalem, ejusque diem Julianis in mensibus offert in secundo, ac tertio versu; epactas in quarto; in quinto cyclum lunarem. Regulares, sive προσθεταὶ in primo non integræ a librario descriptæ sunt.

Nunc usum methodi exemplo uno, alterove doceamus. Esto annus ille, qui enneadecaeteridi primæ, sive anno primo cycli solaris in quarto limbo proxime subjectus est in limbo V, cujus cyclus solis est IX, lunaris item IX. Primum inquiramus ex canone III capitis antecedentis, quotus annus iste sit computi Græci. Inveniemus esse annum ab Adamo 5861, qui per 28 et 19 divisus, utrobique 9 relinquit. Cyclus lunaris IX undecuplantium est Alexandrinus XII, cujus decima quarta Paschalis incidit in IV Aprilis, qui est 94 dies a Kalendis Januarii ut laterculum dextrum exhibet. Porro undecuplantes decimam quartam illius anni computant decimam quintam : quod in sinistro laterculo videre licet, et

A præterea methodus ipsa demonstrat. Etenim, si ad dies 94 addas 99, qui oriuntur undecuplato cyclo lunari IX, efficies dies 193, sexagesimæ vero præterea 94 (quot videlicet a Kalendis Januarii intercedunt dies), cum sexagesimis 45, quæ ex annis 9 quinquies multiplicatis exsistunt; propterea quod anno cuilibet cycli quinque imputantur scrupula diurna : omnes, inquam, illæ sexagesimæ numero 139, divisæ per 60 biduum solidum efficiunt cum sexagesimis 19. Abjectis residuis scrupulis, soloque biduo ad superiorem summam dierum addito, confiunt dies 195 : quibus per 30 distributis, relinquuntur dies XV. Proinde quarta dies Aprilis, quæ est XIV Nicæna, ex illorum subductione fit XV. Videamus utrum in Dominicam ille terminus incurrat. Per

B canonem IV ejusdem capitis epactæ solis in anno illo sunt 3, quæ ad menstruas epactas Aprilis I additæ, et ποσταίαν Aprilis 4, ostendunt feriam primam eodem illo die IV Aprilis : quod etiam ex canonis II doctrina colligitur. Quippe cyclus solis Romanus, additis XVII, exsistit XXVI; lunaris vero XII. Littera Dominicalis est C. Igitur anno illo, decima quinta Paschalis in Dominicam apud undecuplantes incidit; ac luna XXII Pascha celebratur. Propterea duobus punctis notandus iste annus fuit, quem si reperire velis quotus periodi Julianæ vel Christi fuerit, per canonem II expedies. Nam detractis 795 de 5861, relinquetur annus periodi Julianæ 5063, qui est Christi CCCLIII. Cur autem ad

C Constantinopolitanum computum cyclus undecuplantium a nobis referatur, sequens caput aperiet.

Rursus proponatur annus ille, qui in eadem prima enneadecaeteride cyclum tam solis quam lunæ XVI habet. Hic erit annus Constantinopolitani computi 5868 per canonem III capitis superioris. Terminus Paschalis est Aprilis XVII, quam diem sextam decimam pro XIV computant undecuplantes, ut est in sinistro laterculo. Experiamur per scrupulariam methodum. Cyclus solis XVI in computo Constantinopolitano, est Romanus V per canonem II. Ergo annus est bisextilis. Ideo a Kalendis Januarii numerantur dies 108, non 107. Ductis 16 in 11 fiunt dies 176, qui cum 108 dant 284; scrupula 108 cum 90, quæ colliguntur ductis 5 in

D 16, efficiunt dies 3; et præterea sexagesimas 17 : quibus neglectis, et adjecto triduo ad dies 284, summaque 287 per 30 distributa, relinquuntur dies 17. Proinde Aprilis XVII luna erat decima septima. Propter bisextilem itaque diem, terminus a XVII die Aprilis ad XVI retrahebatur : quæ cum esset feria I, Pascha in XXIII diem diffundebatur, quæ erat luna XXIII, de qua re nihil nos Maximus docuit : qui bisextilis diei rationem illos habere scripsit; et quoties propter ipsum terminus in lunam XV incurrit feria prima, hunc annum uno puncto notari. Nam, cum luna est XVI, quacunque id ex causa fiat, triplici puncto designatur. Quare triplex punctum anno illi tribuendum erat.

Ex his evidens est hallucinatio Scaligeri, qui

undecuplantium illum cyclum explicans (lib. II *De emend.*), asserit eos, quoties decima quarta Paschalis putabatur decima sexta, si in secundam feriam incurreret, antecedente Dominica Pascha celebrasse, luna ipsorum XV, Nicæna XIII, quod est falsissimum; et contrarium diserte Maximus affirmat; nimirum luna ipsos XXII, et eodem die, quo Catholicos, Pascha suum obiisse; sed Catholicos lunam XX numerasse, quam isti biduo amplius putabant. Cum autem luna XVI in Dominicam incurrebat, utrique in sequentem Dominicam Pascha prorogabant; quam undecuplantes lunam esse volebant XXIII, Catholici XXI.

CAPUT XV.

Undecuplatores illos de quibus agit Maximus, usos esse computo Constantinopolitano, et Victorini seu Latinorum methodo, ita tamen ut a Catholicorum instituto non abhorrerent, contra quam Maximus et Scaliger arbitrati sunt.

Dum attentius ea perscrutamur, quæ de undecuplatoribus istis Maximus refert, haud vulgaria quædam animadvertimus; neque Maximo, ut apparet, ipsi cognita; neque Scaligero, qui Maximum explicare conatus est : et ad Græcum computum illustrandum imprimis utilia. Hoc igitur observatione sedula comperimus : undecuplatores illos auctores fuisse computi alterius e duobus, quem Constantinopolitanum nominavimus; qui æræ Christianæ primum annum offert in eo, qui est ab Adamo 5509 : quod partim ex cyclis solis et lunæ, partim ex annorum numero certo colligitur. Scribit Maximus capite XI partis I, cyclum lunæ, quem illi numerant XI, eum esse quem ipse computat XIV; lunaris cyclus Maximi idem est cum Romano, ut supra demonstravimus. Igitur cyclus primus undecuplatorum est Romanus, vel Maximi quartus; et primus Maximi est decimus septimus illorum. Igitur cyclus lunaris undecuplatorum est idem cum Judæorum, ac Victorini, seu Latinorum cyclo : quem esse docuimus æræ Constantinopolitanæ proprium. Annus primus æræ Christianæ Romanum cyclum habuit, solis X, lunæ II. Annus 5509 dat cyclum solis XXI, lunæ XVIII. Annus vero 5493, solis V, lunæ II. Ita lunaris cyclus Constantinopolitani computi distat a Romano et Alexandrino, quem Maximus usurpat, sedecim; ita ut decimus septimus Constantinopolitanus cum Alexandrino primo concurrat. Cyclus vero solaris Constantinopolitanus Alexandrino minor est duodecim, hoc est primus illius, hujus est decimus tertius. Quare cum cycli Alexandrini solaris primus sit Romani sextus, Constantinopolitani cycli primus erit octavus decimus Romani ; quæ omnia undecuplatorum cyclo competunt, ut minime dubium sit Constantinopolitanum computum illos tenuisse.

Præterea quod Maximus ait, ad annos Adami addidisse illos sedecim, conjecturam nostram unice confirmat. Hoc enim Constantinopolitano computo

A congruit. Siquidem annus primus æræ Christianæ in Alexandrino numeratur 5493; in Constantinopolitano, 5509. Intervallum anni XVI. Hinc etiam illud apparet, verum id esse quod ante sumus odorati, quam de undecuplatorum cyclo illo cogitaremus, Constantinopolitanum computum ad Victorini, sive Latinorum methodum, et Judaicum cyclum lunarem accommodatum a Græcis fuisse. Cum enim lunaris hoc cyclus ipse persuadet, tum quod a Januarii Kalendis ratiocinia lunæ deducerent, ut testatur Maximus : quod et Latinos instituisse Beda memorat lib. *De temporum ratione* cap. LIV, et Victorinus ipse in Præfatione ad Hilarium papam, quam in tomo II *De doctrina temporum* edidimus; adeo ut Kalendæ Januariæ canon fuerit Paschalis
B syzygiæ. Accedit et cyclus ipse, quo usi illi sunt, annorum DXXXII, cujus inventor fuit Victorinus. Unde verisimile fit a Latinis totum illud Græcos esse mutuatos sub ætatem Maximi. Ex quo et hoc πόρισμα sequitur, recte nos contra Scaligerum pertendisse, Constantinopolitanam æram longe esse recentiorem, quam aut Panodori annorum 5492 ad Christum usque, aut Africani annorum 5500. Quippe Maximus sic de computatoribus hisce, qui XVI ad æram Adami adjecerunt, quasi de recentioribus et æqualibus pene suis, loquitur

Quæ cum ita sint, de undecuplatoribus istis ea intelligenda sunt omnia, quæ capite tertio de æra Constantinopolitana scripsimus; imprimisque sic
C illos a Latinis, aut Judæis lunarem cyclum mutuatos esse, ut eorum in Paschate celebrando nequaquam imitarentur errores, sed cum Catholicis eumdem diem obtinerent : hoc uno discrepantes, quod epilogismos neomeniarum, vel terminorum aliter instituerent. Ac vehemens est suspicio, illos methodi tantum gratia, et ut veriorem lunæ calculum assequerentur, scrupulariam istam ratiunculam adjunxisse. Nam cum a Judæis, aut astronomicis tabulis intelligerent, novilunia Paschalibus esse neomeniis anteriora, sic ut eæ in lunarem φάσιν, hoc est secundam lunam inciderent; et termini, sive quartæ decimæ in plenilunia fere caderent : quod Maximi sæculo potissimum animadversum est : rationem aliquam inire studuerunt; quæ
D ætatem lunæ accuratius redderet, quæque terminos, sive Nicænas quartas decimas, in quintas decimas, cujusmodi fere tum erant, commutaret. Ad id sexagesimarum epilogismos commenti sunt; qui uno die, vel biduo summam augerent. De hac μεταπτώσει noviluniorum, ac neomeniarum Paschalium fuse disputavimus in V *De doctrina temporum*, capite I et XIII, ubi Nicænas cum iis contulimus, quæ Dionysii Exigui tempore fuerunt. Hinc multa dissolvi explicarique possunt, quæ adversus undecuplatores a Maximo et Scaligero disseruntur. Siquidem illos extra culpam et reprehensionem fuisse constat, si, quæ nostra conjectura est, id unum in illa methodo spectarunt, ut exactum lunæ calculum τεχνικῶς, ac μεθοδικῶς traderent ; non ut in Paschate

aliquid innovarent : quod eos minime fecisse testis esse potest Maximus ipse ; qui id unum, quod diximus, oppugnat, sane non χαίριον; nec ullius ad Pascha momenti ; quod perperam scrupulariam illam rationem administrarent. Atque hoc ipsos elegantius facere potuisse non nego; sed nihil hoc tamen Catholicis ritibus adversatur. Nam quod moleste fert Maximus quinque scrupula annis singulis imputari ad exemptilem compensandum diem, non hac sola de causa id illos instituisse puto ; sed ut terminum cum exactiori ætate lunæ conciliarent. Nihilominus et propter lunæ saltum τεχνικῶς usurpari potuit : quemadmodum Beda capite XL libri *De ratione temporum* saltum eumdem lunæ, sive diem exemptitium per XIX annos cycli lunaris dividit, ut paulatim ac per incrementa justus diei modus progressum habeat. Etenim magnam scrupulorum istorum partem negligunt, ait Maximus. Verum est id quidem. Nam solos integros dies ad summam accommodant, quidquid reliquum est de ratiuncula, etsi ad sexaginta propius accedat, penitus omittunt.

Exemplum : Anno cycli undecuplatorum lunaris XVIII, qui est Alexandrinorum II, terminus Paschalis erat Martii XXV, die 84 a Kalendis Januarii. Ductis annis 18 in 11, confiunt dies 198, qui cum 84 efficiunt 282. Scrupula deinde diurna 84 cum 90, qui ex 18 per 5 multiplicatis oriuntur, dies conflant 2, 54ʳ : quibus ad dies 282 additis, summaque per 30 partita, residui sunt dies 14, 54ʳ. Atqui terminus Paschalis cyclo XVIII nonnisi decima quarta computatur in laterculo sinistro. Apparet ergo, quamvis solidum diem quam proxime sexagesimarum calculus attingat, nisi eumdem compleat, in numerum minime procedere, quod sane ridiculum est, ut et Maximo videtur. Neque tamen gravior inde, quam stoliditatis ascribenda illis est nota : siquidem in Paschate nihil a Catholicis discrepabant. Quod enim de luna XXII et XXIII iisdem objicitur, quasi nefas sit in illis Pascha peragere, nihil ad rem pertinet. Etenim aliud est sollicitare terminos ipsos, et antiqua statione depellere : aliud iisdem hærentes diebus, uno die vel biduo amplius numerare : quorum prius sine publica Ecclesiæ auctoritate non licebat ; posterius eruditus quisque rerum astronomicarum, ante Gregorianam emendationem, privatim citra reprehensionem instituit. Hoc enim nihil erat aliud, quam a cœlestibus noviluniis lunæ ætatem arcessere, non a neomeniis civilibus, quæ paulatim decoxerant.

Postremo de majoribus ac Victorianis cyclis, quibus undecuplatores, imo Græci omnes in suis computis usi sunt, sciendum est ab Adamo illos incipere : ut ex calce computi Maximi colligitur. Ibi enim cycli undecim explicantur ab orbis initio ; annique in quos singuli desinunt notantur. Horum ultimus terminari dicitur in anno XXIV imperii Constantini, qui putatur 5852. Detractis ex methodo canonis 2 capitis XIII, 779, reliqui fiunt anni periodi Julianæ 5073, qui est annus Christi communis CCCLX. Quare pro Κωνσταντίνου lege Κωνσταντίου; fuit enim XXIV Constantii. Igitur in æra Alexandrina, duodecimus cyclus Victorini iniit anno Christi CCCLXI. Jam vero deductis 795 de annis 5852, restat 5057 periodi Julianæ qui est Christi vulgaris CCCXLIV, quo in computo Constantinopolitano, et undecuplatorum terminatus est undecimus Victorini cyclus ; et duodecimus anno sequente CCCXLV inchoatus est. Quamobrem, si annos solos ærarum Græcarum adhibeas, iisdem annis desinunt, ineuntve Victoriani cycli. Sin ad anno æræ Christi communis referas, annis sedecim tardius in Alexandrina, quam in Constantinopolitana finiuntur ; quandoquidem tot annis major est summa ab Adamo ad initium æræ communis in posteriore computo, quam in Alexandrino.

INDEX ANALYTICUS

In opuscula chronologica et astronomica col. 743-1460 edita.

Revocatur Lector ad numeros grandiores textui insertos

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI DECIMI NONI.

Imprimerie MIGNE, au Petit-Montrouge.

Acme
Bookbinding Co., Inc.
300 Summer Street
Boston, Mass. 02210

3 2044 011 362 951

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

STALL-STUDY
CHARGE